




George Bancroft



Cath[illegible]





[redacted]

BREVIARIUM ROMANUM EX DECRETO

SACROSANCTI CONCILII TRIDENTINI RESTITUTUM

S. PII V. PONTIFICIS MAXIMI

JUSSU EDITUM

CLEMENTIS VIII. & URBANI VIII.

Auctoritate recognitum

CUM OFFICIIS SANCTORUM

Novissime per Summos Pontifices usque ad hanc diem concessis; in quatuor Anni Tempora divisum.

PARS VERNA.

A Dominica prima Quadragesimæ usque ad Sabbatum post Dominicam Pentecostes.



VENETIIS.



EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
MDCCXCIX.

[redacted]

DECRETORUM REGISTRO

S. Rituum Congregationis hæc ad Breviarium Romanum attinent.

ra Rituum Congregat. declaravit & decrevit, non otuisse post Bullam S. Pii V. de Breviario Romano, posse locorum Ordinarios tam Sæculares, quam Re-s, addere Kalendariis, etiam propriis, Sanctorum ı, nisi ea dumtaxat quæ Breviarii Romani Rubricis, ıcr. Rit. Congr. seu Sedis Apostolicæ licentia conce-: neque propria auctoritate, quovis prætextu, mu-itum, qui habetur in Kalendario Romano, seu Ru-Breviarii, in altiorem ritum: neque extendere con-Officia de loco ad locum.

n vetuit, & prohibuit celebrari per totam civitatem, ioecesim, etiam de cujuscumque Ordinarii auctorita-esium cum Officio, eo quod in loco adsit Ecclesia hialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Re-, sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia Titulari, seu servatur corpus, aut insignis Reliquia, & non alibi. gnes autem Reliquias declaravit esse, caput, bra-, crus, aut illam partem corporis, in qua passus est r, modo sit integra, & non parva, & legitime ab ariis approbata.

Sanctis Episcopis locorum, Martyribus, Civibus, s Festis, de quibus in Kalendario Romano, seu Ru-Breviarii nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum izatis nihil propria auctoritate constituatur, sed om-consulatur Sac. Rituum Congregatio.

retum quoque nuper editum super electione Sancto-ı Patronos, & impressum, omnino servetur.

hæc omnia decrevit, statuit, & mandavit, innovan-enas Constitutionis S. Pii V. respective.

a demum relatione hominis Decretorum SS. D. N. o Papæ VIII. ea laudavit, & approbavit, atque ab us ubique sub prædictis pœnis servari præcepit, nec-ı novis Breviariis de mandato Sanctitatis suæ impri-; apponi jussit.

ıco ✠ Sigilli.

D. Tegrimius Episc. Assisiens. Secret.

[redacted]

Eadem pro Sanctis ad libitum.

EAdem Sacra Rit. Congreg. habita die 2. Decem: 1665. statuit ex mandato Clementis X. Festa Sanct rum ad libitum in posterum non esse transferenda si eori festivitas incidat in diem Dominicam, vel aliquam di Festorum mobilium: sed tunc illo anno eorum Officia e omittenda. Quod ipsum postea Innocentius Papa XI. Congreg. habita 24. Januarii 1682. generali Decreto co firmavit, & extendit insuper etiam ad Octavas & Nata tia Sanctorum, de praecepto in aliqua Religione, vel Dic cesi, ex indulto Apostolico recitanda. Ita, ut ne quide dictis festis, vel Octavis festa ad libitum tunc incident possint recitari, sed omitti prorsus debeant.

Permisit tamen, ut festum translatum, quod alias eo c celebrandum foret, in alium diem non impeditum transfe retur: item ut eodem die omitti possit Officium semel p hebdomadam, aut mensem recitandum ex indulto Aposto lico, ut ita locus sit celebrando Officio ad libitum.



Ea-

Eadem pro Sanctis in Martyrologio non descriptis.

Officia Sanctorum ratione Corporis, seu insignis Reliquiæ recitanda, ex Decr. Sac. Rit. Congr. 11. Augusti 1691. intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiæ insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus: de ceteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non descriptis, [illegible] quibus à S. Sede non fuerit specialiter concessum Officia recitari, & Missas celebrari, vetuerunt, non obstante quod ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiæ in Ecclesiis asserventur, quibus tamen ab Ordinariis locorum [illegible] debitam Fidelium venerationem (prout hactenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio & Missa, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliisque in Constitutione S. Pii V. contentis. Die 11. Augusti 1691. & Sanctiss. approbavit die 19. Octobris ejusdem anni 1691.

Loco ✠ Sigilli.

J. Valleamnus S. R. C. Secret.

Tabella Temporaria.

Anni Dñi	Litteræ Dominicales.	Aur. num.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Ciner.	Pascha.
1798	g	13	xii	4. Feb.	21. Feb.	8. Apr.
1799	f	14	xxiii	20. Jan.	6. Feb.	24 Mar.
1800	e	15	iv	9. Feb.	26. Feb.	13. Apr.
1801	d	16	xv	1. Feb.	18. Feb.	5. Apr.
1802	c	17	xxvi	14. Feb.	3. Mar.	18. Apr.
1803	b	18	vii	6. Feb.	23. Feb.	10. Apr.
1804	A g	19	xviii	29. Jan.	15. Feb.	1. Apr.
1805	f	1	*	10. Feb.	27. Feb.	14. Apr.
1806	e	2	xi	2. Feb.	19. Feb.	6. Apr
1807	d	3	xxii	25. Jan.	11. Feb.	29. Mar.
1808	c b	4	iii	14. Feb.	2. Mar.	17. Apr
1809	A	5	xiv	29. Jan.	15. Feb.	2. Apr.
1810	g	6	xxv	18. Feb.	7. Mar.	22. Apr.
1811	f	7	vi	10. Feb.	27. Feb.	14. Apr.
1812	e d	8	xvii	26. Jan.	12. Feb.	29. Mar.
1813	c	9	xxviii	14. Feb.	3. Mar.	18. Apr.
1814	b	10	ix	6. Feb.	23. Feb.	10. Apr.
1815	A	11	xx	22. Jan.	8. Feb.	26 Mar.
1816	g f	12	i	11. Feb.	28 Feb.	14. Apr
1817	e	13	xii	2. Feb.	19. Feb.	6. Apr
1818	d	14	xxiii	18. Jan.	4. Feb.	22. Mar.
1819	c	15	iv	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.
1820	b A	16	xv	30. Jan.	16. Feb.	2. Apr.
1821	g	17	xxvi	18. Feb.	7. Mar.	22. Apr.
1822	f	18	vii	3. Feb.	20. Feb.	7. Apr.
1823	e	19	xviii	26. Jan.	12. Feb.	30. Mar.
1824	d c	1	*	15. Feb.	3. Mar.	18. Apr.
1825	b	2	xi	30. Jan.	6. Feb.	3. Apr.
1826	A	3	xxii	22. Jan.	8. Feb.	26. Mar.
1827	g	4	iii	21. Feb.	28. Feb.	15. Apr.
1828	f e	5	xvi	3. Feb.	20. Feb.	6. Apr.
1829	d	6	xxv	15. Feb.	4. Mar.	19. Apr.
1830	c	7	vi	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.
1831	b	8	xvii	30. Jan.	16. Feb.	3. Apr.
1832	A g	9	xxviii	19. Feb.	7. Mar.	24. Apr
1833	f	10	ix	3. Feb.	20. Feb.	7. Apr.

Fe-

Feſtorum Mobilium.

Anni Dñi	Aſcenſio.	Pentecoſtes.	Corpus Chriſti.	Indict.	Dñicæ poſt Pentecoſt.	Dñica i. Advẽtus.
1798	17. Maji	17. Maji	7. Junii	1	26	2. Dec.
1799	2. Maji	12. Maji	23. Maji	2	28	1. Dec.
1800	22. Maji	1. Junii	12. Junii	3	25	30. Nov.
1801	14. Maji	24. Maji	4. Junii	4	26	29. Nov.
1802	27. Maji	6. Junii	27. Junii	5	24	28. Nov.
1803	19. Maji	29. Maji	9. Junii	6	25	27. Nov.
1804	10. Maji	20. Maji	31. Maji	7	27	2. Dec.
1805	23. Maji	2. Junii	13. Junii	8	25	1. Dec.
1806	15. Maji	25. Maji	5. Junii	9	26	30. Nov.
1807	7. Maji	17. Maji	28. Maji	10	27	29. Nov.
1808	26. Maji	5. Junii	16. Junii	11	24	27. Nov.
1809	11. Maji	21. Maji	1. Junii	12	27	3. Dec.
1810	31. Maji	10. Junii	21. Junii	13	24	2. Dec
1811	23. Maji	2. Junii	13. Junii	14	25	1. Dec.
1812	7. Maji	27. Maji	28. Maji	15	27	29. Nov.
1813	27. Maji	6. Junii	17. Junii	1	24	28. Nov.
1814	19. Maji	29. Maji	9. Junii	2	25	27. Nov.
1815	4. Maji	14. Maji	25. Maji	3	28	3. Dec.
1816	23. Maji	2. Junii	13. Junii	4	25	1. Dec.
1817	15. Maji	25. Maji	5. Junii	5	26	30. Nov.
1818	30. Apr.	10. Maji	21. Maji	6	28	29. Nov.
1819	20. Maji	30. Maji	10. Junii	7	25	28. Nov
1820	11. Maji	21. Maji	1. Junii	8	27	3. Dec.
1821	31. Maji	10. Junii	21. Junii	9	24	2. Dec.
1822	16. Maji	26. Maji	6. Junii	10	26	1. Dec.
1823	8. Maji	18. Maji	19. Maji	11	27	30. Nov.
1824	27. Maji	6. Junii	17. Junii	12	24	28. Nov.
1825	12. Maji	22. Maji	2. Junii	13	26	27. Nov.
1826	4 Maji	14. Maji	25. Maji	14	28	3. Dec.
1827	24. Maji	3. Junii	14. Junii	15	25	2. Dec.
1828	15. Maji	25. Maji	5. Junii	1	26	30. Nov.
1829	28. Maji	7. Junii	18. Junii	2	24	29. Nov.
1830	20. Maji	30. Maji	10. Junii	3	25	28. Nov.
1831	12. Maji	22. Maji	2. Junii	4	26	27. Nov.
1832	31. Maji	10. Maji	21. Junii	5	24	2. Dec.
1833	16. Maji	26. Maji	6. Junii	6	26	1. Dec.

Tabella Temporaria.

Anni Dñi	Litterę Dominicales.	Aur. num.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Ciner.	Pascha.
1798	g	13	xii	4. Feb.	21. Feb.	8. Apr.
1799	f	14	xxiii	20. Jan.	6. Feb.	24 Mar.
1800	e	15	iv	9. Feb.	26. Feb.	13. Apr.
1801	d	16	xv	1. Feb.	18. Feb.	5. Apr.
1802	c	17	xxvi	14. Feb.	3. Mar.	18. Apr.
1803	b	18	vii	6. Feb.	23. Feb.	10. Apr.
1804	A g	19	xviii	29. Jan.	15. Feb.	1. Apr.
1805	f	1	*	10. Feb.	27. Feb.	14. Apr.
1806	e	2	xi	2. Feb.	19. Feb.	6. Apr
1807	d	3	xxii	25. Jan.	11. Feb.	29. Mar.
1808	c b	4	iii	14. Feb.	2. Mar.	17. Apr
1809	A	5	xiv	29. Jan.	15. Feb.	2. Apr.
1810	g	6	xxv	18. Feb.	7. Mar.	22. Apr.
1811	f	7	vi	10. Feb.	27. Feb.	14. Apr.
1812	e d	8	xvii	26. Jan.	12. Feb.	29. Mar.
1813	c	9	xxviii	14. Feb.	3. Mar.	18. Apr.
1814	b	10	ix	6. Feb.	23. Feb.	10. Apr.
1815	A	11	xx	22. Jan.	8. Feb.	26 Mar.
1816	g f	12	i	11. Feb.	28 Feb.	14. Apr
1817	e	13	xii	2. Feb.	19. Feb.	6. Apr
1818	d	14	xxiii	18. Jan.	4. Feb.	22. Mar.
1819	c	15	iv	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.
1820	b A	16	xv	30. Jan.	16. Feb.	2. Apr.
1821	g	17	xxvi	18. Feb.	7. Mar.	22. Apr.
1822	f	18	vii	3. Feb.	20. Feb.	7. Apr.
1823	e	19	xviii	26. Jan.	12. Feb.	30. Mar.
1824	d c	1	*	15. Feb.	3. Mar.	18. Apr.
1825	b	2	xi	30. Jan.	6. Feb.	3. Apr.
1826	A	3	xxii	22. Jan.	8. Feb.	26. Mar.
1827	g	4	iii	21. Feb.	28. Feb.	15. Apr.
1828	f e	5	xvi	3. Feb.	20. Feb.	6. Apr.
1829	d	6	xxv	15. Feb.	4. Mar.	19. Apr.
1830	c	7	vi	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.
1831	b	8	xvii	30. Jan.	16. Feb.	3. Apr.
1832	A g	9	xxviii	19. Feb.	7. Mar.	24. Apr
1833	f	10	ix	3. Feb.	20. Feb.	7. Apr.

Fe-

Festorum Mobilium.

Anni Dñi	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Indict.	Dñicæ post Pentecost.	Dñica i. Adventus.
1798	17. Maji	27. Maji	7. Junii	1	26	2. Dec.
1799	2. Maji	12. Maji	23. Maji	2	28	1. Dec.
1800	22. Maji	1. Junii	12. Junii	3	25	30. Nov.
1801	14. Maji	24. Maji	4. Junii	4	26	29. Nov.
1802	27. Maji	6. Junii	27. Junii	5	24	28. Nov.
1803	19. Maji	29. Maji	9. Junii	6	25	27. Nov.
1804	10. Maji	20. Maji	31. Maji	7	27	2. Dec.
1805	23. Maji	2. Junii	13. Junii	8	25	1. Dec.
1806	15. Maji	25. Maji	5. Junii	9	26	30. Nov.
1807	7. Maji	17. Maji	28. Maji	10	27	29. Nov.
1808	26. Maji	5. Junii	16. Junii	11	24	27. Nov.
1809	11. Maji	21. Maji	1. Junii	12	27	3. Dec.
1810	31. Maji	10. Junii	21. Junii	13	24	2. Dec
1811	23. Maji	2. Junii	13. Junii	14	25	1. Dec.
1812	7. Maji	27. Maji	28. Maji	15	27	29. Nov.
1813	27. Maji	6. Junii	17. Junii	1	24	28. Nov.
1814	19. Maji	29. Maji	9. Junii	2	25	27. Nov.
1815	4. Maji	14. Maji	25. Maji	3	28	3. Dec.
1816	23. Maji	2. Junii	13. Junii	4	25	1. Dec.
1817	15. Maji	25. Maji	5 Junii	5	26	30. Nov.
1818	30. Apr.	10. Maji	21. Maji	6	28	29. Nov.
1819	20. Maji	30. Maji	10. Junii	7	25	28. Nov
1820	11. Maji	21. Maji	1. Junii	8	27	3. Dec.
1821	31. Maji	10. Junii	21. Junii	9	24	2. Dec.
1822	16. Maji	26. Maji	6. Junii	10	26	1. Dec.
1823	8. Maji	18. Maji	29. Maji	11	27	30. Nov.
1824	27. Maji	6. Junii	17. Junii	12	24	28. Nov.
1825	12 Maji	22. Maji	2. Junii	13	26	27. Nov.
1826	4 Maji	14. Maji	25. Maji	14	28	3. Dec.
1827	24. Maji	3. Junii	14. Junii	15	25	2. Dec.
1828	15. Maji	25. Maji	5. Junii	1	26	30. Nov.
1829	28. Maji	7. Junii	18. Junii	2	24	29. Nov
1830	20. Maji	30. Maji	10. Junii	3	25	28. Nov.
1831	12. Maji	22. Maji	2. Junii	4	26	27. Nov.
1832	31. Maji	10. Maji	21. Junii	5	24	2. Dec.
1833	16. Maji	26. Maji	6. Junii	6	26	1. Dec.

DE ANNO ET EJUS PARTIBUS.

ANnus Menses habet duodecim, Hebdomadas duas & quinquaginta, & diem unum: Dies vero trecentos sexaginta quinque, & fere sex horas: tanto enim temporis intervallo Sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horæ singulis quaternis annis diem constituunt: hinc annus ille intercalaris, Bissextus, vel Bissextilis dicitur.

DE ANNI CORRECTIONE *ejusque necessitate, ac Kalendario Gregoriano.*

QUod dictum est, Annum continere trecentos & sexaginta quinque dies, & fere sex horas, intelligendum est, sex horas non esse integras, cum ad earum complementum aliqua minuta deficiant.

Ex quorum minutorum neglectu progressum est, ac si annus ultra dies 365. contineret integras sex horas: & factum est, ut minuta, quæ ultra debitam quantitatem annis singulis tribuebantur, tractu temporis, ita excreverint, ut invicem juncta constituerint dies decem, qui causam dederunt, ut Æquinoctium vernum sedem suam mutaverit.

Cui malo occurrens Gregor. XIII. non solum Æquinoctium Vernum restituit in pristinam sedem, a qua jam a Concilio Nicæno, decem circiter diebus in anno correctionis 1582. præcedendo recesserat, quod a Concilio ad xii. Kal. Aprilis fuerat constitutum, & xiv. Lunam Paschalem suo in loco reposuit: sed viam quoque tradidit, & rationem, qua cavetur ut in posterum & Æquinoctium Vernum, & xiv. Luna Paschalis a propriis sedibus numquam removerentur.

Ut enim Æquinoct. Vernum ad xii. Kal. Aprilis restitueretur, statuit, ut dicti decem dies in Mense Octobr. ipsius anni 1582. eximerentur, ut post quartam diem Octobris S. Francisco sacram, sequens dies non esset quinta, sed decimaquinta Octobris. Et ita error, qui in præteritum tot annorum circulis irrepserat, in momento temporis fuit correctus.

Ut autem in posterum idem error vitaretur, ne a xii. Kal. Aprilis Æquinoctium Vernum recederet, statuit idem Gregorius, Bissextum quarto quoque anno (uti mos est) continuari debere, præterquam in centesimis annis: qui quamvis Bissextiles antea semper fuerint, qualem etiam esse voluit annum 1600. anno correctionis proximum, post eum tamen, qui deinceps consequentur centesimi non omnes Bissextiles essent, sed in quadringentis quibusque annis primi quique tres centesimi, sine Bissexto transigerentur: quartus vero quisque centesimus esset Bissextilis, ita ut Annus 1700. 1800. 1900. Bissextiles non sint. Anno vero 2000. more consueto dies Bissextus intercaletur, Februario dies 29. continente: idemque ordo intermittendi, intercalandique Bissextum diem in quadringentis quibusque annis perpetuo conservaretur.

QUATUOR TEMPORA.

QUatuor Tempora celebrantur quarta, & sexta Feria, ac Sabbato post tertiam Dominicam Adventus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentec. post Festum Exaltationis S. Crucis.

NUPTIÆ QUANDO *celebrari non possint juxta Decretum Concilii Tridentini.*

A Dominica i. Adv. usque in diem Epiphaniæ, & a Feria iv. Cinerum usque in Octavam Paschatis inclusive, sancta Synodus solemnitates Nuptiarum prohibet. In aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit.

FE-

F E B R U A R I U S.

L. N.	L. D.		D. M.	
xi	d	vi	8	Joannis de Matha Confess. *duplex*. 407
x	e	v	9	Apolloniæ Virg. & Mart. 409
ix	f	iv	10	Scholasticæ Virg. *duplex*. 409
viii	g	iii	11	
vii	A	*Prid.*	12	
vi	b	*Non.*	13	
v	c	xvi	14	Valentini Presbyteri & Mart. 410
iv	d	xv	15	Faustini & Jovitæ Martyrum. 410
iii	e	xiv	16	
ii	f	xiii	17	
i	g	xii	18	Simeonis Episcopi & Martyris. 411
:	A	xi	19	
x	b	x	20	
riii	c	ix	21	
rii	d	viii	22	*Cathedra sancti Petri Antiochiæ*, duplex, *cum commemor.* S. Pauli. 411
ri	e	vii	23	Vigilia. 415
v	f	vi	24	*Mathiæ Apostoli*. dupl. 415
iv	g	v	25	
iii	A	iv	26	
ii	b	iii	27	
i	c	*Prid.*	28	

In Anno Bissextili Februarius est dierum 29. & Festum S. Matthiæ celebratur die 25. Februarii, & bis dicitur, *Sexto Kalendas*, ideft, die 24. & die 25. & littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Januario, mutatur in præcedentem, ut si in Januario, littera Dominicalis fuit *A*, mutatur in præcedentem, quæ est g, &c. & littera f, bis servit, 24. & 25.

M A R T I U S.

L. D.		D. M.	
d	*Kal.*	1	
e	vi	2	
f	v	3	
g	iv	4	Casimiri Confess. *semid. & commem.* S. Lucii Papæ & Martyr. 417
A	iii	5	
b	*Prid.*	6	
	Non.	7	Thomæ de Aquino Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris, *duplex*, *& commem.* SS. Perpetuæ & Felicitatis Mart. 418
	viii	8	Joannis de Deo Confess. *dupl.* 420
	vii	9	Franciscæ Viduæ Romanæ, *dupl.* 422
	vi	10	Quadraginta Martyrum, *semiduplex*. 424
	v	11	

[redacted]

x

xix	A	iv	12	Gregorii Papæ, Conf. & Eccl. Doct. *duplex*. 42
xviii	b	iii	13	
xvii	c	*Prid.*	14	
xvi	d	*Idib.*	15	
xv	e	xvii	16	
xiv	f	xvi	17	Patritii Episcopi & Confess. *semid.* 428.
xiii	g	xv	18	
xii	A	xiv	19	*Joseph Sponsi B. V. Mariæ*, duplex. 419.
xi	b	xiii	20	
x	c	xii	21	Benedicti Abbatis, *duplex*. 416
ix	d	xi	22	
viii	e	x	23	
vii	f	ix	24	
vi	g	viii	25	*Annuntiatio B. Mariæ Virginis*, duplex. 437
v	A	vii	26	
iv	b	vi	27	
iii	c	v	28	
ii	d	iv	29	
i	e	iii	30	
*	f	*Prid.*	31	

Feria sexta post Dominicam Passionis celebrat Festum Septem Dolorum. B. M. Virg. *dupl.* 44

A P R I L I S.

Cycl. Epact.	*L. D.*		*D. M.*	
xxix	g	*Kal.*	1	
xxviii	A	iv	2	Francisci de Paula Confess. *duplex*. 449
xxvii	b	iii	3	
25. xxvi	c	*Prid.*	4	Isidori Episc. Conf. & Eccl. Doct. *dupl.* 450
xxv. xxiv	d	*Non.*	5	Vincentii Ferrerii Confess. *duplex*. 453
xxiii	e	viii	6	
xxii	f	vii	7	
xxi	g	vi	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviii	c	iii	11	Leonis I. Papæ Conf. & Eccl. Doct. *dupl.* 454.
xvii	d	*Prid.*	12	
xvi	e	*Idib.*	13	Hermenegildi Martyris, *semiduplex*. 458
xv	f	xviii	14	Tiburtii, Valeriani, & Maximi Martyr. 460
xiv	g	xvii	15	
xiii	A	xvi	16	
xii	b	xv	17	Aniceti Papæ & Martyris. 461
xi	c	xiv	18	
x	d	xiii	19	
ix	e	xii	20	
viii	f	xi	21	Anselmi Episc. Conf. & Eccles. Doct. *dupl.* 461
vii	g	x	22	Soteris & Caji Pontif. & Mart. *semidupl.* 463
vi	A	ix	23	Georgii Martyris, *duplex*. 465
v	b	viii	24	Fidelis a Sigmaringa Mart. *duplex*. 464
iv	c	vii	25	*Marci Evangelistæ*, duplex. 466
iii	d	vi	26	Cleti & Marcellini Pontif. & Mart. *semidupl.*
ii	f	v	27	
i		iv	28	Vitalis Martyris, 469
*	g	iii	29	Petri Martyris, *duplex*. 469
xxix	A	*Prid.*	30	Catharinæ Senensis Virginis, *duplex*. 470

M

MAJUS.

Cycl. Epact.	L. D.		D. M.	
xxviii	b	*Kal.*	1	*Philippi & Jacobi Apostolorum*, dupl. 472
xxvii	c	vi	2	Athanasii Episcopi Confess. & Ecclesiæ Doctoris, *duplex*. 475
xxvi	d	v	3	*Inventio sanctæ Crucis*, duplex, *& commemor.* SS. Alexandri, Eventii, & Theoduli Martyr. ac Juvenalis Episcopi & Confess. *in Laudibus tantum*. 477
25. xxiv	e	iv	4	Monicæ Viduæ, *duplex*. 484
xxiv	f	iii	5	Pii V. Papæ & Confess. *duplex*. 486
xxiii	g	*Prid.*	6	*Joannis ante portam Latinam*, duplex, 488
xxii	A	*Non.*	7	Stanislai Episc. & Mart. *duplex*. 490
xxi	b	viii	8	*Apparitio S. Michaelis Archangeli*, dupl. 491
xx	c	vii	9	Gregorii Nazianzeni Episcopi Confess. & Ecclesiæ Doctor. *duplex*. 498
xix	d	vi	10	Antonini Episc. & Conf. *semidupl. cum commem.* SS. Gordiani & Epimachi Martyr. 499
xviii	e	v	11	
xvii	f	iv	12	Nerei, Achillei, Domitillæ Virg. atque Pancratii Mart. *semiduplex*. 500
xvi	g	iii	13	
xv	A	*Prid.*	14	Bonifacii Martyr. 502.
xiv	b	*Idib.*	15	
xiii	c	xvii	16	Ubaldi Episc. & Confess. *semiduplex*. 503
xii	d	xvi	17	Paschalis Baylon Confess. *duplex*. 504
xi	e	xv	18	Venantii Mart. *dupl.* 506
x	f	xiv	19	Petri Cælestini Papæ & Conf. *dupl. cum commem.* S. Pudentianæ Virg. 508
ix	g	xiii	20	Bernardini Senensis Conf. *semidupl.* 510
viii	A	xii	21	
vii	b	xi	22	
vi	c	x	23	
v	d	ix	24	
iv	e	viii	25	Gregorii VII. Papæ Conf. *duplex cum commemor.* S. Urbani Papæ & Mart. 511
iii	f	vii	26	Philippi Nerii Conf. *dupl. cum commem.* S. Eleutherii Papæ & Mart. 514
ii	g	vi	27	Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virginis, *semiduplex*. (Sed in Italia & Insulis adjacentibus tantum) *duplex cum commemor.* sancti Joannis Papæ & Martyr. 515.
i	A	v	28	
*	b	iv	29	
xxix	c	iii	30	Felicis, Papæ & Martyr. 517
xxviii	d	*Prid.*	31	Petronillæ Virginis, 518.

J U N I U S.

Cycl. Epact.	L. D.		D. M.	
xxvii	e	*Kal.*	1	
25. xxvi	f	iv	2	Marcellini, Petri, atque Erasmi Martyr. 518
xxv. xxiv	g	iii	3	
xxiii	A	*Prid.*	4	
xxii	b	*Non.*	5	
xxi	c	viii	6	Norberti Episc. & Conf. *duplex*. 518
xx	d	vii	7	
xix	e	vi	8	
xviii	f	v	9	Primi & Feliciani Martyr. 519
xvii	g	iv	10	Margaritæ Scotorum Reginæ, *semiduplex*. 520
xvi	A	iii	11	*Barnabæ Apostoli*, duplex. 521
xv	b	*Prid.*	12	Joannis a S. Facundo, *dupl. cum commem.* SS. Basilidis, &c.
xiv	c	*Idib.*	13	Antonii de Padua Conf. *duplex*.
xiii	d	xviii	14	Basilii Magni Episcopi Confessor. & Ecclesiæ Doctoris, *duplex*.
xii	e	xvii	15	Viti, Modesti, atque Crescentiæ Martyrum, *commemor.*
xi	f	xvi	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiv	18	Marci & Marcelliani Mart. *commemor.*
viii	b	xiii	19	Julianæ de Falconeriis Virg. *dupl. cum commem.* SS. Gervasii & Protasii Martyr.
vii	c	xii	20	Silverii Papæ & Mart.
vi	d	xi	21	
v	e	x	22	Paulini Episc. & Confess.
iv	f	ix	23	Vigilia.
iii	g	viii	24	*Nativitas S. Joannis Baptistæ*, duplex.
ii	A	vii	25	Gulielmi Abbatis, *dupl. cum commemor.* Octav. Nativitatis S. Joannis.
i	b	vi	26	Joannis & Pauli Martyr. *dupl. cum commem.* Oct. Nativitatis S. Joannis.
*	c	v	27	De Octava Nativitatis S. Joannis.
xxix	d	iv	28	Leonis Papæ II. Confess. *semidupl. & commemor.* Octav. & Vigiliæ.
xxviii	e	iii	29	*Petri & Pauli Apostolorum*, duplex.
xxvii	f	*Prid.*	30	Commemor. sancti Pauli Apostoli, *duplex*, *cum commemor.* Octav. Nativitatis sancti Joannis, sed prius sancti Petri.

DUÆ

DUÆ TABELLÆ

Ex Rubricis generalibus excerptæ.

In quarum prima statim videri poterit de quo celebrandum erit Offic. si plura eodem die Festa occurrant.

In secunda vero, quando Officium precedens concurrat in Vesperis cum Officio sequentis diei.

Ex utraque Tabella hoc ordine reperietur, quod quaeritur.

Primum inveniatur numerus positus in quadrangulo illo, in quo festa, de quibus est controversia, sibi invicem occurrunt: deinde legatur Regula juxta dictum numerum descripta, & ex ea clare videbitur quid sit agendum.

Exempli gratia. Quadrangulus, in quo sibi invicem occurrunt Duplex primæ Classis, & Dominica i. Classis erit qui est in angulo superiori primæ Tabellæ, in quo signatus est numerus 1. quia si ad eum tam Dupl. quam Dominica prædicta ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo sibi invicem occurrerent: Regula autem juxta dictum numerum apposita sic habet:

1. *Translatio de primo, Officium de secundo.* Idest, Duplex i. Classis prædictum transferatur, & Offic. fiat de Dominica primæ classis, quia cum in his Regulis dicitur, de i. seu præcedenti, intelligitur de festo in superiori parte Tabellæ apposito, ut Dupl. prædictum: cum de secundo vel sequenti, de festo in inferiori parte sub numeris apposito, ut Dominica prædicta.

In aliquibus autem Quadrangulis nullus appositus est numerus; vel quia nullus occursus, neque concursus esse potest, vel quia in propriis locis adnotatur in Brev. quid sit agendum.

Scire tamen oportet, quæ sint Duplicia primæ, & secundæ Classis: & majora per annum, & quæ Dominicæ, & feriæ majores dicantur.

DUPLICIA PRIMÆ CLASSIS.

In quibus nulla fit commemor. quorumcumque Festorum occurrentium, nisi prout supra in Rubricis generalibus.

Nativitas Domini.
Epiphania Domini.
Pascha Resurrectionis cum tribus antecedentibus, & duobus sequentibus diebus.
Ascensio Domini.
Pentecostes cum duobus sequentibus diebus.
Festum Corporis Christi.
Assumptio B. M. Virginis.
Nativitas S. Joannis Baptistæ.
Festum SS. Apostolor. Petri & Pauli.
Festum omnium Sanctorum.
Dedicatio propriæ Ecclesiæ.
Patronus, vel Titulus Ecclesiæ.

DUPLICIA II. CLASSIS.

In quibus de Simplicibus, fit commem. in Laudibus tantum.

Circumcisio Domini.
Festum SS. Nominis Jesu.
Festum Sanctissimæ Trinitatis.
Inventio S. Crucis.
Conceptio, Nativitas, Annuntiatio, Purificatio } B. Mariæ.
Natalitia undecim Apostolorum.
Festa Evangelistarum.
Festum S. Stephani Protomartyris.
Sanctorum Innocentium Mart.
Festum S. Joseph.
Festum S. Laurentii.
Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

DOMINICÆ MAJORES

dividuntur in duas Classes.

Dominicæ primæ Classis, quæ numquam omittuntur.

Prima Adventus.
Prima Quadragesimæ.
Passionis.
Palmarum.
Paschæ.
In Albis.
Pentecostes.
Trinitatis.

DO-

DOMINICÆ SECUNDÆ CLASSIS,

Quæ non omittuntur, nisi occurrente Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, & ejusdem Dedicatione & tunc de iis fit semper commemorat. in utrisque Vesperis & Laudibus.

Secunda Tertia Quarta		Adventus.
Dominicæ		Septuagesimæ. Sexagesimæ, & Quinquagesimæ.
Secunda Tertia Quarta		Quadragesimæ.

DUPLICIA MAJORA

per Annum, quæ aliis Duplicibus minoribus præferuntur.

Transfiguratio Domini.
Exaltatio Sanctæ Crucis.

Festum Septem Dolorum Visitatio Festum Carmeli Festum ad Nives Festum SS. Nominis Festum Mercedis Sollemnitas SS. Rosarii Præsentatio	B. M. V.

Dies Octav. Festivitatum ejusdem.
Apparitio S. Michaelis Archang.
Decollatio S. Joannis Baptistæ.
Cathedra S. Petri utraque.
Festum ejusdem ad Vincula.
Conversio S. Pauli.
Festum sancti Joannis ante portam Latinam.
S. Barnabæ Apostoli.
S. Joachim Conf. Patris B. V. M.
S. Annæ Matris B. V. M.
Festa Patronorum minus principalium.

Feriæ majores de quibus semper fit commemoratio.

Adventus.
Quadragesimæ.
Quatuor Temporum, &
Secunda Rogationum.



M A J U S.

Cycl. Epact.	L. D.		D. M.	
xxviii	b	*Kal.*	1	*Philippi & Jacobi Apostolorum*, dupl. 472
xxvii	c	vi	2	Athanasii Episcopi Confess. & Ecclesiæ Doctoris *duplex*. 475
xxvi	d	v	3	*Inventio sanctæ Crucis*, duplex, & *commemor.* SS. Alexandri, Eventii, & Theoduli Martyr. ac Juvenalis Episcopi & Confess. *in Laudibus tantum*. 477
25. xxv	e	iv	4	Monicæ Viduæ, *duplex*. 484
xxiv	f	iii	5	Pii V. Papæ & Confess. *duplex*. 486
xxiii	g	*Prid.*	6	*Joannis ante portam Latinam*, duplex. 488
xxii	A	*Non.*	7	Stanislai Episc. & Mart. *duplex*. 490
xxi	b	viii	8	*Apparitio S. Michaelis Archangeli*, dupl. 491
xx	c	vii	9	Gregorii Nazianzeni Episcopi Confess. & Ecclesiæ Doctor. *duplex*. 498
xix	d	vi	10	Antonini Episc. & Conf. *semidupl. cum commem.* SS. Gordiani & Epimachi Martyr. 499
xviii	e	v	11	
xvii	f	iv	12	Nerei, Achillei, Domitillæ Virg. atque Pancratii Mart. *semiduplex*. 500
xvi	g	iii	13	
xv	A	*Prid.*	14	Bonifacii Martyr. 502.
xiv	b	*Idib.*	15	
xiii	c	xvii	16	Ubaldi Episc. & Confess. *semiduplex*. 503
xii	d	xvi	17	Paschalis Baylon Confess. *duplex*. 504
xi	e	xv	18	Venantii Mart. *dupl.* 506
x	f	xiv	19	Petri Cælestini Papæ & Conf. *dupl. cum commem.* S. Pudentianæ Virg. 508
ix	g	xiii	20	Bernardini Senensis Conf. *semidupl.* 510
viii	A	xii	21	
vii	b	xi	22	
vi	c	x	23	
v	d	ix	24	
iv	e	viii	25	Gregorii VII. Papæ Conf. *duplex cum commemor.* S. Urbani Papæ & Mart. 511
iii	f	vii	26	Philippi Nerii Conf. *dupl. cum commem.* S. Eleutherii Papæ & Mart. 514
ii	g	vi	27	Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virginis, *semiduplex*. (Sed in Italia & Insulis adjacentibus tantum) *duplex cum commemor.* sancti Joannis Papæ & Martyr. 515
i	A	v	28	
*	b	iv	29	
xxix	c	iii	30	Felicis, Papæ & Martyr. 517
xxviii	d	*Prid.*	31	Petronillæ Virginis. 518

simili Festo, transfertur post Octavam.

De Oct. Nativit. Domini, Epiph. & Corporis Christi, semper fit commem. quocumque Festo in illis occurrente.

De aliis Octavis, quæ non sunt in Kalendario, nihil fit, à Feria iv. Cinerum usque ad Dominicam in Albis, & à Vigilia Pentecostes usque ad Festum Trinitatis inclusivè, & à die 17. Decembris usque ad Epiphaniam.

Dies Octavæ numquam transfertur: ideò quamquam Nativitas sancti Joannis Baptistæ occurrens in die Corporis Christi, transferatur in diem sequentem: non tamen transfertur Octava, sed de ea fit tantum commem. in Officio de Octava Corporis Christi.

Si occurrat, ut Patronus, vel Titulus Ecclesiæ descriptus fit eodem die in Kalendario cum aliis Sanctis, in ea Ecclesia fit tantum de Patrono, vel Titulari, absque commemoratione aliorum. *Qui* in dicto Kalendario descripti fi sub Officio Duplici, vel Semi plici, transferuntur in primam di simili Officio non impeditam, de eis fiet Officium Semiduplex: n tamen fint de majoribus Festis, qu tunc de translato quoque fiet Of cium Duplex, ac si proprio c celebraretur. Si verò in Kalendar omnes fint tamquam Festum Si plex, de aliis nihil fit.

De Feriis Adventus & Quadrage mæ, quando de eis non fit Off fit commemor. in utrisque Vesp & Laudibus cujuscumque Festi: Quatuor Temporibus, & Feria cunda Rogationum, ac Vigiliis, Laudibus tantum. Si vero aliq Vigilia occurrat in Adventu, Qu dragesima, & Quatuor Temporibu vel in diebus Festorum, Duplici primæ Classis, sive Patroni, Tituli, aut Dedicationis Ecclesi de ea nihil fit, nec etiam in La dibus.



QUAN-

UÆ TABELLÆ

Ex Rubricis generalibus excerptæ.

*…rum prima statim videri po-
…qua celebrandum erit Offic. si
…dem die Festa occurrant.
…cunda vero, quando Officium
…concurrat in Vesperis cum
…quentis diei.
…taque Tabella hoc ordine repe-
…quod quæritur.*

…m inveniatur numerus posi-
…quadrangulo illo, in quo se-
…quibus est controversia, sibi
…occurrunt: deinde legatur
…juxta dictum numerum de-
…, & ex ea clare videbitur
…agendum.
…li gratia. Quadrangulus, in
…invicem occurrunt Duplex
…lassis, & Dominica i. Classis
…est in angulo superiori pri-
…ellæ, in quo signatus est nu-
…. quia si ad eum tam Dupl.
…ominica prædicta ex eorum
…cto tramite pergerent, in eo
…icem occurrerent: Regula
…uxta dictum numerum appo-
…habet:
…nslatio de primo, Officium de
…. Idest, Duplex i. Classis
…m transferatur, & Offic.
…Dominica primæ classis, quia
…his Regulis dicitur, de i.
…cedenti, intelligitur de festo
…riori parte Tabellæ apposi.
…Dupl. prædictum: cum de
…vel sequenti, de festo in
…i parte sub numeris apposi-
…Dominicæ prædicta.
…quibus autem Quadrangulis
…appositus est numerus; vel
…llus occursus, neque con-
…sse potest, vel quia in pro
…cis adnotatur in Brev. quid
…dum.
…tamen oportet, quæ sint Du-
…rimæ, & secundæ Classis:
…ra per annum, & quæ Domi-
…t feriæ majores dicantur.

…LICIA PRIMÆ CLASSIS.

*…bus nulla fit commemor. quo-
…ne Festorum occurrentium, nisi prout supra in Rubricis genera-
libus.*

Nativitas Domini.
Epiphania Domini.
Pascha Resurrectionis cum tribus antecedentibus, & duobus sequentibus diebus.
Ascensio Domini.
Pentecostes cum duobus sequentibus diebus.
Festum Corporis Christi.
Assumptio B. M. Virginis.
Nativitas S. Joannis Baptistæ.
Festum SS. Apostolor. Petri & Pauli.
Festum omnium Sanctorum.
Dedicatio propriæ Ecclesiæ.
Patronus, vel Titulus Ecclesiæ.

DUPLICIA II. CLASSIS.

In quibus de Simplicibus, fit commem. in Laudibus tantum.

Circumcisio Domini.
Festum SS. Nominis Jesu.
Festum Sanctissimæ Trinitatis.
Inventio S. Crucis.
Conceptio, Nativitas, Annuntiatio, Purificatio } B. Mariæ.
Natalitia undecim Apostolorum.
Festa Evangelistarum.
Festum S. Stephani Protomartyris.
Sanctorum Innocentium Mart.
Festum S. Joseph.
Festum S. Laurentii.
Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

DOMINICÆ MAJORES
dividuntur in duas Classes.

Dominicæ primæ Classis, quæ numquam omittuntur.

Prima Adventus.
Prima Quadragesimæ.
Passionis.
Palmarum.
Paschæ.
In Albis.
Pentecostes.
Trinitatis.

DO-

ORATIO

dicenda ante Divinum Officium.

APeri Domine os meum ad benedicendum nomen sa ctum tuum: munda quoque cor meum ab omni bus vanis, perversis, & alienis cogitationibus: intelle ctum illumina, affectum inflamma; ut digne, attente ac devote hoc Officium recitare valeam, & exaudiri me rear ante conspectum Divinæ Majestatis tuæ: Per Chri stum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Domine, in unione illius Divinæ intentionis, qu ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Hora persolvo.

Orationem sequentem devote post Officium recitantibu Leo Papa X. defectus, & culpas in eo persolven do ex humana fragilitate contractas indulsit: & dici tur flexis genibus.

SAcrosanctæ & individuæ Trinitati, crucifixi Domi ni nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ & glo riosissimæ semperque Virginis Mariæ fœcundæ integrita ti, & omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus & gloria ab omni creatura, nobis que remissio omnium peccatorum, per infinita sæcu la sæculorum.

℟. Amen.

℣. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æter ni Patris Filium.

℟. Et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Do minum.

Pater noster. Ave Maria.

AB-

SI OCCURRAT EODEM DIE.

	Vigilia.	Feria Major.	Sancta Maria in Sabbato.	Simplex.	Semiduplex.	Dies Octavæ.	Dies infra Octavam.	Duplex per Annum.	Duplex secundæ Classis.	Duplex primæ Classis.	Dominica per Annum.	Dominica secundæ Classis.	Dominica primæ Classis.
Duplex i. Classſ. &	6	4	0	6	2	4	6	2	2	8	4	4	1
Duplex ii. Classſ.	4	4	0	4	2	4	6	2	8	1	4	1	1
Dupl. per annũ,	4	4	0	4	2	1	4	8	1	1	4	1	1
Dies infra Oct.	4	4	0	4	3	3	7	3	5	5	3	3	3
Dies Octavæ,	4	4	0	4	2	7	4	2	3	3	4	3	3
Semiduplex,	4	4	0	4	8	1	4	1	1	1	1	1	1
Simplex,	3	3	3	0	3	3	3	3	3	5	3	3	3
S. M. in Sabbato,	5	5	0	4	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Feria Maior,	6	0	6	4	3	3	3	3	3	3	0	0	0
Vigilia.	0	5	6	4	3	3	3	3	3	5	0	0	0

1. Translatio de i. Offic. de ii.
2. Offic. de primo, translatio de secundo.
3. Commemoratio de primo, Officium de secundo.
4. Offic. de primo, commemoratio de secundo.
5. Nihil de primo, Officium de secundo.
6. Offic. de primo, nihil de secundo.
7. Offic. de digniori, commemoratio de minùs digno.
8. Offic. de digniori, translatio de minùs digno.

NOtandum, quod Duplex quodcumque, etiam Patroni, & Tituli Ecclesiæ, vel Dedicationis ejusdem, occurrens in Vigiliis Nativitatis Domini & Pentecostes, in die Circumcisionis, in die Oct. Epiph. in Feria iv. Cinerum, ac tota majori Hebdomada, & infra Oct. Paschæ & Pentecostes, in Ascensione Domini, in Festo Corporis Christi, in Festo Assumptionis B. Virginis, & omnium Sanctorum, transfertur.

Infra Octav. Epiph. fit tantum de Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, & ejusdem Dedicatione, cum commem. Octavæ : alia Festa transferuntur post Octavam.

Infra Octavam Corporis Christi, Semiduplex transfertur, neque fit de Duplici translato, & de ea, quocumque adveniente Duplici, fit commemoratio.

Infra illas Octavas, in quibus fit de Festis occurrentibus, Semiduplex occurrens in Dominica, transfertur in proximè sequentem diem : quæ si fuerit impedita alio simi-



PSALTERIUM DISPOSITUM PER HEBDOMADAM,

Cum Ordinario Officii de Tempore.

PARS VERNA.

DOMINICA AD MATUTINUM.

Ante Matutinum & omnes Horas, præterquam ad Completorium, dicitur ſecretò.

Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, ſicut in cælo & in terra: Panem noſtrum quotidiánum da nobis hódie, & dimítte nobis débita noſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris: Et ne nos indúcas in tentatiónem: ſed líbera nos a malo. Amen.

Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus: & benedíctus fructus ventris tui Jeſus. Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.

In principio Matutini & Primæ, ac in fine Completorii, dicitur etiam ſymbolum Apoſtolorum.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli & terræ. Et in Jeſum Chriſtum, Fílium ejus únicum, Dóminum noſtrum: qui concéptus eſt de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine: paſſus ſub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus & ſepúltus: deſcéndit ad ínferos: tértia die reſurréxit a mórtuis: aſcéndit ad cælos, ſedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis; inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, ſanctam Eccléſiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

Deinde clara voce dicitur Verſus.

Domine lábia mea apéries. ℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam.
℣. Deus in adjutórium meum inténde. ℟. Domine ad adjuvándum me feſtína.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculórum. Amen. Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

Sic dicitur: Laus tibi Dómine, &c. *ad omnes Horas per totam Quadragesimam usque ad Feriam v. in Cœna Domini; & a Sabbato Sancto dicitur* Allelúja.

Invitatorium sequens dicitur in Dominicis tantum, a prima Dominica Quadragesimæ usque ad Dominicam Passionis.

Invitatorium. Non sit vobis vanum mane súrgere ante lucem: * Quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Repetitur. Non sit vobis vanum mane súrgere ante lucem: quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Psalmus 94.

VEníte, exultémus Dómino, jubilémus Deo salutári nostro: præoccupémus fáciem ejus in confessióne, & in psalmis jubilémus ei.

Non sit vobis vanum mane súrgere ante lucem: quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & Rex magnus super omnes deos: quóniam non repéllet Dóminus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit.

Quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Quóniam ipsíus est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte adorémus & procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino, qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus ejus, & oves páscuæ ejus.

Non sit vobis vanum mane súrgere ante lucem: quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndum diem tentatiónis in desérto; ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, & vidérunt ópera mea.

Quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Quadragínta annis próximus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde: ipsi vero non cognovérunt vias meas, quibus jurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam.

Non sit vobis vanum mane súrgere ante lucem; quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui Sancto: Sicut erat in princípio, & nunc & semper, & in sæcula sæculórum. Amen.

Quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Non sit vobis vanum mane súrgere ante lucem; quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Hymnus sequens dicitur in Dominicis, & Feriis usque ad Dominicam Passionis exclusive.

Hym-

Hymnus.

EX more docti mystico
Servémus hoc jejúnium,
Deno diérum círculo
Ducto quater notíssimo.
Lex, & Prophétæ prímitus
Hoc prætulérunt, póstmodum
Christus sacrávit, ómnium
Rex atque Factor témporum.
Utámur ergo párcius
Verbis, cibis, & pótibus,
Somno, jocis, & árctius
Perstémus in custódia.
Vitémus autem nóxia,
Quæ súbruunt mentes vagas,
Nullúmque demus cállidi
Hostis locum tyránnidi.
Flectámus iram víndicem,
Plorémus ante Júdicem,
Clamémus ore súpplici,
Dicámus omnes cérnui:
Nostris malis offéndimus
Tuam Deus cleméntiam;
Effúnde nobis désuper
Remíssor indulgéntiam.
Meménto quod sumus tui,
Licet cadúci, plásmatis:
Ne des honórem Nóminis
Tui, precámur, álteri.
Laxa malum quod fécimus,
Auge bonum quod póscimus:
Placére, quo tandem tibi
Possímus hic, & pérpetim.
Præsta beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas,
Ut fructuósa sint tuis,
Jejuniórum múnera.
Amen.

Tempore Paschali.

Ad Matutinum, Invitator.
Surréxit Dóminus vere, * Allelúja.
Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

REx sempitérne Cælitum,
Rerum creátor ómnium;
Æquális ante sæcula
Semper Paréntis Fílius:
Nascénte qui mundo Faber
Imáginem vultus tui
Tradens Adámo, nóbilem
Limo jugásti spíritum;
Cum livor, & fraus dæmonis
Fœdásset humánum genus,
Tu carne amíctus, pérditam
Formam refórmas Artifex.
Qui natus olim e Vírgine,
Nunc e sepúlcro násceris,
Tecúmque nos a mórtuis
Jubes sepúltos súrgere;
Qui Pastor ætérnus gregem
Aqua lavas Baptísmatis:
Hæc est lavácrum méntium.
Hæc est sepúlcrum críminum.
Nobis diu qui débitæ
Redémptor affixus Cruci,
Nostræ dedísti pródigus
Prétium salútis Sánguinem.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium;
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Per Annum, Antiphona.
Servíte Dómino.
Tempore Pasch. Antiphona.
Allelúja.
*Asteriscus * notat pausam cantus in Choro.*

Psalmus 1.

BEátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum,

& in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit.

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquarum, * quod fructum suum dabit in témpore suo.

Et fólium ejus non défluet: * & ómnia, quæcúmque fáciet, prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic: * sed tanquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício: * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum: * & iter impiórum períbit.

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: * & in sæcula sæculórum. Amen.

Hic versus, Glória. *semper dicitur in fine omnium Psalmorum, nisi aliter notetur.*

Psalmus 2.

QUare fremuérunt Gentes: * & pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum:* & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in i sua: * & in furóre suo co turbábit eos.

Ego autem constitútus su Rex ab eo super Sion mon tem sanctum ejus: * prædícans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi Gentes hæreditátem tuam: * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea: * & tamquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre: * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus: * & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus: * beáti omnes, qui confídunt in eo.

Psalmus 3.

DOmine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine suscéptor meus es: * glória mea & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi & soporátus sum: * & exurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non

Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exúrge Dómine , ſalvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percuſsíſti omnes adverſántes mihi ſine cauſſa : * dentes peccatórum contrivíſti.

Dómini eſt ſalus : * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Pſalmus 6.

DOmine , ne in furóre tuo árguas me : * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére mei Dómine, quóniam infírmus ſum : * ſana me Dómine , quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde : * ſed tu Dómine úſquequo ?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam : * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte, qui memor ſit tui : * in inférno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo , lavábo per ſíngulas noctes lectum meum : * lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt a furóre óculus meus ; * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite a me omnes, qui operámini iniquitátem :* quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam , * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubéſcant & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : * convertántur & erubéſcant valde velóciter.

Per Annum , Antiphona. Servíte Dómino in timóre , & exultáte ei cum tremóre.

Aña. Deus judex juſtus.

Pſalmus 7.

DOmine Deus meus in te ſperávi : * ſalvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam : * dum non eſt qui rédimat , neque qui ſalvum fáciat.

Dómine Deus meus, ſi feci iſtud : * ſi eſt iníquitas in mánibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala : * décidam mérito ab inimícis meis inánis.

Perſequátur inimícus ánimam meam, & comprehéndat, & concúlcet in terram vitam meam , * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua, * & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto , quod mandáſti : * & ſynagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me Dómine ſecúndum juſtítiam meam, * & ſecúndum innocéntiam meam ſuper me.

Conſumétur nequítia peccatórum, & díriges juſtum : *

ſcrutans corda, & renes Deus.

Juſtum adjutórium meum a Dómino, * qui ſalvos facit rectos corde.

Deus judex juſtus, fortis & pátiens: * numquid iráſcitur per ſíngulos dies?

Niſi convérſi fuéritis, gládium ſuum vibrábit: * arcum ſuum teténdit, & parávit illum.

Et in eo parávit vaſa mortis: * ſagíttas ſuas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injuſtítiam, * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum, * & íncidit in fóveam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus, * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus deſcéndet.

Confitébor Dómino ſecúndum juſtítiam ejus, * & pſallam nómini Dómini Altíſſimi.

Pſalmus 8.

DOmine Dóminus noſter, * quam admirábile eſt nomen tuum in univérſa terra!

Quóniam eleváta eſt magnificéntia tua * ſuper cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecíſti laudem propter inimícos tuos: * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam & ſtellas, quæ tu fundáſti.

Quid eſt homo, quod i
mor es ejus? * ut filius
minis, quóniam víſitas eu

Minuíſti eum paullo mi
ab Angélis, glória & ho
re coronáſti eum: * & c
ſtituíſti eum ſuper ópera i
nuum tuárum.

Omnia ſubjecíſti ſub p
bus ejus: * oves & bo
univérſas, ínſuper & péc
campi.

Vólucres cæli & piſces
ris: * qui perámbulant
mitas maris.

Dómine Dóminus noſte
quam admirábile eſt no
tuum in univérſa terra!

Pſalmus 9.

COnfitébor tibi Dómin
toto corde meo: * i
rábo ómnia mirabília tua

Lætábor & exultábo in te
pſallam nómini tuo Altíſſi

In converténdo inimíc
meum retrórſum: * infir
búntur, & períbunt a
cie tua.

Quóniam feciſti judíc
meum & cauſam meam
ſedíſti ſuper thronum,
júdicas juſtítiam.

Increpáſti Gentes, & p
ímpius: * nomen eórum
léſti in ætérnum, & in
culum ſæculi.

Inimíci defecérunt frán
in finem, * & civitátes
rum deſtruxíſti.

Périit memória eórum c
ſónitu, * & Dóminus
ætérnum pérmanet.

Parávit in judício thro
ſuum, * & ipſe judicábit

be

bem terræ in æquitáte, judicábit pópulus in juſtítia.

Et factus eſt Dóminus refúgium páuperi: * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et ſperent in te, qui novérunt nomen tuum, * quóniam non dereliquíſti quæréntes te, Dómine.

Psállite Dómino, qui hábitat in Sion: * annuntiáte inter Gentes ſtúdia ejus.

Quóniam requírens ſánguinem eórum recordátus eſt: * non eſt oblítus clamórem páuperum.

Miſerére mei Dómine: * vide humilitátem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis: * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exultábo in ſalutári tuo: * infixæ ſunt Gentes in intéritu, quem fecérunt.

In láqueo iſto, quem abſcondérunt, * comprehénſus eſt pes eórum.

Cognoſcétur Dóminus judícia fáciens; * in opéribus mánuum ſuárum comprehénſus eſt peccátor.

Convertántur peccatóres in inférnum: * omnes Gentes quæ obliviſcúntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit páuperis, * patiéntia páuperum non períbit in finem.

Exúrge Dómine non confortétur homo, * judicéntur Gentes in conſpéctu tuo.

Conſtítue Dómine legislatórem ſuper eos: * ut ſciant Gentes, quóniam hómines ſunt.

Ut quid Dñe receſsíſti longe: * déſpicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum ſupérbit ímpius, incénditur páuper; * comprehendúntur in consíliis, quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in deſidériis ánimæ ſuæ, * & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor: * ſecúndum multitúdinem iræ ſuæ non quæret.

Non eſt Deus in conſpéctu ejus: * inquinátæ ſunt viæ illíus in omni témpore.

Auferúntur judícia tua a fácie ejus: * ómnium inimicórum ſuórum dominábitur.

Dixit enim in corde ſuo: * Non movébor a generatióne in generatiónem ſine malo.

Cujus maledictióne os plenum eſt, & amaritúdine & dolo: * ſub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occúltis, * ut interfíciat innocéntem.

Oculi ejus in páuperem reſpíciunt: * inſidiátur in abſcóndito, quaſi leo in ſpelúnca ſua.

Inſidiátur ut rápiat páuperem: * rápere páuperem, dum áttrahit eum.

In láqueo ſuo humiliábit eum: * inclinábit ſe & cadet, cum dominátus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde suo, Oblítus est Deus: * avértit fáciem suam, ne vídeat in finem.

Exúrge Dómine Deus, exaltétur manus tua: * ne oblivíscáris páuperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum? * dixit enim in corde suo: Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consíderas: * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est páuper: * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & malígni: * quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum & in sæculum sæculi: * períbitis Gentes de terra illíus.

Desidérium páuperum exaudívit Dóminus: * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupíllo & húmili: * ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

Psálmus 10.

IN Dómino confido: quómodo dicítis ánimæ meæ: * Tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagíttas suas in pháretra: * ut sagíttent in obscúra rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: * Dóminus in cælo s[...] des ejus.

Oculi ejus in páuperem re[...]piciunt: * pálpebræ ejus in[...]térrogant filios hóminum.

Dóminus intérrogat justur[...] & ímpium: * qui autem di[...]ligit iniquitátem, odit áni[...]mam suam.

Pluet super peccatóres lá[...]queos: * ignis, & sulphur & spíritus procellárum, par[...] calícis córum.

Quóniam justus Dóminus & justítias diléxit: * æquitáte[...] vidit vultus ejus.

Per Annum, Antiphona. Deus judex justus, fortis & longánimis, numquid irascé[...]tur per síngulos dies?

Antiphona. Tu Dómine.

Psalmus 11.

SAlvum me fac Dñe, quóniam defécit sanctus: quóniam diminútæ sunt veri[...]tátes a filiis hóminum.

Vana locúti sunt unusquis[...]que ad próximum suum: lábia dolósa, in corde & corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérs[...] lábia dolósa: * & linguan[...] magníloquam.

Qui dixérunt; Linguam nostram magnificábimus, lábi[...] nostra a nobis sunt: * qui noster Dóminus est?

Propter misériam ínopum & gémitum páuperum: * nun[...] exúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutári: * fidu[...]ciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia ca[...]sta: * argéntum igne exami[...]ná-

[redacted]

nátum, probátum terræ, purgátum séptuplum.

Tu Dómine servábis nos & custódies nos * a generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant: * secúndum altitúdinem tuam multiplicásti fílios hóminum.

Psalmus 12.

USquequo Dómine oblivísceris me in finem? * Usquequo avértis fáciem tuám a me?

Quámdiu ponam consília in ánima mea: * dolórem in corde meo per diem?

Usquequo exaltábitur inimícus meus super me? * réspice, & exáudi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte: * nequándo dicat inimícus meus; Præválui advérsus eum.

Qui tríbulant me, exultábunt si motus fúero: * ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exultábit cor meum in salutári tuo; cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi: * & psallam nómini Dómini Altíssimi.

Psalmus 13.

DIxit insipiens in corde suo: * Non est Deus.

Corrúpti sunt & abominábiles facti sunt in stúdiis suis: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Dóminus de cælo prospéxit super fílios hóminum: * ut vídeat si est intélligens aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Sepúlcrum patens est guttur eorum: línguis suis dolóse agébant: * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Quórum os maledictióne & amaritúdine plenum est: * velóces pedes eórum ad effundéndum sánguinem.

Contrítio & infelícitas in viis eórum, & viam pacis non cognovérunt: * non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóscent omnes, qui operántur iniquitátem: * qui dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne justa est, consílium ínopis confudístis: * quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? * cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israel.

Psalmus 14.

DOmine quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula: * & operátur justítiam.

Qui lóquitur veritátem in corde suo; * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit próximo suo malum: * & oppróbrium non

accépit advérſus próximos ſuos.

Ad níhilum dedúctus eſt in conſpéctu ejus malígnus: * timéntes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo ſuo, & non décipit: * qui pecúniam ſuam non dedit ad usúram; & múnera ſuper innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Per Annum, Antiphona.

Tu Dómine ſervábis nos, & cuſtódies nos.

In Quadrageſ. ℣. Ipſe liberávit me de láqueo venántium. ℟. Et a verbo áſpero.

Tempore Paſſionis. ℣. Erue a frámea Deus ánimam meam. ℟. Et de manu canis únicam meam.

Tempore Paſchali, Antiph. Allelúja, Lapis revolútus eſt, allelúja: ab óſtio monuménti, allelúja, allelúja.

℣. Surréxit Dóminus de ſepúlcro, allel. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allel.

Poſt Verſiculum cujuslibet Nocturni dicitur Pater noſter. *ſecreto.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Abſolutio.

EXáudi, Dómine Jeſu Chriſte, preces ſervórum tuórum & miſerére nobis, qui cum Patre & Spíritu Sancto, vivis & regnas in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Bñ. Benedictióne perpétua benedícat nos Pater ætérnus. ℟. Amen.

Deinde leguntur Lectiones cum Reſponſoriis, ut in Proprio de Tempor. aſſignantur.

Pro ſecunda Lectione, Bñ. Unigénitus Dei Fílius nos benedícere & adjuváre dignétur. ℟. Amen.

Pro ſecunda Lectione, Bñ. Spíritus Sancti grátia illúminet ſenſus & corda noſtra. ℟. Amen.

IN II. NOCTURNO.

Per Annum, Antiphona.

Bonórum meórum.

Tempore Paſchali, Antiph. Allelúja.

Pſalmus 15.

COnsérva me Dómine, quóniam ſperávi in te: * Dixi Dómino, Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui ſunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum: * póſtea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de ſanguínibus: * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei: * tu es qui reſtítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * étenim hæréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum, * inſuper & uſque ad noctem, in-

increpuérunt me renes mei.
Providébam Dóminum in conspéctu meo semper, * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.
Propter hoc lætátum est cor meum & exultávit lingua mea: * ínsuper & caro mea requiéscet in spe.
Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno; * nec dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem.
Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætítia cum vultu tuo: * delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

Per Annum, Antiphona.

Bonórum meórum non índiges, in te sperávi, consérva me Dómine.

Antiphona. Propter verba.

Psalmus 16.

EXáudi Dómine justítiam meam: * inténde deprecatiónem meam.
Auribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolósis.
De vultu tuo judícium meum pródeat: * óculi tui vídeant æquitátes.
Probásti cor meum & visitásti nocte, * igne me examinásti, & non est invénta in me iníquitas.
Ut non loquátur os meum ópera hóminum: * propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.
Pérfice gressus meos in sémitis tuis, * ut non moveántur vestígia mea.
Ego clamávi, quóniam exaudísti me Deus: * inclína áurem tuam mihi, & exáudi verba mea.
Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis sperántes in te.
A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me, * ut pupíllam óculi.
Sub umbra alárum tuárum prótege me, * a fácie impiórum, qui me afflixérunt.
Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, ádipem suum conclusérunt: * os eórum locútum est supérbiam.
Projiciéntes me nunc circumdedérunt me; * óculos suos statuérunt declináre in terram.
Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam, * & sicut cátulus leónis hábitans in ábditis.
Exúrge Dómine, præveni eum, & supplánta eum: * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manus tuæ.
Dómine a paucis de terra dívide eos in vita eórum: * de abscónditis tuis adimplétus est venter eórum.
Saturáti sunt filiis, * & dimisérunt relíquias suas párvulis suis.
Ego autem in justítia apparébo conspéctui tuo: * satiábor, cum apparúerit glória tua.

Per Annum, Antiphona.

Propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Antiphona. Díligam te.

Et non repetitur in Psalmo quod semper fit, quando Antiphona incipit a primo versu Psalmi & Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, in quo desinit Antiphona, sive integra dicatur, sive tantum inchoata, si tamen eadem sint verba, & continuetur Antiphona cum Psalmo.

Psalmus 17.

DIligam te Dómine fortitúdo mea: * Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus, adjútor meus: * & sperábo in eum.

Protéctor meus, & cornu salútis meæ: * & suscéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum: * & ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis: * & torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circumdedérunt me: * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum: * & ad Deum meum clamávi.

Et exaudívit de templo sancto suo vocem meam: * & clamor meus in conspéctu ejus introívit in aures ejus.

Commóta est & contrémuit terra: * fundaménta móntium conturbáta sunt & commóta sunt, quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ira ejus, & ignis a fácie ejus exársit: * carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cælos, & descéndit: * & calígo sub pédibus ejus.

Et ascéndit super Chérubim & volávit: * volávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latíbulum suum, in circúitu ejus tabernáculum ejus: * tenebrósa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conspéctu ejus nubes transiérunt: * grándo & carbónes ignis.

Et intónuit de cælo Dóminus, & Altíssimus dedit vocem suam: * grando & carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas & dissipávit eos: * fúlgura multiplicávit & conturbávit eos

Et apparuérunt fontes aquárum: * & reveláta sunt fundaménta orbis terrárum.

Ab increpatióne tua Dómine: * ab inspiratióne spíritus iræ tuæ.

Misit de summo & accépit me: * & assúmpsit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, & ab iis, qui odérunt me: * quóniam confortáti sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ: * & factus est Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem: * salvum me fecit quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam: * & se-

[redacted]

im puritátem má-
irum retríbuit mi-

odívi vias Dómi-
ímpie gessi a Deo

ómnia judícia ejus
tu meo: * & justí-
ion répuli a me.
naculátus cum eo:*
bo me ab iniqui-

uet mihi Dóminus
justítiam meam: *
im puritátem má-
irum in conspéctu
ejus.
cto sanctus eris: *
iro innocénte ín-
is.
lécto eléctus eris: *
rvérso pervertéris.
tu pópulum hú-
vum fácies: * &
uperbórum humi-

tu illúminas lu-
ieam, Dómine: *
s illúmina ténebras

in te erípiar a ten-
* & in Deo meo
ir murum.
us impollúta via e-
ia Dómini igne exa-
protéctor est óm-
ántium in se.
quis Deus præter
? * aut quis Deus
um nostrum?
ii præcínxit me vir-
t pósuit immaculá-
meam.
fécit pedes meos
tamquam cervórum: * & super excélsa státuens me.

Qui docet manus meas ad prælium: * & posuísti, ut arcum æreum bráchia mea.

Et dedísti mihi protectiónem salútis tuæ: * & déxtera tua suscépit me.

Et disciplína tua corréxit me in finem: * & disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me: * & non sunt infirmáta vestígia mea.

Pérsequar inimícos meos, & comprehéndam illos: * & non convértar donec deficiant.

Confríngam illos; nec póterunt stare: * cadent subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtúte ad bellum: * & supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum: * & odiéntes me dispérdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret, ad Dóminum: * nec exaudívit eos.

Et comminuam eos ut púlverem ante fáciem venti: * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli: * constítues me in caput géntium.

Pópulus, quem non cognóvi, servívit mihi: * in audítu auris obedívit mihi.

Fílii aliéni mentíti sunt mihi: * fílii aliéni inveteráti sunt, & claudicavérunt a sémitis suis.

Vi-

lutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in sæculum sæculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino: * & in misericórdia Altíssimi, non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clibanum ignis in témpore vultus tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: * & semen eórum a fíliis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala: * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum: * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua; * cantábimus & psallémus virtútes tuas.

Per Annum, *Antiphona*. Dómine in virtúte tua lætábitur rex.

In Quadragesima, ℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus. ℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Tempore Passionis, ℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.

℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Tempore Paschali, *Antiph.* Allelúja, Noli flere María, allelúja, resurréxit Dóminus, allelúja, allelúja.

℣. Gavísi sunt discípuli, allel.

℟. Viso Dómino, allel.

Pater noster. *secretò*.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

A Vínculis peccatórum nostrórum absólvat nos omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Evangélica léctio sit nobis salus & protéctio. ℟. Amen.

Pro viii. Lectione, *Benedictio*. Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

Pro ix. Lectione, *Benedictio*. Ad societátem cívium supernórum perdúcat nos Rex Angelórum. ℟. Amen.

Sequens Hymnus a Septuagesima usque ad Pascha non dicitur nisi in festis, a Paschate vero usque ad Pentecosten dicitur etiam in Feriali Officio excepta Feria secunda Rogationum. Quando vero dicitur, ejus loco ponitur nonum, aut tertium Responsorium.

Hymnus SS. Ambrosii & Augustini.

TE Deum laudámus: * te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli: * tibi cæli & univérsæ potestátes.

Tibi Chérubim & Séraphim * incessábili voce proclámant.

San-

Canticum trium puerorum Dan. 3. e

BEnedícite ómnia ópera Dómini Dño : * laudáte, & superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino : * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol & luna Dómino : * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber & ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis & æstus Dómino : * benedícite frigus & æstus Dómino.

Benedícite rores & pruína Dómino : * benedícite gelu & frigus Dómino.

Benedícite glácies & nives Dómino : * benedícite noctes & dies Dómino.

Benedícite lux & ténebræ Dómino : * benedícite fúlgura & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * laudet & superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite montes & colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária & flúmina Dómino.

Benedícite cete & ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino ; * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ & pécora Dómino : * benedícite filii hóminum Dómino

Benedícat Israel Dóminum : * laudet & superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus & ánimæ justórum Dómino : * benedícite sancti & húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaríæ, Mísael Dómino : * laudáte, & superexaltáte eum in sǽcula.

Benedicámus Patrem, & Fílium, cum Sancto Spíritu : * laudémus & superexaltémus eum in sǽcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli, * & laudábilis & gloriósus & superexaltátus in sǽcula.

Hic non dicitur Glória Patri, *neque* Amen, *in aliis* Canticis dicuntur.

Tempore Paschali, Antiph. Surréxit Christus de sepúlcro, qui liberávit tres púeros de camíno ignis ardéntis, allelúja.

Antiphona. Allelúja.

Psalmus 148.

LAudáte Dóminum de cælis : * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol, & luna : * laudáte eum omnes stellæ & lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : * & aquæ

& aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra: * dracónes, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béstiæ, & univérsa pécora: * serpéntes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, & omnes júdices terræ.

Júvenes & vírgines, senes cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solius.

Conféssio ejus super cælum & terram: * & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Gloria.

Psalmus 150.

CAntáte Dómino cánticum novum: * laus ejus in Ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exúltent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória.

Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério, & cíthara.

Laudáte eum in tympano, & choro: * laudáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus: laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum. Glória Patri.

Tempore Paschali, Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Capitulum proprium in Quadragesima. Hymnus.

O Sol salútis, íntimis,
Jesu refúlge méntibus,
Dum nocte pulsa grátior
Orbi

...plicatur.
...acceptábile
...nátum rívulis,
...lis víctimam;
...addúxit cháritas:
...mmávit nefas,
...ntes lácrymæ,
...œnitentiæ
...órem cónterat.
..., dies tua,
...lórent ómnia:
...e nos in viam
...i déxtera.
...mundi máchina,
...dóret Trínitas,
...vi per grátiam
...námus cánticum,

...suis Deus mandá-
...te. Ut custódiant
...bus viis tuis.
...ad Benedictus,
...propria.
...ssionis, Hymnus.
...ut infra in Domi-
...is.
...e de inimícis meis
... ℞. Et ab insur-
...me líbera me.
...schali sequens Ca-
...itur in feriali Of-
...: Hymnus autem
...minica.
... *Rom. 6. c*
...resúrgens ex mór-
...jam non móritur,
...ltra non dominá-
...l enim mórtuus est
...órtuus est semel;
...vivit, vivit Deo.
...ymnus.
...cælum púrpurat,
...resúltat láudibus,
...gemens jubilat,

Horrens avérnus infremit:
Rex ille dum fortíssimus
De mortis inférno specu
Patrum Senátum líberum
Edúcit ad vitæ jubar.
Cujus sepúlcrum plúrimo
Custóde signábat lapis;
Victor triúmphat, & suo
Mortem sepúlcro fúnerat.
Sat fúneri, sat lácrymis,
Sat est datum dolóribus:
Surréxit extínctor necis,
Clamat coruscans Angelus.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium;
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúja. ℞. Cœli & terra læténtur, allelúja.

Ad Benedictus, Antiphona propria.

Canticum Zachariæ. Luc. 1. g

BEnedíctus Dóminus Deus Israel: * quia visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum: * qui a sæculo sunt, Prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis nostris: * & de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * & memorári testaménti sui sancti.

Jus-

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: * exultémus & læ-témur in ea.

O Dómine salvum me fac, o Dómine bene prosperáre: * benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem sollémnem in condénsis: * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudísti me: * & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Psalmus 118.

BEáti immaculáti in via: * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus: * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem: * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ: * ad custodiéndas justificatiónes tuas.

Tunc non confúndar: * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis: * in eo, quod dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam: * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te: * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua: * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine: * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum: * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor: * & considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis meditábor: * non oblivíscar sermónes tuos.

R, Etríbue servo tuo, vivífica me: * & custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos: * & considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscóndas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas * in omni témpore.

Increpásti supérbos: * maledícti, qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium & contémptum: * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, & advérsum me loquebántur: * servus autem tuus exér-

exercebátur in justificatiónibus tuis.

Nam & testimónia tua meditátio mea est: * & consílium meum justificatiónes tuæ.

Adhæsit paviménto ánima mea: * vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudísti me; * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum instrue me: * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me: * & de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi: * judícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis, Dómine: * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri: * cum dilatásti cor meum.

Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum quando fit Officium de Dominica, ut in Psalterio.

Symbolum S. Athanasii.

QUicúmque vult salvus esse: * ante ómnia opus est, ut téneat Cathólicam Fidem.

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit: * absque dúbio in ætérnum períbit.

Fides autem Cathólica hæc est: * ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in unitáte venerémur.

Neque confundéntes persónas: * neque substántiam separántes.

Alia est enim persóna Patris, ália Fílii: * ália Spíritus Sancti.

Sed Patris, & Fílii, & Spíritus Sancti una est Divínitas: * æquális glória, coætérna majéstas.

Qualis Pater, talis Fílius: * talis Spíritus Sanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius: * increátus Spíritus Sanctus.

Imménsus Pater, imménsus Fílius: * imménsus Spíritus Sanctus.

Ætérnus Pater, ætérnus Fílius: * ætérnus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres ætérni: * sed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti nec tres imménsi: * sed unus increátus & unus imménsus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius: * omnípotens Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipoténtes: * sed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius: * Deus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii: * sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius: * Dóminus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres Dómini: * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unamquámque persónam Deum ac Dóminum confitéri Christiána veritáte compéllimur: *

ita tres Deos aut Dóminus dícere, Cathólica Religióne prohibémur.

Pater a nullo eſt factus: * nec creátus, nec génitus.

Fílius a Patre ſolo eſt: * non factus, nec creátus, ſed génitus.

Spíritus Sanctus a Patre, & Fílio: * non factus, nec creátus, nec génitus, ſed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Fílius, non tres Fílii: * unus Spíritus Sanctus, non tres Spíritus Sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut poſtérius, nihil majus aut minus: * ſed totæ tres persónæ coætérnæ ſibi ſunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, ſicut jam ſupra dictum eſt: * & únitas in Trinitáte, & Trínitas in unitáte veneránda ſit.

Qui vult ergo ſalvus eſſe, * ita de Trinitáte séntiat.

Sed neceſsárium eſt ad ætérnam ſalútem: * ut Incarnatiónem quoque Dómini noſtri Jeſu Chriſti fidéliter credat.

Eſt ergo Fides recta, ut credámus & confiteámur: * quia Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Dei Fílius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtántia Patris ante ſæcula génitus: * & homo eſt ex ſubſtántia matris in ſæculo natus.

Perféctus Deus, perféctus homo: * ex ánima rationáli & humána carne ſubſíſtens.

Æquális Patri ſecúndum divinitátem: * minor Patre ſecúndum humanitátem.

Qui licet Deus ſit & homo: * non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.

Unus autem non converſióne Divinitátis in carnem: * ſed aſſumptióne humanitátis in Deum.

Unus omníno non confuſióne ſubſtántiæ: * ſed unitáte persónæ.

Nam ſicut ánima rationális & caro unus eſt homo: * ita Deus & homo unus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalúte noſtra, deſcéndit ad ínferos: * tértia die reſurréxit a mórtuis.

Aſcéndit ad cælos, ſedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: * inde ventúrus eſt judicáre vivos, & mórtuos.

Ad cujus advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus ſuis: * & redditúri ſunt de factis própriis ratiónem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam: * qui vero mala, in ignem ætérnum.

Hæc eſt Fides Cathólica: * quam niſi quiſque fidéliter, firmitérque credíderit, ſalvus eſſe non póterit.

Glória Patri, &c.

In Dominica Quadrageſimæ, Antiphona propria.

Tempore Paſchali, Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Ca-

[redacted]

Capitulum. 1. *Tim.* 1. *d*

REgi ſæculórum immortáli & invisíbili, ſoli Deo honor & glória, in ſæcula ſæculórum. Amen.

℟. Deo grátias.

℟. *breve.* Chriſte Fili Dei vivi, * Miſerére nobis.

Et repetitur. Chriſte Fili Dei vivi, miſerére nobis.

℣. Qui ſedes ad déxteram Patris. ℟. Miſerére nobis.

℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui Sancto. ℟. Chriſte Fili Dei vivi, miſerére nobis.

℣. Exúrge Chriſte, ádjuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

Sequentes Preces non dicuntur in Duplicibus, nec infra Octavas; ſed tunc dicto ℟. brevi, dicitur Dóminus vobíſcum, *&* *Oratio.* Dómine Deus omnípotens. 28.

KYrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter. *ſecr. uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

Credo in Deum. *ſecretò uſque ad* ℣. Carnis reſurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam, Amen.

℣. Et ego ad te Dómine clamávi. ℟. Et mane orátio mea prævéniet te.

℣. Repleátur os meum laude. ℟. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitúdinem tuam.

℣. Dómine avérte fáciem tuam a peccátis meis. ℟. Et omnes iniquitátes meas dele.

℣. Cor mundum crea in me Deus. ℟. Et ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

℣. Ne projícias me a fácie tua. ℟. Et Spíritum Sanctum tuum ne áuferas a me.

℣. Redde mihi lætítiam ſalutáris tui. ℟. Et ſpíritu principáli confirma me.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde Hebdomadarius facit Confeſſionem.

COnfiteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ ſemper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptíſtæ, Sanctis Apóſtolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, & vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere, mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam ſemper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptíſtam, Sanctos Apóſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum noſtrum.

Chorus reſpondet:

MIsereátur tui omnípotens Deus, & dimíſſis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

℟. Amen.

Deinde repetit confeſſionem: & ubi dicitur vobis fratres *&* vos fratres, *dicatur* tibi pater *&* te pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit:

MIsereátur vestri omnípotens Deus, & dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

℟. Amen.

INdulgéntiam, absolutiónem, & remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Et prosequitur. ℣. Dignáre Dómine die isto. ℟. Sine peccáto nos custodíre.

℣. Miserére nostri Dómine.

℟. Miserére nostri.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

℟. Quemádmodum sperávimus in te.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecísti: tua nos hódie salva virtúte, ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostram procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes & ópera. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Deinde in Choro legitur Martyrologium. Et quando dicenda est Prima de beata Maria, præponitur Lectioni Martyrologii. Postea Hebdomadarius dicit:

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini. ℟. Mors Sanctórum ejus.

Et absolute sine Orémus.

Oratio.

SAncta María & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum: ut nos mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui vivit & regnat in sǽcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Deus in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

Et dicitur ter: ultimo additur, Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. *secretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Réspice in servos tuos Dómine, & in ópera tua, & dírige fílios eórum.

℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

Orémus. *Oratio.*

DIrígere & sanctificáre, régere & gubernáre,

ad

Dómine Deus Rex
terræ, hódie corda
ra nostra, sensus,
& actus nostros in
& in opéribus man-
tuórum: ut hic &
um, te auxiliánte,
liberi esse mereá-
lvátor mundi: Qui
regnas in sæcula sæ-
. ℟. Amen.
domne benedícere.
. Dies & actus no-
sua pace dispónat
omnípotens.
1.
lusionem Capituli in
& Feriis a Domi-
a Quadragesima us-
Dominicam Passionis
.
Isaiæ 55. *b*
ite Dóminum, dum
eníri potest, invo-
n, dum prope est.
m Dómine miserére
℟. Deo grátias.
inica Passionis usque
m quintam in Cœna
exclusive.
Isaiæ 50. c
n meam non avér-
increpántibus, &
ntibus in me: Dó-
eus auxiliátor meus,
non sum confúsus,
n Dómine.
minica Resurrectionis
l Ascensionem exclu-
Coloss. 2.
surrexístis cum Chri-
quæ sursum sunt quæ-
Christus est in déx-
sedens, quæ sursum
sunt sápite, non quæ super terram. Tu autem.

Post Lectionem brevem dicitur ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Benedícite. ℟. Deus.
Benedictio. Dóminus nos benedícat, & ab omni malo deféndat, & ad vitam perdúcat ætérnam, & Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟. Amen.

IN FERIALI OFFICIO
extra Tempus Paschale,
ad Primam.

Pater noster. Ave María. Credo. ℣. Deus in adjutórium. *ut suprà*. 17.

Hymnus.

Jam lucis orto sídere
Deum precémur súpplices;
Ut in diúrnis áctibus
Nos servet a nocéntibus.
Linguam refrænans témperet
Ne litis horror ínsonet;
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.
Sint pura cordis íntima,
Absistat & vecórdia;
Carnis terat supérbiam
Potus cibíque párcitas,
Ut cum dies abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.
Amen.

Tempore Quadragesimæ, Aña. Vivo ego.

Tempore Passionis, Antiph. Líbera me Dómine.

Psalmus 53.

DEus in nómine tuo salvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me: * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis, * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi: * & confitébor nómini tuo Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: * & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Post Psalmum, Deus in nómine tuo. *loco Psalmi,* Confitémini Dómino. *dicitur unus ex infrascriptis Psalmis, secundum Ferias distinctis: Sabbato autem dicuntur tantum tres Psalmi sicut in Festis.*

FERIA SECUNDA.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitúdo ejus: * orbis terrárum & univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in monte[m] Dómini: * aut quis stabit i[n] loco sancto ejus?

Innocens mánibus & mun[do] corde: * qui non accépi[t] in vano ánimam suam, ne[c] jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictióne[m] a Dómino, * & misericó[r]diam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quærén[]tium eum, * quæréntium fa[]ciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes vestras, & elevámini port[æ] æternáles, * & introíbit Re[x] glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? Dóminus fortis & potens Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes vestras, & elevámini port[æ] æternáles, * & introíbi[t] Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? Dóminus virtútum ipse e[st] Rex glóriæ.

FERIA TERTIA

Psalmus 24.

AD te Dómine levá[vi] ánimam meam; * Deu[s] meus in te confido, no[n] erubéscam.

Neque irrídeant me inimí[]ci mei: * étenim univérsi qui sústinent te, non con[]fundéntur.

Confundántur omnes iníqu[e] agéntes * supervácue.

Vias tuas, Dómine, demón[]stra mihi: * & sémitas tu[as] edóce me.

Dírige me in veritáte tua & doce me; * quia tu e[s]

Deus

[redacted]

Deus salvátor Deus; & te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * & misericordiárum tuárum, quæ a sæculo sunt.

Delícta juventútis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu, * propter bonitatem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in judício: * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini, misericórdia & véritas: * requiréntibus testaméntum ejus & testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo: * multum est enim.

Quis est homo, qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via, quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum, * & testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum: * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére mei, * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam & labórem meum, * & dimítte univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, & érue me: * non erubéscam quóniam sperávi in te.

Innocéntes & recti adhæsérunt mihi, * quia sustínui te.

Líbera Deus Israel * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

FERIA QUARTA.

Psalmus 25.

JUdíca me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingréssus sum: * & in Dómino sperans non infirmábor.

Proba me Dómine & tenta me: * ure renes meos & cor meum.

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est: * & complácui in veritáte tua.

Non sedi cum concílio vanitátis: * & cum iníqua geréntibus non introíbo.

Odívi Ecclésiam malignántium: * & cum ímpiis non sedébo.

Lavábo inter innocéntes manus meas: * & circúmdabo altáre tuum, Dómine.

Ut áudiam vocem laudis: * & enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine diléxi decórem domus tuæ: * & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis Deus ání-

ánimam meam: * & cum viris sánguinum vitam meam.
In quorum mánibus iniquitátes sunt: * déxtera eórum repléta est munéribus.
Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum, * rédime me, & miserére mei.
Pes meus stetit in diréćto: * in Ecclésiis benedícam te Dómine.

FERIA QUINTA.

Psalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.
Super aquam refećtiónis educávit me: * ánimam meam convértit.
Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.
Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.
Virga tua & báculus tuus; * ipsa me consoláta sunt.
Parásti in conspéćtu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.
Impinguásti in óleo caput meum, * & calix meus inébrians quam præclárus est!
Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.
Et ut inhábitem in domo Dómini * in longitúdinem diérum.

FERIA SEXTA.

Psalmus 21.

DEus Deus meus, réspice in me: * quare me dereliquísti? * longe a salúte mea verba delićtórum meórum.
Deus meus clamábo per diem, & non exáudies, * & nocte, & non ad insipiéntiam mihi.
Tu autem in sancto hábitas, * Laus Israel.
In te speravérunt patres nostri: * speravérunt, & liberásti eos.
Ad te clamavérunt, & salvi facti sunt: * in te speravérunt, & non sunt confúsi.
Ego autem sum vermis, & non homo; * oppróbrium hóminum & abjéćtio plebis.
Omnes vidéntes me derisérunt me: * locúti sunt lábiis, & movérunt caput.
Sperávit in Dómino, erípiat eum: * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.
Quóniam tu es, qui extraxísti me de ventre: * spes mea ab ubéribus matris meæ.
In te projéćtus sum ex útero.
De ventre matris meæ Deus meus es tu: * ne discésseris a me.
Quóniam tribulátio próxima est: * quóniam non est qui ádjuvet.
Circumdedérunt me vítuli multi: * táuri pingues obsedérunt me.
Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens, & rúgiens.
Sicut aqua effúsus sum, * & dispérsa sunt ómnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquam

[redacted]

n cera liquéscens * in
io ventris mei.
uit tamquam testa virtus
, & lingua mea adhæsit
ibus meis, * & in púl-
m mortis deduxísti me.
óniam circumdedérunt me
s multi: * concílium ma-
intium obsédit me.
érunt manus meas & pe-
meos: * dinumeravérunt
ia ossa mea.
i vero consideravérunt &
exérunt me: * divisérunt
vestiménta mea, & su-
vestem meam misérunt
em.
autem, Dómine, ne elon-
eris auxílium tuum a me: *
defensiónem meam cón-
e.
ue a framea Deus ánimam
m, * & de manu canis
cam meam.
lva me ex ore leónis, *
a córnibus unicórnium
ilitátem meam.
rrábo nomen tuum frátri-
meis: * in médio Ecclé-
laudábo te.
ii timétis Dóminum, lau-
: eum: * univérsum semen
ob glorificáte eum.
meat eum omne semen Is-
, * quóniam non sprevit
ne despéxit deprecatiónem
peris.
c avértit fáciem suam a
, * & cum clamárem ad
, exaudívit me.
ud te laus mea in Ecclé-
magna: * vota mea red-
in conspéctu timén-
eum.

Edent páuperes, & saturabúntur, & laudábunt Dóminum, qui requírunt eum: * vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Reminiscéntur, & converténtur ad Dóminum * univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsæ famíliæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum, * & ipse dominábitur Géntium.

Manducavérunt & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conspéctu ejus cadent omnes, qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet: * & semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: * & annuntiábunt cæli justítiam ejus pópulo, qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Sabbato nihil additur, ut supra in Rubrica. 30.

Deinde dicitur,

Psalmus 118.

BEáti immaculáti in via: * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus: * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem: * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ: * ad custodiéndas justificatiónes tuas.

Tunc non confúndar: * cum perſpéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis: * in eo, quod dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam: * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te: * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua: * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine: * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum: * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor: * & considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis meditábor: * non oblivíscar sermónes tuos.

Retríbue servo tuo, vivífica me: * & custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos: * & considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscóndas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas * in omni témpore.

Increpásti supérbos: * maledícti, qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium & contémptum: * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, & advérsum me loquebántur: * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis.

Nam & testimónia tua meditátio mea est: * & consílium meum justificatiónes tuæ.

Adhæsit paviménto ánima mea: * vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudísti me; * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me: * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me: * & de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi: * judícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis, Dómine: * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri: * cum dilatásti cor meum.

Tempore Quadragesimæ, Aña. Vivo ego, dicit Dóminus: nolo mortem peccatóris, sed ut magis convertátur, & vivat.

Tempore Passionis, Antiph. Líbera me Dómine, & pone me juxta te, & cujúsvis manus pugnet contra me.

Capitulum. *Zach. 8. d*

Pacem & veritátem dilígite, ait Dóminus omni-

s. ℟. Deo grátias.
ꝟ. Christe Fili Dei vi-
Miserére nobis.
ctitur. Christe Fili Dei
miserére nobis.
sedes ad déxteram Pa-
℟. Miserere nobis.
ria Patri, & Filio, &
Sancto. ℟. Christe Fi-
vivi, miserére nobis.
irge Christe, ádjuva
℟. Et líbera nos pro-
omen tuum.
ie eléison. Christe e-
ison. Kyrie eléison.
noster. *secretò*.
ne nos indúcas in ten-
m. ℟. Sed líbera nos a
Credo in Deum. *secr.*
nis resurrectiónem.
m ætérnam, Amen.
ego ad te, Dómine,
i. ℟. Et mane orátio
ævéniet te.
leátur os meum lau-
. Ut cantem glóriam
tota die magnitúdi-
am.
mine avérte fáciem tu-
eccátis meis. ℟. Et
iniquitátes meas dele.
: mundum crea in me
℟. Et spíritum rectum
in viscéribus meis.
projícias me a fácie
. Et spíritum Sanctum
e áuferas a me.
ide mihi lætítiam sa-
ui. ℟. Et spíritu prin-
onfirma me.
ad Laudes non sunt
eces feriales statim di-
Adjutórium nostrum,
[illegible] *ut supra*.

Quando autem ad Laudes dicta sunt Preces feriales, inferius posita post Laudes Feria ii. tunc ad Primam prædicta Preces, & sequentes dicuntur flexis genibus.

ꝟ. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

ꝟ. Eripe me de inimícis meis, Deus meus. ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

ꝟ. Erípe me de operántibus iniquitátem. ℟. Et de viris sánguinum salva me.

ꝟ. Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi. ℟. Ut reddam vota mea de die in diem.

ꝟ. Exáudi nos Deus salutáris noster. ℟. Spes ómnium fínium terræ, & in mari longe.

ꝟ. Deus in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

ꝟ. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális. ℟. Miserére nobis.

ꝟ. Bénedic ánima mea Dómino. ℟. Et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

ꝟ. Benedic ánima mea Dómino. ℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

ꝟ. Qui propiátur ómnibus iniquitátibus tuis. ℟. Qui sanat omnes infirmitátes tuas.

ꝟ. Qui rédimit de intéritu vitam tuam. ℟. Qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus.

ꝟ. Qui replet in bonis desidérium tuum. ℟. Renovábitur, ut áquilæ, juvéntus tua.

 ꝟ. Ad-

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.

CОnfiteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, Sanctis Apóstolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, & vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere, mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, Sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet:

MIsereátur tui omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

℟. Amen.

Deinde repetit confessionem: & ubi dicitur vobis fratres *&* vos fratres, *dicatur* tibi pater *&* te pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit:

MIsereátur vestri omnípotens Deus, & dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

℟. Amen.

INdulgéntiam, absolutiónem, & remissiónem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus.

℟. Amen.

Et prosequitur ℣. Dignáre Dómine die isto. ℟. Sine peccáto nos custodíre.

℣. Miserére nostri Dómine.

℟. Miserére nostri.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

℟. Quemádmodum sperávimus in te.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecísti: tua nos hódie salva virtúte; ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes & ópera. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Deinde in Choro legitur Martyrologium. Et quando dicenda est Prima de beata Maria, præponitur Lectioni Martyrologii.

Postea Hebdomadarius dicit:

℣. Pre-

[redacted]

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini. ℟. Mors Sanctórum ejus.

Et absolute sine Orémus.

Oratio.

SAncta María & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum: ut nos mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui vivit & regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Deus in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

Et dicitur ter: ultimo additur. Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. *secretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Réspice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua, & dírige filios eórum.

℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige.

℣. Glória Patri & Filio.

℟. Sicut erat.

Orémus. *Oratio.*

DIrígere & sanctificáre, régere & gubernáre, dignáre Dómine Deus Rex cæli & terræ, hódie corda & córpora nostra, sensus, sermónes & actus nostros in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum; ut hic & in ætérnum, te auxiliánte, salvi & líberi esse mereámur, Salvátor mundi: Qui vivis & regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Bño. Dies & actus nostros in sua pace dispónat Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

Ad Absolutionem Capituli in Dominicis & Feriis a Dominica prima Quadragesimæ usque ad Dominicam Passionis exclusive.

Isaiæ 55. b

QUærite Dóminum, dum inveníri potest: invocáte eum, dum prope est. Tu autem Dómine.

A Dominica Passionis usque ad Feriam quintam in Cœna Domini exclusive.

Isaiæ 56. c

FAciem meam non avérti ab increpántibus, & conspuéntibus in me: Dóminus Deus auxiliátor meus, & ídeo non sum confúsus. Tu autem Dómine.

Dominica Resurrectionis usque ad Ascensionem exclusive.

Coloss. 3.

SI consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens: quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Tu autem.

Post Lectionem brevem dicitur. ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

℣. Benedícite. ℟. Deus.

Benedictio. Dóminus nos benedícat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perdúcat ætérnam, & Fidélium áni-

ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R⁄. Amen.

IN FERIALI OFFICIO *tempore Paschali, & in Festis per Annum.*

Post Psalmum, Deus in nómine tuo, *dicitur tantum Psalm.* Beáti immaculáti, *&* Retríbue. 24.

Deinde Antiphona competens, & reliqua ut supra in Dominica, 27. *sed in Duplicibus, & infra Octavas non dicuntur Preces: dicto.* Benedicámus Dómino, *dicitur Prima de beata Maria, si dicenda est: postea legitur Martyrologium in Choro.*

Deinde dicitur V⁄. Pretiósa in conspéctu, *cum reliquis ut suprà.* 28.

Ad Absolutionem Capituli in Festis dicitur Capitulum Nonæ.

AD TERTIAM.

Pater noster. Ave María.
Deus in adjutórium. 27.

Hymnus.

NUnc Sancte nobis Spíritus,
Unum Patri cum Fílio,
Dignáre promptus íngeri,
Nostro refúsus péctori.
Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent,
Flamméscat igne cháritas,
Accéndat ardor próximos.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum, Amen.

In Dominicis Quadragesimæ Antiphona propria.

Tempore Quadragesimæ, in feriali Officio, Antiphona, Advenérunt nobis.

Tempore Passionis, Antiph. Judicásti Dómine.

In Dominicis tempore Paschali, & in feriali Officio, Antiphona. Allelúja.

Psalmus

LEgem pone mihi Dómine viam justificatiónum tuárum: * & exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, & scrutábor legem tuam: * & custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum: * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua: * & non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum: * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum, quod suspicátus sum: * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua: * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua Dómine: * salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobránbus mihi verbum: * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque,

, * quia in judíciis tuis
rſperávi.
cuſtódiam legem tuam ſem-
: * in ſæculum & in ſæ-
m ſæculi.
ambulábam in latitúdi-
: * quia mandáta tua
iisívi.
loquébar de teſtimóniis
in conſpéctu regum: *
on confundébar.
meditábar ut mandátis
: * quæ diléxi.
levávi manus meas ad
idáta tua, quæ diléxi: *
exercébar in juſtificatió-
is tuis.
MEmor eſto verbi tui ſer-
vo tuo: * in quo mi-
pem dediſti.
ec me conſoláta eſt in hu-
itáte mea: * quia elóquium
n vivificávit me.
pérbi inique agébant uſ-
quáque: * a lege autem
n non declinávi.
mor fui judiciórum tuó-
a ſæculo Dómine: * &
iſolátus ſum.
féctio ténuit me * pro
catóribus derelinquéntibus
m tuam.
ntábiles mihi erant juſti-
iónes tuæ * in loco pe-
rinatiónis meæ.
mor fui nocte nóminis
, Dómine: * & cuſtodívi
m tuam.
ec facta eſt mihi; * quia
ificatiónes tuas exquisívi.
irtio mea, Dómine: * di-
cuſtodíre legem tuam.
eprecátus ſum fáciem tuam
toto corde meo: * miſe-
rére mei ſecúndum elóquium
tuum.
Cogitávi vias meas: * &
convérti pedes meos in te-
ſtimónia tua.
Parátus ſum, & non ſum
turbátus: * ut cuſtódiam man-
dáta tua.
Funes peccatórum circumplé-
xi ſunt me: * & legem tuam
non ſum oblítus.
Média nocte ſurgébam ad
confiténdum tibi: * ſuper ju-
dícia juſtificatiónis tuæ.
Párticeps ego ſum ómnium
timéntium te: * & cuſtodién-
tium mandáta tua.
Miſericórdia tua, Dómine,
plena eſt terra: * juſtificatió-
nes tuas doce me.
BOnitátem feciſti cum ſer-
vo tuo, Dómine: *
ſecúndum verbum tuum.
Bonitátem & diſciplínam &
ſciéntiam doce me: * quia
mandátis tuis crédidi.
Priúſquam humiliárer, ego
delíqui: * proptérea eló-
quium tuum cuſtodívi.
Bonus es tu: * & in boni-
táte tua doce me juſtificatió-
nes tuas.
Multiplicáta eſt ſuper me
iníquitas ſuperbórum: * ego
autem in toto corde meo ſcru-
tábor mandáta tua.
Coagulátum eſt ſicut lac cor
eórum: * ego vero legem
tuam meditátus ſum.
Bonum mihi, quia humiliá-
ſti me: * ut diſcam juſtifica-
tiónes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: *
ſuper míllia auri & argénti.
Ma-

Manus tuæ fecérunt me, & plasphemavérunt me: * da mihi intelléctum, & discam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me & lætabúntur; * quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi, Dómine, quia æquitas judícia tua, * & in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ, & vivam, * quia lex tua meditátio mea est.

Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me: * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te, * & qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confúndar.

In Dominicis Quadragesimæ, Antiphona propria.

Tempore Quadrages. in feriali Officio, Antiphona, Advenérunt nobis dies poeniténtiæ; ad rediménda peccáta, ad salvándas ánimas.

Capitulum. *Joelis 2.*

Convertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, & fletu, & planctu. Et scíndite corda vestra, & non vestiménta vestra, ait Dóminus omnípotens.

℞. *brev.* Ipse liberávit me, * De láqueo venántium. Ipse liberávit. ℣. Et a verbb áspero. De láqueo.

Glória Patri. Ipse liberávit.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. ℞. Et sub pennis ejus sperábis.

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, flexis genibus dicitur Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. *secretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentatiónem. ℞. Sed líbera nos a malo.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℞. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

℣. Exurge Christe, ádjuva nos. ℞. Et líbera nos propter nomen tuum.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio conveniens.

Tempore Passionis in feriali Officio, Antiphona. Júdica me Dómine caussam ánimæ meæ, defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

Capitulum. *Jer. 17. b.*

Domine, omnes, qui te derelínquunt, confundéntur: recedéntes a te, in terra scribéntur: quóniam dereliquérunt venam aquárum viventium Dóminum.

℞. *br.* Erue a frámea * Deus ánimam meam. Erue.

℣. Et de manu canis únicam meam. Deus.

Erue a frámea.

℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℞. Et a córnibus uni-

m humilitátem me-
e eléison.
io conveniens.
icis tempore Pascha-
lona. Allelúja, al-
lelúja, allelúja.
m proprium de Tem-

Paschali, in feria-
, *Antiph.* Allelúja,
allelúja, allelúja.
m. *Rom. 6. b*
us resúrgens ex mór-
jam non móritur,
ultra non dominá-
Quod enim mórtuus
to, mórtuus est se-
uod autem vivit,
).
rréxit Dóminus de
* Allelúja, alle-
rréxit. ℣. Qui pro
éndit in ligno. Al-
llelúja.
itri. Surréxit.
xit Dóminus vere,
℟. Et appáruit Si
lelúja.
io conveniens.
SEXTAM.
oster. Ave María.
adjutórium. 17.
Hymnus.
potens, verax
us,
peras rerum vices:
e mane illúminas,
us merídiem.
flammas lítium,
alórem nóxium,
salútem córporum
ue pacem córdium.
Pater piíssime,
e compar Unice,

Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæcu-
lum. Amen.

In Dominicis Quadragesimæ, Antiphona propria.

Tempore Quadragesimæ in feriali Officio, Antiph. Commendémus nosmetípsos.

Tempore Passionis, Antiph. Pópule meus.

In Dominicis tempore Paschali, & in feriali Officio, Antiphona. Allelúja.

Psalmus,

DEfécit in salutáre tuum ánima mea: * & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes: Quando consoláberis me?

Quia factus sum, sicut uter in pruína: * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? * quando fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes, * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: * iníque persecúti sunt me, ádjuva me.

Paullo minus consummavérunt me in terra; * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam vivífica me, * & custódiam testimónia oris tui.

In ætérnum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cælo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundásti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tua persévérat

dies, * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditátio mea est: * tunc forte periissem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar justificatiónes tuas: * quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: * quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem; * latum mandátum tuum nimis.

QUómodo diléxi legem tuam Dómine? * tota die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo: * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me intelléxi: * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intelléxi: * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos: * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi: * quia tu legem posuísti mihi.

Quam dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi, * proptérea odívi omnem viam iniquitátis.

Lucérna pédibus meis verbum tuum: * & lumen sémitis meis.

Jurávi & státui: * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequâque Dómine: * vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac Dómine: * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper: * & legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi: * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum: * quia exultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum: * propter retributiónem.

INíquos ódio hábui: * & legem tuam diléxi.

Adjútor & suscéptor meus es tu: * & in verbum tuum supersperávi.

Declináte a me malígni: * & scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, & vivam: * & non confúndas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & salvus ero: * & meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a judíciis tuis: * quia injústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ: * ídeo diléxi testimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas: * a judíciis enim tuis tímui.

Fe-

fcium, & justítiam: * las me calumniánti-

fervum tuum in bo- non calumniéntur bi.

nei defecérunt in fa- im: * & in elóquium uæ.

i fervo tuo fecúndum diam tuam: * & ju- ies tuas doce me.

tuus fum ego: * da elléctum, ut fciam a tua.

s faciéndi Dómine: * runt legem tuam.

léxi mandáta tua: * rum & topázion.

ea ad ómnia mandáta bar: * omnem viam ódio hábui.

inicis Quadragesima, a propria.

Quadrages. in feria-, *Antiph.* Commen- ofmetípfos in multa, in jejúniis multis, i justítiæ.

um. *Ifai. 55. b*

línquat ímpius viam m, & vir iníquus co- s fuas, & revertátur inum, & miferébitur ad Deum nostrum, multus est ad igno-

.

ápulis fuis * Obum- bi. Scápulis.

ib pennis ejus fperá- umbrábit tibi.

Patri. Scápulis.

o circúmdabit te vé- s. ℟. Non timébis a

timóre noctúrno. Kyrie eléi- fon. Christe eléifon. Kyrie eléifon. Pater noster. *fecr.*

℣. Et ne nos indúcas in ten- tatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. ℣. Dómine Deus vir- tútum convérte nos. ℟. Et osténde fáciem tuam, & fal- vi érimus. ℣. Exúrge, Chri- ste, ádjuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobífcum.

℟. Et cum fpíritu tuo.

Oratio conveniens.

Tempore Passionis in feriali Officio, Antiph. Pópule meus, quid feci tibi? aut quid mo- léstus fui? Refpónde mihi.

Capitulum. *Jer. 17. c*

Confundántur, qui me per- fequúntur, & non con- fúndar ego: páveant illi, & non páveam ego: induc fu- per eos diem afflictiónis; & dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noster.

℟. *br.* De ore leónis * Líbe- ra me Dómine. De ore.

℣. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam. Líbera. De ore leónis.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam me- am. Kyrie eléifon.

Oratio conveniens.

In Dominicis tempore Pascha- li, Antiph. Allelúja, allelú- ja, allelúja, allelúja.

Capitulum proprium de Tem- pore.

Tem-

Tempore Paschali in feriali Officio, *Antiph.* Allelúja, allelúja, allelúja, allelúja.

Capitulum. 1.Cor. 15.c

CHristus resurréxit a mórtuis primítiæ dormiéntium: quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuórum. Et sicut in Adam omnes moriúntur, ita & in Christo omnes vivificabúntur.

℟. *br.* Surréxit Dóminus, vere, * Allelúja, allelúja. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Surréxit.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúja. ℟. Viso Dómino, allelúja.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

Pater noster. Ave María. Deus in adjutórium.

Hymnus.

RErum Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéssibus detérminans.

Largíre lumen véspere,
Quo vita nusquam décidat;
Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum.
Amen.

In Dominicis Quadragesimæ, *Antiphona propria*.

Tempore Quadragesimæ in feriali Officio, *Antiphona*. Per arma justítiæ.

Tempore Passionis, *Antiph.* Numquid rédditur.

In Dominicis tempore Paschali, *& in feriali Officio*, *Antiphona*. Allelúja.

Psalmus.

MIrabília testimónia tua: * ídeo scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat, * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui & attráxi spíritum, * quia mandáta tua desiderábam.

Aspice in me & miserére mei * secúndum judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum, * & non dominétur mei omnis injustítia.

Rédime me a calúmniis hóminum: * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum, * & doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei: * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus, * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter, * & servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego, & contemptus: * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Tu-

Justítia tua, justítia in ætérnum, * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum: * intelléctum da mihi, & vivam.

CLamávi in tóto corde meo, exáudi me Dómine: * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac: * ut custódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi, * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo: * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndum misericórdiam tuam, Dómine, * & secúndum judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti: * a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Dómine, * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis tuis, * quia in ætérnum fundásti ea.

Vide humilitátem meam, & éripe me, * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me, * propter elóquium tuum vivífica me.

Longe a peccatóribus salus, * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ Dómine: * secúndum judícium tuum vivífica me.

Multi, qui persequúntur me & tríbulant me: * a testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, & tabescébam, * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine, * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas: * in ætérnum ómnia judícia justítiæ tuæ.

PRíncipes persecúti sunt me gratis, * & a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua, * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui & abominátus sum: * legem autem tuam diléxi.

Séptìes in die laudem dixi tibi, * super judícia justítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam, * & non est illis scándalum.

Expectábam salutáre tuum Dómine, * & mandáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua, * & diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua, & testimónia tua: * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine: * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo: * secúndum elóquium tuum éripe me.

Eru-

in via tua, * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age, * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Psalmus 27.

AD te, Dómine, clamábo, Deus meus ne síleas a me: * ne quando táceas a me, & assimilábor descendéntibus in lacum.

Exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te: * dum extóllo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatóribus, * & cum operántibus iniquitátem ne perdas me.

Qui loquúntur pacem cum próximo suo: * mala autem in córdibus eórum.

Da illis secúndum ópera eórum, * & secúndum nequítiam adinventiónum ipsórum.

Secúndum ópera mánuum eórum tríbue illis: * redde retributiónem eórum ipsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, & in ópera mánuum ejus, * déstrues illos, & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus, * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus & protéctor meus: * in h
sperávit cor meum, & ad
tus sum.

Et reflóruit caro mea: * &
voluntáte mea confitébor
Dóminus fortitúdo ple
suæ, * & protéctor salvat
num Christi sui est.

Salvum fac pópulum tu
Dómine, & bénedic hære
táti tuæ: * & reges eos, &
tólle illos usque in ætérnu
Aña. Dóminus defénsor
tæ meæ. *Aña.* Adoráte.

Psalmus 28.

AFférte Dómino filii Dei
afférte Dómino fili
aríetum.

Afférte Dómino glóriam
honórem, afférte Dómi
glóriam nómini ejus: * a
ráte Dóminum in átrio s
cto ejus.

Vox Dómini super aqu
Deus majestátis intónuit,
Dóminus super aquas mult

Vox Dñi in virtúte: * v
Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringér
cedros, * & confrínget I
minus cedros Líbani.

Et comminuet eas tamqu
vítulum Líbani: * & d
ctus quemádmodum filius u
córnium.

Vox Dómini intercidén
flammam ignis: * Vox I
mini concutiéntis desértum
& commovébit Dóminus
sértum Cades.

Vox Dómini præparántis
vos, & revelábit condénsa
& in templo ejus omnes
cent glóriam.

ıs dilúvium inhabitá-
* & sedébit Dómi-
in ætérnum.
ıs virtútem pópulo
t: * Dóminus bene-
pulo suo in pace.
Psalmus 29.
ibo te Dómine, quó-
m suscepísti me:
ctásti inimícos meos

: Deus meus clama-
, * & sanásti me.
: eduxísti ab inférno
meam: * salvásti me
déntibus in lacum.
Dómino sancti ejus, *
émini memóriæ san-
ejus.
m ira in indignatió-
* & vita in volun-
.
erum demorábitur fle-
ad matutinum lætítia.
tem dixi in abundán-
: * non movébor in
.
voluntáte tua, * præ-
córi meo virtútem.
ti fáciem tuam a me, *
sum conturbátus.
Dómine, clamábo, *
um meum deprecábor.
ıtílitas in sánguine
dum descéndo in cor-
m.
id confitébitur tibi
* aut annuntiábit ve-
tuam?
Dóminus, & misér-
ıei: * Dóminus fa-
adjútor meus.
rísti planctum meum
ım mihi: * consci-
'erna.

dísti saccum meum, & circundedísti me lætítia.

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar: * Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

Aña. Adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Aña. In tua justítia.

Psalmus 30.

IN te, Dómine, sperávi non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me.

Inclina ad me aurem tuam: * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem & in domum refúgii, * ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea & refúgium meum es tu, * & propter nomen tuum dedúces me & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi, * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum: * redemísti me Dómine Deus veritátis?

Odísti observántes vanitátes * supervácue.

Ego autem in Dómino sperávi: * exultábo & lætábor in misericórdia tua.

Quóniam respexísti humilitátem meam: * salvásti de necessitátibus ánimam meam.

Nec conclusísti me in mánibus inimíci, * statuísti in loco spatióso pedes meos.

Miserére mei Dómine, quónia tríbulor: * conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea & venter meus.

Quóniam defécit in dolóre

vita mea, * & anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea, * & ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium, & vicínis meis valde, * & timor notis meis.

Qui vidébant me, foras fugérunt a me: * oblivióni datus sum, tamquam mórtuus a corde.

Factus sum tamquam vas pérditum: * quóniam audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu.

In eo dum convenírent simul advérsum me, * accípere ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi Dómine: *dixi; Deus meus es tu; in mánibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum: * & a persequéntibus me.

Illústra fáciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericórdia tua: * Dómine non confúndar, quóniam invocávi te.

Erubéscant ímpii, & deducántur in inférnum: * muta fiant lábia dolósa;

Quæ loquúntur advérsus justum iniquitátem, * in supérbia, & in abusióne.

Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * quam abscondísti timéntibus te!

Perfecísti eis, qui sperant in te, * in conspéctu filiórum hóminum.

Abscóndes eos in abscóndito faciéi tuæ * a conti
tióne hóminum.

Próteges eos in tabern
tuo * a contradictióne
guárum.

Benedíctus Dóminus: *
niam mirificávit miseri
diam suam mihi in civi
munita.

Ego autem dixi in ex
mentis meæ: * Projéctus
a fácie oculórum tuórum
Ideo exaudísti vocem
tiónis meæ, * dum cla
rem ad te.

Dilígite Dóminum om
Sancti ejus: * quóniam v
tátem requíret Dóminus,
retríbuet abundánter fac
tibus supérbiam.

Viríliter ágite, & con
tétur cor vestrum, * om
qui sperátis in Dómino.

Psalmus 31.

Beáti, quórum remíssæ
iniquitátes, * & quo
tecta sunt peccáta.

Beátus vir, cui non im
távit Dóminus peccátum
nec est in spíritu ejus do

Quóniam tácui, invetera
runt ossa mea, * dum cla
rem tota die.

Quóniam die ac nocte g
váta est super me manus tu
convérsus sum in ærúmna m
dum configitur spina.

Delíctum meum cógni
tibi feci, * & injustít
meam non abscóndi.

Dixi: Confitébor advér
me injustítiam meam Dó
no: * & tu remisísti im
tátem peccáti mei.

Pro

[redacted]

ac orábit ad te om-
ctus, * in témpore
ino.
tamen in dilúvio aquá-
ltárum * ad eum non
mábunt.
refúgium meum a tri-
ie, quæ circúmdedit
exultátio mea érue me
ndántibus me.
ctum tibi dabo, & in-
te in via hac, qua
s; * firmábo super te
meos.
fieri sicut equus &
* quibus non est in-
s.
no & fræno maxíllas
constringe, * qui non
nant ad te.
flagélla peccatóris: *
m autem in Dómino
rdia circúmdabit.
ni in Dómino & exul-
ti, * & gloriámini
ecti corde.
tua justítia líbera
aine.
ectos decet.

Psalmus 32.

táte justi in Dómino: *
tos decet collaudátio.
mini Dómino in cí-
in psaltério decem
am psállite illi.
ei cánticum novum: *
illite ei in vocifera-

ctum est verbum Dñi, *
a ópera ejus in fide.
misericórdiam & ju-
* misericórdia Dó-
na est terra.
Dómini cæli firmáti
sunt, * & spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris: * ponens in thesáuris abyssos.

Tímeat Dñm omnis terra: * ab eo autem commoveántur omnes inhabitántes orbem.

Quóniam ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit; & creáta sunt.

Dóminus díssipat consília géntium, * réprobat autem cogitatiónes populórum, & réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in ætérnum manet: * cogitatiónes cordis ejus in generatiónem & generatiónem.

Beáta gens, cujus est Dóminus Deus ejus: * pópulus, quem elégit in hæreditátem sibi.

De cælo respéxit Dóminus, * vidit omnes fílios hóminum.

De præparáto habitáculo suo * respéxit super omnes, qui hábitant terram.

Qui finxit singillátim corda eórum: * qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non salvátur rex per multam virtútem, * & gigas non salvábitur in multitúdine virtútis suæ.

Fallax equus ad salútem: * in abundántia autem virtútis suæ non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum, * & in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Et éruat a morte ánimas eórum, * & alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminum, * quóniam adjútor & protéctor noster est.

Quia in eo lætábitur cor nostrum, * & in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos, * quemádmodum sperávimus in te.

Psalmus 33.

BEnedícam Dóminum in omni témpore: * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: * áudiant mansuéti, & læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum: * & exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dñm, & exaudívit me: * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini: * & fácies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum: * & de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum: * & erípiet eos.

Gustáte & vidéte, quóniam suávis est Dóminus: * beátus vir, qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes Sancti ejus: * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & esuriérunt: * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Veníte filii, audíte me: * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo, qui vult v[itam]: * díligit dies vidé[re] bonos?

Próhibe linguam tuam [a] malo: * & lábia tua ne lo[quántur] quántur dolum.

Divérte a malo, & fac bo[num]: * inquíre pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super justos: & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini sup[er] faciéntes mala: * ut perd[at] de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos: * & e[x] ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qu[i] tribuláto sunt corde: * & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum: * & de ómnibus hi[s] liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum: * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima: & qui odérunt justum, delínquent.

Rédimet Dñs ánimas servórum suórum, & non delínquent omnes, qui sperant in eo.

Añа. Rectos decet collaudátio. *Añа.* Expúgna.

Psalmus 34.

JUdica Dómine nocéntes me: * expúgna impugnántes me.

Apprehénde arma & scutum, * & exúrge in adjutórium mihi.

Effúnde frámeam, & conclude advérsus eos, qui perse-

[redacted]

ie : * dic ánimæ
tua ego sum.
itur, & revereántes ánimam meã.
retrórsum, &
ır * cogitántes

quam pulvis ante
ti, * & Angelus
ırctans eos.
lorum ténebræ &
* & Angelus Dóuens eos.
gratis abscondé-
intéritum láquei
ervácue exprobranam meam.
li láquens, quem
t cáptio, quam
apprehéndat eũ, *
eum cadat in ip-

em mea exultábit
, * & delectábitur
ri suo.
sa mea dicent: *
uis símilis tibi?
ínopem de manu
ejus: * egénum
n a diripiéntibus

testes iníqui, *
ibam, interrogá-

int mihi mala pro
terilitátem ánimæ

n cum mihi molé-
* induébar cilício.
im in jejúnio áni-
ı, * & orátio mea
o convertétur.
óximum & quasi
ostrum, sic com-
placébam! * quasi lugens & contristátus sic humiliábar.

Et advérsum me lætáti sunt. & convenérunt: * congregáta sunt super me flagélla, & ignorávi.

Dissipáti sunt, nec compúncti, tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne: * frenduérunt super me déntibus suis.

Dómine quando respícies? * restítue ánimam meam a malignitáte eórum, a leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in Ecclésia magna: * in pópulo gravi laudábo te.

Non supergáudeant mihi qui adversántur mihi iníque: * qui odérunt me gratis, & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacífice loquebántur, * & in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum: * dixérunt; Euge, euge, vidérunt óculi nostri.

Vidísti Dómine, ne síleas: * Dómine ne discédas a me.

Exurge & inténde judício meo: * Deus meus & Dóminus meus in caussam meam.

Júdica me secúndum justítiam tuam, Dñe Deus meus, * & non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis; Euge, euge, ánimæ nostræ: * nec dicant: Devorávimus eũ.

Erubéscant & revereántur simul, * qui gratulántur malis meis.

Induántur confusióne & reve-

Custódi innocéntiam, & vide æquitátem, * quóniam sunt relíquiæ hómini pacífico.

Injústi autem disperíbunt símul: * relíquiæ impiórum interíbunt.

Salus autem justórum a Dómino, * & protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos, & éruet eos a peccatóribus & salvábit eos, quia speravérunt in eo.

Psalmus 57.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam sagíttæ tuæ infixæ sunt mihi, * & confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum, * & sicut onus grave graváæ sunt per me.

Putruérunt, & corrúptæ sunt cicatríces meæ, * a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum & curvátus sum usque in finem: * tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus, * & non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum & humiliátus sum nimis; * rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum, * & gémitus meus a te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum e[s]
derelíquit me virtus mea:
& lumen oculórum meórum
& ipsum non est mecum.

Amíci mei & próximi mei
advérsum me appropinquave[-]
runt, & stetérunt.

Et qui juxta me erant, [d]
longe stetérunt, * & vim f[a-]
ciébant qui quærébant án[i-]
mam meam.

Et qui inquirébant mala m[i-]
hi, locúti sunt vanitátes, * [&]
dolos tota die meditabántu[r].

Ego autem tamquam surd[us]
non audiébam, * & sicut m[u-]
tus non apériens os suum.

Et factus sum sicut hom[o]
non áudiens, * & non habe[ns]
in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sp[e-]
rávi: * tu exáudies me, D[ó-]
mine Deus meus.

Quia dixi: Nequando sup[er]
gáudeant mihi inimíci mei;
& dum commovéntur ped[es]
mei, super me magna loc[ú-]
ti sunt.

Quóniam ego in flagélla p[a-]
rátus sum, & dolor meus
conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem mea[m]
annuntiábo, * & cogitá[bo]
pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivun[t],
& confirmáti sunt super me,
& multiplicáti sunt qui od[e-]
runt me iníque.

Qui retríbuunt mala pro b[o-]
nis, detrahébant mihi: * qu[ó-]
niam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómi[ne]
Deus meus: * ne discésse[ris]
a me.

In-

téndе in adjutórium me-
, * Dñe Deus salútis meæ.
riphona. Revéla Dómino
m tuam.
Quadrages. ℣. Ipse libe-
it me de láqueo venán-
m. ℟. Et a verbo áspero.
mpore Passioni, ℣. Erue
rámea Deus ánimam me-
. ℟. Et de manu canis
cam meam.
mpore Paschali, *Antiph.*
elúja, allel. allel. ℣. Sur-
it Dóminus de sepúlcro,
lúja. ℟. Qui pro nobis
éndit in ligno, allelúja.
o uno vel pluribus Marty-
us tempore Paschali,
Sancti & justi in Dómi-
, gaudéte, allelúja.
Vos elégit Deus in hæ-
tátem sibi, alleluja.
Confessore Pontifice, *&*
Pontifice tempore Paschali,
mávit eum Dóminus, &
it eum, allel. ℟. Sto
lóriæ índuit eum allel.
una Sancta, ℣. Spécie
: pulchritúdine tua al-

nde, prósperе procé-
egna. allelúja.

LAUDES.

In adjutórium meum
ut supra. 17.
Paschali dicuntur
& Antiphona de Do-
17. *Capitulum vero*,
& Antiph. ad Bene-
in Proprio de Tem
temporibus per An-
do non assignantur
ph. dicitur Antiph.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea, * & a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hysópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam, * & exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, * & spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: & Spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui, * & spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & impii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries, * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes, & holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Aña. Miserére mei Deus.

Aña. Intéllige.

Psalmus 5.

VErba mea áuribus pércipe Dómine: * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, * Dómine, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi, & vidébo, * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus: * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine mi sericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: adorábo ad templum sanctu tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justi tia tua, * propter inimíco meos dírige in conspéctu tu viam meam.

Quóniam non est in ore eó rum véritas: * cor eóru vanum est.

Sepúlcrum patens est gutt eórum, línguis suis dolós agébant: * júdica illos Deu

Décidant a cogitatiónib suis, secúndum multitúdine impietátum eórum expéll eos: * quóniam irritavéru te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sp rant in te: * in ætérnum exu tábunt, & habitábis in eis

Et gloriabúntur in te om nes, qui díligunt nome tuum, * quóniam tu bened ces justo.

Dómine, ut scuto bonæ vo luntátis tuæ * coronásti no

Antiphona. Intéllige clamó rem meum Dómine.

Antiphona. Deus Deus mei ad te de luce vígilo.

Psalmus idem, ut supr. xi

Antiphona. Convérsus est.

Canticum Isaiæ Prophetæ.

Cap. 12.

COnfitébor tibi Dómine quóniam irátus es m hi: * convérsus est furor tuu & consolátus es me.

Ecce Deus salvátor meus: fiduciáliter agam, & non t mébo.

Quia

Quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris, * & dicétis in illa die: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus: * mementóte quóniam excélsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit: * annuntiáte hoc in univérsa terra.

Exsúlta & lauda habitátio Sion, * quia magnus in médio tui Sanctus Israel.

Antiphona. Convérsus est furor tuus Dómine, & consolátus es me. *Ant.* Laudáte Dóminum de cælis.

Psalmus idem. 17.

In Quadragesima Capitulum. Isaiæ 58.

Clama, ne cesses, quasi tuba exálta vocem tuam, & annúntia pópulo meo scélera eórum, & dómui Jacob peccáta eórum.

Hymnus.

O Sol salútis, íntimis
Jesu refúlge méntibus,
Dum nocte pulsa grátior
Orbi dies renáscitur.
Dans tempus acceptábile
Da, lacrymárum rívulis,
Laváre cordis víctimam,
Quam læta adúrat cháritas.
Quo fonte manávit nefas,
Fluent perénnes lácrymæ,
Si virga pœniténtiæ
Cordis rigórem cónterat.
Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia:
Lætémur & nos in viam
Tua redúcti déxtera.
Te prona mundi máchina,
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per grátiam
Novum canámus cánticum,
Amen.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona propria ut in Feriis Quadragesimæ, in quibus post Antiphonam ad Benedictus, & in Vesperis ad Magnificat, dicuntur sequentes Preces flexis genibus.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. *totum dicitur clara voce, etiam in Vesper.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. ℣. Ego dixi, Dómine miserére mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. ℣. Convértere Dómine úsquequo. ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. ℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemádmodum sperávimus in te. ℣. Sacerdótes tui induántur justítiam. ℟. Et Sancti tui exúltent. ℣. Dómine salvum fac Regem. ℟. Et exáudi nos in die, qua invocavérimus te. ℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ. ℟. Et rege eos & extólle illos usque in ætérnum. ℣. Meménto congre-

gatiónis tuæ. ℟. Quam posſedíſti ab inítio. ℣. Fiat pax in virtúte tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Orémus pro fidelibus defúnctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.
℣. Requiéſcant in pace.
℟. Amen. ℣. Pro fratribus noſtris abséntibus. ℟. Salvos fac ſervos tuos, Deus meus, ſperántes in te.
℣. Pro afflíctis & captívis.
℟. Líbera eos Deus Iſrael ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.
℣. Mitte eis Dómine auxílium de ſancto. ℟. Et de Sion tuére eos. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.

Deinde dicitur Pſalmus.

De profúndis, *qui infra habetur in Veſp. Feria quarta,* 128. *& in fine.* Glória Patri. *in Veſperis ejus loco dicitur Pſalmus.* Miſerére *Finitio Pſalmo dicitur* ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos, ℟. Et osténde fáciem tuam, & ſalvi érimus.
℣. Exúrge Chriſte, ádjuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Deinde dicitur Oratio propria.

Et quando in feriali Officio fiunt Commemorat. communes de S. Maria, de Apoſtolis, & de Pace, ante eas tam in Laudibus quam in Veſp. fit ſequens Commemoratio de Cruce, Antiphona. Per ſignum Crucis de inimícis noſtris líbera nos Deus noſter.
℣. Omnis terra adóret te, & pſallat tibi. ℟. Pſalmum dicat nómini tuo, Dómine

Orémus. *Oratio.*

PErpétua nos, quæſumus Dómine, pace cuſtódi; quos per lignum ſanctæ Crucis redímere dignátus es.

Quæ commemoratio de Cruce fit etiam, quando non dicuntur Preces, in feriali tantum Officio.

Tempore Paſchali fit alia commem. de Cruce, quæ habetur Feria ii. poſt Dominicam in Albis, omiſſis aliis commemorationibus ut ſupra.

FERIA TERTIA
ad Matutinum.

In Quadrag. Invitat. Jubilémus Deo, * ſalutári noſtro.
Pſalmus. Venite, exultémus. 2.
Hymnus. Ex more docti myſtico. 3.
Tempore Paſchali, Invitat. Allelúja, allelúja, * Allelúja.
Hymnus. Rex ſempitérne Cælitum. 3.
Antiph. Ut non délinquam.
Tempore Paſcali, Antiphona. Allelúja. *Pſalmus* 38.

DIxi, Cuſtódiam vias meas, * ut non delínquam in lingua mea.
Póſui ori meo cuſtódiam, * cum conſiſteret peccátor adverſum me.
Obmútui, & humiliátus ſum & ſilui a bonis, * & dolor meus renovátus eſt.

Con-

it cor meum intra
in meditatióne mea
: ignis.
sum in lingua mea: *
ıc mihi Dómine fi-
n.
rum diérum meó-
est: * ut sciam quid
.
ensurábiles posuisti
, * & substántia mea
nihilum ante te.
men univérsa váni-
nis homo vivens.
men in imágine per-
mo: * sed & fru-
urbátur.
zat; nos & ignórat
egábit ea.
quæ est expectátio
me Dóminus? * &
mea apud te est.
ribus iniquitátibus
: me: * oppróbrium
dedísti me.
i, & non apérui os
uóniam tu fecísti: *
me plagas tuas.
íine manus tuæ ego
increpatiónibus: *
niquitátem corripuí-
em.
ere fecísti sicut ará-
mam ejus: * verúm-
ne conturbátur om-
ı.
oratiónem meam
, & deprecatiónem
áuribus pércipe lá-
ieas.
ıs, quóniam ádve-
ım apud te, & pe-
* sicut omnes pa-
ı

Remítte mihi, ut refrígerer priúsquam ábeam, * & ámplius non ero.

Psalmus 39.

E Xpéctans expectávi Dóminum, * & inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas, * & edúxit me de lacu misériæ & de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos, * & diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timébunt, * & sperábunt in Dño.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus, * & non respéxit in vanitátes, & insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua: * & cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi, & locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluísti: * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum & pro peccáto non postulásti: * tunc dixi; Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me, ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus, vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in Ecclésia magna: * ecce lábia mea non prohibébo; Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscóndi

di in corde meo: * veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam & veritátem tuam * a concílio multo.

Tu autem Dñe ne longe fácias miseratiónes tuas a me: * misericórdia tua & véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capillos cápitis mei, * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me: * Dómine, ad adjuvándum me réspice.

Confundántur & revereántur simul, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsum & revereántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent & lætántur super te omnes quæréntes te: * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum & páuper: * Dóminus sollícitus est mei.

Adjútor meus & protéctor meus es tu: * Deus meus ne tardáveris.

Antiphona. Ut non delínquam in lingua mea.

Antiphona. Sana.

Psalmus 40.

BEátus qui intélligit super egénum & páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terra, * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miserére mei: * sana ánimam meam quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur: & períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur; * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * & loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei: * advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me: * Numquid qui dormit, non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserére mei, & resúscita me, * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi, quóniam voluísti me, * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me

propter innocén-
ísti, * & confir-
in conspéctu tuo
i.
s Dóminus Deus
æculo & usque in
' fiat, fiat.
almus 41.
imodum desíderat
s ad fontes aquá-
ta desíderat ánima
Deus.
ima mea ad Deum
um: * quando vé-
apparébo ante fá-
?
mihi lácrymæ meæ
ac nocte: * dum
hi quotídie: Ubi
us?
rdátus sum, & ef-
ánimam meam: *
ransíbo in locum
i admirábilis, us-
mum Dei.
exultatiónis & con-
* sonus epulántis.
tis es ánima mea, *
ontúrbas me?
Deo, quóniam ad-
ébor illi, * salutá-
ei, & Deus meus.
um ánima mea con
: * proptérea me-
ui de terra Jordá-
rmónium a monte

byssum ínvocat * in
actárum tuárum.
célsa tua & fluctus
r me transiérunt.
nandávit Dóminus
iam suam, * & no-
um ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: * dicam Deo, Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * & quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Sana Dómine ánimam meam, quia peccávi tibi. *Aña.* Eructávit.

Psalmus 43.

DEus áuribus nostris audívimus: * patres nostri annuntiavérunt nobis.

Opus, quod operátus es in diebus eórum, * & in diébus antíquis.

Manus tua Gentes dispérdidit, & plantásti eos: * afflixísti pópulos, & expulísti eos.

Nec enim in gládio suo possedérunt terram, * & bráchium eórum non salvávit eos.

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultus tui: * quóniam complacuísti in eis.

Tu es ipse Rex meus & Deus meus, * qui mandas salútes Jacob.

In te inimícos nostros ventilábimus cornu, * & in nómine tuo spernémus insurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo sperábo,

rábo, * & gládius meus non salvábit me.

Salvásti enim nos de affligéntibus nos, * & odiéntes nos confudísti.

In Deo laudábimur tota die, * & in nómine tuo confitébimur in sæculum.

Nunc autem repulísti, & confudísti nos, * & non egrediéris, Deus, in virtútibus nostris.

Avertísti nos retrórsum post inimícos nostros: * qui odérunt nos, diripiébant sibi.

Dedísti nos tamquam oves escárum, * & in Géntibus dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuum sine prétio, * & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.

Posuísti nos oppróbrium vicinis nostris: * subsannatiónem & derísum his, qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitúdinem Géntibus, * commotiónem cápitis in pópulis.

Tota die verecúndia mea contra me est, * & confúsio faciéi meæ coopéruit me.

A voce exprobrántis & obloquéntis: * a fácie inimíci & persequéntis.

Hæc ómnia venérunt super nos, nec oblíti sumus te: * & iníque non égimus in testaménto tuo.

Et non recéssit retro cor nostrum, * & declinásti sémitas nostras a via tua.

Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis, * & coopéruit nos umbra mortis.

Si oblíti sumus nomen Dei nostri, * & si expándimus manus nostras ad deum aliénum.

Nonne Deus requíret ista? * ipse enim novit abscóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur tota die: * æstimáti sumus sicut oves occisiónis.

Exúrge, quare obdórmis Dómine? * exúrge, & ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam avértis? * oblivísceris inópiæ nostræ, & tribulatiónis nostræ?

Quóniam humiliáta est in púlvere ánima nostra: * conglutinátus est in terra venter noster.

Exúrge Dómine, ádjuva nos, * & rédime nos propter nomen tuum.

Psalmus 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis: * proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime.

Spécie tua & pulchritúdine tua * inténde, próspere procéde, & regna.

Propter veritátem & mansuetúdinem & justítiam, * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent: * in corda inimicórum regis.

Se-

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directiónis virga regni tui.

Dilexísti justítiam & odísti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha & gutta & cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Astitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi fília, & vide, & inclína aurem tuam: * & oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Et concupíscet Rex decórem tuum, * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur, omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ Regis ab intus: * in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur regi vírgines post eam, * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia & exultatióne: * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii: * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne, & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: * & in sæculum sæculi.

Aña. Eructávit cor meum verbum bonum. *Aña.* Adjútor.

Psalmus 45.

DEus noster refúgium, & virtus: * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra, * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt Gentes, & inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma: * & scuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego sum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dñs virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Psalmus 46.

OMnes Gentes pláudite mánibus: * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terribilis

terríbilis: * Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis: * & Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditátem suam: * spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo: * & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus: * psállite sapiénter.

Regnábit Deus super Gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham: * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.

Añt. Adjútor in tribulatiónibus. *Añt.* Magnus Dóminus.

Psalmus 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis, * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne univérsæ terræ mons Sion: * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur; * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt; * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini vi... tútum, in civitáte Dei n... stri: * Deus fundávit e... in ætérnum.

Suscépimus Deus misericó... diam tuam, * in médio tem... pli tui.

Secúndum nomen tuum D... us, sic & laus tua in fin... terræ: * justítia plena e... déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & ex... tent fíliæ Judæ * propter j... dícia tua Dómine.

Circúmdate Sion, & com... plectímini eam: * narráte i... túrribus ejus.

Pónite corda vestra in vi... túte ejus, * & distribúite d... mos ejus, ut enarrétis i... progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, De... noster in ætérnum, & in s... culum sæculi: * ipse reg... nos in sæcula.

Psalmus 48.

AUdíte hæc omnes ge... tes, * áuribus percípi... omnes, qui habitátis orbem...

Quique terrígenæ & fílii h... minum, * simul in unum d... ves & páuper.

Os meum loquétur sapié... tiam, * & meditátio cord... mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam a... rem meam: * apériam in ps... tério propositiónem meam.

Cur timébo in die mala? iníquitas calcánei mei circúm... dabit me.

Qui confídunt in virtúte su... in multitúdine divitiárum s... rum gloriántur.

Fra-

[redacted]

Frater non rédimit, rédimet homo ; * non dabit Deo placatiónem suam.

Et prétium redemptiónis ánimæ suæ, * & laborábit in ætérnum, & vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cum víderit sapiéntes moriéntes : * simul insípiens & stultus períbunt.

Et relínquent aliénis divítias suas, * & sepúlcra eórum domus illórum in ætérnum.

Tabernácula eórum in progénie & progénie * vocavérunt nómina sua in terris suis.

Et homo, cum in honóre esset, non intelléxit : * comparátus est juméntis insipiéntibus, & símilis factus est illis.

Hæc via illórum scándalum ipsis, * & póstea in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inférno pósiti sunt : * mors depáscet eos.

Et dominabúntur eórum justi in matutíno, * & auxílium eórum veteráscet in inférno a glória eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi, * cum accéperit me.

Ne timúeris cum dives factus fúerit homo, * & cum multiplicáta fúerit glória domus ejus.

Quóniam cum interíerit, non sumet ómnia : * neque descéndet cum eo glória ejus.

Quia ánima ejus in vita ipsíus benedicétur : * confitébitur tibi cum benefécerit ei.

Introíbit usque in progénies patrum suórum, * & usque in ætérnum non vidébit lumen.

Homo, cum in honóre esset, non intelléxit, * comparátus est juméntis insipiéntibus, & símilis factus est illis.

Aña. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis.

Aña. Deus deórum.

Psalmus 49.

Deus deórum Dóminus locutus est, * & vocávit terram.

A solis ortu usque ad occásum : * ex Sion spécies decóris ejus.

Deus manifésté véniet : * Deus noster, & non silébit.

Ignis in conspéctu ejus exardéscet, * & in circúitu ejus tempéstas válida.

Advocábit cælum desúrsum, * & terram discérnere pópulum suum.

Congregáte illi sanctos ejus, * qui órdinant testaméntum ejus super sacrifícia.

Et annuntiábunt cæli justítiam ejus, * quóniam Deus judex est.

Audi pópulus meus, & loquar, Israel, & testificábor tibi : * Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrifíciis tuis árguam te ; * holocáusta autem tua in conspéctu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos : * neque de grégibus tuis hircos.

Quóniam meæ sunt omnes feræ silvárum, * juménta in móntibus, & boves.

Cognóvi ómnia volatília cæli, * & pulchritúdo agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi: * meus est enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Numquid manducábo carnes taurórum? * aut sánguinem hircórum potábo.

Immola Deo sacrificium laudis, * & redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: * éruam te, & honorificábis me.

Peccatóri autem dixit Deus: * Quare tu enárras justítias meas, & assúmis testaméntum meum per os tuum?

Tu vero odísti disciplínam, * & projecísti sermónes meos retrórsum.

Si vidébas furem, currébas cum eo, * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítia, * & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsus fratrem tuum loquebáris, & advérsus filium matris tuæ ponébas scándalū: * hæc fecísti, & tácui.

Existimásti iníque, quod ero tui símilis: * árguam te, & státuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc qui obliviscímini Deum: * nequándo rápiat, & non sit qui erípiat.

Sacrificium laudis honorificábit me, * & illic iter, quo osténdam illi salutáre Dei.

Psalmus 51.

QUid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Tota die injustítiam cogitávit lingua tua: * sicut novácula acúta fecísti dolum.

Dilexísti malítiam super benignitátem: * iniquitátem magis, quam loqui æquitátem.

Dilexísti ómnia verba præcipitatiónis, * lingua dolósa.

Proptérea Deus déstruet te in finem: * evéllet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo, & radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt justi, & timébunt, & super eum vidébunt, & dicent: * Ecce homo, qui non pósuit Deum adjutórem suum.

Sed sperávit in multitúdine divitiárum suárum: * & præváluit in vanitáte sua.

Ego autem, sicut olíva fructífera in domo Dei, * sperávi in misericórdia Dei in ætérnum, & in sæculum sæculi.

Confitébor tibi in sæculum quia fecísti, * & expectábo nomen tuum, quóniam bonum est in conspéctu Sanctórum tuórum.

Antiphona. Deus deórum Dóminus locútus est.

In Quadrages. ℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. ℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis, ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Tempore Paschali, *Antiph.* Allelúja, allelúja, allelúja. ℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja. ℟. Et appáruit Simóni, allelúja.

Pro uno vel pluribus Martyribus tempore Pasch. ℣. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, allelúja.

℟. Et

[redacted]

℟. Et ætérnitas témporum, allelúja.

Pro Confess. Pontif. tempore Pasch. ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi, allel.

℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis, allelúja.

Pro Confessore non Pontifice, ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam, allelúja.

℟. Et lingua ejus loquétur judícium, allelúja.

Pro una Sancta, ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo, allel.

℟. Deus in médio ejus, non commovébitur, allelúja.

AD LAUDES,

Antiphona. Dele Dómine iniquitátem meam.

Psalm. Miserére mei. 57.

Antiphona. Salutáre.

Psalmus 42.

JUdica me Deus, & discérne caussam meam de gente non sancta, * ab hómine iníquo & dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea: * quare me repulísti, & quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam & veritátem tuam: * ipsa me deduxérunt, & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei, * ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara Deus Deus meus: * quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi, * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Aña. Salutáre vultus mei, & Deus meus. *Aña.* Ad te de de luce vígilo Deus.

Psalm. Deus Deus meus. 18.

Antiphona. Cunctis diébus.

Canticum Ezechiæ. Isa. 38. b

EGo dixi: In dimídio diérum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum: * dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est & convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut a texénte vita mea, dum adhuc ordírer, succídit me: * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane: * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea.

De mane usque ad vésperam fínies me, * sicut pullus hirúndinis sic clamábo, meditábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine vim pátior, respónde pro me: * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur, & in tálibus vita spíritus mei, corrípies me, & vivificábis me: * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret: * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non expectábunt qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut & ego hódie: * pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac, * & psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Aña. Cunctis diébus vitæ nostræ salvos nos fac Dómine.

Aña. Omnes Angeli ejus laudáte Dóminum de cælis.

Psalm. Laudáte Dóminum de cælis. 19.

In Quadrag. Capitul. Hymn. & ℣. ut suprà. 59.

Ad Benedictus, Antiphona propria ut in Feriis Quadragesimæ.

Preces quando dicuntur, habentur supr. in Feria ii. 59.

FERIA QUARTA
AD MATUTINUM.

In Quadrages. Invitatorium. In manu tua Dómine, * Omnes fines terræ.

Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus. Ex more docti. 3.

Tempore Pasch. Invitatorium. Allelúja, allelúja, * Allelúja.

Hymnus. Rex sempitérne Cælitum. 3.

Antiphona. Avértit Dóminus.

Tempore Paschali, Antiph. Allelúja.

Psalmus 52.

DIxit insípiens in corde suo: * Non est Deus.

Corrúpti sunt, & abominábiles facti sunt in iniquitátibus: * non est qui fáciat bonum.

Deus de cælo prospéxit super filios hóminum, * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes, qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum, qui homínibus placent: * & confúsi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? * cum convérterit Deus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israel.

Psalmus 54.

EXáudi Deus oratiónem meam, & ne despéxeris deprecatiónem meam: * inténde mihi & exáudi me.

Contristátus sum in exercitatióne mea, * & conturbátus sum a voce inimíci, * & a tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes, * & in ira molésti erant mihi.

Cor meum conturbátum est in me, * & formído mortis cécidit super me.

Ti-

[redacted]

& tremor venérunt
, * contexérunt me

: Quis dabit mihi
ıt colúmbæ, * & vo-
requiéſcam ?
ngávi fúgiens, * &
ſolitúdine.
am eum, qui ſal-
cit * a puſillánimi-
us & tempeſtáte.
ı Dómine, dívide
rum, * quóniam vi-
átem & contradi-
n civitáte.
noĉte circúmdabit
r muros ejus iníqui-
labor in médio ejus
ia.
fécit in platéis ejus*
łolus.
ı ſi inimícus meus
et mihi, * ſuſtinuíſ-
e.
qui óderat me, ſu-
ıagna locútus fuíſ-
ſcondíſſem me fór-
o.
homo unánimis, *
, & notus meus.
ıl mecum dulces ca-
ɔos; * in domo Dei
nus cum conſénſu.
ors ſuper eos, * &
t in inférnum vi-

ı nequítiæ in habi-
ɔrum, * in médio

m ad Deum clamá-
óminus ſalvábit me.
& mane & merídie
& annuntiábo, *
et vocem meam.

Rédimet in pace ánimam me-
am ab his, qui appropínquant
mihi: * quóniam inter mul-
tos erant mecum.

Exáudiet Deus, & humi-
liábit illos, * qui eſt ante
ſæcula.

Non enim eſt illis commu-
tátio, & non timuérunt De-
um: * exténdit manum ſuam
in retribuéndo.

Contaminavérunt teſtamén-
tum ejus: divíſi ſunt ab ira
vultus ejus, * & appropin-
quávit cor illíus.

Mollíti ſunt ſermónes ejus
ſuper óleum: * & ipſi ſunt já-
cula.

Jaĉta ſuper Dóminum curam
tuam, & ipſe te enútriet: *
non dabit in ætérnum flu-
ĉtuatiónem juſto.

Tu vero Deus dedúces eos *
in púteum intéritus.

Viri sánguinum & dolóſi non
dimidiábunt dies ſuos: * ego
autem ſperábo in te Dómine.

Antiphona. Avértit Dóminus
captivitátem plebis ſuæ.

Antiphona. Quóniam.

Pſalmus 55.

MIſerére mei Deus, quó-
niam conculcávit me
homo: * tota die impúgnans
tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci
mei tota die: * quóniam mul-
ti bellántes advérſum me.

Ab altitúdine diei timébo: *
ego vero in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes
meos, in Deo ſperávi: *
non timébo quid fáciat mi-
hi caro.

To-

Tota die verba mea execrabántur: * advérsum me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt,& abscóndent: * ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam meam, pro nihilo salvos fácies illos: * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi: * posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Sicut & in promissióne tua: * tunc converténtur inimíci mei retrórsum.

In quacúmque die invocávero te, * ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermónem: * in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua, * quæ reddam, laudatiónes tibi.

Quóniam eripuísti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapsu: * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Psalmus 56.

MIserére mei Deus, miserére mei, * quóniam in te confidit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum, * Deum, qui benefécit mihi.

Misit de cælo, & liberávit me: * dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam & veritátem sua & erípuit ánimam me: médio catulórum leó dormívi conturbátus.

Filii hóminum, dent rum arma & sagíttæ: * gua eórum gládius acú

Exaltáre super cælos D & in omnem terram glór

Láqueum paravérunt bus meis, * & incurva ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem fóveam, * & incidérunt i

Parátum cor meum, parátum cor meum: * bo, & psalmum dicam

Exúrge glória mea, psaltérium & cithara: * gam dilúculo.

Confitébor tibi in Dómine, * & psalm cam tibi in géntibus.

Quóniam magnificáta que ad cælos misericórdi & usque ad nubes vérit

Exaltáre super cælos I & super omnem terrar ria tua.

Antiphona. Quóniam confidit ánima mea.

Antiphona. Justa judicá

Psamus 57.

SI vere útique justíti químini, * & rect cáte filii hóminum.

Etenim in corde ini tes operámini: * in te justítias manus vestræ cinnant.

Alienáti sunt peccat vulva, erravérunt ab út locúti sunt falsa.

Furor illis secúndum

[redacted]

rpéntis : * ficut áf-
læ, & obturántis
.
n exáudiet vocem
ım, * & venéfici
s fapiénter.
teret dentes eórum,
rum : * molas leó-
fringet Dóminus.
ım devénient tam-
m decúrrens : * in
um fuum donec in

a, quæ fluit, aufe-
fupercécidit ignis,
dérunt folem.
n intelligerent fpi-
rhamnum : * ficut
fic in ira absórbet

juftus cum víderit
: * manus fuas la-
nguine peccatóris.
iomo : Si útique eft
o : * útique eft Deus
os in terra.
almus 58.
me de inimícis
Deus meus, * &
ntibus in me líbe-

de operántibus ini-
* & de viris sán-
va me.
cepérunt ánimam
irruérunt in me

íquitas mea, neque
meum Dómine : *
itáte cucúrri, &

n occúrfum meum
& tu Dómine Deus
Deus Ifrael.
na.

Inténde ad vifitándas omnes Gentes : * non mifereáris ómnibus, qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad véfperam, & famem patiéntur ut canes, * & circuíbunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore fuo, & gládius in lábiis eórum : * quóniam quis audívit?

Et tu Dómine deridébis eos : * ad níhilum dedúces omnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te cuftódiam, quia Deus fuscéptor meus es : * Deus meus, mifericórdia ejus prævéniet me.

Deus ofténdet mihi fuper inimícos meos, ne occídas eos : * ne quando oblivifcántur pópuli mei.

Difpérge illos in virtúte tua : * & depóne eos protéctor meus Dómine.

Delíctum oris eórum, fermónem labiórum ipsórum : * & comprehendántur in fupérbia fua.

Et de execratióne, & mendácio annuntiabúntur in confummatióne : * in ira confummatiónis, & non erunt.

Et fcient, quia Deus dominábitur Jacob, * & fínium terræ.

Converténtur ad véfperam, & famem patiéntur ut canes, * & circuíbunt civitátem.

Ipfi difpergéntur ad manducándum : * fi vero non fúerint faturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitú-

 di-

dinem tuam, * & exultábo mane misericórdiam tuam.

Quia factus es fuscéptor meus, * & refúgium meum in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus tibi psallam, quia Deus fuscéptor meus es, * Deus meus misericórdia mea.

Antiphona. Justa judicàte filii hóminum.

Antiphona. Da nobis.

Psalmus 59.

DEus repulísti nos, & destruxísti nos: * irátus es, & misértus es nobis.

Commovísti terram, & conturbásti eam: * sana contritiónes ejus, quia commóta est.

Ostendísti pópulo tuo dura: * potásti nos vino compunctiónis.

Dedísti metuéntibus te significatiónem, * ut fúgiant a fácie arcus.

Ut liberéntur diléćti tui: * salvum fac déxtera tua, & exáudi me.

Deus locútus est in sancto suo: * Lætábor, & partíbor Sichimam, & convállem tábernaculórum metíbor.

Meus est Gálaad, & meus est Manásses, * & Ephraim fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus: * Moab olla spei meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu Deus, qui repulísti nos, * & non egrediéris Deus in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem, * & ipse ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

Psalmus 60.

EXáudi Deus deprecatiónem meam: * inténde oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi: * dum anxiarétur cor meum, in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea, * turris fortitúdinis a fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sæcula: * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exaudísti oratiónem meam: * dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjícies: * annos ejus usque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei, * misericórdiam & veritátem ejus quis requíret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi: * ut reddam vota mea de die in diem.

Antiphona. Da nobis Dómine auxílium de tribulatióne.

Antiphona. Nonne Deo.

Psalmus 61.

NOnne Deo subjécta erit ánima mea? * ab ipso enim salutáre meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutáris meus: * fuscéptor meus,

n movébor ámplius.
ę irrúitis in hómi-
erficitis univérsi vos
parieti inclináto, &
lepúlsæ.
men prétium meum
unt repéllere, cu-
siti: * ore suo be-
t, & corde suo ma-
.
nen Deo subjécta
i mea, * quóniam
atiéntia mea.
s Deus meus & sal-
s: * adjútor meus,
rábo.
salutáre meum &
a: * Deus auxílii
es mea in Deo est.
n eo omnis congre-
li, effúndite coram
vestra: * Deus ad-
er in ætérnum.
nen vani filii hó-
nendáces filii hó-
statéris: * ut de-
si de vanitáte in

eráre in iniquitá-
finas nolíte concu-
divítiæ si áffluant,
appónere.
útus est Deus, duo
, quia potéstas Dei
bi Dómine miseri-
quia tu reddes uni-
ta ópera sua.
almus 63.
Deus oratiónem
i cum déprecor: *
inimíci éripe áni-
a.
me a convéntu
um, * a multi-

túdine operántium iniquitá-
tem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas: * intendérunt arcum rem amáram, ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum, & non timébunt: * firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos: * dixérunt: Quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes: * defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum,* & exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum, * & infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes, qui vidébant eos, * & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino, & sperábit in eo: * & laudabúntur omnes recti corde.

Antiphona. Nonne Deo subjécta erit ánima mea.

Antiphona. Benedícite.

Psalmus 65.

JUbiláte Deo omnis terra, psalmum dícite nómini ejus:* date glóriam laudi ej. s.

Dícite Deo, quam terribília sunt ópera tua Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & psallat tibi: * & psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei, * terríbilis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertransíbunt pede: * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum, óculi ejus super Gentes respíciunt: * qui exásperant, non exalténtur in semetípsis.

Benedícite Gentes Deum nostrum, * & audítam fácite vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos Deus: * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem, & aquam, * & eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum * in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum: * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes, qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * & exaltávi sub lingua mea.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * & atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, & misericórdiam suam a me.

Psalmus 67.

Exúrgat Deus & dissipéntur inimíci ejus, * & fúgiant qui odérunt eum, a fácie ejus.

Sicut déficit fumus, deficiant: * sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei.

Et justi epuléntur, & exsúltent in conspéctu Dei, * & delecténtur in lætítia.

Cantáte Deo, psalmum dícite nómini ejus: * iter fácite ei, qui ascéndit super occásum; Dóminus nomen illi.

Exultáte in conspéctu ejus: turbabúntur a fácie ejus, patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitáre facit uníus moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine: * simíliter eos, qui exásperant, qui hábitant in sepúlchris.

Deus cum egrederéris in conspéctu pópuli tui, * cum pertransíres in desérto:

Terra mota est; étenim cœli distillavérunt a fácie Dei Sínai, * a fácie Dei Israël.

Plúviam voluntáriam segregábis Deus hæreditáti tuæ: & infirmáta est, tu vero perfecísti eam.

Ani-

Animália tua habitábunt in ea: * paráſti in dulcédine tua páuperi Deus.

Dñs dabit verbum evangelizántibus, * virtúte multa.

Rex virtútũ dilécti dilecti: * & ſpeciéi domus divídere ſpólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ, * & poſterióra dorſi ejus in pallóre auri.

Dum diſcérnit cæléſtis reges ſuper eam, nive dealbabúntur in Selmon: * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: * ut quid ſuſpicámini montes coagulátos?

Mons, in quo beneplácitum eſt Deo habitáre in eo: * étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus multiplex, míllia lætántium: * Dóminus in eis in Sina in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitátem, * accepiſti dona in homínibus.

Etenim non credéntes, * inhabitáre Dóminum Deum.

Benedíctus Dóminus die quotídie: * prósperum iter fáciet nobis Deus ſalutárium noſtrórum.

Deus noſter, Deus ſalvos faciéndi, * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confrínget cápita inimicórum ſuórum, * vérticem capílli perambulántium in delíctis ſuis.

Dixit Dóminus: Ex Baſan convértam, * convértam in profúndum maris.

Ut intingátur pes tuus in ſánguine: * lingua canum tuórum ex inimícis ab ipſo.

Vidérunt ingréſſus tuos Deus, * ingréſſus Dei mei, Regis mei, qui eſt in ſancto.

Prævenérunt príncipes conjúncti pſalléntibus, * in médio juvenculárum tympaniſtriárum.

In Eccléſiis benedícite Deo Dómino * de fóntibus Iſrael.

Ibi Bénjamin adoleſcéntulus * in mentis excéſſu.

Príncipes Juda, duces eórum: * príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Manda Deus virtúti tuæ: * confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúſalem * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum: * ut exclúdant eos, qui probáti ſunt argénto.

Díſſipa Gentes, quæ bella volunt: vénient legáti ex Ægypto: * Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ cantáte Deo: * psállite Dómino.

Psállite Deo, * qui aſcéndit ſuper cælum cæli ad Oriéntem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis, date glóriam Deo ſuper Iſrael: * magnificéntia ejus, & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in Sanctis

suis, Deus Israel, ipse dabit virtútem, & fortitúdinem plebi suæ: * benedíctus Deus.

Antiphona. Benedícite Gentes Deum nostrum.

In Quadragesima, ℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus. ℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Tempore Passionis, ℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.

℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Tempore Paschali, *Antiph.* Allelúja, allelúja, allelúja.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúja. ℟. Viso Dómino, allelúja.

Pro uno vel pluribus Martyribus tempore Paschali. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúja.

℟. Gáudium & exultatiónem obtinébunt, allelúja.

Pro Confessore Pontifice, *tempore Paschali*, ℣. Tu es sacérdos in ætérnum, allel.

℟. Secúndum órdinem Melchísedech, allelúja.

Pro Confessore non Pontifice, ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus, allelúja. ℟. Et non supplantabúntur gressu ejus, allelúja.

Pro una Sancta, ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam, allelúja. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam, allel.

AD LAUDES,

Antiphona. Amplius lava me Dómine ab injustítia mea.

Psalm. Miserére mei. 57.

Antiphona. Te decet.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus Sion, * & tibi redd tur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratiónem meam *; te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævalu runt super nos; * & impi tátibus nostris tu propiti beris.

Beátus, quem elegísti & a sumpsísti: * inhabitábit átriis tuis.

Replébimur in bonis dom tuæ: * sanctum est templ tuum, mirábile in æquitát

Exáudi nos Deus salutár noster: * spes ómnium fini terræ, & in mari longe.

Præparans montes in virt te tua, accínctus poténtia, qui contúrbas profúndum m ris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur Gentes, & t mébunt qui hábitant térm nos, a signis tuis: * éxitus m tutíni, & véspere delectáb

Visitásti terram, & inebri sti eam: * multiplicásti lo cupletáre eam.

Flumen Dei replétum aquis, parásti cibum ill rum: * quóniam ita est pr parátio ejus.

Rivos ejus inébria, mult plica genímina ejus: * i stillicídiis ejus lætábitur gé minans.

Benedíces corónæ anni b nignitátis tuæ, * & cam tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa des ti, * & exultatióne coll accingéntur.

In-

sunt arietes óvium,
s abundábunt fruménto
clamábunt, étenim
n dicent.
us. Te decet hymnus,
in Sion. *Añ.* Lábia
ndábunt te in vita
hus meus.
r. Deus Deus Deus,
le luce. 18.
Dóminus judicábit.
um. *Anna.* 1. *Reg.* 2.
ltávit cor meum in Dó-
ino: * & exaltátum est
meum in Deo meo.
tum est os meum su-
micos meos, * quia
sum in salutári tuo.
est sanctus, ut est Dó-
* neque enim est álius
: & non est fortis
eus noster.
multiplicáre loqui su-
, * gloriántes.
unt vétera de ore ve-
uia Deus scientiárum
is est, * & ipsi præ-
r cogitatiónes.
fórtium superátus
& infírmi accíncti
bóre.
i prius, pro pánibus
vérunt, * & famélici
sunt.
sterilis péperit plúri-
& quæ multos habé-
os, infirmáta est.
nus mortíficat & viví-
dedúcit ad ínferos
cit.
nus páuperem facit &
humíliat & súblevat.
t de púlvere egénum, *
rcore élevat páuperum.

Ut sédeat cum princípibus, * & sólium glóriæ téneat.
Dómini enim sunt cárdines terræ, * & pósuit super eos orbem.
Pedes Sanctórum suórum servábit, & ímpii in ténebris conticéscent: * quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.
Dóminum formidábunt advérsarii ejus, * & super ipsos in cælis tonábit.
Dóminus judicábit fines terræ, & dabit impérium Regi suo, * & sublimábit cornu Christi sui.
Antiphona. Dóminus judicábit fines terræ.
Antiphona. Cæli cælórum laudáte Deum.
Psalmus. Laudáte Dóminum de cælis. 19.
In Quadrag. Capitul. Hymn. & ℣. ut suprà. 59.
Ad Benedictus, Antiphona propria, ut in Feriis Quadragesimæ.
Preces quando dicuntur, habentur supr. in Feria ii. 59.

FERIA QUINTA
AD MATUTINUM.

In Quadrages. Invitatorium. Dóminum, qui fecit nos, * Veníte adorémus.
Psalm. Veníte, exultémus. 2.
Hymnus. Ex more docti. 3.
Tempore Pasch. Invitatorium. Allelúja, allelúja, * Allelúja.
Hymn. Rex sempitérne Cælitum. 3.
Antiphona. Dómine Deus.
Tempore Paschali, Antiphona. Allelúja.

Psalmus 68.

SAlvum me fac Deus, * quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infixus sum in limo profúndi, * & non est substántia.

Veni in altitúdinem maris, * & tempéstas demérsit me.

Laborávi clamans, ráucæ factæ sunt fáuces meæ: * defecérunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capíllos cápitis mei, * qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt, qui persecúti sunt me, inimíci mei injúste: * quæ non rápui, tunc exolvébam.

Deus tu scis insipiéntiam meam, * & delícta mea a te non sunt abscóndita.

Non erubéscant in me, qui expéctant te Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundántur super me * qui quærunt te, Deus Israel.

Quóniam propter te sustínui oppróbrium: * opéruit confúsio fáciem meam.

Extráneus factus sum frátribus meis, & peregrínus filiis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me: * & oppróbria exprobrántium tibi, cecidérunt super me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam, * & factum est in oppróbrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícium: * & factus sum illis in parábolam.

Advérsum me loquebántur qui sedébant in porta; * & in me psallébant, qui bibébant vinum.

Ego vero oratiónem meam ad te, Dómine: * tempus benepláciti Deus.

In multitúdine misericórdiæ tuæ exáudi me, * & in veritáte salútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: * líbera me ab iis, qui odérunt me, & de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéstas aquæ, neque absórbeat me profúndum: * neque úrgeat super me púteus os suum.

Exáudi me Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: * secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice in me.

Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo: * quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.

Inténde ánimæ meæ, & líbera eam, * propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, & confusiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes, qui tríbulant me, * impropérium expectávit cor meum & misériam.

Et sustínui qui simul contristarétur, & non fuit: * & qui consolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel, * & in siti mea potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, * & in retributiónes & in scándalum.

Ob-

Obscuréntur óculi eórum ne vídeant, * & dorsum eórum semper incúrva.

Effúnde super eos iram tuam, * & furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum desérta, * & in tabernáculis eórum non sit, qui inhábitet.

Quóniam, quem tu percussísti, persecúti sunt, * & super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appone iniquitátem super iniquitátem eórum, * & non intrent in justítiam tuam.

Deleántur de Libro vivéntium, * & cum justis non scribántur.

Ego sum pauper & dolens: * salus tua, Deus, suscépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deus super vítulum novéllum * córnua producéntem & úngulas.

Vídeant páuperes, & læténtur: * quærite Deum, & vivet ánima vestra.

Quóniam exaudívit páuperes Dóminus, * & vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli & terra: * mare & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciet Sion, * & ædificabúntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * & hæreditáte acquírent eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam, * & qui díligunt nomen ejus, * habitábunt in ea.

Psalmus 69.

DEus in adjutórium meum inténde: * Dómine ad adjuvándum me festína.

Confundántur & revereántur * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, & erubéscant * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi Euge, euge.

Exúltent & læténtur in te omnes qui quærunt te: * & dicant semper, Magnificétur Dóminus; qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus & pauper sum: * Deus adjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu: * Dómine ne moréris.

Aña. Dómine Deus in adjutórium meum inténde.

Aña. Esto mihi.

Psalmus 70.

IN te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum, * ut salvum me fácias.

Quóniam firmaméntum meum, * & refúgium meum es tu.

Deus meus éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agéntis & iníqui.

Quóniam tu es patiéntia mea

Dómine : * Dómine spes mea a juventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero, * de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

In te cantátio mea semper : * tamquam prodígium factus sum multis, & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam : * tota die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore senectútis : * cum defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi, * & qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum.

Dicéntes : Deus derelíquit eum, persequímini, & comprehéndite eum, * quia non est qui erípiat.

Deus ne elongéris a me : * Deus meus in auxílium meum réspice.

Confundántur & defíciant detrahéntes ánimæ meæ : * operiántur confusióne & pudóre, qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo, * & adjíciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit justítiam tuam, * tota die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini : * Dómine memorábor justítiæ tuæ solíus.

Deus docuísti me a juventúte mea, * & usque nunc pronuntiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam & sénium, * Deus ne derelínquas me.

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni, quæ ventúra est.

Poténtiam tuam, & justítiam tuam, Deus, usque in altíssima, quæ fecísti magnália : * Deus, quis símilis tibi?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas & malas : & convérsus vivificásti me : * & de abýssis terræ íterum eduxísti me.

Multiplicásti magnificéntiam tuam, * & convérsus consolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam : * Deus psallam tibi in cíthara, Sanctus Israel.

Exultábunt lábia mea cum cantávero tibi, * & ánima mea, quam redemísti.

Sed & lingua mea tota die meditábitur justítiam tuam : * cum confúsi, & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

Psalmus 71.

Deus judícium tuum regi da, * & justítiam tuam fílio regis.

Judicáre pópulum tuum in justítia, * & páuperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo, * & colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & salvos fáciet fílios páuperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

De-

Descéndet sicut plúvia in vellus, * & sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia, & abundántia pacis: * donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare, * & a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent: * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ: * omnes Gentes sérvient ei.

Quia liberábit páuperem a poténte, * & páuperem, cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi, * & ánimas páuperum salvas fáciet.

Ex usúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum: * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipso semper: * tota die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextollétur super Líbanum fructus ejus, * & florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in sæcula, * ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel, * qui facit mirabília solus.

Et benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum, & replébitur majestáte ejus omnis terra: * fiat, fiat.

Aña. Esto mihi, Dómine, in Deum protectórem.

Aña. Liberásti virgam.

Psalmus 72.

QUam bonus Israel Deus * his, qui recto sunt corde!

Mei autem pene moti sunt pedes: * pene effúsi sunt gressus mei.

Quia zelávi super iníquos, * pacem peccatórum videns.

Quia non est respéctus morti eórum, * & firmaméntum in plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt, * & cum homínibus non flagellabúntur.

Ideo ténuit eos supérbia: * opérti sunt iniquitáte & impietáte sua.

Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum: * transiérunt in afféctum cordis.

Cogitavérunt, & locúti sunt nequítiam: * iniquitátem in excélso locúti sunt.

Posuérunt in cælum os suum, * & lingua eórum transívit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hic, * & dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixérunt: Quómodo scit Deus, * & si est sciéntia in excélso?

Ecce ipsi peccatóres, & abun-

dántes in sæculo * obtinuérunt divítias.

Et dixi; Ergo sine caussa justificávi cor meum, * & lavi inter innocéntes manus meas.

Et fui flagellátus tota die, * & castigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo sic; * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Existimábam ut cognóscerem hoc: * labor est ante me.

Donec intrem in sanctuárium Dei, * & intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis: * dejecísti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatiónem, súbito defecérunt: * periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnium surgéntium, Dómine, * in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, & renes mei commutáti sunt, * & ego ad níhilum redáctus sum, & nescívi.

Ut jumentum factus sum apud te: * & ego semper tecum.

Tenuísti manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxísti me, * & cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cælo? * & a te quid vólui super terram?

Defécit caro mea & cor meum: * Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce qui elóngant se a te, períbunt: * perdidísti omnes, qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est, * pónere in Dómino Deo spem meam.

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas * in portis filiæ Sion.

Psalmus 73.

UT quid Deus repulísti in finem, * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, * quam possedísti ab inítio.

Redemísti virgam hæreditátis tuæ: * mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: * quanta malignátus est inimícus in Sancto.

Et gloriáti sunt, qui odérunt te, * in médio sollemnitátis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa, * & non cognovérunt sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idípsum: * in secúri & áscia dejecérunt eam.

Incendérunt igni Sanctuárium tuum: * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul: * Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vídimus, jam non est Prophéta, * & nos non cognóscet ámplius.

Usque

[redacted]

Usquequo Deus improperábit inimícus, * irrítat adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avértis manum tuam & déxteram tuam * de médio sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster ante sæcula; * operátus est salútem in médio terræ.

Tu confirmásti in virtúte tua máre: * contribulásti cápita dracónum in aquis.

Tu confregísti cápita dracónis, * dedísti eum escam pópulis Æthíopum.

Tu dirupísti fontes & torréntes; * tu siccásti flúvios Ethan.

Tuus est dies & tua est nox: * tu fabricátus es auróram & solem.

Tu fecísti omnes términos terræ: * æstátem & ver tu plasmásti ea.

Memor esto hujus, inimícus improperávit Dómino, * & pópulus insipiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi: * & ánimas páuperum tuórum ne oblivíscáris in finem.

Réspice in testaméntum tuum, * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ dómibus iniquitátum,

Ne avertátur húmilis factus confúsus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge Deus, júdica causam tuam: * memor esto improperiórum tuórum, eórum, quæ ab insipiénte sunt tota die.

Ne oblivíscáris voces inimicórum tuórum; * supérbia eórum, qui te odérunt ascéndit semper.

Antiphona. Liberásti virgam hæreditátis tuæ.

Antiphona. Et invocábimus.

Psalmus 74.

Confitébimur tibi Deus: * confitébimur, & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua: * cum accépero tempus, ego justítias judicábo.

Liquefácta est terra, & omnes, qui hábitant in ea; * ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iníquis: Nolíte iníque ágere; * & delinquéntibus: Nolíte exaltáre cornu.

Nólite extóllere in altum cornu vestrum: * nolíte loqui advérsus Deum iniquitátem.

Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, neque a desértis móntibus: * quóniam Deus judex est.

Hunc humíliat, & hunc exáltat, * quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto.

Et inclinávit ex hoc in hoc, verúmtamen fæx ejus non est exinaníta: * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in sæculum, * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confríngam, * & exaltabúntur córnua justi.

Psalmus 75.

Notus in Judæa Deus, * in Israel magnum nomen ejus.

Et

Et factus est in pace locus ejus, * & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum: * scutum, gládium & bellum.

Illúminans tu mirabíliter a móntibus ætérnis: * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum, * & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.

Ab increpatióne tua Deus Jacob * dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis resístet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecísti judícium; * terra trémuit & quiévit.

Cum exúrgeret in judícium Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi, * & relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.

Vovéte & réddite Dómino Deo vestro * omnes, qui in circúitu ejus affértis múnera.

Terríbili & ei, qui aufert spíritum príncipum: * terríbili apud reges terræ.

Antiphona. Et invocábimus nomen tuum Dómine.

Antiphona. Tu es Deus.

Psalmus 76.

VOce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum, * & non sum decéptus.

Rénuit consolári ánima mea: memor fui Dei: * & delectátus sum, & exercitátus sum, & defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei, * turbátus sum, & non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos, * & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, * & exercitábar, & scopébam spíritum meum.

Numquid in ætérnum projíciet Deus? * aut non apponet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet * a generatióne in generatiónem?

Aut oblivíscétur miseréri Deus? * aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélsi.

Memor fui óperum Dómini, * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, * & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in Sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus, qui facis mirabília.

Notam fecísti in pópulis virtútem tuam: * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Jacob & Joseph.

Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ, * & timuérunt, & turbátæ sunt abyssi.

Multitúdo sónitus aquárum: * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagíttæ tuæ tránseunt:

[redacted]

sunt : * vox tonitrui tui in rota.

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ : * commóta est & contrémuit terra.

In mari via tua, & sémitæ tuæ in aquis multis, * & vestígia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum, * in manu Móysi & Aaron.

Psalmus 77.

ATténdite pópule meus legem meam : * inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum : * loquar propositiónes ab inítio.

Quanta audívimus & cognóvimus ea, * & patres nostri narravérunt nobis.

Non sunt occultáta a fíliis eórum, * in generatióne áltera.

Narrántes laudes Dómini, & virtútes ejus, * & mirabília ejus, quæ fecit.

Et suscitávit testimónium in Jacob, * & legem pósuit in Israel.

Quanta mandávit pátribus nostris nota fácere ea fíliis suis : * ut cognóscat generátio áltera.

Fílii, qui nascéntur & exúrgent, * & narrábunt fíliis suis.

Ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscántur óperum Dei, * & mandáta ejus exquírant.

Ne fiant sicut patres eórum, * generátio prava & exásperans.

Generátio, quæ non diréxit cor suum, * & non est créditus cum Deo spíritus ejus.

Fílii Ephrem intendéntes & mitténtes arcum, * convérsi sunt in die belli.

Non custodiérunt testaméntum Dei : * & in lege ejus noluérunt ambuláre.

Et oblíti sunt benefactórum ejus, * & mirabílium ejus, quæ osténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra Ægypti, * in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perdúxit eos, * & státuit aquas quasi in utre.

Et dedúxit eos in nube diei, * & tota nocte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in erémo, * & adaquávit eos velut in abysso multa.

Et edúxit aquam de petra, * & dedúxit, tamquam flúmina aquas.

Et apposuérunt adhuc peccáre ei : * in iram excitavérunt excélsum in inaquóso.

Et tentavérunt Deum in córdibus suis, * ut péterent escas animábus suis.

Et male locúti sunt de Deo: * dixérunt, Numquid póterit Deus paráre mensam in desérto?

Quóniam percússit petram, & fluxérunt aquæ, * & torréntes inundavérunt.

Numquid & panem póterit dare, * aut paráre mensam pópulo suo?

Ideo audívit Dóminus, & distúlit, * & ignis accénsus

est

est in Jacob, & ira ascéndit in Israel.

Quia non credidérunt in Deo, * nec speravérunt in salutári ejus.

Et mandávit núbibus désuper, * & jánuas cæli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducándum, * & panem cæli dedit eis.

Panem Angelórum manducávit homo: * cibária misit eis in abundántia.

Tránstulit Austrum in cælo, * & indúxit in virtúte sua Africum.

Et pluit super eos sicut púlverem carnes, * & sicut arénam maris volatília pennáta.

Et cecidérunt in médio castrórum eórum, * circa tabernácula eórum.

Et manducavérunt, & saturáti sunt nimis, & desidérium eórum áttulit eis: * non sunt fraudáti a desidério suo.

Adhuc escæ eórum erant in ore ipsórum, * & ira Dei ascéndit super eos.

Et occídit pingues eórum, * & eléctos Israel impedívit.

In ómnibus his peccavérunt adhuc, * & non credidérunt in mirabílibus ejus.

Et defecérunt in vanitátes dies eórum, * anni eórum cum festinatióne.

Cum occíderet eos, quærébant eum, * & revertebántur, & dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti sunt quia Deus adjútor est eórum, * & Deus excélsus redémptor eórum est.

Et dilexérunt eum in ore suo, * & lingua sua mentíti sunt ei.

Cor autem eórum non erat rectum cum eo, * nec fidéles hábiti sunt in testaménto ejus.

Ipse autem est miséricors, & propítius fiet peccátis eórum: * & non dispérdet eos.

Et abundávit ut avérteret iram suam, * & non accéndit omnem iram suam.

Et recordátus est quia caro sunt: * spíritus vadens & non rédiens.

Quóties exacerbavérunt eum in desérto, * in iram concitavérunt eum in inaquóso?

Et convérsi sunt, & tentavérunt Deum, * & Sanctum Israel exacerbavérunt.

Non sunt recordáti manus ejus, * die, qua redémit eos de manu tribulántis.

Sicut pósuit in Ægypto signa sua, * & prodígia sua in campo Táneos.

Et convértit in sánguinem flúmina eórum, * & imbres eórum, ne bíberent.

Misit in eos cœnomyiam, & comédit eos; * & ranam, & dispérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum, * & labóres eórum locústæ.

Et occídit in grándine víneas eórum, * & moros eórum in pruína.

Et trádidit grándini juménta eórum, * & possessiónem eórum igni.

Mi-

Misit in eos iram indignatiónis suæ: * indignatiónem & iram & tribulatiónem, immissiónes per ángelos malos.

Viam fecit sémitæ iræ suæ, non pepércit a morte animábus eórum, * & juménta eórum in morte conclúsit.

Et percússit omne primogénitum in terra Ægypti; * primítias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Et ábstulit sicut oves pópulum suum, * & perdúxit eos tamquam gregem in desérto.

Et dedúxit eos in spe, & non timuérunt, * & inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem sanctificatiónis suæ: * montem, quem acquisívit déxtera ejus.

Et ejécit a fácie eórum Gentes, * & sorte divísit eis terram in funículo distributiónis.

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum * tribus Israel.

Et tentavérunt & exacerbavérunt Deum excélsum: * & testimónia ejus non custodiérunt.

Et avertérunt se, & non servavérunt pactum: * quemádmodum patres eórum, convérsi sunt in arcum pravum.

In iram concitavérunt eum in cóllibus suis, * & in sculptílibus suis ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus, & sprevit: * & ad níhilum redégit valde Israel.

Et répulit tabernáculum Silo: * tabernáculum suum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem eórum, * & pulchritúdinem eórum in manus inimíci.

Et conclúsit in gládio pópulum suum, * & hæreditátem suam sprevit.

Júvenes eórum cómedit ignis, * & vírgines eórum non sunt lamentátæ.

Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt, * & víduæ eórum non plorabántur.

Et excitátus est tamquam dormiens Dóminus, * tamquam potens crapulátus a vino.

Et percússit inimícos suos in posterióra: * oppróbrium sempitérnum dedit illis.

Et répulit tabernáculum Joseph, * & tribum Ephraim non elégit.

Sed elégit tribum Juda: * montem Sion, quem diléxit.

Et ædificávit sicut unicórnium sanctificium suum in terra, * quam fundávit in sæcula.

Et elégit David servum suum, & sústulit eum de grégibus óvium, * de post fœtántes accépit eum.

Páscere Jacob servum suum, * & Israel hæreditátem suam.

Et pavit eos in innocéntia cordis sui, * & in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos.

Antiphona. Tu es Deus, qui facis mirabília.

Antiphona. Propítius esto.

Psal-

Psalmus 78.

DEus venérunt Gentes in hæreditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum: * posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum, escas volatílibus cæli: * carnes Sanctórum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eórum tamquam aquam in circúitu Jerúsalem, * & non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris: * subsannátio & illúsio his, qui in circúitu nostro sunt.

Usquequo Dómine irascéris in finem, * accendétur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in Gentes, quæ te non novérunt, * & in regna, quæ nomen tuum non invocavérunt.

Quia comedérunt Jacob, * & locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum, cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: * quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus salutáris noster, & propter glóriam nóminis tui Dñe líbera nos: * & propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

Ne forte dicant in Géntibus: Ubi est Deus eórum? * & innotéscat in natiónibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est: * intróeat in conspéctu tuo gé-

mitus compeditórum.

Secúndum magnitúdinem b chii tui, * pósside fílios m tificatórum.

Et redde vicínis nostris ptuplum in sinu eórum, * i propérium ipsórum, quod probravérunt tibi Dómine.

Nos autem pópulus tuus, oves páscuæ tuæ, * confi bimur tibi in sæculum.

In generatiónem & gene tiónem * annuntiábimus l dem tuam.

Psalmus 79.

QUi regis Israel, inténd qui dedúcis velut ov Joseph.

Qui sedes super Chérubim, manifestáre coram Ephrai Bénjamin, & Manásse.

Excita poténtiam tuam, veni: * ut salvos fácias n

Deus convérte nos, * osténde fáciem tuam, & s vi érimus.

Dómine Deus virtútum: quoúsque irascéris super o tiónem servi tui?

Cibábis nos pane lacryn rum, * & potum dabis n bis in lácrymis in mensú

Posuísti nos in contradicti nem vicínis nostris, * & inin ci nostri subsannavérunt n

Deus virtútum convérte no & osténde fáciem tuam, salvi érimus.

Víneam de Ægypto transl lísti; * ejecísti Gentes, plantásti eam.

Dux itíneris fuísti in consp ctu ejus: * plantásti radí ejus, & implévit terram.

Opé-

[redacted]

Opéruit montes umbra ejus, * & arbústa ejus cedros Dei.

Exténdit pálmites suos usque ad mare, * & usque ad flumen propágines ejus.

Ut quid destruxísti macériam ejus, * & vindémiant eam omnes, qui prætergrediúntur viam?

Extermináveit eam aper de silva, * & singuláris ferus depástus est eam.

Deus virtútum convértere; * réspice de cælo, & vide, & vísita víneam istam.

Et pérfice eam, quam plantávit déxtera tua, * & super filium hóminis, quem confirmásti tibi.

Incénsa igni & suffóssa, * ab increpatióne vultus tui períbunt.

Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ, * & super filium hóminis, quem confirmásti tibi.

Et non discédimus a te, vivificábis nos, * & nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum convérte nos, * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Antiphona. Propítius esto peccátis nostris, Dómine.

In Quadrag. ℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

℟. Et a verbo áspero.

Tempore Passionis, ℣. Erue a frámea Deus ánimam meam.

℟. Et de manu canis únicam meam.

Tempore Paschali, *Antiph.* Allelúja, allelúja, allelúja.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúja.

℟. Qui pro nobis pependit in ligno, allelúja.

Pro uno vel pluribus Martyribus tempore Paschali,

℣. Sancti & justi in Dómino, gaudéte, allelúja.

℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúja.

Pro Confessore Pontifice, & non Pontifice tempore Paschali,

℣. Amávit eum Dóminus & ornávit eum, allelúja.

℟. Stolam glóriæ induit eum, allelúja.

Pro una Sancta, ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua, allelúja. ℟. Inténde, prósperé procéde, & regna, allelúja.

AD LAUDES,

Antiphona. Tibi soli peccávi, Dómine miserére mei.

Psalm. Miserére mei. 57.

Antiphona. Dómine.

Psalmus 89.

DOmine refúgium factus es nobis * a generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes fierent, aut formarétur terra & orbis: * a sæculo & usque in sæculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem, * & dixísti: Convertímini filii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos * tamquam dies hestérna, quæ prætériit.

Et custódia in nocte, * quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat mane flóreat & tránseat: *

vé-

véſpere décidat, indúret & aréſcat.

Quia deféclmus in ira tua,* & in furóre tuo turbáti ſumus.

Poſuíſti iniquitátes noſtras in conſpéctu tuo, * ſæculum noſtrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies noſtri defecérunt, * & in ira tua deféclmus.

Anni noſtri ſicut aréna meditabúntur: * dies annórum noſtrórum in ipſis, ſeptuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni, * & ámplius eórum, labor & dolor.

Quóniam ſupervénit manſuetúdo, * & corripiémur.

Quis novit poteſtátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam ſic notam fac, * & erudítos corde in ſapiéntia.

Convértere Dómine, úſquequo? * & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

Repléti ſumus mane miſericórdia tua, * & exultávimus & delectáti ſumus ómnibus diébus noſtris.

Lætáti ſumus pro diébus, quibus nos humiliáſti; * annis, quibus vídimus mala.

Réſpice in ſervos tuos, & in ópera tua, * & dírige fílios eórum.

Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos, & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, * & opus mánuum noſtrárum dírige.

Ant. Dómine refúgium factus es nobis. *Ant.* In matutínis meditábor in te.

Psalm. Deus Deus meus. 16

Antiphona. Cantémus.

Canticum Moysi. *Exod.* 15.

CAntémus Dómino: glorióſe enim magnificátus eſt: * équuum & aſcensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Iſte Deus meus, & gloríficábo eum; * Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quaſi vir pugnátor: omnípotens nomen ejus: * Currus Pharaónis, & exércitum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus ſubmérſi ſunt in mari Rubro: * Abyſſi operuérunt eos, deſcendérunt in profúndum quaſi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta eſt in fortitúdine, déxtera tua Dómine percúſſit inimícum, * & in multitúdine glóriæ tuæ depoſuíſti adverſários tuos.

Miſíſti iram tuam, quæ devorávit eos ſicut ſtípulam, * & in ſpíritu furóris tui congregátæ ſunt aquæ.

Stetit unda fluens: * congregátæ ſunt abyſſi in médio mari.

Dixit inimícus: Pérſequar & comprehéndam: * dívidam ſpólia, implébitur ánima mea.

Evaginábo gládium meum: * interfíciet eos manus mea.

Flavit ſpíritus tuus, & opéruit eos mare, * ſubmérſi ſunt

qua-

...ası, plumbum. in aquis ve-
...eméntibus.
Quis símilis tui in fórtibus
...ómine? * quis símilis tui,
...agníficus in sanctitáte, ter-
...bilis atque laudábilis, fá-
...ens mirabília.
...xtendísti manum tuam, &
...vorávit eos terra: * dux
...ísti in misericórdia tua pó-
...lo, quem redemísti.
...t portásti eum in fortitúdi-
... tua * ad habitáculum san-
...um tuum.
...scendérunt pópuli, & irá-
... sunt; * dolóres obtinué-
...nt habitatóres Philísthiim.
Tunc conturbáti sunt prínci-
...s Edom, robústos Moab ob-
...uit tremor: * obriguérunt
...nnes habitatóres Chánaan.
...rruat super eos formído &
...vor * in magnitúdine brá-
...ii tui.
...iant immóbiles quasi lapis,
...onec pertránseat pópulus
...us, Dómine: * donec per-
...ánseat pópulus tuus iste,
...em possedísti.
...ntrodúces eos, & plantábis
... monte hæreditátis tuæ, *
...míssimo habitáculo tuo, quod
...perátus es Dómine.
...anctuárium tuum Dómine,
...od firmavérunt manus tuæ: *
...óminus regnábit in ætér-
...m & ultra.
...ngréssus est enim eques Phá-
...o cum cúrribus, & equíti-
...s ejus in mare: * & redú-
...t super eos Dóminus aquas
...aris.
...ilii autem Israel ambulavérūt
...r siccum * in médio ejus.

Antiphona. Cantémus Dómino gloriόse.

Antiphona. In Sanctis ejus laudáte Deum.

Psalmus. Laudáte Dóminum de cælis. 19.

In Quadrag. Capitul. Hymn. & ℣. ut suprà. 59.

Ad Benedictus, Antiphona propria, ut in Feriis Quadragesima.

Preces quando dicuntur, habentur supra in Feria ii. 59.

FERIA SEXTA

AD MATUTINUM.

In Quadragesima, Invitator. Adorémus Dóminum, * Quóniam ipse fecit nos.

Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus. Ex more docti mýstico. 3.

Tempore Paschali, Invitator. Allelúja, allelúja, * Allelúja.

Hymn. Rex sempitérne Cælitum. 3.

Antiphona. Exultáte.

Tempore Paschali, Antiph. Allelúja.

Psalmus 80.

Exultáte Deo adjutóri nostro: * jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum & date tympanum, * psaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tuba, * in insigni die sollemnitátis vestræ.

Quia præcéptum in Israel est, * & judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cum exíret de terra Ægypti, * linguam, quam non nóverat, audívit.

Di-

Divértit ab onéribus dorsum ejus: * manus ejus in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, & liberávi te: * exaudívi te in abscóndito tempestátis: probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi pópulus meus, & contestábor te: * Israel, si audíeris me, non erit in te deus recens, neque adorábis deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti: * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam, * & Israel non inténdit mihi.

Et dimísit eos secúndum desidéria cordis eórum: * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me: * Israel si in viis meis ambulásset.

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem, * & super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei, * & erit tempus eórum in sæcula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti, * & de petra, melle saturávit eos.

Psalmus 81.

DEus stetit in synagóga deórum: * in médio autem deos dijúdicat.

Usquequo judicátis iniquitátem, * & fácies peccatórum súmitis?

Judicáte egéno & pupíllo: * húmilem & páuperem justificáte.

Erípite páuperem, * & egénum de manu peccatóris liberáte.

Nesciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant: * movebúntur ómnia fundaménta terræ.

Ego dixi: Dii estis, * & filii Excélsi omnes.

Vos autem sicut hómines moriémini, * & sicut unus de princípibus cadétis.

Surge Deus, júdica terram, * quóniam tu hæreditábis in ómnibus Géntibus.

Ant. Exultáte Deo adjutóri nostro. *Ant.* Tu solus.

Psalmus 82.

DEus, quis símilis erit tibi, * ne táceas, neque compescáris Deus.

Quóniam ecce inimíci tui sonuérunt, * & qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium, * & cogitavérunt advérsus sanctos tuos.

Dixérunt: Veníte & disperdámus eos de gente, * & non memorétur nomen Israel ultra.

Quóniam cogitavérunt unanímiter; * simul advérsum te testaméntum disposuérunt, tabernácula Idumæórum & Ismahelítæ.

Moab & Agaréni, Gebal & Ammon & Amalec: * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum illis:

[redacted]

sunt in adjutó-
or.
t Mádian & Si-
Jabin in torrén-

: in Endor, * fa
ercus terræ.
ipes eórum sicut
: * & Zébee &

cipes eórum, *
Hæreditáte pos-
ctuárium Dei.
one illos ut ro-
ut stípulam ante
.
, qui combúrit
icut flamma com-
es.
ris illos in tem-
* & in ira tua
,
s eórum ignomí-
quærent nomen
ne.
& conturbéntur
æculi, * & con-
t péreant.
nt quia nomen
: * tu solus Al-
mni terra.
mus 83.
écta tabernácula
nine virtútum! *
& déficit ánima
Dómini.
& caro mea *
in Deum vivum.
r invénit sibi do-
irtur nidum sibi,
illos suos.
Dñe virtútum, *
Deus meus.
ábitant in domo

tua Dómine: * in sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est auxílium abs te: * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymárum, in loco, quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe Deus Jacob.

Protéctor noster áspice Deus, * & réspice in fáciem Christi tui.

Quia mélior est dies una in átriis tuis * super míllia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei, * magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam, & veritátem díligit Deus, * grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Añt. Tu solus Altíssimus super omnem terram.

Añt. Benedixísti.

Psalmus 84.

BEnedixísti Dómine terram tuam: * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ: * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam: * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus salutáris

ris noſter, * & avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum iraſcéris nobis? * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónem!

Deus tu convérſus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam; * & ſalutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper Sanctos ſuos, * & in eos, qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum ſalutáre ipsíus, * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi: * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cælo proſpéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit, * & ponet in via greſſus ſuos.

Pſalmus 85.

INclina Dómine aurem tuam & exáudi me: * quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meam, quóniam ſanctus ſum: * ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperántem in te.

Miſerére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: * lætífica ánimam ſervi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine ſuávis & mitis, * & multæ miſericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe Dómine oratiónem meam, * & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudíſti me.

Non eſt símilis tui in diis Dómine, * & non eſt ſecúndum ópera tua.

Omnes Gentes, quaſcúmque fecíſti, vénient & adorábunt coram te Dómine, * & glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília: * tu es Deus ſolus.

Deduc me Dómine in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me, * & eruíſti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui inſurrexérunt ſuper me, & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam, * & non propoſuérunt te in conſpéctu ſuo.

Et tu Dñe Deus miſerátor & miséricors: * pátiens, & multæ miſericórdiæ, & verax.

Réſpice in me, & miſerére mei, * da impérium tuum púero tuo, & ſalvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac

necum signum in bo-
ut vídeant qui odérunt
& confundántur: * quó-
tu Dómine adjuvísti me,
nsolátus es me.
bena. Benedixísti Dó-
terram tuam.
Fundaménta ejus.

Psalmus 86.

ndaménta ejus in món-
bus sanctis: * díligit
nus portas Sion super
tabernácula Jacob.
ósa dicta sunt de te, *
i Dei.
or ero Rahab & Baby-
* sciéntium me.
alienígenæ & Tyrus
pulus Æthíopum, * hi
t illic.
uid Sion dicet: Homo
mo natus est in ea: *
e fundávit eam Altíss-
?
inus narrábit in scri-
populórum, & prín-
; * horum, qui fué-
n ea.
lætántium ómnium *
tio est in te.

Psalmus 87.

)mine Deus salútis
meæ: * in die clamávi
æ coram te.
t in conspéctu tuo orá-
ea: * inclína aurem
ad precem meam.
repléta est malis áni-
ea: * & vita mea in-
appropinquávit.
nátus sum cum descen-
us in lacum: * factus
icut homo sine adjutó-
nter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámplius: * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri: * in tenebrósis & in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a me: * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, & non egrediébar: * óculi me languérunt præ inópia.

Clamávi ad te Dómine tota die: * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília? * aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * & justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clamávi, * & mane orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam, * avértis fáciem tuam a me?

Pauper sum ego, & in labóribus a juventúte mea: * exaltátus autem humiliátus sum & conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua

tota die: * circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amícum & próximum, * & notos meos a misériа.

Antiphona. Fundaménta ejus in móntibus sanctis.

Antiphona. Benedíctus.

Psalmus 88.

MIsericórdias Dómini * in ætérnum cantábo.

In generatiónem & generatiónem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

Quóniam dixísti: In ætérnum misericórdia ædificábitur in cælis, * præparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis meis, jurávi David servo meo: * Usque in ætérnum præparábo semen tuum.

Et ædificábo in generatiónem & generatiónem, * sedem tuam.

Confitebúntur cæli mirabília tua Dñe: * étenim veritátem tuam in Ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino, * símilis erit Deo in fíliis Dei?

Deus qui glorificátur in consílio sanctórum, * magnus & terríbilis super omnes, quis in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi? * potens es Dómine, & véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris: * motum autem flúctuum ejus tu mítigas.

Tu humiliásti, sicut vulnerátum, supérbum: * in brá-

chio virtútis tuæ dispe[r]
inimícos tuos.

Tui sunt cæli, & tua est [ter]ra; orbem terræ & plen[itu]dinem ejus tu fundásti: * A[qui]lónem & mare tu creásti.

Thabor & Hermon in nóm[ine] tuo exaltábunt: * tuum b[rá]chium cum poténtia.

Firmétur manus tua, & e[xal]tétur déxtera tua: * just[ítia] & judícium præparátio [se]dis tuæ.

Misericórdia, & véritas p[ræ]cédent fáciem tuam, * b[eá]tus pópulus, qui scit ju[bi]latiónem.

Dómine, in lúmine vul[tus] tui ambulábunt, & in [nó]mine tuo exultábunt t[ota] die, * & in justítia tua ex[al]tabúntur.

Quóniam glória virtútis [eó]rum tu es, * & in benep[lá]cito tuo exaltábitur co[rnu] nostrum.

Quia Dómini est assúmp[tio] nostra, * & Sancti Isr[aël] Regis nostri.

Tunc locútus es in visió[ne] sanctis ejus, & dixísti: Pósui adjutórium in pot[en]te, & exaltávi eléctum [de] plebe mea.

Invéni David servum m[e]um: * óleo sancto meo [un]xi eum.

Manus enim mea auxiliá[bi]tur ei, * & bráchium me[um] confortábit eum.

Nihil profíciet inimícus [in] eo, * & fílius iniquitátis n[on] apponet nocére ei.

Et concídam a fácie ips[ius] ini-

[redacted]

cos ejus, * & odiéntes
n fugam convértam.
éritas mea & miseri-
mea cum ipso, * &
mine meo exaltábitur
ejus.
tam in mari manum
& in flumínibus déx-
us.
vocábit me : Pater
tu, * Deus meus,
tor salútis meæ.
primogénitum po-
n: * excélsum præ
erræ.
num servábo illi mi-
am meam, * & testa-
meum fidéle ipsi.
m in sæculum sæcu-
ejus, * & thronum
dies cæli.
derelíquerint filii
n meam, * & in ju-
; non ambuláverint.
s meas profanáve-
: mandáta mea non
nt;
in virga iniquitátes
& in verbéribus
órum.
rdiam autem meam
rgam ab eo, * ne-
o in veritáte mea.
rofanábo testamén-
, * & quæ procé-
ibiis meis, non fá-
t.
rávi in sancto meo,
méntiar: * semen
érnum manébit.
as ejus sicut sol in
meo, * & sicut lu-
a in ætérnum, &
elo fidélis.

Tu vero repulísti & despe-
xísti, * distulísti Christum
tuum.

Evertísti testaméntum servi
tui: * profanásti in terra san-
ctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepes ejus: *
posuísti firmaméntum ejus for-
mídinem.

Diripuérunt eum omnes tran-
seúntes viam: * factus est op-
próbrium vicínis suis.

Exaltásti déxteram depriméntium eum: * lætificásti om-
nes inimícos ejus.

Avertísti adjutórium gládii
ejus, * & non es auxiliátus
ei in bello.

Destruxísti eum ab emunda-
tióne, * & sedem ejus in
terram collisísti.

Minorásti dies témporis ejus: *
perfudísti eum confusióne.

Usquequo Dómine avértis in
finem, * exardéscet sicut ignis
ira tua?

Memoráre quæ mea substán-
tia: * numquid enim vane
constituísti omnes filios hó-
minum?

Quis est homo, qui vivet, &
non vidébit mortem, * éruet
ánimam suam de manu ínferi?

Ubi sunt misericórdiæ tuæ
antíquæ, Dómine, * sicut ju-
rásti David in veritáte tua?

Memor esto Dómine oppró-
brii servórum tuórum * (quod
contínui in sinu meo,) mul-
tárum Géntium.

Quod exprobravérunt inimí-
ci tui, Dómine, * quod ex-
probravérunt commutatiónem
Christi tui.

Benedíctus Dóminus in ætérnum: * fiat fiat.

Psalmus 93.

DEus ultiónum Dóminus: * Deus ultiónum líbere egit.

Exaltáre qui júdicas terram: * redde retributiónem supérbis.

Usquequo peccatóres Dómine: * úsquequo peccatóres gloriabúntur.

Effabúntur, & loquéntur iniquitátem: * loquéntur omnes, qui operántur injustítias.

Pópulum tuum Dómine humiliavérunt: * & hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt: * & pupíllos occidérunt.

Et dixérunt: Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite insipiéntes in pópulo: * & stulti aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non consíderat?

Qui córripit Gentes, non árguet: * qui docet hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ sunt.

Beátus homo, quem tu erudíeris Dómine: * & de lege tua docúeris eum.

Ut mítiges ei a diebus malis: * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem suam: * & hæreditátem suam non derelínquet.

Quoadúsque justítia co
tátur in judícium: * &
juxta illam omnes qui
sunt corde.

Quis consúrget mihi a
sus malignántes? * aut
stabit mecum advérsus
rántes iniquitátem?

Nisi quia Dóminus ad
me: * paulomínus habi
in inférno ánima mea.

Si dicébam: Motus es
meus: * misericórdia tu
mine adjuvábat me.

Secúndum multitúdinem
lórum meórum in corde m
consolatiónes tuæ lætifi
runt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi
iniquitátis: * qui fingis
rem in præcepto?

Captábunt in ánimam
sti, * & sánguinem inno
tem condemnábunt.

Et factus est mihi Dón
in refúgium, * & Deus
in adjutórium spei meæ

Et reddet illis iniquit
ipsórum; & in malítia e
dispérdet eos: * dispérd
los Dóminus Deus nost

Aña. Bendíctus Dóminu
ætérnum. *Aña.* Cantáte

Psalmus 95.

CAntáte Dómino c
cum novum: * ca
Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & b
dícite nómini ejus: * an
tiáte de die in diem s
re ejus.

Annuntiáte inter Gentes
riam ejus: * in ómnibu
pulis mirabília ejus.

Q

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: * Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ Géntium: afférte Dómino glóriam & honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra: * dícite in Géntibus, quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cæli & exúltet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi & ómnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte: * & pópulos in veritáte sua.

Psalmus 96.

DOminus regnávit, exúltet terra, * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus: * justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à facie Dómini: * à facie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justítiam ejus: * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília: * & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audívit & lætáta est Sion.

Et exultavérunt filiæ Judæ: * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas Sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo: * & rectis corde lætítia.

Lætámini justi in Dómino, * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Aña. Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus.

In Quadrag. ℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. ℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis, ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Tempore Paschali, *Antiph.* Allelúja, allelúja, allelúja.

 ℣. Sur-

[redacted]

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja. ℟. Et appáruit Simóni, allelúja.

Pro una vel plúribus Martyribus tempore Paschali, ℣. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, allel. ℟. Et ætérnitas témporum, allel.

Pro Confess. Pontif. tempore Pasch. ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi, allel. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis, allelúja.

Pro Confessore non Pontifice, ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam, allelúja. ℟. Et lingua ejus loquétur judícium, allelúja.

Pro una Sancta, ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo, allel. ℟. Deus in médio ejus, non commovébitur, allelúja.

AD LAUDES,

Antiphona. Spíritu principáli confírma cor meum Deus.

Psalm. Miserére mei. 57.

Antiphona. In veritáte.

Psalmus 142.

Domine exáudi oratiónem meam, áuribus pércipe obsecratiónem meam in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo, * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos sæculi, * & anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum: meditátus sum in ómnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me, * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam, * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam, * propter nomen tuum Dómine vivificábis me, in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant ánimam meam, * quóniam ego servus tuus sum.

Antiphona. In veritáte tua exáudi me Dómine.

Antiphona. Illúmina Dómine vultum tuum super nos.

Psalm. Deus Deus meus. 17.

Antiphona. Dómine.

Canticum Habacuc. Cap. 3.

Domine audívi audítiónem tuam, * & tímui.

Dómine opus tuum: * in médio annórum vivífica illud.

In

In médio annórum notum fácies: * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * & Sanctus de monte Pharan.

Opéruit cælos glória ejus, * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit: * córnua in mánibus ejus.

Ibi abscóndita est fortitúdo ejus, * ante fáciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus: * Stetit, & mensus est terram.

Aspéxit & dissólvit Gentes, * & contríti sunt montes sæculi.

Incurváti sunt colles mundi, * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ: * turbabúntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es Dómine? * aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui ascéndes super equos tuos, * & quadrígæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitábis arcum tuum: * juraménta tríbubus, quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ: vidérunt te, & doluérunt montes: * gurges aquárum transiit.

Dedit abyssus vocem suam, * altitúdo manus suas levávit.

Sol & luna stetérunt in habitáculo suo: * in luce sagittárum tuárum, ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram, * & in furóre obstupefácies Gentes.

Egréssus es in salútem pópuli tui, * in salútem cum Christo tuo.

Percussísti caput de domo ímpii: * denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus, cápiti bellatórum ejus: * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exultátio eórum * sicut ejus, qui dévorat páuperem in abscóndito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi & conturbátus est venter meus, * a voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óssibus meis, * & subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis: * ut ascéndam ad pópulum accínctum nostrum.

Ficus enim non florébit, * & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ, * & arva non áfferent cibum.

Abscindétur de ovíli pecus, * & non erit arméntum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo, * & exultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dñs fortitúdo mea, * & ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor * in psalmis canéntem.

Aña. Dómine audívi audítum tuum, & tímui.

Perambulábam in innocéntia cordis mei, * in médio domus meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem injústam: * faciéntes prævaricatiónes odívi.

Non adhæsit mihi cor pravum: * declinántem a me malígnum non cognoscébam.

Detrahéntem secréto próximo suo, * hunc persequébar.

Supérbo óculo & insatiábili corde, * cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terræ, ut sédeant mecum: * ámbulans in via immaculáta, hic mihi ministrábat.

Non habitábit in médio domus meæ qui facit supérbiam: * qui lóquitur iníqua, non diréxit in conspéctu oculórum meórum.

In matutíno interficiébam omnes peccatóres terræ: * ut dispérderem de civitáte Dómini omnes operántes iniquitátem.

Antiphona. Jubiláte Deo omnis terra. *Vel Aña.* Bonum est confitéri Dómino.

Aña. Clamor meus.

Psalmus 101.

DOmine exáudi oratiónem meam, * & clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam a me: * in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, * velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei, * & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum & áruit cor meum, * qu oblítus sum comédere pane meum.

A voce gémitus mei * adh sit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicá solitúdinis, * factus sum si nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus sum cut passer solitárius in tec

Tota die exprobrábant hi inimíci mei, * & laudábant me advérsus me rábant.

Quia cínerem tamquam nem manducábam, * & pot meum cum fletu miscébam

A fácie iræ & indignat nis tuæ, * quia élevans lisísti me.

Dies mei sicut umbra de navérunt, * & ego sicut f num árui.

Tu autem Dómine in æt num pérmanes, * & mem riále tuum in generatión & generatiónem.

Tu exúrgés miseréberis Sio quia tempus miseréndi eju quia venit tempus.

Quóniam placuérunt se tuis lápides ejus, * & te ejus miserebúntur.

Et timébunt Gentes non tuum Dómine, * & om reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dñs Sion & vidébitur in glória sua

Respéxit in oratiónem mílium, * & non spr precem eórum.

Scribántur hæc in gen tióne áltera, * & pópul

qu

[redacted]

In omnes adinventió-
órum.
táte Dóminum Deum no-
, & adoráte in monte
o ejus, * quóniam San-
Dóminus Deus noster.
bona. Quia mirabília
Dóminus.
ens Antiphona & Psalm.
te. *hic prætermittitur*,
dicitur in Laudibus,
Sabbatis in quibus fit
de S. Maria, & ejus loco
r Antiphona & Psalm.
m est confitéri Dómino.
bona. Jubiláte.

Psalmus 99.

iláte Deo omnis terra: *
vite Dómino in lætítia.
íte in conspéctu ejus *
ultatióne.
ite quóniam Dóminus
est Deus: * ipse fecit
& non ipsi nos.
ulus ejus & oves páscuæ
* introíte portas ejus
nfessióne, átria ejus in
is: confitémini illi.
áte nomen ejus: quó-
suávis est Dóminus, in
um misericórdia ejus, *
ue in generatiónem &
tiónem véritas ejus.

Vel Psalmus 91.

num est confitéri Dó-
mino, * & psállere nó-
uo Altíssime.
nnuntiándum mane mi-
rdiam tuam, * & veri-
tuam per noctem.
ecachórdo psaltério, *
ántico in cíthara.
delectásti me Dómine
túra tua, * & in opéri-
bus mánuum tuárum exultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua Dñe! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet,* & stultus non intélliget hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut fœnum, * & apparúerint omnes, qui operántur iniquitátem.

Ut intéreant in sæculum sæculi: * tu autem Altíssimus in ætérnum Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui Dómine, quóniam ecce inimíci tui períbunt, * & dispergéntur omnes, qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum, * & senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos, * & in insurgéntibus in me malignántibns áudiet auris mea.

Justus ut palma florébit; * sicut cédrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini: * in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi, * & bene patiéntes erunt, ut annúntient.

Quóniam rectus Dóminus Deus noster, * & non est iníquitas in eo.

Psalmus 100.

Misericórdiam & judícium * cantábo tibi Dómine.

Psallam & intélligam in via immaculáta, * quando vénies ad me.

ab ætérno, * & usque in ætérnum super timéntes eum.

Et justítia illíus in filios filiórum * his, qui servant testaméntum ejus.

Et mémores sunt mandatórum ipsíus, * ad faciéndum ea.

Dóminus in cælo parávit sedem suam, * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli ejus: * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino omnes virtútes ejus: * minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus: * in omni loco dominatiónis ejus: bénedic ánima mea Dómino.

Añа. Clamor meus ad te véniat Deus. *Añа.* Bénedic.

Psalmus 103.

BEnedic ánima mea Dómino: * Dómine Deus meus magnificátus es veheménter.

Confessiónem & decórem induísti: * amíctus lúmine sicut vestiménto.

Exténdens cælum sicut pellem: * qui tegis aquis superióra ejus.

Qui ponis nubem ascénsum tuum: * qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis ángelos tuos, spíritus, * & minístros tuos, ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam: * non inclinábitur in sæculum sæculi.

Abyssus, sicut vestiméntum amíctus ejus: * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient: * a voce tonítrui tui formidábunt.

Ascéndunt montes, & descéndunt campi * in locum, quem fundásti eis.

Términum posuísti, quem non transgrediéntur: * neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertransíbunt aquæ.

Potábunt omnes béstiæ agri: * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea vólucres cæli habitábunt: * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superióribus suis: * de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

Prodúcens fœnum juméntis, * & herbam servitúti hóminum.

Et edúcas panem de terra: * & vinum lætíficet cor hóminis.

Et exhílaret fáciem in óleo, * & panis cor hóminis confirmet.

Saturabúntur ligna campi, & cedri Líbani, quas plantávit, * illic pásseres nidificábunt.

Heródii domus dux est eórum: * montes excélsi cervis: petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora: * sol cognóvit occásum suum.

Posuísti ténebras & facta est nox: * in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ silvæ.

Ca-

Catuli leónum rugiéntes ut rápiant, * & quærant a Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregáti sunt, * & in cubílibus suis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus suum, * & ad operatiónem suam usque ad vésperum.

Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine: * ómnia in sapiéntia fecísti: impléta est terra possessióne tua.

Hoc mare magnum, & spatiósum mánibus: * illic reptília, quorum non est númerus.

Animália pusílla cum magnis: * illic naves pertransíbunt.

Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei; * ómnia a te expéctant, ut des illis escam in témpore.

Dante te illi, cólligent: * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte.

Averténte autem te fáciem, turbabúntur: * áuferes spíritum eórum, & deficient, & in púlverem suum reverténtur.

Emítte Spíritum tuum, & creabúntur: * & renovábis fáciem terræ.

Sit glória Dómini in sæculum: * lætábitur Dóminus in opéribus suis.

Qui réspicit terram, & facit eam tremere: * qui tangit montes, & fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea: * psallam Deo meo quamdiu sum.

Jucúndum sit ei elóquium meum: * ego vero delectábor in Dómino.

Deficiant peccatóres a terra, & iníqui ita ut non sint: * benedic ánima mea Dómino.

Psalmus 104.

Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus: * annuntiáte inter Gentes ópera ejus.

Cantáte ei & psállite ei: * narráte ómnia mirabília ejus.

Laudámini in nómine sancto ejus: * lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quærite Dóminum, & confirmámini: * quærite fáciem ejus semper.

Mementóte mirabílium ejus, quæ fecit: * prodígia ejus & judícia oris ejus.

Semen Abraham servi ejus, * filii Jacob elécti ejus.

Ipse Dóminus Deus noster. * in univérsa terra judícia ejus.

Memor fuit in sæculum testaménti sui, * verbi, quod mandávit in mille generatiónes.

Quod dispósuit ad Abraham: * & juraménti sui ad Isaac.

Et státuit illud Jacob in præcéptum, * & Israel in testaméntum ætérnum.

Dicens: Tibi dabo terram Chánaan, * funículum hæreditátis vestræ.

Cum essent número brevi, * paucíssimi & íncolæ ejus.

Et pertransiérunt de gente in gentem, * & de regno ad pópulum álterum.

Non relíquit hóminem nocére

cére eis, * & corrípuit pro eis reges.

Nolíte tángere christos meos, * & in prophétis meis nolíte malignári.

Et vocávit famem super terram, * & omne firmaméntum panis contrívit.

Misit ante eos virum: * in servum venúmdatus est Joseph.

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertransívit ánimam ejus: * donec veníret verbum ejus.

Elóquium Dómini inflammávit eum: * misit rex & solvit eum, princeps populórum, & dimísit eum.

Constítuit eum dóminum domus suæ, * & príncipem omnis possessiónis suæ.

Ut erudíret príncipes ejus sicut semetípsum, * & senes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Israel in Ægyptum, * & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum suum veheménter, * & firmávit eum super inimícos ejus.

Convértit cor eórum ut odírent pópulum ejus, * & dolum fácerent in servos ejus.

Misit Móysen servum suum: * Aaron, quem elégit ipsum.

Pósuit in eis verba signórum suórum, * & prodigiórum in terra Cham.

Misit ténebras, & obscurávit, * & non exacerbávit sermónes suos.

Convértit aquas eórum in sánguinem, * & occídit pisces eórum.

Edidit terra eórum ranas * i[n] penetrálibus regum ipsórum

Dixit, & venit cœnomyía, & cínifes in ómnibus fini[-]bus eórum.

Pósuit plúvias eórum grán[-]dinem: * ignem combur[en]tem in terra ipsórum.

Et percússit víneas eórum & ficúlneas eórum, * & con[-]trívit lignum finium eórum.

Dixit, & venit locústa & bruchus: * cujus non era[t] númerus.

Et comédit omne fœnum i[n] terra eórum, * & comédit om[-]nem fructum terræ eórum.

Et percússit omne primogé[-]nitum in terra eórum: * pri[-]mítias omnis labóris eórum

Et edúxit eos cum argént[o] & auro, * & non erat i[n] tríbubus eórum infírmus.

Lætáta est Ægyptus in pro[-]fectióne eórum: * quia incú[-]buit timor eórum super eos

Expándit nubem in prote[-]ctiónem eórum, * & ignem ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit cotur[-]nix, * & pane cæli saturá[-]vit eos.

Dirúpit petram, & fluxé[-]runt aquæ, * abiérunt i[n] sicco flúmina.

Quóniam memor fuit verb[i] sancti sui, * quod hábuit a[d] Abraham púerum suum.

Et edúxit pópulum suum i[n] exultatióne, * & eléctos suo[s] in lætítia.

Et dedit illis regiónes Gén[-]tium, * & labóres populó[-]rum possedérunt.

Ut

[redacted]

ódiunt justificatiónes
' & legem ejus re-
,
ia. Bénedic ánima
mino.
ia. Visita nos.
Psalmus 105.
fitémini Dño quó-
im bonus, * quóniam
um misericórdia ejus.
oquétur poténtias Dó-
' audítas fáciet om-
les ejus?
qui custódiunt judí-
* & fáciunt justítiam
ii témpore.
nto nostri Dómine in
cito pópuli tui: * ví-
in salutári tuo.
idéndum in bonitáte
im tuórum, ad læ-
in lætítia gentis
ut laudéris cum hæ-
tua.
vimus cum pátribus no-
' injúste égimus, ini-
m fécimus.
nostri in Ægypto non
érunt mirabília tua, *
érunt mémores multi-
misericórdiæ tuæ.
itavérunt ascendéntes
e, * mare Rubrum.
vávit eos propter no-
um: * ut notam fáce-
éntiam suam.
répuit mare Rubrum,
cátum est; * & de-
os in abyssis sicut in
.
lvávit eos de manu
ium, * & redémit eos
u inimíci.
péruit aqua tribulán-

tes eos: * unus ex eis non remánsit.

Et credidérunt verbis ejus, * & laudavérunt laudem ejus.

Cito fecérunt, oblíti sunt óperum ejus, * & non sustinuérunt consílium ejus.

Et concupiérunt concupiscéntiam in desérto, * & tentavérunt Deum in inaquóso.

Et dedit eis petitiónem ipsórum, * & misit saturitátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móysen in castris, * Aaron Sanctum Dómini.

Apérta est terra, & deglutívit Dathan, * & opéruit super congregatiónem Abíron.

Et exársit ignis in synagóga eórum: * flamma combússit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb, * & adoravérunt scúlptile.

Et mutavérunt glóriam suam * in similitúdinem vítuli comedéntis fœnum.

Oblíti sunt Deum, qui salvávit eos, * qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terra Cham, terribília in mari Rubro.

Et dixit ut dispérderet eos: * si non Móyses eléctus ejus stetísset in confractióne in conspéctu ejus.

Ut avérteret iram ejus ne dispérderet eos, * & pro níhilo habuérunt terram desiderábilem.

Non credidérunt verbo ejus, * & murmuravérunt in tabernácu-

náculis suis: * non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum suam super eos, * ut prostérneret eos in desérto.

Et ut dejíceret semen eórum in natiónibus, * & dispérgeret eos in regiónibus.

Et initiáti sunt Beelphegor, * & comedérunt sacrifícia mortuórum.

Et irritavérunt eum in adinventiónibus suis, * & multiplicáta est in eis ruína.

Et stetit Phínees, & placávit: * & cessávit quassátio.

Et reputátum est ei in justítiam, * in generatiónem & generatiónem usque in sempitérnum.

Et irritavérunt eum ad aquas contradictiónis, * & vexátus est Móyses propter eos, quia exacerbavérunt spíritum ejus.

Et distínxit in láb.is suis: * non disperdidérunt Gentes, quas dixit Dóminus illis.

Et commíxti sunt inter Gentes: & didicérunt ópera eórum, & serviérunt sculptílibus eórum: * & factum est illis in scándalum.

Et immolavérunt fílios suos, * & fílias suas dæmóniis.

Et effudérunt sánguinem innocéntem: * sánguinem filiórum suórum, & filiárum suárum, quas sacrificavérunt sculptílibus Chánaan.

Et inféćta est terra in sanguínibus, & contamináta est in opéribus eórum, * & fornicáti sunt in adinventiónibus suis.

Et irátus est furóre Dómi nus in pópulum suum, * & abominátus est hæreditáte suam.

Et trádidit eos in manus Gén tium, * & domináti sunt eó rum, qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimí ci eórum, & humiliáti sun sub mánibus eórum: * sæp liberávit eos.

Ipsi autem exacerbavérun eum in consílio suo, * & humiliáti sunt in iniquitáti bus suis.

Et vidit cum tribularén tur, * & audívit oratiónem eórum.

Et memor fuit testaménti sui, * & pœnítuit eum secúndum multitúdinem misericórdiæ suæ.

Et dedit eos in misericórdias in conspéctu ómnium, qui céperant eos.

Salvos nos fac Dómine Deus noster, * & cóngrega nos de natiónibus.

Ut confiteámur nómini sancto tuo, * & gloriémur in laude tua.

Benedíctus Dóminus Deus Israel a sæculo, & usque in sæculum. * & dicet omnis pópulus; fiat, fiat.

Psalmus 106.

CONfitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant, qui redémpti sunt a Dómino, quos redémit de manu inimíci, * & de regiónibus congregávit eos.

A so-

A solis ortu & occásu: * ab Aquilóne & mari.

Erravérunt in solitúdine in inaquóso: * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Esuriéntes & sitiéntes: * ánima eórum in ipsis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur: * & de necessitátibus eórum erípuit eos.

Et dedúxit eos in viam rectam: * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Quia satiávit ánimam inánem, * & ánimam esuriéntem satiávit bonis.

Sedéntes in ténebris, & umbra mortis: * vinctos in mendicitáte & ferro.

Quia exacerbavérunt elóquia Dei, * & consílium Altíssimi irritavérunt.

Et humiliátum est in labóribus cor eórum: * infirmáti sunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur: * & de necessitátibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris & umbra mortis, * & víncula eórum disrúpit.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, & mirabília ejus fíliis hóminum.

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Suscépit eos de via iniquitátis eórum: * propter injustítias enim suas humilitáti sunt.

Omnem escam abomináta est ánima eórum, * & appropinquavérunt usque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur: * & de necessitátibus eórum liberávit eos.

Misit verbum suum, & sanávit eos, * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et sacríficent sacrificium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui descéndunt mare in návibus, * faciéntes operatiónem in aquis multis.

Ipsi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília ejus in profúndo.

Dixit: & stetit spíritus procéllæ, * & exaltáti sunt fluctus ejus.

Ascéndunt usque ad cælos, & descéndunt usque ad abyssos: * ánima eórum in malis tabescébat.

Turbáti sunt, & moti sunt sicut ébrius, * & omnis sapiéntia eórum devoráta est.

Et clamavérunt ad Dñm cum tribularéntur, * & de necessitátibus eórum edúxit eos.

Et státuit procéllam ejus in auram, * & siluérunt fluctus ejus.

Et lætáti sunt quia siluérunt, * & dedúxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et

Et exáltent eum in Ecclésia plebis, * & in cáthedra seniórum laudent eum.

Pósuit flúmina in desértum, * & éxitus aquárum in sitim.

Terram fructíferam in salsúginem, * a malítia inhabitántium in ea.

Pósuit desértum in stagna aquárum, * & terram sine aqua in éxitus aquárum.

Et collocávit illic esuriéntes, * & constituérunt civitátem habitatiónis.

Et seminavérunt agros, & plantavérunt víneas, * & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedíxit eis, & multiplicáti sunt nimis, * & juménta eórum non minorávit.

Et pauci facti sunt, * & vexáti sunt a tribulatióne malórum & dolóre.

Effúsa est contémptio super príncipes, * & erráre fecit eos in ínvio, & non in via.

Et adjúvit páuperem de inópia, * & pósuit sicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabúntur, * & omnis iníquitas oppilábit os suum.

Quis sápiens, & custódiet hæc, * & intélliget misericórdias Dómini?

Antiphona. Vísita nos Dómine in salutári tuo.

Aña. Confitébor Dómino.

Psalmus 107.

PArátum cor meum Deus, parátum cor meum: * cantábo & psallam in glória mea.

Exúrge glória mea, exúrge psaltérium & cíthara: * exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine, * & psallam tibi in natiónibus.

Quia magna est super cælos misericórdia tua, * & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos Deus, & super omnem terram glória tua, * ut liberéntur dilécti tui.

Salvum fac déxtera tua, & exáudi me: * Deus locútus est in Sancto suo.

Exultábo, & dívidam Síchimam, * & convállem tabernaculórum dimétiar.

Meus est Gálaad, & meus est Manásses, * & Ephraim suscéptio cápitis mei.

Juda rex meus: * Moab lebes spei meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ amíci facti sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idúmæam?

Nonne tu Deus, qui repulísti nos, * & non exíbis Deus in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem, * & ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros.

Psalmus 108.

DEus laudem meam ne tacúeris: * quia os peccatóris, & os dolósi super me apértum est.

Ló-

i funt advérsum me
dolósæ, & sermónibus
ircumdedérunt me, *
ugnavérunt me gratis.
ó ut me dilígerent,
bant mihi: * ego au-
ibam.
suérunt advérsum me
ro bonis, * & ódium
ectióne mea.
me super eum pecca-
; * & diábolus stet a
ejus.
udicátur, éxeat con-
us, * & orátio ejus
peccátum.
dies ejus pauci:* & Epi-
um ejus accípiat alter.
filii ejus órphani, *
r ejus vídua.
tes transferántur filii
t mendícent, * & eji-
de habitatiónibus suis.
tur fœnerátor omnem
iam ejus: * & dirí-
liéni labóres ejus.
t illi adjútor: * nec sit
ereátur pupíllis ejus.
nati ejus in intéritum: *
ratióne una deleátur
ejus.
mórlam rédeat iníqui-
trum ejus in conspé-
mini: * & peccátum
ejus non deleátur.
contra Dóminum sem-
& dispéreat de terra
ia eórum, * pro eo
non est recordátus fá-
isericórdiam.
rsecútus est hóminem
i & mendícum: * &
ctum corde mortifi-

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei: * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.

Et índuit maledictiónem sicut vestiméntum, * & intrávit sicut aqua in interióra ejus, & sicut óleum in óssibus ejus.

Fiat ei sicut vestiméntum, quo operítur, * & sicut zona, qua semper præcíngitur.

Hoc opus eórum, qui détrahunt mihi apud Dóminum, * & qui loquúntur mala advérsus ánimam meam.

Et tu Dómine, Dómine fac mecum propter nomen tuum, * quia suávis est misericórdia tua.

Líbera me, quia egénus & pauper ego sum, * & cor meum conturbátum est intra me.

Sicut umbra cum declínat, ablátus sum, * & excússus sum sicut locústæ.

Génua mea infirmáta sunt a jejúnio, * & caro mea immutáta est propter óleum.

Et ego factus sum oppróbrium illis: * vidérunt me, & movérunt cápita sua.

Adjuva me Dómine Deus meus: * salvum me fac secúndum misericórdiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc, * & tu Dómine fecísti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces: * qui insúrgunt in me, confundántur: servus autem tuus lætábitur.

Induántur qui détrahunt mihi,

hi, pudóre, * & operiántur ficut diplóide confusióne sua.

Confitébor Dómino nimis in ore meo, & in médio multórum laudábo eum.

Quia áftitit a dextris páuperis, * ut salvam fáceret a persequéntibus ánimam meam.

Antiphona. Confitébor Dómino nimis in ore meo.

In Quadrages. ℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.

℟. Non timébis a timóre noctúrno.

Tempore Passionis, ℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Tempore Pasch. Antiphona. Allelúja, allelúja, allelúja.

Pro beata Maria, ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúja. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, allelúja.

AD LAUDES,

Antiphona. Benígne fac in bona voluntáte tua Dómine.

Psalm. Miserére. 57.

Antiphona. Bonum est.

Psalmus 91.

BOnum est confitéri Dómino, * & psállere nómini tuo Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, * & veritátem tuam per noctem.

In decachórdo psaltério, * cum cántico in cíthara.

Quia delectásti me Dómine in factúra tua, * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine; * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet, * & stultus non intélliget hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut fœnum, * & apparúerint omnes, qui operántur iniquitátem.

Ut intéreant in sæculum sæculi: * tu autem Altíssimus in ætérnum Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui Dómine, quóniam ecce inimíci tui períbunt, * & dispergéntur omnes, qui operántur iniquitatem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum, * & senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos, * & in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Justus ut palma florébit: * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini: * in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi, * & bene patiéntes erunt, ut annúntient.

Quóniam rectus Dóminus Deus noster, * & non est iníquitas in eo.

Antiphona. Bonum est confitéri Dómino.

Antiphona. Métuant Dóminum omnes fines terræ.

Psalm. Deus Deus meus ad te de luce vígilo. 18.

Aña. Date magnitúdinem.

Can-

[redacted]

um *Moysi.* *Deut.* 32.
lite cæli quæ loquor : *
udiat terra verba oris

éscat ut plúvia doctrí-
: * fluat ut ros eló-
meum.
imber super herbam,
i stillæ super grámi-
Quia nomen Dómini
io.
agnificéntiam Deo no-
Dei perfécta sunt ópe-
omnes viæ ejus judícia.
fidélis, & absque ulla
ite, justus & rectus : *
érunt ei, & non filii
sórdibus.
átio prava atque per-
* Hæccine reddis Dó-
pópule stulte & in-
?
uid non ipse est pater
* qui possédit te, &
: creávit te.
nto diérum antiquó-
* cógita generatiónes
s.
oga patrem tuum, &
iábit tibi : * majóres
& dicent tibi.
lo dividébat Altíssimus
: * quando separábat
dam.
ituit términos populó-
juxta númerum filió-
rael.
utem Dómini, pópu-
s : * Jacob funículus
átis ejus.
it eum in terra desér-
n loco horróris & va-
itúdinis.
ndúxit eum, & dó-

cuit, * & custodívit quasi pupíllam óculi sui.
Sicut áquila próvocans ad volándum pullos suos, * & super eos vólitans.
Expándit alas suas, & assúmpsit eum, * atque portávit in húmeris suis.
Dóminus solus dux ejus fuit, * & non erat cum eo deus aliénus.
Constítuit eum super excélsam terram, * ut comédéret fructus agrórum.
Ut súgeret mel de petra, * oleúmque de saxo duríssimo.
Butyrum de arménto & lac de óvibus, * cum ádipe agnórum & aríetum filiórum Basan.
Et hircos cum medúlla trítici, * & sánguinem uvæ bíberet meracíssimum.
Incrassátus est diléctus, & recalcitrávit : * incrassátus, impinguátus, dilatátus.
Derelíquit Deum factórem suum, * & recéssit a Deo salutári suo.
Provocavérunt eum in diis aliénis, * & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.
Immolavérunt dæmóniis, & non deo; * diis, quos ignorábant.
Novi recentésque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.
Deum, qui te génuit, dereliquísti, * & oblítus es Dómini creatóris tui.
Vidit Dóminus, & ad iracúndiam concitátus est, *
quia

quia provocavérunt eum filii sui & filiæ.

Et ait: Abscóndam fáciem meam ab eis, * & considerábo novíssima eórum.

Generátio enim pervérsa est,* & infidéles filii.

Ipsi me provocavérunt in eo, qui non erat deus, * & irritavérunt in vanitátibus suis.

Et ego provocábo eos in eo, qui non est pópulus: * & in gente stulta irritábo illos.

Ignis succénsus est in furóre meo, * & ardébit usque ad inférni novíssima.

Devorabítque terram cum gérmine suo: * & móntium fundaménta combúret.

Congregábo super eos mala, * & sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur fame, * & devorábunt eos aves morsu amaríssimo.

Dentes bestiárum immíttam in eos, * cum furóre trahéntium super terram atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius, & intus pavor: * júvenem simul ac vírginem: lacténtem cum hómine sene.

Dixit: Ubinam sunt? * cessáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum dístuli, * ne forte superbírent hostes eórum.

Et dícerent: Manus nostra excélsa, & non Dóminus, * fecit hæc ómnia.

Gens absque consílio est, & sine prudéntia: * Utinam sáperent & intellígerent, novíssima providérent.

Quómodo persequátur u[...] mille, * & duo fugent[...] cem míllia.

Nonne ídeo, quia Deus s[...] véndidit eos, * & Dómi[...] conclúsit illos?

Non enim est Deus nos[...] ut dii eórum, * & inim[...] nostri sunt júdices.

De vínea Sodomórum, [...] nea eórum, * & de sub[...] bánis Gomórrhæ.

Uva eórum uva fellis, * [...] botri amaríssimi.

Fel dracónum vinum e[...] rum, * & venénum áspidu[...] insanábile.

Nonne hæc cóndita sunt ap[...] me, * & signáta in thesá[...] ris meis?

Mea est última, & ego ret[...] buam in témpore, * ut lab[...] tur pes eórum.

Juxta est dies perditiónis, & adésse festínant témpora

Judicábit Dóminus pópulu[...] suum, * & in servis suis m[...] serébitur.

Vidébit quod infirmáta [...] manus, * & clausi quoq[...] defecérunt, residuíque co[...] súmpti sunt.

Et dicet: Ubi sunt dii eórum, in quibus habébant fidúciam

De quorum víctimis com[...] débant ádipes, * & bibéba[...] vinum libáminum.

Surgát, & opitulénturvobis, & in necessitáte vos prótegan[...]

Vidéte quod ego sim solus, & non sit álius Deus præ[...] ter me.

Ego

›ccidam, & ego vivere
: percútiam & ego sa-
* & non est qui de ma-
ı possit erúere.
o ad cælum manum
& dicam : * Vivo ego
num.
ıero ut fulgur gládium
* & arripúerit judi-
ıanus mea.
m ultiónem hóstibus
* & his, qui odérunt
ribuam.
ábo sagíttas meas sán-
* & gládius meus de-
: carnes.
nóre occisórum, * &
divitáte, nudáti inimi-
cápitis.
te Gentes pópulü ejus,*
nguinem servórum suó-
cifcétur.
ndíctam retríbuet in
eórum, * & propítius
rræ pópuli sui.
ma. Date magnitúdi-
Deo nostro. *Aña.* In
is benesonántibus lau-
eum. *Psalm.* Laudáte
um de cælis. 19.
adrag. Capitul. Hymn.
ut suprà. 59.
enedictus, Antiphona
, ut in Feriis Qua-
ma.
quando dicuntur, ha-
supra in Feria ii. 59.
MINICA
AD VESPERAS.
noster. Ave Maria.
is in adjutórium. 17.
na. Dixit Dóminus.
e Paschali, Antiph.
ı.

Sub qua sola Antiphona dicuntur omnes Psalmi Vesperarum, tam in Dominicis, quam in Feriis.

Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo : * Sede a dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos,* scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ, in splendóribus Sanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum : * Tu es Sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis:* confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet : * proptérea exaltábit caput.

Antiphona. Dixit Dóminus Dómino meo : Sede a dextris meis. *Aña.* Fidélia.

Psalmus 110.

COnfitébor tibi Dómine in toto corde meo, * in consílio justórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini, * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio & magnificéntia opus ejus, * & justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suó-

suórum, misséricors & miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo.

Ut det illis hæreditátem Géntium : * ópera mánuum ejus véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in sæculum sæculi * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in sæculum sæculi.

Aña. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in sæculum sæculi. *Aña.* In mandátis.

Psalmus 111.

BEátus vir, qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus : * & justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors & miserátor & justus.

Jucúndus homo, qui miserétur & cómmodat, dispónet sermónes suos in judício : * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus : * ab auditióne m non timébit.

Parátum cor ejus speráre Dómino, confirmátum est c ejus : * non commovébit donec despíciat inimícos suc

Dispérsit, dedit paupéribu justítia ejus manet in sæcul sæculi : * cornu ejus exalt bitur in glória.

Peccátor vidébit & irasc tur, déntibus suis fremet, tabéscet : * desidérium pecc tórum períbit.

Antiphona. In mandátis ej cupit nimis.

Aña. Sit nomen Dómini.

Psalmus 112.

LAudáte púeri Dñm : * la dáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini bene ctum, * ex hoc nunc, & u que in sæculum.

A solis ortu usque ad o cásum, * laudábile nom Dómini.

Excélsus super omnes Ge tes Dóminus, * & super c los glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus n ster, qui in altis hábitat, & humília réspicit in cæ & in terra?

Súscitans a terra ínopem : * de stércore érigens páuperen

Ut cóllocet eum cum prin cípibus : * cum princípib pópuli sui.

Qui habitáre facit stérile in domo, * matrem filióru lætántem.

Antiphona. Sit nomen Dóm ni benedíctum in sæcula.

Aña. Nos qui vívimus.

Psal-

Psalmus 113.
itu Israel de Ægypto, *
nus Jacob de pópulo
o.
est Judæa sanctificátio
' Israel potéstas ejus.
vidit & fugit: * Jordá-
nvérsus est retrórsum.
es exultavérunt ut aríe-
& colles sicut agni
.
est tibi mare, quod
, * & tu Jordánis, quia
sus es retrórsum?
es exultástis sicut aríe-
* & colles sicut agni
.
cie Dómini mota est
* à fácie Dei Jacob.
convértit petram in sta-
uárum, * & rupem in
aquárum.
nobis Dñe, non nobis, *
mini tuo da glóriam.
misericórdia tua &
e tua: * nequándo di-
entes: Ubi est Deus
?
autem noster in cælo: *
, quæcúmque vóluit,

ácra Géntium argén-
: aurum, * ópera má-
hóminum.
abent, & non loquén-
* óculos habent, &
idébunt.
s habent, & non áu-
* nares habent, &
dorábunt.
s habent, & non pal-
t: pedes habent, &
mbulábunt: * non cla-
t in gúttute suo.
s Verna.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes, qui confídunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino: * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Dómus Aaron sperávit in Dómino: * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino: * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri, * & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel: * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui timent Dóminum, * pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dñs super vos: * super vos & super filios vestros.

Benedícti vos a Dómino, * qui fecit cælum & terram.

Cælum cæli Dño: * terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine, * neque omnes, qui descéndunt in inférnum.

Sed nos, qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Aña. Nos, qui vívimus, benedícimus Dómino.

Tempore Paschali, Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Capitulum ut in Proprio de Tempore.

In Quadrages. Hymnus.

AUdi, benígne Cónditor
Nostras preces cum flétibus:
In hoc sacro jejúnio
Fusas quadragenário.

Scrutátor alme córdium,
Infirma tu scis vírium:
Ad te revérsis éxhibe
Remissiónis grátiam.
Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus,
Ad nóminis laudem tui
Confer medélam lánguidis.
Concéde nostrum cónteri
Corpus per abstinéntiam,
Culpæ ut relínquant pábulum
Jejúna corda críminum.
Præsta beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera. Amen.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona propria.

Tempore Paschali, Hymnus.

AD régias Agni dapes
Stolis amícti cándidis,
Post tránsitum maris Rubri
Christo canámus Príncipi.
Divína cujus cáritas
Sacrum propínat Sánguinem,
Almíque membra córporis
Amor Sacérdos ímmolat.
Sparsum cruórem póstibus
Vastátor horret Angelus,
Fugítque divísum mare:
Mergúntur hostes flúctibus.
Jam Pascha nostrum Christus est:
Paschális idem Víctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázyma.
O vera cæli Víctima,
Subjécta cui sunt tártara,
Solúta mortis víncula,
Recépta vitæ præmia.
Victor subáctis ínferis
Trophæa Christus éxplicat
Cælóque apérto, súbditum
Regem tenebrárum trahit.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

℣. Mane nobíscum Dómine allelúja. ℟. Quóniam adve sperásscit, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphon propria.

Canticum B. Mariæ Virginis Lucæ 1. c

MAgníficat * ánima me Dóminum.
Et exultávit spíritus meus in Deo salutári meo.
Quia respéxit humilitáte ancíllæ suæ: * ecce enim e hoc beátam me dicent omne generatiónes.
Quia fecit mihi magna, qu potens est, * & sanctum no men ejus.
Et misericórdia ejus a pro génie in progénies * timén tibus eum.
Fecit poténtiam in bráchi suo: * dispérsit supérbos men te cordis sui.
Depósuit poténtes de sede, & exaltávit húmiles.
Esuriéntes implévit bonis, & dívites dimísit inánes.
Suscépit Israel púerum su um, * recordátus misericó diæ suæ.
Sicut locútus est ad patr no-

[redacted]

nostros, * Abraham & sémini ejus in sǽcula.
Glória Patri, &c.
Deinde dicitur Antiphona, & Oratio propria.

FERIA SECUNDA
AD VESPERAS.

Antiphona. Inclinávit.
Tempore Paschali, Antiph. Allelúja. *Psalmus* 114.

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.
Quia inclinávit aurem suam mihi: * & in diébus meis invocábo.
Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inférni invenérunt me.
Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.
O Dómine líbera ánimam meam, * miséricors Dóminus & justus, & Deus noster miserétur.
Custódiens párvulos Dóminus: * humiliátus sum, & liberávit me.
Convértere ánima mea in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi.
Quia erípuit ánimam meam de morte: * óculos meos a lácrymis, pedes meos a lapsu.
Placébo Dómino * in regióne vivórum.
Antiphona. Inclinávit Dóminus aurem suam mihi.
Antiphona. Crédidi.
Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.
Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.
Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?
Cálicem salutáris accípiam: * & nomen Dómini invocábo.
Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus.
O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & filius ancíllæ tuæ.
Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.
Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus, * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.
Aña. Crédidi, propter quod locútus sum. *Aña.* Laudáte.
Psalmus 116.

Laudáte Dóminum omnes gentes: * laudáte eum omnes pópuli.
Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * & véritas Dómini manet in ætérnum.
Aña. Laudáte Dóminum omnes gentes. *Aña.* Clamávi.
Canticum Graduum.
Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi, * & exaudívit me.
Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolósa.
Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ,* cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Añа. Clamávi, & exaudívit me. *Aña.* Unde véniet.

Psalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino: * qui fecit cælum, & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet, qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introitum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Antiphona. Unde véniet auxílium mihi.

Tempore Pasch. Antiphona. Allelúja, allelúja, allelúja.

In Quadrages. Capitulum.

Joelis 2. *d*

INter vestíbulum & altáre plorábunt sacerdótes ministri Dómini, & dicent: Parce Dómine, parce pópulo tuo, & ne des hæreditátem tuam in oppróbrium, ut domInéntur eis natiónes.

Hymnus.

AUdi, benígne Cónditor,
Nostras preces cum flétibus,
In hoc sacro jejúnio
Fusas quadragenário.
Scrutátor alme córdium,
Infirma tu scis vírium:
Ad te revérsis éxhibe
Remissiónis grátiam.
Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus,
Ad nóminis laudem tui
Confer medélam lánguidis.
Concéde nostrum cónteri
Corpus per abstinéntiam,
Culpæ ut relínquant pábulum
Jejúna corda críminum.
Præsta beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera. Amen.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Antiphona ad Magnificat, & Oratio propria.

Tempore Pasch. Capitulum.

Rom. 6. *b*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultrà non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus.

AD régias Agni dapes
Stolis amícti cándidis,
Post tránsitum maris Rubri
Christo canámus Príncipi.

Di-

[redacted]

cujus cáritas
propínat Sánguinem,
e membra córporis
Sacérdos ímmolat.
cruórem póstibus
r horret Angelus,
e divísum mare:
itur hostes flúctibus.
scha nostrum Chri-
est:
lis idem Víctima,
a puris méntibus
tátis ázyma.
cæli Víctima,
ta cui sunt tártara,
mortis víncula,
a vitæ præmia.
subáctis ínferis
ta Christus éxplicat,
e apérto, súbditum
tenebrárum trahit.
erénne méntibus
le Jesu gáudium,
te dira críminum
enátos líbera.
tri sit glória,
o, qui a mórtuis
it, ac Paráclito,
pitérna sæcula.
n.
e nobíscum Dómi-
lúja.
niam advesperáscit,
.
agnificat, *Antiphona*

dicitur de Dominica
ti.
quando dicenda sunt,
ut supra in Feria
.
ur autem per totam
esimam in Officio fe-
tum. 59.

FERIA TERTIA
AD VESPERAS.

Aña. In domum Dómini.

Tempore Paschali, Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício: * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri: * quæsívi bona tibi.

Antiphona. In domum Dómini lætántes íbimus.

Antiphona. Qui hábitas.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos,* qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servórum * in mánibus dominórum suórum.

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ: * ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri, * quia multum repléti sumus despectióne.

Quia multum repléta est ánima nostra, * oppróbrium abundántibus, & despéctio supérbis.

Antiphona. Qui hábitas in cælis, miserére nobis.

Antiphona. Adjutórium.

Psalmus 123.

NIsi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel, * nisi quia Dóminus erat in nobis.

Cum exúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutíssent nos.

Cum irascerétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra: * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram.

Antiphona. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Antiphona. Bénefac.

Psalmus 124.

QUi confidunt in Dómino sicut mons Sion, * non commovébitur in ætérnum qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum, * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac Dómine bonis, * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israel.

Antiphona. Bénefac Dómine bonis & rectis corde.

Antiphona. Facti sumus.

Psalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum, * & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter Gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrymis: * in exultatióne metent.

Euntes ibant & flebant: * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.

Antiphona. Facti sumus sicut consoláti.

Tempore Paschali, *Antiph.* Allelúja, allelúja, allelúja.

Ca-

[redacted]

Capitulum, Hymnus, ℣. *Antiphona ad Magnificat, & Oratio pro Tempore, ut in Vesperis Feria ii.* 124.

Preces quando dicuntur, habentur supra in Feria ii. 59.

FERIA QUARTA

AD VESPERAS.

Antiphona. Non confundétur.

Tempore Paschali, Antiphona. Allelúja, allelúja, allelúja.

Psalmus 126.

NIsi Dñs ædificáverit domum: * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem: * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce hæréditas Dómini, filii; merces fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ita filii excussórum.

Beátus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Aña. Non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta. *Aña.* Beáti.

Psalmus 127.

BEáti omnes, qui timent Dóminum: * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans: * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum: * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo: * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum: * pacem super Israel.

Aña. Beáti omnes, qui timent Dóminum. *Aña.* Sæpè.

Psalmus 128.

SÆpè expugnavérunt me à juventúte mea, * dicat nunc Israel.

Sæpè expugnavérunt me à juventúte mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus concídit cervíces peccatórum: * confundántur & convertántur retrórsum omnes, qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum; * quod priúsquam evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui prætéribant: Benedíctio Dómini super vos: * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Aña. Sæpe expugnavérunt me a juventúte mea.

Aña. De profúndis.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendén-

tes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Antiphona. De profúndis clamávi ad te Dómine.

Antiphona. Speret.

Psalmus 130.

DOmine non est exaltátum cor meum, * neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam: * sed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus est super matre sua: * ita retribútio in ánima mea.

Speret Israel in Dómino * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Antiphona. Speret Israel in Dómino.

Tempore Paschali, Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Capitulum, Hymnus, ℣. *Antiphona ad Magnificat, & Oratio pro Tempore, ut in Vesperis Feria ii.* 124.

Preces, si dicendæ sint, habentur, ut suprà in Laudibus, Feria ii. 59.

FERIA QUINTA

AD VESPERAS,

Antiphona. Et omnis.

Tempore Paschali, Antiphona. Allelúja.

Psalmus 131.

MEménto Dómine David, * & omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob.

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei;

Si dédero somnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem.

Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata: * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam, * & Sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint filii tui testaméntum meum: * & te-

[redacted]

hæc, quæ do-

m usque in sæ-
bunt super se-

légit Dóminus
it eam in habi-

s mea in sæcu-
hic habitábo,
l eam.
benedícens be-
áuperes ejus sa-
is.
jus índuam sa-
ancti ejus exul-
bunt.
cam cornu Da-
lucérnam Chri-

us índuam con-
per ipsum áutem
ctificátio mea.
it omnis man-
is.
Ecce.
mus 132.
bonum & quam
m, * habitáre
um.
ntum in cápite, *
dit in barbam,
n.
dit in oram ve-
* sicut ros Her-
scéndit in mon-

ic mandávit Dó-
ictiónem; * &
in sæculum.
Ecce quam bo-
jucúndum ha-
in unum.
Omnia.

Psalmus 134.

LAudáte nomen Dómini: * laudáte servi Dóminum.
Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.
Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus: * psállite nómini ejus, quóniam suáve.
Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus, * Israel in possessiónem sibi.
Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, * & Deus noster præ ómnibus diis.
Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cælo & in terra, * in mari & in ómnibus abyssis.
Edúcens nubes ab extrémo terræ: * fúlgura in plúviam fecit.
Qui prodúcit ventos de thesáuris suis: * qui percússit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus.
Et misit signa & prodígia in médio tui Ægypte, * in Pharaónem, & in omnes servos ejus.
Qui percússit Gentes multas, * & occídit reges fortes.
Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Basan, * & ómnia regna Chánaan.
Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Israel pópulo suo.
Dómine nomen tuum in ætérnum: * Dómine memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.
Quia judicábit Dóminus pópulum suum, * & in servis suis deprecábitur.

Simulácra Géntium argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur: * óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient; * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes, qui confídunt in eis.

Domus Israel benedícite Dómino: * domus Aaron benedícite Dómino.

Domus Levi benedícite Dómino: * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedíctus Dñs ex Sion, * qui hábitat in Jerúsalem.

Aña. Omnia, quæcúmque vóluit, Dóminus fecit.

Aña. Quóniam in ætérnum.

Psalmus 135.

CОnfitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui facit mirabília magna solus: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit cælos in intelléctu: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui firmávit terram super aquas: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit luminária magna: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Solem in potestátem diei: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Lunam & stellas in potestátem noctis: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui edúxit Israel in médio eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

In manu poténti & bráchio excélso: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui divísit mare Rubrum in divisiónes; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et edúxit Israel per médium ejus: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et excússit Pharaónem & virtútem ejus in mari Rubro: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit reges magnos: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæórum, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et dedit terra eorum hære-

di-

[redacted]

ditátem; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Hæreditátem Israel servo suo: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostri, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et redémit nos ab inimícis nostris: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui dat escam omni carni: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo cæli: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Antiphona. Quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Aña. Hymnum cantáte.

Psalmus 136.

SUper flúmina Babylónis, illic sédimus & flévimus, * cum recordarémur Sion.

In salícibus in médio ejus * suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum.

Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dñi * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tui Jerúsalem, * oblivióni detur déxtera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, * si non memínero tui.

Si non proposúero Jerúsalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor esto Dómine filiórum Edom * in die Jerúsalem.

Qui dicunt: exinaníte, exinaníte * usque ad fundaméntum in ea.

Fília Babylónis mísera, * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti nobis.

Beátus qui tenébit, * & allídet párvulos tuos ad petram.

Aña. Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Tempore Paschali, Antiph. Allelúja, allelúja, Allelúja.

Capitulum, Hymnus, ℣. Antiphona ad Magnificat, & Oratio pro Tempore, ut in Vesperis Feriæ ii. 124.

Preces, quando dicendæ sunt, habentur ut supra in Laudibus Feriæ ii. 59.

FERIA SEXTA

AD VESPERAS.

Antiphona. In conspéctu.

Tempore Pasch. Antiphona. Allelúja.

Psalmus 137.

COnfitébor tibi, Dómine in toto corde meo: * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi: * adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua & veritáte tua: * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multipli-

tiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dñe omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit, * & alta à longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, * & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam; & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine misericórdia tua in sæculum: ópera mánuum tuárum ne despícias.

Antiphona. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.

Antiphona. Dómine.

Psalmus 138.

DOmine probásti me & cognovísti me: * tu cognovísti sessiónem meam & resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe: * sémitam meam, & funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti, * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia, novíssima & antiqua: * tu formásti me, & posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, & non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * & quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es: * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me, * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, & nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos: * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es: * mirabília ópera tua, & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto: * & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, & in libro tuo omnes scribéntur: * dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus: * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur: * exurréxi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres: * viri sánguinum declináte a me.

Quia

[redacted]

fcitis in cogitatióne : *
nt in vanitáte civi-
tas.
qui odérunt te Dó-
óderam, * & super
s tuos tabescébam?
o ódio óderam illos: *
fci facti sunt mihi.
me Deus, & scito cor
* intérroga me, &
e sémitas meas.
le, si via iniquitátis
est: * & deduc me in
rna.
na. Dómine probásti
cognovísti me.
na. A viro iníquo.
Psalmus 139.
e me Dómine ab hó-
ine malo: * a viro
éripe me.
ogitavérunt iniquitátes
e: * tota die consti-
prælia.
unt linguas suas sicut
is: * venénum áspidum
iis eórum.
li me Dómine de ma-
catóris: * & ab homí-
níquis éripe me.
gitavérunt supplantáre
neos: * abscondérunt
láqueum mihi.
nes extendérunt in lá-
: * juxta iter scánda-
suérunt mihi.
Dómino: Deus meus
* exáudi Dómine vo-
precatiónis meæ.
ne, Dómine virtus sa-
æ: * obumbrásti super
neum in die belli.
idas me Dómine a de-
meo peccatóri: * co-

gitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum: * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos: * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra: * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis, * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo, * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Antiphona. A viro iníquo líbera me Dómine.

Antiphona. Dómine.

Psalmus 140.

Dómine clamávi ad te, exáudi me: * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo: * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo, * & óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem, * & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, & increpábit me: * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea

in

in beneplácitis eórum : * absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum, * quia ad te Dómine, Dómine óculi mei : in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo, quem statuérunt mihi, * & a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * singuláriter sum ego donec tránseam.

Antiphona. Dómine clamávi ad te, exáudi me.

Antiphona. Pórtio mea.

Psalmus 141.

VOce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, * & tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiédo ex me spíritum meum, * & tu cognovísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram & vidébam, * & non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * & non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine : * dixi : Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam, * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me à persequéntibus me, * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : * me expéctant justi, donec retríbuas mihi.

Añа. Pórtio mea Dómine sit in terra vivéntium.

Tempore Paschali, Antiph. Allelúja, allelúja, allelúja.

Capitulum, Hymnus, ℣. Antiphon ad Magnificat, & Oratio pro Tempore, ut in Vesperis Feria ii. 124.

Preces, quando dicendæ sunt, habentur ut supra in Laudibus Feria ii. 59.

S A B B A T O

AD VESPERAS.

Antiphona. Benedíctus.

Tempore Paschali, Antiphona. Allelúja.

Psalmus 143.

BEnedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea & refúgium meum : * suscéptor meus & liberátor meus.

Protéctor meus, & in ipso sperávi, * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine quid est homo, quia innotuísti ei? * aut filius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est : * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine inclína cælos tuos, & descénde : * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, & dis-

is eos: * emítte sagíttas
e conturbábis eos.
e manum tuam de al-
ripe me & líbera me
s multis, * de manu
alienórum.
m os locútum est va-
, * & déxteram eó-
éxtera iniquitátis.
cánticum novum can-
bi: * in psaltério de-
lo psallam tibi.
as salútem régibus: *
lemísti David servum
de gládio malígno,
me.
e me de manu filiórum
um, quorum os locú-
vanitátem, * & déxtera
déxtera iniquitátis.
im filii, sicut novéllæ
iónes * in juventúte sua.
eórum compósitæ, *
ornátæ ut similitúdo
.
ptuária eórum plena, *
itia ex hoc in illud.
eórum fœtósæ, abun-
in egréssibus suis: *
eórum crassæ.
est ruína macériæ, ne-
nsitus, * neque clamor
éis eórum:
m dixérunt pópulum,
c sunt: * beátus pó-
cujus Dñs Deus ejus.
na. Benedíctus Dómi-
us meus.
na. Per síngulos dies.

Psalmus 144.

ltábo te Deus meus
ex, * & benedícam
i tuo in sæculum, &
ulum sæculi.

Per síngulos dies benedícam tibi, * & laudábo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis, * & magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua, * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur, * & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent, * & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt, * & justítia tua exultábunt.

Miserátor & miséricors Dóminus, * pátiens & multum miséricors.

Suávis Dóminus univérsis: * & miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua, * & Sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent, * & poténtiam tuam loquéntur.

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium sæculórum, * & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, * & Sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes, qui córruunt, * & érigit omnes elísos.

Oculi ómnium in te sperant Dó-

Dómine, * & tu das escam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam, * & imples omne ánimal benedictióne.

Justus Dóminus in ómnibus viis suis, * & Sanctus in ómnibus opéribus suis.

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum, * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet, * & deprecatiónem eórum exáudiet, & salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se: * & omnes peccatóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum: * & benedícat omnis caro nómini sancto ejus in sæculnm, & in sæculum sæculi.

Antiphona. Per síngulos dies benedícam te Dómine.

Antiphona. Laudábo.

Psalmus 145.

LAuda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo, quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus: * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cælum & terram, mare & ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, facit judícium injúriam patiéntibus: * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos:* Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos: * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, pupíllum & víduam suscípiet, * & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sæcula. Deus tuus Sion * in generatiónem & generatiónem.

Antiphona. Laudábo Deum meum in vita mea.

Antiphona. Deo nostro.

Psalmus 146.

LAudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus: * Deo nóstro sit jucúnda decóraque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus: * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde: * & álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum, * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus, * & sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus: * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne: * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus, * & parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœ-

[redacted]

* & herbam servi-
num.
juméntis escam ip-
& pullis corvórum
ius eum.
ortitúdine equi vo-
abébit, * nec in tí-
eneplácitum erit ei.
tum est Dómino
ntes eum, * & in
perant super mise-
jus.
nostro jucúnda sit
Aña. Lauda.
Psalmus 147.
Jerúsalem Dómi-
: * lauda Deum
n.
confortávit seras
tuárum: * benedí-
iis in te.
t fines tuos pacem, *
ruménti sátiat te.
tit elóquium suum
velóciter currit ser-
.
ivem sicut lanam, *
cut cínerem spargit.
ystállum suam sicut
* ante fáciem frí-
quis sustinébit?
verbum suum, & li-
a: * flabit spíritus
uent aquæ.
nciat verbum suum
justítias & judícia
.
t táliter omni na-
& judícia sua non
it eis.
. Lauda Jerúsalem
.
aschali, Antiphona.
allelúja, allelúja.

Capitulum, Hymnus, ℣. Antiphona ad Magnificat, & Oratio pro Tempore.

Deinde fiunt sequentes commemor. Communes, seu Suffragia Sanctorum, quæ dicuntur etiam ad Laudes.

COMMEMORATIO
de Cruce in feriali tantum Officio.

Ad Vesperas & Laudes, Antiphona. Per signum Crucis de inimícis nostris líbera nos Deus noster.

℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi. ℞. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Orémus. *Oratio.*

PErpétua nos, quæsumus Dómine, pace custodi, quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es.

COMMEMORATIONES
Communes sive Suffragia Sanctorum.

De S. Maria, quando non dícitur ejus Offic. parvum.

Ad Vesperas & Laudes, Antiphona. Sancta María succúrre míseris, juva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu, séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célebrant tuam sanctam Commemoratiónem.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix. ℞. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio.*

COncéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & cór-
poris

poris sanitáte gaudére: & glorióſa beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne, a præſénti liberári triſtítia, & ætérna pérfrui lætítia.

De Apoſtolis.

Ad Veſperas, Antiphona. Petrus Apóſtolus & Paulus Doctor Géntium, ipſi nos docuérunt legem tuam Dómine.

℣. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Laudes, Antiphona. Glorioſi príncipes terræ, quómodo in vita ſua dilexérunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparáti.

℣. In omnem terram exívit ſonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit: & coapóſtolum ejus Paulum tértiò naufragántem, de profúndo pélagi liberávit: exáudi nos propítius, & concéde; ut ambórum méritis, æternitátis glóriam conſequámur.

De Patrono vel Titulari Eccleſiæ fiat commem. conſueta ante vel poſt commem. prædictas, pro dignitate illius, & ultimo loco de Pace.

Ad Veſper. & Laudes, Aña. Da pacem Dómine in diébus noſtris; quia non eſt álius, qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter.

℣. Fiat pax in virtúte tua.

℟. Et abundántia in túrribus tuis.

Orémus. *Oratio.*

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta conſília, & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem, ut & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hóſtium ſubláta formídine, témpora ſint tua protectióne tranquílla. Per Dóminum noſtrum.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde dicitur ſecreto, Pater noſter.

Sic terminatur Officium, ubi alia non ſequatur Hora, ut dicitur in Rubrica de Oratione Dominica.

Dictæ commemorationes, ſeu Suffragia, dicuntur ab Octava Epiphaniæ uſque ad Dominicam Paſſionis exceptis Duplicibus, & infra Octav.

Quando dicitur Officium beatæ Mariæ, non fit alia commemoratio de ea.

AD COMPLETORIUM.

Lector incipit, ℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Noctem quiétam, & finem perféctum concédat nobis Dóminus omnípotens.

℟. Amen.

Lectio brevis. 1. *Petr.* 5. 8.

FRatres, Sóbrii eſtóte, & vigiláte, quia adverſárius

[redacted]

vester diábolus tamquam
úgiens circuit, quærens
devoret : cui resístite
s in Fide. Tu autem Dó-
:, miserére nobis.
Deo grátias.
Adjutórium nostrum in
ine Dómini. ℟. Qui fe-
ælum & terram.
: noster. *totum secretò.*
de Hebdomadarius facit
Confessionem.
Onfiteor Deo omnipo-
ténti, beátæ Maríæ sem-
Vírgini, beáto Michaé-
rchángelo, beáto Joán-
aptístæ, Sanctis Apósto-
Petro & Paulo, ómni-
Sanctis, & vobis fra-
quia peccávi nimis co-
óne, verbo & ópere,
culpa, mea culpa, mea
ma culpa. Ideo precor
am Maríam semper Vír-
m, beátum Michaélem
ángelum, beátum Joán-
Baptístam, Sanctos Apó-
s Petrum & Paulum,
es Sanctos, & vos fra-
oráre pro me ad Dó-
m Deum nostrum.
Chorus respondet:
Misereátur tui omnípo-
tens Deus, & dimíssis
átis tuis, perdúcat te ad
 ætérnam. ℟. Amen.
nde repetit confessionem:
bi dicitur vobis fratres
os fratres, *dicatur* tibi
: *&* te pater.
cta Confessione a Choro,
Hebdomadarius dicit:
Misereátur vestri omnípo-
tens Deus, & dimís-
sis peccátis vestris, perdúcat
vos ad vitam ætérnam.
℟. Amen.

INdulgéntiam, absolutió-
nem, & remissiónem pec-
catórum nostrórum tríbuat
nobis omnípotens & miséri-
cors Dóminus.
℟. Amen.

Et facta Absolutione,
dicitur ℣.

COnvérte nos Deus sa-
lutáris noster. ℟. Et
avérte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adjutórium meum
inténde. ℟. Dómine ad ad-
juvándum me festína.
Glória Patri. Sicut erat.
Antiphona. Miserére.
Tempore Paschali, Antiphona.
Allelúja.

Psalmus 4.

CUm invocárem, exaudí-
vit me Deus justítiæ
meæ: * in tribulatióne dila-
tásti mihi.
Miserére mei, * & exáudi
oratiónem meam.
Fílii hóminum úsquequo gra-
vi corde? * ut quid dilígitis
vanitátem, & quæritis men-
dácium?
Et scitóte, quóniam mirificá-
vit Dóminus Sanctum suum; *
Dóminus exáudiet me, cum
clamávero ad eum.
Irascímini, & nolíte peccá-
re: * quæ dícitis in córdibus
vestris, in cubílibus vestris
compungímini.
Sacrificáte sacrifícium justí-
tiæ, & speráte in Dómino. *
Multi dicunt: Quis osténdit
nobis bona?

Si-

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam & requiéscam.

Quóniam tu Dómine singuláriter in spe * constituísti me.

Psalmus 30.

IN te Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, * ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu: * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum: * redemísti me Dómine Deus veritátis.

Psalmus 90.

QUI hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * & a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi: * & sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus, * non timébis à timóre noctúrno.

A sagítta volánte in die negótio perambulánte in nebris, * ab incúrsu & mónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mill & decem míllia à dext tuis: * ad te autem non a propinquábit.

Verúmtamen óculis tuis co siderábis: * & retributióne peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine sp mea, * altíssimum posui refúgium tuum.

Non accédet ad te malum, & flagéllum non appropi quábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis ma dávit de te, * ut custódia te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te, ne fortè offéndas ad lápide pedem tuum.

Super áspidem, & basilíscu ambulábis; * & conculcáb leónem, & dracónem.

Quóniam in me sperávit liberábo eum: * prótega eum, quóniam cognóvit n men meum.

Clamábit ad me, & eg exáudiam eum: * cum ip sum in tribulatióne: erípia eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replé eum, * & osténdam illi sal táre meum.

Psalmus 133.

ECce nunc benedícite Dó minum * omnes serv Dómini.

Qui statis in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri.

In nóctibus extóllite manu ve-

i sancta, * & bene-
óminum.
at te Dñs ex Sion, *
cælum & terram.
serére mihi Dómine
l oratiónem meam.
Paschali, *Antiphona*.
, allelúja, allelúja.
Hymnus.
cis ante términum
m Creátor, póscimus,
tua cleméntia
iul, & custódia.
ecédant sómnia,
ium phantásmata;
que nostrum cómpri-
mántur córpora.
Pater piíssime,
: compar Unice,
iritu Paráclito
per omne sæculum.
l.
im. *Jer.* 14. *b*
utem in nobis es,
nipe, & nomen san-
m invocátum est su
ne derelínquas nos,
Deus noster.
grátias.
manus tuas, Dómine,
éndo spíritum meum.
. ℣. Redemísti nos,
Deus veritátis. Com-
Glória Patri. In ma-
ustódi nos, Dómine,
lam óculi. ℟. Sub
árum tuárum próte-
. Salva nos.
m Simeonis. Luc. 1. *c*
: dimíttis servũ tuum,
mine, * secúndum
uum in pace.

Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum.

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum;

Lumen ad revelatiónem Géntium, * & glóriam plebis tuæ Israel. Glória Patri.

Antiphona. Salva nos, Dómine, vigilántes: custódi nos dormiéntes, ut vigilémus cum Christo, & requiescámus in pace.

Sequentes Preces semper dicuntur, preterquam in Officio Duplici, & infra Oct. quæ in feriali Officio tempore Quadragesimæ, & in Quatuor Temporibus, quando dictæ sunt Preces in Vesperis, dicuntur flexis genibus.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. *secretò*.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos malo.

Credo in Deum. *secretò*.

℣. Carnis resurrectiónem.

℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum.

℟. Et laudábilis, & glorióśus in sæcula.

℣. Benedicámus Patrem, & Fílium cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus, & superexaltémus eum in sæcula.

℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli. ℟. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sæcula.

℣. Benedícat & custódiat nos omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Di-

℣. Dignáre Dómine nocte ista. ℟. Sine peccáto nos custodíre.
℣. Miserére nostri Dómine.
℟. Miserére nostri.
℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemádmodum sperávimus in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
Orémus. *Oratio.*

VIsita, quæsumus Dómine habitatiónem istam, & omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant: & benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

Benedictio. Benedícat, & custódiat nos omnípotens & miséricors Dóminus, Pater, & Fílius, & Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

Et non dicitur Fidélium ánimæ. *sed immediate dicitur una ex infrascriptis Antiphonis pro tempore.*

Post Purificationem, id est, a fine Completorii illius diei ii. Februarii inclusive, etiam quando transfertur festum Purificationis B. M. vel habeat Oct. usque ad Fer. v. in Cœna Domini exclusive, Antiphona.

AVe Regína cælórum,
Ave Dómina Angelórum:
Salve radix, salve port
Ex qua mundo lux est
Gaude Virgo gloriósa,
Super omnes speciósa,
Vale o valde decóra,
Et pro nobis Christum ex
℣. Dignáre me laudáre Virgo sacráta. ℟. Da virtútem contra hostes tu

Oratio.

COncéde miséricors I fragilitáti nostræ pr dium, ut qui sanctæ Dei nitrícis memóriam ágim intercessiónis ejus auxílio nostris iniquitátibus resu mus. Per eúmdem Chri Dóminum nostrum.
℟. Amen.

A Completorio Sabbati s cti usque ad Nonam Sab post Pentecosten inclusi Antiphona.

REgína cæli lætáre, a lúja:
Quia quem meruísti, po re, allelúja:
Resurréxit sicut dixit, al
Ora pro nobis Deum, lelúja.
℣. Gaude & lætáre Vi María, allelúja. ℟. Quia réxit Dóminus vere, alle

Oratio.

DEus, qui per resu ctiónem Fílii tui I mini nostri Jesu Christi m dum lætificáre dignátus praæsta quæsumus; ut per Genitrícem vírginem María perpétuæ capiámus gáudia tæ. Per eúmdem Christ Dóminum nostrum.
℟. Amen.

℣. Di-

Divínum auxílium máneat per nobíscum. ℟. Amen. *inde dicitur secretò*, Pa- noster, Ave María, & do.

dicitur Completorium per m Annum, prreterquam in luo majoris Hebdomadæ, per Octav. Paschæ, ut suo dicetur.

post Completorium imme- e sequatur Matutinum, bis dicatur Pater no-, Ave María, Credo, *Completorium, quod est s Officii, sic terminari de- : & ante Matutinum ite- repetitur pro principio Of- sequentis diei.*

ntiphonæ prædictæ dicuntur m in fine Laudum, quan- discedendum est à Choro: sed si immediate post Matu- tinum subsequatur Prima vel alia Hora, dicuntur in fine ultima Horæ, ita ut dican- tur semper, quando termina- ta aliqua Hora discedendum est à Choro, & tunc post ℣. Fidélium ánimæ, & Pater noster, *secretò dicitur* ℣. Dóminus det nobis suam pacem. ℟. Et vitam ætérnam. Amen. *Deinde una ex prædictis Antiphonis: & in fine*, Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

Extra Chorum autem dicun- tur in fine Laudum, si tunc terminandum sit Offic. alioquin in fine ultimæ Horæ. Post alias vero Horas, quando termina- tur Officium, dicitur tantum Pater noster, *secretò*.





[redacted]

R O P R I U M

D E T E M P O R E.

BATO PRIMO
QUADRAGESIMA.
& deinceps usque ad
dicuntur Vesperæ ante
vem, tam in Festis,
n Feriis exceptis Do-
, in quibus dicuntur
nsueta.

VESPERAS.

lum. 2. *Cor.* 6.

Ratres, Hortámur vos ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim: Témpore accé- undívi te, & in die adjúvi te.

Hymnus.

li, benígne Cónditor,
is preces cum flétibus,
c sacro jejúnio
quadragenário.
or alme córdium,
ia tu scis vírium:
: revérsis éxhibe
ssiónis grátiam.
a quidem peccávimus,
arce confiténtibus:
ominis laudem tui
r medélam lánguidis.
le nostrum cónteri
is per abstinéntiam:
ut relínquant pábulum
i corda críminum.
beáta Trínitas,
éde simplex Unitas:
uctuósa sint tuis
órum múnera.
en.

Verna.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℞. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona. Tunc invocábis, & Dóminus exáudiet: clamábis, & dicet: Ecce adsum. *Oratio.*

DEus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatióne puríficas: præsta famíliæ tuæ, ut, quod a te obtinére abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exequátur. Per Dóminum.

DOMINICA PRIMA
IN QUADRAGESIMA.

Si hac die, & in aliis Dominicis Quadragesimæ occurrat Festum Duplex, transfertur in sequentem diem similiter non impeditam, ut dicitur in Rubrica de Translatione Festorum. Aliis diebus Quadrag. usque ad majorem Hebdom. si occurrat Festum Duplex vel Semiduplex, fit de eo cum commemoratione, & nona Lectione de Homilia Feriæ. De Simplicibus fit tantum commemoratio.

Per totam Quadragesf. in Feriali Offic. Fer. ii. dicitur Officium Defunctorum, Fer. iv. dicuntur Psalmi Graduales, Fer. vi. Septem Psalmi Pœnitentiales cum Litaniis, præterquam, in Feriis majoris Hebdom. quæ omnia habentur in fine Breviarii.

Ad Matutinum, Invitator. Non sit vobis vanum mane súrgere ante lucem: * Quia promísit Dóminus corónam vigilántibus.

Quod dicitur in Dominicis tantum, usque ad Dominicam Passionis.

Psalm. Venite, exultémus. 2.

Hymnus.

EX more docti mystico
Servémus hoc jejúnium,
Deno diérum círculo
Ducto quater notíssimo:
Lex, & prophétæ prímitus
Hoc prætulérunt, póstmodum
Christus sacrávit, ómnium
Rex atque Factor témporum.
Utámur ergo párcius
Verbis, cibis, & pótibus,
Somno, jocis, & arctius
Perstémus in custódia.
Vitémus autem nóxia,
Quæ súbruunt mentes vagas,
Nullúmque demus cállidi
Hostis locum tyránnidi,
Flectámus iram víndicem,
Plorémus ante Júdicem,
Clamémus ore súpplici,
Dicámus omnes cérnui.
Nostris malis offéndimus
Tuam Deus cleméntiam;
Effúnde nobis désuper
Remíssor indulgéntiam.
Meménto quod sumus tui;
Licet cadúci, plásmatis:
Ne des honórem Nóminis
Tui, precámur, álteri.
Laxa malum quod fécimus
Auge bonum quod póscimus:
Placére quo tandem tibi
Possímus hic, & pérpetim
Præsta beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas,
Ut fructuósa sint tu
Jejuniórum múnera.

In primo Nocturno,
Servite Dómino.

Psalm. Beátus vir. (
quis ut in Psalter. 3
De Epístola secúnda
Apóstoli ad Corin
Lectio i.

ADjuvántes auten
támur, ne in
grátiam Dei recipiát
enim: Témpore accép
dívi te, & in die sal
júvi te. Ecce nunc
acceptábile, ecce n
salútis. Némini dant
offensiónem, ut non v
tur ministérium nostr
in ómnibus exhibeán
metípsos sicut Dei m
in multa patiéntia, i
latiónibus, in necessi
in angústiis, in pla
carcéribus, in sediti
in labóribus, in vigi
jejúniis, in castitá
sciéntia, in longani
in suavitáte, in Spír
cto, in charitáte no
in verbo veritátis, i
te Dei, per arma ju
dextris & a sinístris;
riam & ignobilitáte
infámiam & bonam f
ut seductóres, & verá
cut qui ignóti, & c
quasi moriéntes, &
vimus; ut castigáti,
mortificáti; quasi trist
per autem gaudéntes
egéntes, multos aute
pletántes; tamquam n
béntes, & ómnia poss

R

[redacted]

℟. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis: commendémus nosmetipsos in multa patiéntia, in jejúniis multis: * Per arma justítiæ virtútis Dei.
℣. In ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros, in multa patiéntia, in jejúniis multis. Per arma.

Lectio ii.

OS nostrum patet ad vos, o Corínthii, cor nostrum dilatátum est. Non angustiámini in nobis: angustiámini autem in viscéribus vestris; eámdem autem habéntes remuneratiónem, tamquam filiis dico, dilatámini & vos. Nolíte jugum dúcere cum infidélibus. Quæ enim participátio justítiæ cum iniquitáte? aut quæ sociétas luci ad ténebras? Quæ autem convéntio Christi ad Bélial? aut quæ pars fidéli cum infidéli? Qui autem consénsus templo Dei cum idólis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quóniam inhabitábo in illis: & inambulábo inter eos, & ero illórum Deus, & ipsi erunt mihi pópulus.
℟. In ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros in multa patiéntia: * Ut non vituperétur ministérium nostrum.
℣. Ecce nunc tempus acceptábile; ecce nunc dies salútis: commendémus nosmetipsos in multa patiéntia. Ut non vituperétur.

Lectio iii. Cap. 7.

REplétus sum consolatióne, superabúndo gáudio in omni tribulatióne nostra. Nam & cum venissémus in Macedóniam, nullam réquiem hábuit caro nostra, sed omnem tribulatiónem passi sumus, foris pugnæ, intus timóres. Sed qui consolátur húmiles, consolátus est nos Deus in advéntu Titi. Non solum autem in advéntu ejus, sed étiam in consolatióne, qua consolátus est in vobis, réferens nobis vestrum desidérium, vestrum fletum, vestram æmulatiónem pro me, itaut magis gaudérem. Quóniam etsi contristávi vos in Epístola, non me pœnitet; & si pœniteret, videns quod Epístola illa (etsi ad horam) vos contristávit, nunc gáudeo: non quia contristáti estis, sed quia contristati estis ad pœniténtiam.
℟. In jejúnio & fletu orábunt sacerdótes, dicéntes: * Parce Dómine, parce pópulo tuo, & ne des hæreditátem tuam in perditiónem.
℣. Inter vestíbulum & altáre plorábunt sacerdótes, dicéntes. Parce.
Glória Patri. Parce.

In secundo Nocturno, Antiph. Bonórum meórum.
Psalm. Consérva me Dómine. *cum reliquis*, 10.
Sermo sancti Leónis Papæ.

Serm. 4. de Quadrages.

Lectio iv.

PRædicatúrus vobis, dilectíssimi, sacratíssimum

maximúmque jejúnium, quo áptius utar exórdio, quam ut verbis Apóstoli, in quo Christus loquebátur, incípiam, dicámque quod lectum est: Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis? Quamvis enim nulla sint témpora, quæ Divínis non sint plena munéribus, & semper nobis ad misericórdiam Dei per ipsíus grátiam præstétur accéssus; nunc tamen ómnium mentes majóri stúdio ad spirituáles proféctus movéri, & amplióri fidúcia opórtet animári, quando ad univérsa pietátis officia, illíus nos diei, in quo redémpti sumus, recúrsus invítat; ut excéllens super ómnia passiónis Domínicæ sacraméntum purificátis & corpóribus, & ánimis celebrémus.

℞. Emendémus in mélius, quæ ignoránter peccávimus; ne súbito præoccupáti die mortis, quærámus spátium pœniténtiæ, & inveníre non possímus: * Atténde Dómine, & miserére, quia peccávimus tibi. ℣. Adjuva nos Deus salutáris noster, & propter honórem nóminis tui Dómine líbera nos. Atténde.

Lectio v.

DEbebátur quidem tantis mystériis ita incessábilis devótio, & continuáta reveréntia, ut tales permanerémus in conspéctu Dei, quales nos in ipso Pascháli festo dignum est inveníri. Sed quia hæc fortitúdo paucóru est; & dum carnis fragilit te austérior observántia r laxátur, dumque per vári actiónes vitæ hujus sollicit do disténditur, necésse est c mundáno púlvere étiam rel giósa corda sordéscere; m gna Divínæ institutiónis sal britáte provísum est, ut a reparándam méntium purit tem quadragínta nobis di rum exercitátio mederétur in quibus aliórum témpo rum culpas, & pia ópera re dímerent, & jejúnia cas decóquerent.

℞. Derelínquat ímpius viam suam, & vir iníquus cogi tatiónes suas, & revertátu ad Dóminum, & miserébitu ejus: * Quia benígnus, & misericors est, & præstábili super malítia Dóminus Deu noster.

℣. Non vult Dóminus mor tem peccatóris, sed ut con vertátur, & vivat. Quia.

Lectio vi.

INgressúri ígitur, dilectí simi, dies mýsticos, & purificándis ánimis, atqu corpóribus sacrátius institú tos, præcéptis Apostólic obedíre curémus, emundán tes nos ab omni inquinamén to carnis, ac spíritus: ut ca stigátis colluctatiónibus, qu sunt inter utrámque substán tiam, ánimus, quem sub D gubernáculis, constitútum córporis sui decet esse rect rem, dominatiónis suæ obt neat dignitátem: ut némi dan-

[redacted]

; nllam offensiónem vi-
itiónibus obloquéntium
fimus obnóxii . Digna
ab infidélibus reprehen-
carpémur , & nostro
linguæ ímpiæ in inju-
se Religiónis armábunt,
mántium mores a puri-
erfééctæ continéntiæ di-
irint. Non enim in sola
éntia cibi stat nostri sum-
júnii : aut fructuóse cór-
sca subtráhitur, nisi mens
iquitáte revocétur.
rradísi portas apéruit no-
jiúnii tempus : suscipiá-
illud orántes & depre-
s : * Ut in die resurre-
s cum Dómino glorié-
℣. In ómnibus exhibeá-
nosmetípsos sicut Dei
ros in multa patiéntia.
die.
ı Patri. Ut in die.
rtio Nocturno , *Antiph.*
sunt loquélæ.
. Cæli enárrant. *cum*
is . 14.
> sancti Evangélii secún-
dùm Matthæum.
o vii. *Cap.* 4.
illo témpore : Ductus
Jesus in desértum a
ı , ut tentarétur a diá-
& cum jejunásset qua-
ita diébus, & quadra-
nóctibus, póstea esú-
Et réliqua.
lia S. Gregórii Papæ.
mil. 16. in Evangel.
Jbitári a quibúsdam so-
et, a quo spíritu ductus
is in desértum, propter
uod súbditur : Assúm-
psit eum diábolus in sanctam
civitátem : & rursum : Assúm-
psit eum in montem excélsum
valde . Sed vere, & absque
ulla quæstióne conveniénter
accípitur, ut a Sancto Spíritu
in desértum ductus credátur,
ut illuc eum suus Spíritus dú-
ceret, ubi hunc ad tentándum
malígnus spíritus inveníret.
Sed ecce, cum dícitur Deus
homo vel in excélsum mon-
tem, vel in sanctam civitátem
a diábolo assúmptus , mens
réfugit crédere, humánæ hoc
audíre aures expavéscunt. Qui
tamen non esse incredibília
ista cognóscimus , si in illo
& ália facta pensámus.

℟. Scíndite corda vestra , &
non vestiménta vestra : & con-
vertímini ad Dóminum Deum
vestrum : * Quia benígnus &
miséricors est.
℣. Derelínquat ímpius viam
suam, & vir iníquus cogita-
tiónes suas, & revertátur ad
Dóminum , & miserébitur
ejus. Quia benígnus.

Lectio viii.

CErte iniquórum ómnium
caput diábolus est : &
hujus cápitis membra sunt
omnes iníqui. An non diá-
boli membrum fuit Pilátus ;
an non diáboli membra Ju-
dæi persequéntes, & mílites
crucifigéntes Christum fué-
runt ? Quid ergo mirum, si
se ab illo permísit in montem
duci, qui se pértulit étiam
a membris illíus crucifígi ?
Non est ergo indígnum Re-
demptóri nostro quod tentá-

ſemper autem gaudéntes: ſicut egéntes, multos autem locupletántes: tamquam nihil habéntes, & ómnia poſſidéntes.

℞. *br.* Scuto circúmdabit te, * Véritas ejus. Scuto.

℣. Non timébis a timóre noctúrno. Véritas.

Glória Patri. Scuto.

℣. Angelis ſuis Deus mandávit de te. ℞. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Veſperas, Antiphona, & Pſalm. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica.* 119.

Capitul. Fratres, Hortámur.

Hymn. Audi, benígne Cónditor. 145.

℣. Angelis ſuis Deus mandávit de te. ℞. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies ſalútis: in his ergo diébus exhibeámus noſmetípſos ſicut Dei miníſtros, in multa patiéntia, in jejúniis, in vigíliis, & in charitáte non ficta.

Oratio. Deus, qui Eccléſiam tuam ánnua. 151.

Hymni, Verſiculi, & ℞ia brevia ſupradicta dicuntur in Dominicis & Feriis uſque ad Dñicam Paſſionis excluſive.

Poſt Veſperas diei dicuntur Veſperæ Defunctorum.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitator. de Pſalterio. 3.

Hymn. Ex more docti. 146.

Antiphonæ, & Pſalmi Nocturnorum, de Pſalter. 47.

Et ſic dicitur etiam in aliis ſequentibus Feriis.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio i. *Cap. 25. c*

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Cum vénerit Fílius hóminis in majeſtáte ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedébit ſuper ſedem majeſtátis ſuæ, & congregabúntur ante eum omnes gentes. Et réliqua.

Homilía S. Auguſtíni Epíſc.

Lib. de Fide, & operibus, c. 15. tom. 4. circa med.

SI mandátis non ſervátis, ad vitam veníri poteſt per ſolam Fidem, quæ ſine opéribus mórtua eſt: illud deínde quómodo verum erit, quod eis, quos ad ſiníſtram poſitúrus eſt, dicet: Ite in ignem ætérnum, qui parátus eſt diábolo, & ángelis ejus: nec íncrepat, quia in eum non credidérunt, ſed quia bona ópera non fecérunt? Nam profécto, nec ſibi quiſquam de Fide, quæ ſine opéribus mórtua eſt, promíttat ætérnam vitam: proptérea omnes gentes ſegregatúrum ſe dixit, quæ permíxtæ eíſdem páſcuis utebántur: ut appáreat, eos illi dictúros: Dómine, quando te vídimus illa & illa patiéntem, & non miniſtrávimus tibi? quia in eum credíderant, ſed bona operári non curáverant, tamquam de ipſa Fide mórtua ad vitam perveniréntur ætérnam.

℞. Ecce nunc tempus. 147.

Le-

Lectio ii.

AN forte ibunt in ignem ætérnum, qui ópera misericórdiæ non fecérunt, & non ibunt, qui aliéna rapuérunt? Vel corrumpéndo in se templum Dei, in se ipsos immiserícórdes fúerunt, quasi ópera misericórdiæ prosint áliquid sine dilectióne, dicénte Apóstolo: Si distríbuam ómnia mea paupéribus, charitátem autem non hábeam, nihil mihi prodest? Aut díligat quisquam próximum sicut seipsum, qui non díligit seipsum? Qui enim díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

℟. In ómnibus. 147.

Lectio iii.

NEque illud dici hic póterit, in quo nonnúlli seipsos sedúcunt, ignem ætérnum dictum, non ipsam combustiónem ætérnam. Per ignem quippe, qui ætérnus erit, transitúros arbitrántur eos, quibus propter Fidem mórtuam per ignem promíttunt salútem, ut vidélicet ipse ignis ætérnus sit, combústio vero eórum, hoc est, operátio ignis, non sit in eos ætérna: cum & hoc prævidens Dóminus senténtiam suam conclúsit ita dicens: Sic ibunt illi in combustiónem ætérnam, justi autem in vitam ætérnam. Erit ergo ætérna combústio, sicut ignis: & eos in illam itúros Véritas dicit, quorum non Fidem, sed bona ópera defuísse declarávit.

℟. In jejúnio. 147.

Ad Laudes, Antiphona & Psalm. Miserére. *cum reliquis de Psalterio.* 57.

Capitulum. *Isaiæ* 58.

CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annúntia pópulo meo scélera eórum, & dómui Jacob peccáta eórum.

Hymn. O sol salútis. 151.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona. Veníte benedícti Patris mei, percípite regnum, quod vobis parátum est ab orígine mundi.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

COnvérte nos Deus salutáris noster: & ut nobis jejúnium Quadragesimále profíciat, mentes nostras cæléstibus ínstrue disciplínis. Per Dóminum.

Post Laudes dicitur Officium Defunctorum.

Ad Primam, Antiphona. Vivo ego, dicit Dóminus: nolo mortem peccatóris, sed ut magis convertátur, & vivat.

Capitul. Pacem & veritátem. *cum reliquis de Psalter.* 34.

Ab Absolutionem Capituli. Quærite Dóminum. 37.

Ad Tertiam, Antiphona. Advenérunt nobis dies pœniténtiæ, ad rediméndá peccáta, ad salvándas ánimas.

Capitulum. *Joelis* 2. c.

COnvertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, & fletu, & planctu:

& scíndite corda vestra, & non vestiménta vestra, ait Dóminus omnípotens.

℟. *br.* Ipse liberávit me * De láqueo venántium. Ipse.

℣. Et a verbo áspero. De láqueo.

Glória Patri. Ipse.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. ℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Deinde dicuntur Preces. 40.

Ad Sextam, Antiphona.

Commendémus nosmetípsos in multa patiéntia, in jejúniis multis, per arma justítiæ.

Capitulum. *Isaiæ 55. b*

DErelínquat ímpius viam suam, & vir iníquus cogitatiónes suas, & revertátur ad Dóminum, & miserébitur ejus: & ad Deum nostrum, quóniam multus est ad ignoscéndum.

℟. *br.* Scápulis suis * Obumbrábit tibi. Scápulis.

℣. Et sub pennis ejus sperábis. Obumbrábit.

Glória Patri. Scápulis.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus. ℟. Non timébis a timóre Nuctúrno.

Deinde dicuntur Preces. 43.

Ad Nonam, Antiphona.

Per arma justítiæ virtútis Dei commendémus nosmetípsos in multa patiéntia.

Capitulum. *Isaiæ 56.*

FRange esuriénti panem tuum, & egénos vagósque índuc in domum tuam: cum víderis nudum, óperi eum, & carnem tuam ne despéxeris.

℟. *br.* Scuto circúmdabit te * Véritas ejus. Scuto.

℣. Non timébis a timóre noctúrno. Véritas.

Glória Patri. Scuto.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Deinde Preces. 46.

Ad Vesperas, Antiphona.

Inclinávit. *Psalm.* Diléxi. *cum reliquis de Psalterio.* 123.

Capitulum. *Joelis 2. d*

INter vestíbulum & altáre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, & dicent: Parce Dómine, parce pópulo tuo: & ne des hereditátem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes.

Hymn. Audi benígne. 145.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Antiphona, & Capitula supradicta dicuntur in feriali Officio usque ad Dominicam Passionis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Quod uni ex mínimis meis fecístis, mihi fecístis, dicit Dñs.

Deinde Preces. 59.

Oratio.

ABsólve, quæsumus Dómine, nostrórum víncula peccatórum: & quidquid pro eis merémur, propitiátus avérte. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio i. *Cap. 21. b*

IN illo témpore: Cum intrásset Jesus Jerosólymam com-

commóta est univérsa cívitas, dicens: Quis est hic? Et réliqua.

Homilía venerábilis Bedæ Presbyteri.

Homil. 7. Quadrages. tom. 4.

QUod maledicéndo ficum infructuósam per figúram fecit Dóminus, hoc idem mox apértius osténdit, ejiciéndo ímprobos e templo. Neque enim áliquid peccávit arbor, quod esuriénte Dómino poma non hábuit, quorum nec dum tempus advénerat: sed peccavére sacerdótes, qui in domo Dómini negótia sæculária gerébant, & fructum pietátis, quem debúerant, quemque in eis Dóminus esuriébat, ferre supersédérant. Arefécit Dóminus árborem maledícto, ut hómines hæc vidéntes, sive audiéntes, multo magis intelligerent se se Divíno condemnándos esse judício, si absque óperum fructu de plausu tantum sibi religiósi sermónis, velut de sónitu & teguménto, blandiréntur viridántium foliórum.

℟. Emendémus. 148.

Lectio ii.

VErum quia non intellexérunt, in ipsos consequénter districtiónem méritæ ultiónis exércuit: & ejécit commércia rerum humanárum de domo illa, in qua Divínas tantum res agi, hóstias & oratiónes Deo offérri, verbum Dei legi, audíri, & decantári præcéptum erat. Et quidem credéndum est, quia ea tantum vendi, vel emi repérerit in templo, quæ ad ministérium necessária essent ejúsdem templi, juxta hoc, quod álias factum légimus, cum idem templum ingrédiens, invénit in eo vendéntes, & eméntes oves, & boves, & colúmbas: quia nimírum hæc ómnia, non nisi ut offerréntur in domo Dómini, eos, qui de longe vénerant, ab indígenis comparáre credéndum est.

℟. Derelínquat. 148.

Lectio iii.

SI ergo Dóminus nec ea volébat venúmdari in templo, quæ in templo volébat offérri, vidélicet propter stúdium avarítiæ, sive fraudis, quod próprium solet esse negotiántium fácinus: quanta putas animadversióne puníret, si invenísset ibi áliquos rísui vel vanilóquio vacántes, aut álio cuílibet vítio mancipátos? Si enim ea quæ álibi líbere geri póterant, Dóminus in domo sua temporália negótia geri non pátitur: quanto magis ea quæ nusquam fieri licet, plus cæléstis iræ meréntur, si in ædibus Deo sacrátis agúntur? Verum quia Spíritus Sanctus in colúmba super Dóminum appáruit, recte per colúmbas Sancti Spíritus charísmata signántur. Qui autem sunt in templo Dei hódie qui colúmbas vendunt, nisi qui in Ecclésia prétium de imposi-

tióne manus accípiunt, per quam vidélicet impositiónem Spíritus Sanctus cælitus datur? ℟. Paradísi portas. 149.

Ad Benedictus, Antiphona. Intrávit Jesus in templum Dei, & ejiciébat omnes vendéntes, & eméntes: & mensas nummulariórum, & cáthedras vendéntium colúmbas evértit.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

RÉspice Dómine famíliam tuam, & præsta, ut apud te mens nostra tuo desiderio fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castígat. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat, Antiphona. Scriptum est enim, quia domus mea, domus oratiónis est cunctis géntibus; vos autem fecístis illam spelúncam latrónum: & erat quotídie docens in templo.

Deinde Preces. 59.

Oratio.

AScéndant ad te, Dómine, preces nostræ: & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum.

FERIA QUARTA

Quatuor Temporum.

Hodie dicuntur Psalmi Graduales.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio i. Cap. 12. c

IN illo témpore: Respondérunt Jesu quidam de Scribis, & Pharisæis, dicéntes: Magíster, vólumus a te signum vidére. Et réliqua.

Homilía S. Ambrósii Episc.

Lib. 7. in Luca cap. 11.

JUdæórum plebe damnáta, Ecclésiæ mystérium evidénter exprímitur, quæ in Ninivítis per pœniténtiam, & in Regína Austri per stúdium percipiéndæ sapiéntiæ, de totíus Orbis fínibus congregátur, ut pacífici Salomónis verba cognóscat. Regína plane, cujus regnum est indivísum, de divérsis & distántibus pópulis in unum corpus assúrgens.

℟. Scíndite corda vestra, & non vestiménta vestra, & convertímini ad Dóminum Deum vestrum: * Quia benígnus & miséricors est.

℣. Derelínquat ímpius viam suam, & vir iníquus cogitatiónes suas, & revertátur ad Dóminum, & miserébitur ejus. Quia.

Lectio ii.

ITaque Sacraméntum illud magnum est de Christo & Ecclésia. Sed tamen hoc majus est, quia illud in figúra ante præcéssit, nunc autem plenum in veritáte mystérium est. Illic enim Sálomon typus, hic autem Christus in suo córpore est. Ex duóbus ígitur constat Ecclésia: ut aut peccáre nésciat, aut peccáre désinat. Pœniténtia enim delíctum ábolet, sapiéntia cavet.

℟. Frange esuriénti panem tuum, & egénos vagósque induc in domum tuam. * Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum,

anteibit fáciem tuam
ia. ℣. Cum víderis
ópeti eum, & car-
ım ne despéxeris.
ımpet.

Lectio iii.

um Jonæ signum, ut
us Domínicæ Passió-
étiam grávium, quæ
mmísserint, testificá-
atórum est. Simul
: licet & majestátis
ı, & pietátis indí-
Namque Ninivitárum
, & denuntiátur sup-
, & remédium de-
ır. Unde étiam Ju-
nt non desperáre in
ım, si velint ágere
tiam.
:óndite eleemósynam
iuperum, & ipsa orá-
vobis ad Dóminum,
sicut aqua extíngnit
ita eleemósyna extín
:átum. ℣. Date elee-
ı, & ecce ómnia mun-
vobis. Quia.
Patri. Quia.
nedictus, Antiphona.
o hæc prava & per-
num quærit: & si
on dábitur ei, nisi
onæ Prophétæ.
dicuntur Preces. 59.
Oratio.
s nostras, quæsumus,
ine, cleménter exáu-
contra cuncta nobis
itia, déxteram tuæ
s exténde. Per Dó-
ıostrum.
gnificat, Antiphona.
it Jonas in ventre ce-
ti tribus diébus, & tribus nóctibus, ita erit Fílius hóminis in corde terræ.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

MEntes nostras, quæsumus Dómine, lúmine tuæ claritátis illústra: ut vidére possímus, quæ agénda sunt; & quæ recta sunt, ágere valeámus. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio i. *Cap. 15. c*

IN illo témpore: Egréssus Jesus, secéssit in partes Tyri & Sidónis. Et réliqua.

Homilía sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 2. Comment. in cap. 15. Matthæi.

SCribis & Pharisæis calumniatóribus derelíctis, transgréditur in partes Tyri & Sidónis, ut Tyrios, Sidoniósque curáret. Múlier autem Chananæa egréditur de fínibus prístinis, ut clamans fíliæ ímpetret sanitátem. Obsérva quod in quintodécimo loco fília Chananææ sanétur. Miserére mei Dómine, fili David. Inde novit vocáre fílium David, quia egréssa jam fúerat de fínibus suis, & erróre Tyriórum ac Sidoniórum, loci ac Fídei commutatióne dimíserat.

℟. Tribulárer, si nescírem misericórdias tuas Dómine: tu dixísti: Nolo mortem peccatóris, sed ut magis convertátur, & vivat: * Qui

Cha-

Domine ...
... fructum ...
... in me ...
... est ...
... petiti ...

[redacted]

Oratio.

, quæsumus Dómine ,
ópulis Christiánis , &
ofiténtur agnóscere ;
éste munus dilígere ,
equéntant . Per Dó-
nostrum.

IA SEXTA
uatuor Temporum.

sancti Evangélii secún-
dùm Joánnem.

i. *Cap. 5.*

lo témpore : Erat dies
ıs Judæórum , & ascén-
us Jerosólymam . Et

la S. Augustíni Epísc.
act. 17. in Joann.
post init.

eámus , quid volúerit
gnificáre in illo uno ,
étiam ipse servans uni-
mystérium de tot lan-
ous unum sanáre di-
est . Invénit in annis
úmerum quemdam lan-
. Trigínta & octo an-
ıbébat in infirmitáte ;
númerus quómodo ma-
languórem pertíneat ,
ad sanitátem , paulo
ıtius exponéndum est .
os vos volo : áderit Dó-
, ut congrue loquar ,
iciénter audiátis . Qua-
iárius númerus sacrátus
in quadam perfectióne
endátur : notum esse ár-
charitáti vestræ : testán-
píssime Divínæ Scriptú-
jejúnium hoc número
rátum esse bene nostis .
& Moyses quadragínta
jejunávit , & Elías
tótidem , & ipse Dóminus
noster & Salvátor Jesus Chri-
stus hunc jejúnii númerum
implévit . Per Móysen signi-
ficátur Lex , per Elíam signi-
ficántur Prophétæ , per Dómi-
num significátur Evangélium .
Ideo in illo monte tres ap-
paruérunt , ubi se Discípulis
osténdit in claritáte vultus ,
& vestis suæ : appáruit enim
médius inter Móysen & Elíam ,
tamquam Evangélium testi-
mónium habéret a Lege &
Prophétis .

℟. Emendémus. 148.

Lectio ii.

Sive ergo in Lege , sive in Prophétis , sive in Evangélio , quadragenárius númerus nobis in jejúnio commendátur . Jejúnium autem magnum & generále est , abstinére ab iniquitátibus & illícitis voluptátibus sǽculi , quod est perféctum jejúnium ; ut abnegántes impietátem , & sæculáres cupiditátes , temperánter , & juste , & pie vivámus in hoc sǽculo . Huic jejúnio quam mercédem addit Apóstolus ? Séquitur , & dicit : Expectántes illam beátam spem , & manifestatiónem glóriæ beáti Dei , & Salvatóris nostri Jesu Christi . In hoc ergo sǽculo quasi quadragésimam abstinéntiæ celebrámus , cum bene vívimus , cum ab iniquitátibus & ab illícitis voluptátibus abstinémus ; sed quia hæc abstinéntia sine mercéde non erit , expectámus beátam illam spem ,

Chananæam & publicánum vocásti ad pœniténtiam.

℣. Secúndum multitúdinem dolórum meórum in corde meo, consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam. Qui Chananæam.

Lectio ii.

Filia mea male a dæmónio vexátur. Ego filiam Chananææ puto ánimas esse credéntium, quæ male a dæmónio vexabántur, ignoránte Creatórem, & adorántes lápidem. Qui non respóndit ei verbum: non de supérbia Pharisáica, nec de Scribárum supercílio: sed ne ipse senténtiæ suæ viderétur esse contrárius, per quam jússerat: In viam Géntium ne abiéritis, & in civitátes Samaritanórum ne intravéritis. Nolébat enim occasiónem calumniatóribus dare: perfectámque salútem Géntium passiónis & resurrectiónis témpore reservábat.

℟. In ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros in multa patiéntia: * Ut non vituperétur ministérium nostrum. ℣. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis, commendémus nosmetípsos in multa patiéntia. Ut non.

Lectio iii.

Et accedéntes discípuli ejus rogábant eum, dicéntes: Dimítte eam, quia clamat post nos. Discípuli illo adhuc témpore mystéria Dómini nesciéntes, vel misericórdia commóti, rogál pro Chananæa mulíere, q alter Evangelísta Syrophœ sam appéllat, vel import táte ejus carére cupiént quia non ut cleméntem, ut durum médicum créb inclamáret. Ipse autem spóndens ait: Non sum sus, nisi ad oves, quæ pe runt domus Israel. Non q & ad Gentes non missus sed quod primum missu ad Israel ut illis non recip tibus Evangélium, justa fi ad Gentes transmigrátio.

℟. In jejúnio, & fletu bunt sacerdótes, dicént * Parce Dómine, parce pulo tuo: & ne des hær tátem tuam in perditión ℣. Intra vestíbulum & al plorábunt sacerdótes, dic tes. Parce.

Glória Patri. Parce.

Ad Benedictus, Antiphon

Egréssus Jesus secéssit in tes Tyri & Sidónis: & e múlier Chananæa a finibus lis egréssa, clamábat, dice Miserére mei, fili David

Deinde dicuntur Preces.

Oratio.

Devotiónem pópuli t quæsumus Dómine, nignus inténde: ut qui abstinéntiam macerántur córpore, per fructum b óperis reficiántur in men Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph

O múlier, magna est Fi tua: fiat tibi sicut petísti.

Deinde Preces. 29.

Ora

Oratio.

DA, quǽsumus Dómine, pópulis Christiánis, & quæ profiténtur agnóscere; & cæléste munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum nostrum.

FERIA SEXTA
Quatuor Temporum.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio i. *Cap. 5.*

IN illo témpore: Erat dies festus Judæórum, & ascéndit Jesus Jerosólymam. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Epísc.

Tract. 17. in Joann. post init.

VIdeámus, quid volúerit significáre in illo uno, quem étiam ipse servans unitátis mystérium de tot languéntibus unum sanáre dignátus est. Invénit in annis ejus númerum quemdam languóris. Trigínta & octo annos habébat in infirmitáte. Hic númerus quómodo magis ad languórem pertíneat, quam ad sanitátem, paullo diligéntius exponéndum est. Inténtos vos volo: áderit Dóminus, ut congrue loquar, & sufficiénter audiátis. Quadragenárius númerus sacrátus nobis in quadam perfectióne commendátur: notum esse árbitror charitáti vestræ: testántur sæpíssime Divínæ Scriptúræ: jejúnium hoc número consecrátum esse bene nostis. Nam & Moyses quadragínta diébus jejunávit, & Elías tótidem, & ipse Dóminus noster & Salvátor Jesus Christus hunc jejúnii númerum implévit. Per Móysen significátur Lex, per Elíam significántur Prophétæ, per Dóminum significátur Evangélium. Ideo in illo monte tres apparuérunt, ubi se Discípulis osténdit in claritáte vultus, & vestis suæ: appáruit enim médius inter Móysen & Elíam, tamquam Evangélium testimónium habéret a Lege & Prophétis.

℟. Emendémus. 148.

Lectio ii.

SIve ergo in Lege, sive in Prophétis, sive in Evangélio, quadragenárius númerus nobis in jejúnio commendátur. Jejúnium autem magnum & generále est, abstinére ab iniquitátibus & illícitis voluptátibus sǽculi, quod est perféctum jejúnium; ut abnegántes impietátem, & sæculáres cupiditátes, temperánter, & juste, & pie vivámus in hoc sǽculo. Huic jejúnio quam mercédem addit Apóstolus? Séquitur, & dicit: Expectántes illam beátam spem, & manifestatiónem glóriæ beáti Dei, & Salvatóris nostri Jesu Christi. In hoc ergo sǽculo quasi quadragésimam abstinéntiæ celebrámus, cum bene vívimus, cum ab iniquitátibus & ab illícitis voluptátibus abstinémus; sed quia hæc abstinéntia sine mercéde non erit, expectámus beátam illam spem,

ſpem, & revelatiónem glóriæ magni Dei, & Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti. In illa ſpe, cum fúerit de ſpe facta res, acceptúri ſumus mercédem denárium. Ipſa enim merces rédditur operáriis in vínea laborántibus, ſecúndum Evangélium, quod vos credo reminíſci: neque enim ómnia commemoránda ſunt tamquam rúdibus & imperítis. Denárius ergo, qui accépit nomen a número decem, rédditur, & conjúnctus quadragenário fit quinquagenárius; unde cum labóre celebrámus Quadrageſimam ante Paſcha; cum lætítia vero, tamquam accépta mercéde, Quinquagéſimam poſt Paſcha.

℟. Derelínquat. 148.

Lectio iii.

MEmentóte quod propoſúerim númerum trigínta octo annórum in illo lánguido. Volo expónere, quare númerus ille trigéſimus & octávus, languóris ſit pótius, quam ſanitátis. Ergo, ut dicébam, cháritas implet legem, ad plenitúdinem Legis in ómnibus opéribus pértinet quadragenárius númerus. In charitáte autem duo præcépta nobis commendántur. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota mente tua, & díliges próximum tuum ſicut teípſum. In his duóbus præcéptis tota Lex pendet, & Prophétæ. Mérito & illa vídua omnes facultátes ſuas, duo minúta miſit in dona Dei: mérito & pro illo lánguido a latrónibus fauciáto ſtabulárius duos nummos accépit unde ſanarétur; mérito apud Samaritános bíduum fecit Jeſus, ut eos charitáte firmáret. Binário ergo iſto número cum áliquid boni ſignificátur, máxime bipartíta cháritas commendátur. Si ergo quadragenárius númerus habet perfectiónem Legis, & Lex non implétur niſi in gémino præcépto charitátis; quid miráris, quia languébat, qui ad quadragínta, duo minus habébat?

℟. Paradíſi. 149.

Ad Benedictus, Antiphona.
Angelus Dómini deſcendébat de cælo, & movebátur aqua, & ſanabatur unus.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

ESto Dómine propítius plebi tuæ: & quam tibi facis eſſe devótam, benígno réſove miſerátus auxílio. Per Dóminum noſtrum.

Hodie dicuntur Pſalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Antiphona.
Qui me ſanum fecit, ille mihi præcépit: Tolle grabátum tuum, & ámbula in pace.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

EXáudi nos miséricors Deus: & méntibus noſtris grátiæ tuæ lumen oſténde. Per Dóminum.

SAB-

[redacted]

A B B A T O
Quatuor Temporum.

tio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

ctio i. *Cap. 17.*

N illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, & Ja-
ıum, & Joánnem fratrem
s: & duxit illos in mon-
excélsum seórsum, &
ısfigurátus est ante eos.
réliqua.

milia sancti Leónis Papæ.
milia de Transfiguratione Domini.

Vangélica léctio, dilectíssimi, quæ per aures córis interiórem méntium norum pulsávit audítum, ad gni sacraménti nos intelliciam vocat; quam, aspite grátia Dei, facílius asuémur, si consideratiónem lram ad ea, quæ paullo érius sunt narráta, refeıus. Salvátor enim humágéneris Jésus Christus, dens eam Fidem, quæ & ɔios ad justítiam, & mórs révocat ad vitam, ad discípulos suos doctrínæ ıitis, & óperum mirácuimbuébat, ut idem Chri- & Unigénitus Dei, & ıinis Fílius crederétur. n unum horum sine álte- non próderat ad salútem; quális erat perículi, Dóum Jesum Christum, aut ım tantúmmodo sine hóe, aut sine Deo solum ıinem credidísse; cum mque esset páriter confilum; quia sicut Deo vera humánitas, ita hómini ínerat vera Divínitas.

℟. Scíndite. 156.

Lectio ii.

AD confirmándam ergo hujus Fídei salubérrimam cognitiónem interrogáverat discípulos suos Dóminus, inter divérsas aliórum opiniónes, quid ipsi de eo crédement, quidve sentírent? Ubi Petrus Apóstolus, per revelatiónem summi Patris corpórea súperans, & humána transcéndens, vidit mentis óculis Fílium Dei vivi, & conféssus est glóriam Deitátis: quia non solam respéxit substántiam carnis & sánguinis. Tantúmque in hac Fídei sublimitáte complácuit, ut beatitúdinis felicitáte donátus, sacram inviolábilis petræ accíperet firmitátem; super quam fundáta Ecclésia, portis inferi & mortis légibus prævaléret; nec in solvéndis aut ligándis quorumcúmque caussis, áliud ratum esset in cælis, quam quod Petri sedísset arbítrio.

℟. Frange. 157.

Lectio iii.

HÆc autem, dilectíssimi, laudáte intelligéntiæ celsitúdo instruénda erat de inferióris substántiæ sacraménto: ne Apostólica Fides ad glóriam confiténdæ in Christo Deitátis erécta, infirmitátis nostræ receptiónem indígnam impassíbili Deo, atque incóngruam judicáret: & ita jam in Christo humánam créderet glorificátam esse natú-

túram; ut nec supplício posset áffici, nec morte dissólvi. Et ídeo dicénte Dómino, quod oportéret eum ire Jerosólymam, & multa pati a senióribus, & scribis, ac princípibus sacerdótum, & occídi, & tértia die resúrgere; cum beátus Petrus, qui supérno illustrátus lúmine, de ardentíssima Fílii Dei confessióne fervébat; contumélias illusiónum, & crudelíssimæ mortis oppróbrium religióso, ut putábat, & líbero fastídio respuísset; benígna a Jesu increpatióne corréptus, & ad cupiditátem participándæ cum eo passiónis animátus est.

℟. Abscóndite. 157.

Ad Benedictus, Antiphona. Assúmpsit Jesus discípulos suos, & ascéndit in montem, & transfigurátus est ante eos.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

POpulum tuum, quæsumus Dómine, propítius réspice: atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum.

Ad Vesperas, Capitulum. 1. *Thess.* 4.

FRatres, Rogámus vos, & obsecrámus in Dómino Jesu: ut quemádmodum accepístis a nobis, quómodo vos opórteat ambuláre, & placére Deo, sic & ambulétis, ut abundétis magis.

Hymn. Audi, benígne Cónditor. 145.

℣. Angelis suis.

Ad Magnificat, Antiphona. Visiónem, quam vidístis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.

Oratio.

DEus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui; intérius, exteriúsque custódi; ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, & a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA II. *in Quadragesima.*

Ad Matutinum, Invitat. Non sit vobis vanum mane. *Hymn.* Ex more docti. *& reliqua usque ad Lectiones, in Psalterio.* 3.

De libro Génesis.

Lectio i. *Cap.* 27.

SEnuit autem Isaac, & caligavérunt óculi ejus, & vidére non póterat; vocavítque Esau fílium majórem, & dixit ei, Fili mi? Qui respóndit: Adsum. Cui pater: Vides, inquit, quod senúerim, & ignórem diem mortis meæ. Sume arma tua, pháretram & arcum, & egrédere foras; cumque venátu áliquid apprehénderis, fac mihi inde pulméntum, sicut velle me nosti, & affer ut cómedam: & benedícat tibi ánima mea ántequam móriar. Quod cum audísset Rebécca, & ille abiísset in agrum ut jussiónem patris impléret, dixit fílio suo Jacob: Audívi patrem tuum loquéntem cum Esau fratre tuo,

[redacted]

uo, & dicéntem ei: Affer mihi de venatióne tua, & fac cibos ut cómedam, & benedícam tibi coram Dómino, ántequam moriar. Nunc ergo, fili mi, acquiésce consíliis meis, & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos óptimos, ut fáciam ex eis escas patri tuo, quibus libénter véscitur; quas cum intúleris, & comédérit, benedícat tibi priúsquam moriátur.

℟. Tolle arma tua, pháretram & arcum, & affer de venatióne tua, ut cómedam: * Et benedícat tibi ánima mea. ℣. Cumque venátu áliquid attúleris, fac mihi inde pulméntum, ut cómedam. Et benedícat.

Lectio ii.

CUi ille respóndit. Nosti quod Esau frater meus homo pilósus sit, & ego lenis, si attrectáverit me pater meus, & sénserit, tímeo ne putet me sibi voluísse illúdere, & indúcam super me maledictiónem pro benedictióne. Ad quem mater: In me sit; ait, ista maledíctio, fili mi; tantum audi vocem meam, & pergens affer, quæ dixi. Abiit, & áttulit, dedítque matri. Parávit illa cibos, sicut velle nóverat patrem illíus. Et véstibus Esau valde bonis, quas apud se habébat domi, índuit eum, pelliculásque hœdórum circúmdedit mánibus, & colli nuda protéxit. Deditque pulméntum, & panos, quos cóxerat, trádidit. Quibus illátis, dixit: Pater mi? At ille respóndit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixítque Jacob: Ego sum primogénitus tuus Esau: feci sicut præcepísti mihi: surge, sede, & cómede de venatióne mea, ut benedícat mihi ánima tua. Rursúmque Isaac ad filium suum: Quómodo, inquit, tam cito inveníre potuísti, fili mi? Qui respóndit: volúntas Dei fuit, ut cito occúrreret mihi quod volébam.

℟. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedíxit Dóminus; créscere te fáciat Deus meus sicut arénam maris: * Et donet tibi de rore cæli benedictiónem. ℣. Deus autem omnípotens benedícat tibi, atque multíplicet. Et donet.

Lectio iii.

DIxítque Isaac: Accéde huc, ut tangam te, fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau, an non. Accéssit ille ad patrem, & palpáto eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Jacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et non cognóvit eum, quia pilósæ manus similitúdinem majóris expresserant. Benedícens ergo illi, ait: Tu es Filius meus Esau? Respóndit: Ego sum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatióne tua, fili mi, ut benedícat tibi ánima mea. Quos cum oblátos comedísset,

set, óbtulit ei étiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum: Accéde ad me: & da mihi ósculum fili mi. Accéssit, & osculátus est eum. Statímque ut sensit vestimentórum illíus fragrántiam, benedícens illi, ait: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedíxit Dóminus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguédine terræ abundántiam fruménti & vini. Et sérviant tibi pópuli, & adórent te tribus: esto dóminus fratrum tuórum, & incurvéntur ante te filii matris tuæ. Qui maledíxerit tibi, sit ille maledíctus; & qui benedíxerit tibi, benedictiónibus repleátur.

℟. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguédine terræ abundántiam: sérviant tibi tribus & pópuli: * Esto dóminus fratrum tuórum.

℣. Et incurvéntur ante te filii matris tuæ. Esto.

Glória Patri. Esto.

In secundo Nocturno, Antiph. Bonórum meórum.

Psalm. Consérva me. *cum reliquis.* 10.

Ex libro S. Augustíni Epíscopi contra mendácium.

Cap. 10. tom. 4. post init.

Lectio iv.

Jacob quod matre fecit auctóre, ut patrem fallere viderétur, si diligénter & fidéliter attendátur, non est mendácium, sed mystérium. Quæ si mendácia dixérimus, omnes étiam parábolæ ac figuræ significandárum quarumcúmque rerum, quæ non ad proprietátem accipiéndæ sunt, sed in eis áliud ex álio est intelligéndum, dicéntur esse mendácia: quod absit omníno. Nam qui hoc putat, tropicis étiam tam multis locutiónibus ómnibus potest hanc importáre calúmniam: ita ut et hæc ipsa, quæ appellátur metáphora; hoc est, de re própria ad rem non própriam verbi alicújus usurpáta translátio, possit ista ratióne mendácium nuncupári.

℟. Dum exíret Jacob de terra sua, vidit glóriam Dei & ait: * Quam terríbilis est locus iste! * Non est hic áliud, nisi domus Dei, & porta cæli. ℣. Vere Deus est in loco isto, & ego nesciébam. Non est.

Lectio v.

Quæ significántur enim, útique ipsa dicúntur: putántur autem mendácia; quóniam non ea, quæ vere significántur, dicta intelligúntur; sed ea quæ falsa sunt dicta esse credúntur. Hoc ut exémplis fiat plánius, id ipsum quod Jacob fecit, atténde. Hædínis certe péllibus membra contéxit. Si causam próximam requirámus, mentítum putábimus: hoc enim fecit, ut putarétur esse qui non erat. Si autem hoc factum ad illud, propter quod significándum re vera factum est, referátur, per hædínas pelles, peccáta

per

per eum vero, qui eis se opéruit, ille significátus est, qui non sua, sed aliéna peccáta portávit.

℟. Si Dóminus Deus meus fúerit mecum in via ista, per quam ego ámbulo, & custodíerit me, & déderit mihi panem ad edéndum, & vestiméntum quo opériar, & revocáverit me cum salúte; * Erit mihi Dóminus in refúgium, & lapis iste in signum.

℣. Surgens ergo mane Jacob, tulit lápidem, quem supposúerat cápiti suo, & eréxit in títulum, fundénsque óleum désuper, dixit. Erit.

Lectio vi.

Verax ergo significatio nullo modo mendácium recte dici potest: ut autem in facto, ita & in verbo. Nam cum ei pater dixisset: Quis es tu, fili? Ille respóndit: Ego sum Esau primogénitus tuus. Hoc si referátur ad duos illos géminos, mendácium vidébitur: si autem ad illud, propter quod significándum ista gesta, dictáque conscripta sunt, ille est hic intelligéndus in córpore suo, quod est ejus Ecclésia, qui de hac re loquens, ait: Cum vidéritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophétas in regno Dei, vos autem expélli foras. Et, Vénient ab Oriénte, & Occidénte, & Aquilóne, & Austro, & accúmbent in regno Dei. Et, Ecce sunt novíssimi, qui erant primi: & sunt primi, qui erant novíssimi. Sic enim quodámmodo minor majoris primátum frater ábstulit, atque in se tránstulit fratris.

℟. Erit mihi Dóminus in Deum, & lapis iste quem eréxi in títulum, vocábitur domus Dei: & de univérsis quæ déderis mihi, * Décimas, & hóstias pacíficas ófferam tibi.

℣. Si revérsus fúero próspere ad domum patris mei. Décimas.

Glória Patri. Décimas.

In tertio Nocturno, Antiph. Non sunt loquélæ.

Psalm. Cæli enárrant, *cum reliquis.* 14.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 19.

In illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem fratrem ejus: & duxit illos in montem excélsum seórsum: & transfigurátus est ante eos. Et réliqua.

De Homilía S. Leónis Papæ.

Ex Homilia de Transfiguratione Domini.

Assúmpsit Jesus Petrum, & Jacóbum, & fratrem ejus Joánnem, & conscénso cum eis seórsum monte præcélso, claritátem suæ glóriæ demonstrávit: quia, licet intellexíssent in eo majestátem Dei, ipsíus tamen córporis, quo Divínitas tegebátur, poténtiam nesciébant. Et ídeo próprie signantérque

térque

térque promíserat, quosdam de astántibus discípulis non prius gustáre mortem, quam vidérent Fílium hóminis veniéntem in regno suo, idest, in régia claritáte, quam spiritáliter ad natúram suscépti hóminis pertinéntem, his tribus viris vóluit esse conspícuam. Nam illam ipsius Deitátis ineffábilem & inaccessíbilem visiónem, quæ in ætérnam vitam mundis corde servátur, nullo modo mortáli adhuc carne circúmdati, intuéri póterant & vidére.

℟. Dixit Angelus ad Jacob: * Dimítte me: auróra est. Respóndit ei: Non dimíttam te, nisi benedíxeris mihi. Et benedíxit ei in eódem loco. ℣. Cumque surrexísset Jacob, ecce vir luctabátur cum eo usque mane: & cum vidéret quod eum superáre non posset, dixit ad eum. Dimítte.

Lectio viii.

DIcénte Patre: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui, ipsum audíte; nonne evidénter audítum est: Hic est Fílius meus, cui ex me, & mecum esse sine témpore est? quia nec Génitor Génito prior, nec Génitus est Genitóre postérior, Hic est Fílius meus, quem a me non séparat Déitas, non dívidit potéstas, non discérnit ætérnitas. Hic est Fílius meus, non adoptívus, sed próprius, non aliúnde creátus, sed ex me génitus, nec de ália natúra r factus comparábilis, sed mea esséntia mihi natus quális.

℟. Vidi Dóminum fácie fáciem: * Et salva facta ánima mea. ℣. Et dixit m Nequáquam vocáberis Jac sed Israel erit nomen tu Et.

Lectio ix.

HIc est Fílius meus, quem ómnia facta & sine quo factum est ni qui ómnia, quæ fácio, liter facit: & quidquid ror, inseparabíliter me atque indifferénter operá Hic est Fílius meus, eam, quam mecum habet qualitátem, non rapina pétiit, nec usurpatióne súmpsit: sed manens in ma glóriæ meæ, ut ad r rándum genus humánum quærétur commúne consili usque ad formam servilem clinávit incommutábilem I tátem. Hunc ergo, in mihi per ómnia bene e pláceo, & cujus prædica ne maniféstor, cujus hum táte clarificor, incunctá audíte: quia ipse est veri & vita, ipse virtus mea, que sapiéntia.

℟. Cum audísset Jacob, q Esau veníret contra eum, vísit fílios suos, & uxór dicens: Si percússerit E unum turmam, salvábitur tera: * Líbera me, Dó ne, qui dixísti mihi: * M tiplicábo semen tuum stella

[redacted]

, & sicut arénam
præ multitúdine
m potest.
quid dixísti mihi:
terram nativitá-
mine, qui pascis
ite mea. Líbera.
. Multiplicábo.
A U D E S,
iphona.
lábia mea apéries,
meum annuntiá-
uam.
rére. 57.
a Dómini fecit
déxtera Dómini
:.
itémini Dño. 23.
est adjútor meus

Deus meus. *cum*

,
puerórum can-
um, quem cantá-
lno ignis, bene-
minum.
ea in ætérnum,
im sæculi; præ
iit, & non præ-

1. *Thess.* 4.
Rogámus vos, &
mus in Dómino
emádmodum ac-
obis, quómodo
it ambuláre, &
; sic & ambulé-
détis magis.
sol salútis.
suis. 151.
Jus, Antiphona.
sus discípulos su-
dit in montem, &
s est ante eos.

Oratio.

Deus, qui cónspicis omnis nos virtúte destitui: intérius exteriúsque custódi: ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, & a pravi cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

Ad Primam, Antiphona.

Dómine, bonum est nos hic esse: si vis faciámus hic tria tabernácula; tibi unum; Móysi unum, & Elíæ unum.

Capitulum. Regi sæculórum. *cum reliquis.* 27.

Ad Tertiam, Antiphona.

Dómine, bonum est. *ut supra ad Primam.*

Capitul. Fratres, rogámus. *ut suprà.*

℟. *br.* Ipse liberávit me.

Ad Sextam, Antiphona.

Faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum, & Eliæ unum.

Capitulum. 1. *Thes.* 1. *b*

Hæc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra: ut abstineátis vos a fornicatióne, ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne & honóre.

℟. *br.* Scápulis suis.

Ad Nonam, Antiphona.

Visiónem, quam vidístis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.

Capitulum. 1. *Thes.* 4.

Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem, in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. *br.* Scuto circúmdabit.

Ad

Ad Vesperas, *Antiphona*. *Psalm.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica*. 119.
Capitul. Fratres, Rogámus.
Hymn. Audi, benígne. 145.
℣. Angelis suis. 145.

Ad Magnificat, *Antiphona*. Visiónem quam vidístis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.
Orat. Deus qui cónspicis. 167.

Deinde in Choro dicuntur Vesperæ Defunctorum.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, *Invitator. de Psalterio*.
Hymn. Ex more docti. 3.
Antiphonæ, *& Psalmi Nocturnorum de Psalter.* 47.
Et sic dicitur etiam in aliis sequentibus Feriis.

Lectio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio i. *Cap.* 8. c

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Ego vado, & quærétis me, & in peccáto vestro moriémini. Et réliqua.

Homília S. Augustíni Episc *Tract. 26. in Jo: post init.*

LOcútus est Dóminus Judæis, dicens: Ego vado. Christo enim Dómino mors proféctio fuit illo, unde vénerat, & unde non discésserat. Ego, inquit, vado, & quærétis me, non desidério, sed ódio. Nam illum pósteaquam abscéssit ab óculis hóminum, inquisiérunt, & qui óderant, & qui amábant, illi persequéndo, isti habére cupiéndo. In psalmis ait ipse Dóminus p Prophétam: Périit fuga me, & non est, qui requi ánimam meam. Et íterum alio loco in Psalmo: Co fundántur & revereántur i quiréntes ánimam meam.

℟. Dum iret Jacob de B sabée, & pérgeret Hara locútus est ei Dóminus, cens: * Terram, in qua d mis, tibi dabo & sémini tu ℣. Ædificávit ex lapídib altáre in honórem Dómin fundens óleum désuper, benedíxit eum Deus, dicer Terram. *Lectio ii.*

CUlpávit qui non requ rerent, damnávit requ réntes. Bonum est enim qu rere ánimam Christi, sed q modo eam quæsiérunt disc puli: & malum est quære ánimam Christi, sed quo m do eam Judæi quæsiérun illi enim ut habérent, isti pérderent. Dénique isti quia sic quærébant more m lo, corde pervérso, quid cútus adjúnxit? Quærétis m &, ne putétis, quia be me quærétis, in peccáto v stro moriémini. Hoc Christum male quærere, peccáto suo mori: hoc illum odísse, per quem p sit solum salvus esse.

℟. Appáruit Deus Jacob, benedíxit eum, & dixit: E sum Deus Bethel, ubi unx sti lápidem, & votum vov sti mihi: * Créscere te f ciam, & multiplicábo te. ℣. Vere Dóminus est in l

co

o isto, & ego nesciébam.
crésecre. *Lectio iii.*

Um enim hómines, quorum spes in Deo est, non ebeant mala réddere nec pro alis, reddébant isti mala pro onis. Prænuntiávit ergo ils Dóminus, dixítque senntiam, præscius quod in o peccáto moreréntur. Deine adjúnxit: Quo ego vado. os non potéstis veníre. Hoc discípulis suis álio loco dit; nec tamen eis dixit: In eccáto vestro moriémini. uid autem dixit? quod & tis: Quo ego vado, vos non otéstis veníre. Non ábstut spem, sed prædixit dilaónem. Quando enim hoc scípulis Dóminus loquebár, tunc non póterant veni-, quo ille ibat, sed póstea nturi erant: isti autem numam, quibus præscius dixit: n peccáto vestro moriémini.
. Det tibi Deus de rore cæ-, & de pinguédine terræ bundántiam: sérviant tibi tris & pópuli: * Esto dóminus fratrum tuórum.
. Et incurvéntur ante te fii matris tuæ. Esto.
lória Patri. Esto.

Ad Benedictus, Antiphona.
go princípium, qui & lo-or vobis.

Deinde dicuntur Preces. 59.
Oratio.

Ræsta, quæsumus omnipotens Deus: ut família tua, æ se, affligéndo carnem, ab iméntis ábstinet; sectándo jutiam, a culpa jejúnet. Per.

Hodie dicitur Officium Defunctorum.

Ad Magnificat, Antiphona.
Qui me misit, mecum est, & non relíquit me solum: quia quæ plácita sunt ei, fácio semper.

Deinde dicuntur Preces. 59.
Oratio.

Adesto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus: & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio i. *Cap. 23. b*

In illo témpore: Locútus est Jesus ad turbas, & ad discípulos suos, dicens: Super cáthedram Móysi sedérunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcúmque díxerint vobis, serváte & fácite: secúndum ópera vero eórum nolíte fácere. Et réliqua.

Homilía S. Hierónymi Presb.
Lib. 4. Comment. in cap. 23. Matthæi.

Quid mansuétius, quid benígnius Dómino? Temtátur a Pharisæis, confringúntur insídiæ eórum, & secúndum Psalmístam, Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum: & nihilóminus propter sacerdótii, & nóminis dignitátem hortátur pópulos, ut subjiciántur eis, non ópera, sed doctrínam considerántes. Quod autem ait, Super cáthedram Móysi sedérunt Scribæ & Pha-

Pharisæi; per cáthedram, doctrínam legis osténdit. Ergo & illud, quod dícitur in Psalmo: In cáthedra pestiléntiæ non sedit, & Cáthedras vendéntium colúmbas evértit, doctrínam debémus accípere.

℟. Dum exíret Jacob. 164.

Lectio ii.

ALligant enim ónera grávia & importabília, & impónunt in húmeros hóminum; dígito autem suo nolunt ea movére. Hoc generáliter advérsus omnes magístros, quia grávia jubent, & minóra non fáciunt. Notándum autem, quod & húmeri, & dígitus, & ónera, & víncula, quibus alligántur ónera spirituáliter intelligénda sunt. Omnia vero ópera sua fáciunt, ut videántur ab homínibus. Quicúmque ígitur ita facit quódlibet, ut videátur ab homínibus, Scriba & Pharisæus est.

℟. Si Dóminus Deus. 165.

Lectio iii.

DIlátant enim phylactéria sua, & magníficant fimbrias. Amant quoque primos recúbitus in cœnis, & primas cáthedras in synagógis, & salutatiónes in foro, & vocári ab homínibus Rabbi. Væ nobis míseris, ad quos Pharisæórum vítia transiérunt. Dóminus cum dedísset mandáta legis per Móysen, ad extrémum íntulit: Ligábis ea in manu tua, & erunt immóta ante óculos tuos. Et est sensus; Præcépta mea sint in manu tua, ut ópere co-
pleántur: sint ante ócu
tuos, ut die ac nocte me
téris in eis. Hoc Pha
male interpretántes, s
bant in membránis Dec
gum Móysi, idest, decem
ba Legis, complicántes
& ligántes in fronte
quasi corónam cápiti fac
tes, ut semper ante ócu
moveréntur.

℟. Erit mihi Dóminus.

Ad Benedictus, Antiph

Unus est enim Magíster
ster, qui in cælis est, Ch
stus Dóminus.

Deinde dicuntur Preces

Oratio.

PErfice, quæsumus Dó
ne, benígnus in nobis
servántiæ sanctæ subsídi
ut quæ, te auctóre, faci
cognóvimus, te operá
impleámus. Per Dómin

Ad Magnificat, Antiph

Omnes autem vos fratres
& patrem nolíte vocáre
bis super terram: unus
enim Pater vester, qui
cælis est: nec vocémini
gístri, quia Magíster ve
unus est Christus.

Deinde dicuntur Preces.

Oratio.

PRopitiáre Dómine sup
catiónibus nostris, & in
márum nostrárum medére
guóribus: ut remissióne
cépta, in tua semper bene
ctióne lætémur. Per Dóm

FERIA QUARTA.

Hodie dicuntur Psalmi Graduales.

Lé-

[redacted]

ctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

ectio i. *Cap. 20. d*

N illo témpore: Ascéndens Jesus Jerosólymam, assumpsit duódecim discípulos ecréto, & ait illis: Ecce céndimus Jerosólymam, & lius hóminis tradétur Principibus Sacerdótum & Scri-, & condemnábunt eum orte. Et réliqua.

omilía S. Ambrósii Episc. *lib. 5. de Fide, ad Gratianum, c. 2. post init.*

Onsideráte, quæ mater filiórum Zebedæi cum fis & pro filiis petat: mater útique, cui pro filiórum nóre sollícitæ, immoderár quidem, sed tamen ignonda mensúra votórum est. que mater ætáte longæva, dio religiósa, solátio desita, quæ tunc témporis, mde vel juvánda, vel alén foret válidæ prolis auxí-, abésse sibi líberos patiétur, & voluptáti suæ merdem sequéntium Christum etúlerat filiórum. Qui privoce vocáti a Dómino t légimus) relíctis rétibus patre, secúti sunt eum.

Dixit Angelus. 166.

Lectio ii.

HÆc ígitur stúdio matérnæ sedulitátis indulgénr obsecrábat Salvatórem, ens: Ut sédeant hi duo filii i, unus ad déxteram tuam, alter ad sinístram in regno). Etsi error, pietátis tan error est. Nésciunt enim matérna víscera patiéntiam: etsi voti avára, tamen veniábilis cupíditas, quæ non pecúniæ est ávida, sed grátiæ. Nec inverecúnda petítio, quæ non sibi, sed líberis consulébat. Matrem, consideráte, matrem cogitáte.

℟. Vidi Dóminum. 166.

Lectio iii.

COnsiderábat Christus matris dilectiónem, quæ filiórum mercéde grandævam solabátur senéctam: & desidériis licet fessa matérnis, caríssimórum pígnorum tolerábat abséntiam. Consideráte étiam féminam, hoc est, sexum fragiliórem, quem Dóminus própria nondum confirmáverat passióne. Consideráte, inquam, Hevæ illíus primæ mulíeris hærédem, transfúsa in omnes immoderátæ cupiditátis successióne labéntem: quam Dóminus adhuc próprio Sánguine non redémerat, nondum inólitam affectibus ómnium immódici contra fas honóris appeténtiam suo Christus cruóre dilúerat. Hæreditário ígitur múlier delinquébat erróre.

℟. Cum audísset. 168.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce ascéndimus Jerosólymam: & Fílius hóminis tradétur ad crucifigéndum.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

POpulum tuum, quæsumus, Dómine, propítius réspice; & quos ab escis carnálibus præcipis abstinére, a nó-

xiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona. Tradétur enim Géntibus ad illudéndum, & flagellándum, & crucifigéndum.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

DEus innocéntiæ restitútor & amátor, dírige ad te tuórum corda servórum; ut, Spíritus tui fervóre concépto, & in Fide inveniántur stábiles, & in ópere effícáces. Per Dóminum. in unitáte ejúsdem.

FERIA QUINTA.

Lectio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio i. *Cap. 16. c*

IN illo témpore: Dixit Jesus Pharisǽis: Homo quidam erat dives, qui induebátur púrpura & bysso, & epulabátur quotídie spléndide. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homil. 40. in Evangel. post init.

QUem, fratres caríssimi, quem dives iste, qui induebátur púrpura & bysso, & epulabátur quotídie spléndide, nisi Judáicum pópulum signat, qui cultum vitæ extérius hábuit, qui accéptæ legis delíciis ad nitórem usus est, non ad utilitátem? Quem vero Lázarus ulcéribus plenus nisi Gentílem pópulum figuráliter éxprimit? Qui dum convérsus ad Deum peccáta confitéri sua non erúbuit, huic vulnus in cute fuit. In cutis quippe vúlnere virus a viscéribus trahitur, & foras erúmpit. ℟. Tolle arma tua. 163.

Lectio ii.

QUid est ergo peccatórum conféssio, nisi quædam vúlnerum rúptio? Quia peccáti virus salúbriter aperitur in confessióne, quod pestífere latébat in mente. Vúlnera [illegible] nim cutis in superficiem [illegible] hunt humórem putrédinis. [illegible] confiténdo peccáta, quid [illegible] ágimus, nisi malum, quod [illegible] nobis latébat, aperímus? [illegible] Lázarus vulnerátus cupi[illegible] saturári de mícis, quæ ca[illegible] bant de mensa dívitis, & [illegible] mo illi dabat, quia Genti[illegible] quemque ad cognitiónem [illegible] gis admíttere supérbus [illegible] pópulus despiciébat. ℟. Ecce odor. 163.

Lectio iii.

QUi, dum doctrínam [illegible] non ad charitátem [illegible] sed ad elatiónem, quasi [illegible] céptis ópibus túmuit: & [illegible] ei verba defluébant de [illegible] tia, quasi micæ cadébant [illegible] mensa. At contra jacéntis [illegible] peris vúlnera lingébant ca[illegible] Nonnúmquam solent in [illegible] elóquio per canes prædica[illegible] res intélligi. Canum [illegible] lingua, vulnus dum [illegible] curat, quia & doctóres [illegible] dum in confessióne peccáta [illegible] stri nos instrúunt, quasi [illegible] nus mentis per linguam [illegible] gunt. ℟. Det tibi Deus [illegible]

Ad Bñs, Añа. Fili, recor[illegible] quia recepísti bona in vita [illegible] & Lázarus simíliter mala [illegible]

Dein-

[redacted]

einde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

Ræsta nobis, quæsumus Dómine, auxílium grátuæ: ut jejúniis & oratióus conveniénter inténti, erémur ab hóstibus mentis córporis. Per Dñm.

d Magnificat, Antiphona. ves ille guttam aquæ pé-, qui micas panis Lázaro ;ávit.

einde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

Désto Dómine fámulis tuis, & perpétuam beniitátem largíre poscéntibus: iis, qui te auctóre & gunatóre gloriántur, & congáta restáures, & restaurá- consérves. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

ctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

ectio i. *Cap. 21. d*

N illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum, & ncípibus Sacerdótum paolam hanc: Homo erat erfamílias, qui plantávit eam, & sepem circúmdeei. Et réliqua.

milía S. Ambrósii Episc. *Lib. 9. in cap. 20. Lucæ.*

Lerique várias significatiónes de víneæ appellatióne ivant; sed evidénter Isaías eam Dómini Sábaoth, dom Israel esse memorávit. nc víneam quis álius, nisi ıs, cóndidit? Hic est ergo eam locávit colónis, & peregre fuit: non quia ex ad locum proféctus est Dóminus, qui ubíque semper præsens est: sed quia præséntior est diligéntibus, negligéntibus abest. Multis tempóribus ábfuit, ne præprópera viderétur exáctio. Nam quo indulgéntior liberálitas, eo inexcusabílior pervicácia.

℞. Dum exíret Jacob. 164.

Lectio ii.

UNde bene secúndum Matthæum habes, quia & sepem circúmdedit: hoc est, Divínæ custódiæ munitióne vallávit, ne fácile spiritálium patéret incúrsibus bestiárum. Et fodit in ea tórcular. Quómodo intellígimus quid sit tórcular, nisi forte quia Psalmi pro torculáribus inscribúntur; eo quod in his mystéria Domínicæ passiónis, modo musti Sancto ferventis Spíritu, redundántius æstuáverint? Unde ébrii putabántur, quibus Spíritus Sanctus inundábat. Ergo & hic fodit tórcular, in quod uvæ rationábilis fructus intérior spiritáli infusióne deflúeret.

℞. Si Dóminus Deus. 165.

Lectio iii.

ÆDificávit turrim: vérticem scílicet legis attóllens: atque ita hanc víneam munítam, instrúctam, ornátam locávit Judæis. Et témpore fructuum sérvulos misit. Bene tempus frúctuum pósuit, non provéntuum. Nullus enim fructus éxtitit Judæórum, nullus víneæ hujus provéntus, de qua Dóminus ait: Expectávi ut fáceret uvas,

fecit autem spinas. Itaque non lætítiæ vino, non spirituáli musto, sed cruénto Prophetárum sánguine torculária redundárunt.

℞. Erit mihi Dóminus. 165.

Ad Benedictus, Antiphona. Malos male perdet, & víneam suam locábit áliis agrícolis, qui reddant ei fructum tempóribus suis.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus; ut sacros nos purificánte jejúnio, sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias perveníre. Per Dñm.

Hodie dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Antiphona. Quæréntes eum tenére timuérunt turbam, quia sicut Prophétam eum habébant.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

DA, quæsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis & córporis: ut bonis opéribus inhæréndo, tuæ semper virtútis mereatur protectióne defféndi. Per Dóminum.

SABBATO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio i. *Cap. 15. b*

IN illo témpore: Dixit Jesus Pharisæis & Scribis parábolam istam: Homo quidam hábuit duos filios: & dixit adolescéntior ex illis patri: Pater, da mihi portiónem substántiæ, quæ me contingit. Et réliqua.

Homilía S. Ambrósii Episc.

Lib. 7. Comment. in cap. 15. Lucæ, post init.

VIdes, quod Divínum patrimónium peténtibus datur. Nec putes culpam patris, quod adolescentióri dedit. Nulla Dei regno infirma ætas: nec fides gravátur annis. Ipse certe se judicávit idóneum, qui popóscit. Atque útinam non recessísset a patre; impediméntum nescísset ætátis. Sed posteaquam domum pátriam derelínquens, péregre proféctus est, cœpit egére. Mérito ergo prodégit patrimónium, qui secéssit ab Ecclésia.

℞. Pater, peccávi in cælum & coram te, jam non sum dignus vocári filius tuus: * Fac me sicut unum ex mercenáriis tuis. ℣. Quanti mercenárii in domo patris mei abúndant pánibus, ego autem hic fame péreo! surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Fac me.

Lectio ii.

PEregre proféctus est in regiónem longínquam. Quid longínquius, quam a se recédere: nec regiónibus, sed móribus separári: stúdiis discrétum esse, non terris, & quasi interfúso luxúriæ sæculáris æstu, divórtia habére Sanctórum? Etenim qui se a Christo séparat, exul est pátriæ, civis est mundi. Sed nos non sumus ádvenæ atque peregríni, sed cives sumus Sanctórum, & domésti-

ci

ḱei. Qui enim erámus lon-
facti ſumus prope in Sán-
ıe Chriſti. Non invideá-
s de longínqua regióne re-
ántibus: quia & nos fúi-
s in regióne longínqua,
ıt Iſaías docet. Sic enim
ıes: Qui ſedébant in re-
ne umbræ mortis, lux orta
illis. Régio ergo longín-
., umbra eſt mortis.

Vidi Dóminum fácie ad
iem: * Et ſalva facta eſt
ma mea. ℣. Et dixit mi-
: Nequáquam vocáberis
:ob, ſed Iſrael erit nomen
ım. Et ſalva.

Lectio iii.

NOs autem, quibus ſpiri-
tus ante fáciem Chri-
; eſt Dóminus, in umbra
imus Chriſti. Et ídeo di-
Eccléſia: In umbra ejus
ıcupívi & ſedi. Ille ígitur
éndo luxurióſe, conſúm-
: ómnia ornaménta natú-
. Unde tu, qui accepiſti
áginem Dei, qui habes ſi-
litúdinem ejus, noli eam
ationábili fœditáte conſú-
re. Opus Dei es: noli li-
ɔ dícere, Pater meus es
: ne accípias ſimilitúdi-
n ligni, quia ſcriptum
: Símiles illis fiant qui
ıunt ea.

Cum audíſſet Jacob, quod
ıu veníret contra eum, di-
ſit filios ſuos, & uxóres di-
ıs: Si percúſſerit Eſau unam
mam, ſalvábitur áltera.
Líbera me, Dómine, qui
ſti mihi: * Multiplicábo
ıen tuum ſicut ſtellas cæli,
& ſicut arénam maris, quæ
præ multitúdine numerári non
poteſt. ℣. Dómine, qui di-
xíſti mihi: Revértere in ter-
ram nativitátis tuæ: Dómine,
qui paſcis me a juventúte
mea. Líbera me.
Glória Patri. Multiplicábo.

Ad Benedictus, Antiphona.
Vadam ad patrem meum, &
dicam ei: Pater, fac me ſicut
unum ex mercenáriis tuis.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

DA, quæſumus Dómine,
noſtris effectum jejúniis
ſalutárem: ut caſtigátio car-
nis aſſúmpta, ad noſtrárum
vegetatiónem tránſeat animá-
rum. Per Dóminum.

Ad Veſperas.

Capitulum. *Epheſ. 5.*

FRatres, Eſtóte imitatóres
Dei, ſicut filii cariſſimi:
& ambuláte in dilectióne, ſi-
cut & Chriſtus diléxit nos,
& trádidit ſemetípſum pro
nobis oblatiónem & hóſtiam
Deo in odórem ſuavitátis.

Hymn. Audi, benígne, &c.
℣. Angelis ſuis. 145.

Ad Magnificat, Antiphona.
Dixit autem pater ad ſervos
ſuos: Cito proférte ſtolam
primam, & indúite illum,
& date ánnulum in manu
ejus, & calceaménta in pé-
dibus ejus.

Oratio.

QUæſumus omnípotens De-
us, vota humílium réſpi-
ce; atque ad defenſiónem no-
ſtram, déxteram tuæ majeſtá-
tis exténde. Per Dóminum.

DOMINICA III. in Quadragesima.

Ad Matutinum, Invitator. Non sit vobis vanum mane *Hymnus.* Ex more docti, *cum reliquis usque ad Lectiones, ut in Psalterio.*

De libro Génesis.

Lectio i. *Cap. 37.*

JOseph cum séxdecim esset annórum; pascebat gregem cum frátribus suis adhuc puer: & erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxórum patris sui: accúsavitque fratres suos apud patrem crimine péssimo. Israel autem diligébat Joseph super omnes filios suos, eo quod in senectúte genuísset eum: fecitque ei túnicam polymítam. Vidéntes autem fratres ejus, quod a patre plus cunctis filiis amarétur, óderant eum, nec póterant ei quidquam pacífice loqui. Accidit quoque, ut visum sómnium reférret frátribus suis, quæ causa majóris ódii seminárium fuit. Dixítque ad eos: Audíte sómnium meum, quod vidi. Putábam nos ligáre manípulos in agro: & quasi consúrgere manípulum meum & stare, vestrósque manípulos circumstántes adoráre manípulum meum. Respondérunt fratres ejus: Numquid rex noster eris? aut subjiciémur ditióni tuæ? Hæc ergo causa somniórum atque sermónum, invídiæ & odii fómitem ministrávit. Aliud quoque vidit sómnium, quod narrans frátribus, ait: Vidi per sómnium, quasi solem & lunam & stellas úndecim adoráre me. Quod cum patri suo & frátribus retulísset, increpávit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc sómnium, quod vidísti? num ego & mater tua & fratres tui adorábimus te super terram?

℟. Vidéntes Joseph a longe, loquebántur mútuo fratres, dicéntes: Ecce somniátor venit: * Veníte, occidámus eum, & videámus si prosint illi sómnia sua.

℣. Cumque vidíssent Joseph fratres sui, quod a patre cunctis frátribus plus amarétur, óderant eum, nec póterant ei quidquam pacífice loqui, unde & dicébant. Veníte.

Lectio ii.

INvidébant ei igitur fratres sui: pater vero rem tácitus considerábat. Cumque fratres illíus in pascéndis grégibus patris moraréntur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oves in Síchimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondénte, Præsto sum, ait ei: Vade & vide, si cuncta próspera sint erga fratres tuos & pécora, & renúntia mihi quid agátur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem: inveníque eum vir errántem in agro, & interrogávit quid quæreret. At ille respóndit: Fratres meos quæro, índica mihi ubi pascant gre-

[redacted]

ı. Dixítque ei vir: Re-
unt de loco isto: audí-
em eos dicéntes: Eámus
óthain. Perréxit ergo
ı post fratres suos, &
ıt eos in Dóthain. Qui
vidíssent eum procul,
ıam accéderet ad eos,
vérunt illum occídere:
tuo loquebántur: Ecce
átor venit: veníte, oc-
us eum, & mittámus
stérnam véterem dice-
æ: Fera péssima devo-
eum: & tunc apparé-
id illi prosint sómnia

ixit Judas frátribus suis:
Ismahelítæ tránseunt:
, venum détur, & ma-
ostræ non polluántur:
o enim & frater noster

id enim prodest, si oc-
nus fratrem nostrum,
elavérimus sánguinem
? melius est ut venum-
. Caro.

Lectio iii.

'diens autem hoc Ru-
ben, nitebátur liberáre
le mánibus eórum &
t: Non interficiátis
n ejus nec effundátis
nem: sed projícite
n cistérnam hanc, quæ
solitudine, manúsque
ı serváte innóxias.
ıutem dicébat, volens
e eum de mánibus eó-
& réddere patri suo.
stim igitur ut pervé-
l fratres suos, nuda-
t eum túnica talári

polymíta, misérúntque eum
in cistérnam véterem, quæ
non habébat aquam. Et
sedéntes ut coméderent pa-
nem, vidérunt Ismahelítas
viatóres veníre de Gálaad,
& camélos eórum portántes
arómata, & resínam & sta-
ctem in Ægyptum. Dixit
ergo Judas frátribus suis:
Quid nobis prodest, si oc-
cidérimus fratrem nostrum,
& celavérimus sánguinem
ipsíus? Mélius est ut venum-
détur Ismahelítis, & ma-
nus nostræ non polluántur:
frater enim & caro nostra
est. Acquievérunt fratres
sermónibus illíus. Et præte-
reúntibus Madianítis nego-
tiatóribus, extrahéntes eum
de cistérna, vendidérunt eum
Ismahelítis vigínti argénteis:
qui duxérunt eum in Ægy-
ptum.

℟. Extrahéntes Joseph de la-
cu, vendidérunt Ismahelítis
vigínti argénteis: * Reversús-
que Ruben ad púteum, cum
non invenísset eum, scidit
vestiménta sua cum fletu, &
dixit: * Puer non compáret,
& ego quo ibo?
℣. At illi, intíncta túnica
Joseph in sánguine hœdi,
misérunt qui ferret eam ad
patrem, & díceret: Vide, si
túnica filii tui sit, an non.
Reversúsque.
Glória Patri. Puer.

In secundo Nocturno. Antiph.
Bonórum meórum.
Psalmus. Consérva, *cum re-
liquis.* 10.

Ex libro S. Ambrósii Epíscopi de sancto Joseph.

Lectio iv. *Cap. 1.*

SAnctórum vita céteris norma vivéndi est. Ideóque digéstam plénius accépimus sériem Scripturárum, ut dum Abraham, Isaac, & Jacob, ceterósque justos legéndo cognóscimus, velut quemdam nobis innocéntiæ trámitem virtúte eórum referátum imitántibus vestígiis persequámur. De quibus mihi cum frequens tractátus fúerit, hódie sancti Joseph história occúrrit: in quo cum plúrima fúerint génera virtútum, præcípue tamen insígne effúlsit castimóniæ. Justum est ígitur, ut cum in Abraham didicéritis ímpigram fidei devotiónem, in Isaac sincéræ mentis puritátem, in Jacob singulárem ánimi laborúmque patiéntiam, ex illa generalitáte virtútum in ipsas spécies disciplinárum intendátis ánimum.

℟. Videns Jacob vestiménta Joseph, scidit vestiménta sua cum fletu, & dixit: * Fera péssima devorávit filium meum Joseph. ℣. Tulérunt autem fratres ejus túnicam illius, mitténtes ad patrem, quam cum cognovísset pater, ait. Fera péssima.

Lectio v.

SIt ígitur nobis propósitus sanctus Joseph tamquam spéculum castitátis. In ejus enim móribus, in ejus áctibus lucet pudicítia, ex quibus splendet castimóniæ comes, nitor grátiæ. Unde étiam a paréntibus plúsquam céteri filii diligebátur. Sed ea res invídiæ fuit: quod siléntio prætereúndum non fuit: hinc enim arguméntum totíus históriæ procéssit: simul ut cognoscámus: perféctum virum non movéri ulciscéndi dolóris invídia, nec malórum rependere vicem. Unde & David ait: Si réddidi retribuéntibus mihi mala.

℟. Joseph dum intráret in terram Ægypti, linguam, quam non nóverat, audívit; manus ejus in labóribus serviérunt: * Et lingua ejus inter príncipes loquebátur sapiéntiam. ℣. Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertránsiit ánimam ejus, donec veníret verbum ejus. Et lingua.

Lectio vi.

QUid autem esset, quod præférri Joseph mererétur céteris, si aut lædéntes læsísset, aut diligéntes dilexísset? Hoc enim pleríque fáciunt. Sed illud mirábile, si díligas inimícum tuum, quod Salvátor docet. Jure ergo mirándus, qui hoc fecit ante Evangélium, ut læsus párceret, appetítus ignósceret, vénditus non reférret injúriam, sed grátiam pro contumélia sólveret: quod post Evangélium omnes didícimus, & serváre non póssumus. Discámus ergo & Sanctórum invídiam, ut imitémur patiéntiam:

tiam: & cognoscámus illos, non natúræ præstantióris fuísse, sed observántióris: nec vítia nescísse, sed emendásset. Quod si invídia étiam Sanctos adússit, quanto magis cavéndum est, ne inflámmet peccatóres?

℞. Meménto mei, dum bene tibi fúerit: * Ut súggeras Pharaóni, ut edúcat me de isto cárcere: * Quia furtim sublátus sum, & hic ínnocens in lacum missus sum.

℣. Tres enim adhuc dies sunt, post quos recordábitur Phárao ministérii tui, & restítuet in gradum prístinum: tunc meménto mei. Ut súggeras. Glória Patri. Quia.

In tertio Noctur. Antiphona. Non sunt loquélæ.

Psalm. Cæli enárrant. *cum reliquis.* 14.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vii. *Cap. 11. b*

IN illo témpore: Erat Jesus ejíciens dæmónium, & illud erat mutum. Et cum ejecísset Dæmónium, locútus est mutus, & admirátæ sunt turbæ. Et réliqua.

Homilía venerábilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. c. 48. in c. 11. Lucæ.

DÆmoníacus iste apud Matthæum non solum mutus, sed & cæcus fuisse narrátur; curatúsque dícitur a Dómino, itaut loquerétur & vidéret. Tria ergo signa simul in uno hómine perpetráta sunt: cæcus videt, mutus lóquitur, posséssus a dæmone liberátur. Quod & tunc quidem carnáliter factum est, sed & quotídie complétur in conversióne credéntium: ut expúlso primum dæmone, Fídei lumen aspíciant; deínde ad laudes Dei tacéntia prius ora laxéntur. Quidam autem ex eis dixérunt: In Beélzebub príncipe dæmoniórum éjicit dæmónia. Non hæc áliqui de turba, sed Pharisæi calumniabántur & Scribæ, sicut álii Evangelístæ testántur.

℞. Mérito hæc pátimur, quia peccávimus in fratrem nostrum, vidéntes angústias ánimæ ejus, dum deprecarétur nos, & non audívimus: * Idcírco venit super nos tribulátio. ℣. Dixit Ruben frátribus suis: Numquid non dixi vobis, Nolíte peccáre in púerum, & non audístis me? Idcírco.

Lectio viii.

TUrbis quippe, quæ minus erudítæ videbántur, Dómini semper facta mirántibus, illi contra vel negáre hæc, vel quæ negáre nequíverant, sinístra interpretatióne pervértere laborábant: quasi non hæc Divinitátis, sed immúndi spíritus ópera fuíssent. Et álii tentántes, signum de cælo quærébant ab eo. Vel in morem Elíæ ignem de sublími veníre cupiébant, vel in similitúdinem Samuélis témpore æstívo mugíre tonítrua; corruscáre fúlgura, imbres rúere, quasi non possent

[redacted]

& illa calumniári, & dícere ex occúltis, & váriis aeris passiónibus accidísse. At tu, qui calumniáris ea, quæ óculis vides, manu tenes, utilitáte sentis: quid féceris de iis, quæ de cælo vénerint? Utique respondébis, & magos in Ægypto multa signa fecísse de cælo.

℟. Dixit Ruben frátribus suis: Numquid non dixi vobis, Nolíte peccáre in púerum, & non audístis me? * En sanguis ejus exquíritur.

℣. Mérito hæc pátimur, quia peccávimus in fratré nostrum, vidéntes angústias ánimæ ejus, dum deprecarétur nos, & non audívimus. En sanguis.

Lectio ix.

IPse autem ut vidit cogitatiónes eórum, dixit eis: Omne regnum in seípsum divísum desolábitur, & domus supra domum cadet. Non ad dicta, sed ad cogitáta respóndit; ut vel sic compelleréntur crédere poténtiæ ejus, qui cordis vidébat occúlta. Si autem omne regnum in seípsum divísum desolátur: ergo Patris, & Fílii, & Spíritus Sancti regnum non est divísum; quod sine ulla contradictióne non áliquo impúlsu desolándum; sed ætérna est stabilitáte mansúrum. Si autem & sátanas in seípsum divísus est; quómodo stabit regnum ipsíus, quia dícitis, in Beélzebub ejícére me dæmónia? Hoc dicens, ex ipsórum confessióne volébat intélligi, quod in eum non credéndo, in regno di boli esse elegíssent, quod ú que advérsum se divísum st re non posset.

℟. Lamentabátur Jacob duóbus filiis suis: Heu m dolens sum de Joseph pér dito, & tristis nimis de B niamin ducto pro alimónii * Precor cæléstem Regem ut me doléntem nímium ciat eos cérnere.

℣. Prostérnens se Jacob heménter cum lácrymis p nus in terram & adóran ait. Precor.

Glória Patri. Precor.

Ad Laudes, Antiphona.

FAc benígne in bona luntáte tua, ut ædifice tur, Dómine, muri Jerúsale

Psalm. Miserére. 57.

Aña. Dóminus mihi adjú est, non timébo quid fá mihi homo.

Psalm. Confitémini. 23.

Aña. Deus misereátur nost & benedícat nos.

Psalm. Deus Deus meus. *c reliquis.* 18.

Aña. Vim virtútis suæ ob tus est ignis; ut púeri tui beraréntur illæsi.

Aña. Sol & luna laudáte um, quia exaltátum est men ejus solíus.

Capitulum. *Ephes.*

FRatres, Estóte imitató Dei, sicut filii caríssi & ambuláte in dilectióne, cut & Christus diléxit nos, trádidit semetípsum pro no oblatiónem & hóstiam in odórem suavitátis.

Hym

sol ...
... Antiphona.
... custódit
... in pace sunt
... sidet.
omnípotens De-
... humílium ré-
ad defensiónem
... tuæ maje-
Per Dñm.
, Antiphona.
... Jesus dæmó-
... est mutus, &
turbæ.
, Antiphona.
Dei ejício dæ-
... pervénit in
Dei.
Fratres, Estóte
... dilexit.
, Antiphona.
... igit mecum, di-
... non est me-
... est.
Ephes. 5. b
... scitóte intelli-
quod omnis for-
immúndus, aut
est idolórum sér-
... hereditátem
... & Dei.
is suis.
, Antiphona.
... spíritus exie-
e, ambulat per
... quærens ré-
non invénit.
Ephes. 6. c
... aliquándo té-
nunc autem lux
... Ut filii lucis
...

est in omni bonitáte & justítia & veritáte.

℟. br. Scuto circúmdabit.

Ad Vesperas, Antiphona, & Psalm. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica. 119.*

Capitulum. Fratres, Estóte.

Hymn. Audi, benígne Conditor. ℣. Angelis suis. 145.

Ad Magnif. Añ. Extóllens vocem quædam múlier de turba, dixit: Beátus venter, qui te portávit, & úbera, quæ suxísti. At Jesus ait illi: Quinímmo beáti qui áudiunt verbum Dei, & custódiunt illud.

Oratio. Quæsumus. 183.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperæ Defunctorum.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitator. de Psalterio. 3.

Hymn. Ex more docti. 3.

Antiphonæ, & Psalmi Nocturnorum, de Psalter. 47.

Et sic dicitur etiam in aliis sequentibus Feriis.

Lectio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio i. *Cap. 4. d*

IN illo témpore: Dixit Jesus Pharisæis: Utique dicétis mihi hanc similitúdinem: Médice, cura teípsum: quanta audívimus facta in Capharnaum, fac & hic in pátria tua. Et reliq.

Homilía S. Ambrósii Episc.

Lib. 4. in c. 4. Luc. post med.

NOn mediócris invídia próditur, quæ cívicæ charitátis oblíta, in acérba ódia causas amóris inflectit. Simul hoc exémplo páriter & oráculo declarátur, quod frustra opem mi-

misericórdiæ cæléstis expéctes, si aliénæ frúctibus virtútis invídeas. Aspernátor enim Dóminus invidórum est; & ab iis, qui Divína beneficia in áliis persequúntur, mirácula suæ potestátis avértit. Domínicæ quippe carnis actus, Divinitátis exémplum est: & invisibília nobis ejus, per ea, quæ sunt visibília, demonstrántur.

℟. Tóllite hinc vobíscum múnera, & ite ad dóminum terræ; & cum invenéritis, adoráte eum super terram: * Deus autem meus fáciat eum vobis placábilem: & remíttat & hunc fratrem vestrum vobíscum, & eum, quem tenet in vínculis. ℣. Súmite de óptimis terræ frúgibus in vasis vestris, & * deférte viro múnera. Deus autem.

Lectio ii.

NOn otióse ítaque Salvátor excúsat, quod nulla in pátria sua mirácula virtútis operátus sit: ne fortássis áliquis viliórem pátriæ nobis esse debére putáret affféctum. Neque enim cives pótterat non amáre, qui amáret omnes, sed ipsi se charitáte pátriæ, dum ínvident, abdicárunt. In veritáte dico vobis: multæ víduæ fuérunt in diébus Elíæ. Non quia Elíæ dies fuérunt, sed in quibus Elías operátus est: aut quia Elías dies faciébat illis, qui in ejus opéribus lucem vidébant grátiæ spiritális, & convertebántur ad Dóminum. Et ídeo ape-

riebátur cælum vidén æterna & Divína myst claudebátur, & fames e quando nulla erat cogno dæ Divinitátis ubértas. de hoc plénius díximus, de víduis scriberémus.

℟. Iste est frater vester nimus, de quo dixerátis hi! Deus misereátur tibi mi: * Festinavítque in do & plorávit, quia erump lácrymæ, & non póter contínére. ℣. Attóllens tem Joseph óculos, vidit jamin stantem, & com sunt ómnia víscera ejus fratre suo. Festinavítque.

Lectio iii.

ET multi lepróse eran Júdæa tempóribus E Prophétæ: & nemo e mundátus est, nisi Naa Syrus. Evidénter hic se nos Dómini salutáris in mat, & ad stúdium vené dæ Divinitátis hortátur, q nemo sanátus osténditur maculósi morbo córporis solútus; nisi qui religiósc ficio stúduit sanitáti. enim dormiéntibus Divín neficia, sed observántibus ferúntur. Díximus in l álio, in vídua illa, ad q Elías diréctus est, typum ecclésiæ præmíssum, Póp Ecclésiam congregávit, u quátur pópulus ille ex nígenis congregátus. Póp ille ante lepróses, póp ille ante maculósus, p quam mystico baptizarétu flúmine; idem post Sacra

[redacted]

rtis máculis cór-
ntis ablútus, jam
, sed immaculáta
t esse sine ruga.
seph úndecim fra-
: Ego sum Joseph
ldistis in Ægyptum;
t pater noster sé-
uo dixerátis mihi?
ícite eum ad me,
ívere.
n enim est, quod
fames in terra:
estant anni quin-
is nec arári póte-
ti. Ite.
ri. Ite.
ictus, Antiphona.
i vobis, quia ne-
sta accéptus est in
.
cuntur Preces. 59.
Oratio.
us nostris, quæsu-
Dómine, grátiam
gnus infúnde: ut
cis carnálibus ab-
ita sensus quoque
nóxiis retrahámus
Per Dóminum.
itur Officium De-
.
ifient, Antiphona.
n tránsiens per mé-
um ibat.
icuntur Preces. 59.
Oratio.
at nobis, Dómi-
isericórdia tua: ut
ntibus peccatórum
perículis, te me-
otegénte éripi, te
salvári. Per Dó-
strum.

FERIA TERTIA.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio i. *Cap. 18. b*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Si peccáverit in te frater tuus, vade, & córripe eum inter te & ipsum solum. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Epísc.

Serm. 16. de Verbis Domini, tom. 10. post init.

QUare illum córripis? quia tu doles, quod peccáverit in te? Absit. Si amóre tui id facis, nihil facis; si amóre illíus facis, óptime facis. Dénique in ipsis verbis atténde, cujus amóre id fácere débeas, utrum tui, an illíus. Si te audíerit, inquit, lucrátus es fratrem tuum. Ergo propter illum fac, ut lucréris illum. Sic faciéndo lucráris, nisi fecísses, períerat. Quid est ergo, quod pleríque hómines ista peccáta contémnunt, & dicunt: Quid magnum feci? in hóminem peccávi. Noli contémnere: in hóminem peccásti.

℟. Nuntiavérunt Jacob dicéntes: Joseph filius tuus vivit, & ipse dominátur in tota terra Ægypti: quo audíto revíxit spíritus ejus, & dixit: * Sufficit mihi; vadam, & vidébo eum ántequam móriar. ℣. Cumque audísset Jacob, quod filius ejus víveret, quasi de gravi somno evígilans ait. Súfficit. *Lectio ii.*

VIs nosse, quia in hóminem peccándo periísti? Si

Si te ille, in quem peccásti, corripúerit inter te & ipsum solum, & audíeris illum, lucrátus est te Quid est, Lucrátus est te? nisi quia períeras, si non lucrarétur te? Nam si non períeras, quómodo te lucrátus est? Nemo ergo contémnat, quando peccat in fratrem. Ait enim quodam loco Apóstolus: Sic autem peccántes in fratres, & percutiéntes consciéntiam eórum infirmam, in Christum peccátis; ideo quia membra Christi omnes facti sumus. Quómodo non peccas in Christum, qui peccas in membrum Christi?

℟. Joseph dum intráret in terram Ægypti, linguam, quam non nóverat, audívit: manus ejus in labóribus serviérunt: * Et lingua ejus inter príncipes loquebátur sapiéntiam.

℣. Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertránsiit ánimam ejus, donec veníret verbum ejus. Et.

Lectio iii.

NEmo ergo dicat, quia non peccávi in Deum, sed peccávi in fratrem; in hóminem peccávi, leve vel nullum peccátum est. Forte inde dicis: Leve est, quia cito curátur. Peccásti in fratrem: fac satis, & sanátus es. Cito fecísti mortíferam rem, sed remédium cito invenísti. Quis nostrum speret regnum cælórum, fratres mei, quando dicit Evangélium: Qui díxerit fratri suo, fátue: reus erit gehénnæ ignis? Magnus terror: sed vide ibi remédium. Si obtúleris munus tuum ad altáre, & ibi recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsum te, relínque ibi munus tuum ante altáre. Non iráscitur Deus, quia differs impónere munus tuum: te quærit Deus magis, quam munus tuum.

℟. Meménto mei, dum bene tibi fúerit: * Ut súggeras Pharaóni, ut edúcat me de isto cárcere: * Quia furtim sublátus sum, & hic innocens in lacum missus sum.

℣. Tres enim adhuc dies sunt, post quos recordábitur Phárao ministérii tui, & restítuet te in gradum prístinum: tunc meménto mei. Ut súggeras. Glória Patri. Quia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Si duo ex vobis consénserint super terram, de omni re, quamcúmque petiérint, fiet illis a Patre meo, dicit Dñs.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

EXáudi nos omnípotens & miséricors Deus: & continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dñm.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ubi duo vel tres congregáti fúerint in nómine meo, in médio eórum sum, dicit Dóminus.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

TUa nos, Dómine, protectióne defénde: & ab omni semper iniquitáte custódi. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Hodie dicuntur Psalmi Graduales.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio i. *Cap. 15.*

IN illo témpore: Accessérunt ad Jesum ab Jerosólymis Scribæ & Pharisæi, dicéntes: Quare discípuli tui transgrediúntur traditiónem seniórum? Et réliqua.

Homilía S. Hierónymi Presb.

Lib. 1. Comment. in cap. 15. Matthæi.

MIra Pharisæórum Scribarúmque stultítia. Dei Fílium árguunt, quare hóminum traditiónes, & præcépta non servet. Non enim lavant manus suas, cum panem mandúcant. Manus, idest ópera, non córporis animæ, sed ánimæ lavándæ sunt, ut fiat in illis verbum Dei. Ipse autem respóndens, ait illis: Quare & vos transgredímini mandátum Dei propter traditiónem vestram? Falsam calúmniam vera responsióne confútat. Cum, inquit, vos propter traditiónem hóminum præcépta Dómini negligátis; quare discípulos meos arguéndos putátis, quod seniórum jussa parvipéndant, ut Dei scita custódiant?

℟. Mérito hæc pátimur. 179.

Lectio ii.

NAm Deus dixit: Honóra patrem & matrem: &, Qui maledíxerit patri vel matri, morte moriátur. Vos autem dícitis: Quicúmque díxerit patri vel matri: Munus quodcúmque est ex me, tibi próderit, & non honorificábit patrem suum aut matrem suam. Honor in Scriptúris non tantum in salutatiónibus & officiis deferéndis, quantum in eleemósynis ac múnerum oblatióne sentítur. Honóra, inquit Apóstolus, víduas, quæ vere víduæ sunt. Hic honor donum intellígitur. Et in álio loco: Presbyteri dúplici honóre honorándi sunt; máxime qui labórant in verbo & doctrína Dei. Et per hoc mandátum jubémur bovi trituránti os non cláudere: & dignus fit operárius mercéde sua.

℟. Dixit Ruben. 179.

Lectio iii.

PRæcéperat Dóminus, vel imbecillitátes vel ætátes vel penúrias paréntum consíderans, ut filii honorárent, étiam in vitæ necessáriis ministrándis, paréntes suos. Hanc providentíssimam Dei legem voléntes Scribæ & Pharisæi subvértere, ut impietátem sub nómine pietátis indúcerent, docuérunt péssimos filios, ut si quis ea, quæ paréntibus offerénda sunt, Deo vovére voluérit, qui verus est Pater; oblátio Dómini præponátur paréntum munéribus: vel certe ipsi paréntes, quæ Deo consecráta cernébant, ne sacrilégii crimen incúrrerent, declinántes, egestáte conficiebántur. Atque ita fiébat, ut

ut oblátio liberórum sub occasióne templi & Dei, in sacerdótum lucra céderet.

℟. Lamentabátur Jacob. 180.

Ad Benedictus, Antiphona. Audíte & intellígite traditiónes, quas Dñs dedit nobis.

Deinde dicuntur Preces. 69.

Oratio.

PRæsta nobis, quæsumus Dómine, ut salutáribus jejúniis erudíti, a nóxiis quoque vítiis abstinéntes, propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona. Non lotis mánibus manducáre, non coínquinat hóminem.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus: liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio i. *Cap. 4. f*

IN illo témpore: Surgens Jesus de synagóga, introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis febribus. Et réliqua.

Homilía sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 4. in Luca c. 4. circa fin.

VIde cleméntiam Dómini Salvatóris, nec indignatióne commótus, nec scélere offénsus, nec injúria violátus Judæam déserit; quin étiam immemor injúriæ, memor cleméntiæ, nunc docéndo, nunc liberándo, nunc sanándo, infidæ plebis corda demúlcet. Et bene sanctus Lucas virum ab spíritu nequítiæ liberátum ante præmisit, & subdit féminæ sanitátem. Utrúmque enim sexum Dóminus curatúrus advénerat: sed prior sanári débuit, qui prior creátus est; nec prætermítti illa, quæ mobilitáte magis ánimi, quam pravitáte peccáverat.

℟. Vidéntes Joseph. 176.

Lectio ii.

SAbbato medicínæ Domínicæ ópera cœpta signíficat, ut inde nova creatúra cœperit, ubi vetus creatúra ante desívit; nec sub lege esse Dei Fílium, sed supra legem in ipso princípio designáret: nec solvi legem, sed impléri. Neque enim per legem, sed verbo factus est mundus; sicut légimus: Verbo Dómini cæli firmáti sunt: Non sólvitur ergo lex, sed implétur: ut fiat renovátio hóminis jam labéntis. Unde & Apóstolus ait: Expoliántes vos véterum hóminem, indúite novum, qui secúndum Deum creátus est.

℟. Dixit Judas. 177.

Lectio iii.

ET bene sábbato cœpit, ut ipsum se osténderet Creatórem, qui ópera opéribus intéxeret, & prosequerétur opus, quod ipse jam cœperat: ut si domum faber renová-

[redacted]

ráre dispónat, non a fun-
łéntis, sed a culmínibus
lpit sólvere vetustátem.
que ibi prius manum ád-
vet, ubi ante desíerat:
ade a minóribus íncipit,
ad majóra pervéniat. Li-
ire a dæmone & hómines,
in verbo Dei possunt: re-
ectiónem mórtuis imperá-
Divínæ solíus est pote-
is. Fortássis étiam in ty-
mulíeris illíus socrus Si-
nis & Andréæ, váriis crí-
um fébribus caro nostra
guébat, & diversárum cu-
itátum immódicis æstuábat
ebris. Nec minórem fe-
is amóris esse díxerim,
m calóris. Itaque illa áni-
n, hæc corpus inflámmat.
ris enim nostra avarítia,
febris nostra libído est;
ris nostra luxúria est; fe-
s nostra ambítio est; febris
ira iracúndia est.
Extrahéntes Joseph. 177.
á Benedictus, Antiphona.
ibant autem dæmónia a
ltis clamántia & dicéntia,
a tu es Christus Fílius
i: & íncrepans non siné-
ea loqui, quia sciébant
am esse Christum.
einde dicuntur Preces. 59.
Oratio.
MAgníficet te, Dómine,
sanctórum tuórum Cos-
& Damiáni beáta solém-
as: qua & illis glóriam
ipitérnam, & opem nobis
fábili providéntia contu-
l. Per Dóminum.
t Magnificat, Aña. Om-
nes qui habébant infírmos,
ducébant illos ad Jesum, &
sanabántur.
Deinde dicuntur Preces. 59.
Oratio.
SUbjéctum tibi pópulum,
quæsumus Dómine, pro-
pitiátio cœléstis amplíficet,
& tuis semper fáciat servíre
mandátis. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio i. *Cap. 4.*

IN illo témpore: Venit Je-
sus in civitátem Samaríæ,
quæ dícitur Sichar; juxta præ-
dium, quod dedit Jacob Jo-
seph fílio suo. Et réliqua.
Homilía S. Augustíni Epísc.
Tract. 15. in Jo: post init.
JAm incípiunt mystéria.
Non enim frustra fatigátur
Jesus: non enim frustra fati-
gátur virtus Dei; non enim
frustra fatigátur, per quem
fatigáti recreántur: non enim
frustra fatigátur, quo deserénte
fatigámur, quo præsénte firmá-
mur. Fatigátur tamen Jesus,
& fatigátur ab itínere, & se-
det, & juxta púteum sedet, &
hora sexta fatigátus sedet. Om-
nia ista ínnuunt áliquid, indi-
cáre volunt áliquid: inténtos
nos fáciunt; ut pulsémus, hor-
tántur. Ipse ergo apériat &
nobis & vobis, qui dignátus
est ita hortári, ut díceret:
Pulsáte, & aperiétur vobis.
℟. Videns Jacob. 178.
Lectio ii.
TIbi fatigátus est ab iti-
nere Jesus. Invenímus
vir-

virtútem Jesum, & invenímus infirmum Jesum: fortem & infirmum. Fortem, quia in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum. Vis vidére, quam iste Filius Dei fortis sit? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: & sine labóre facta sunt. Quid ergo illo fórtius, per quem sine labóre facta sunt ómnia? Infirmum vis nosse? Verbum caro factum est, & habitávit in nobis. Fortitúdo Christi te creávit: infirmitas Christi te recreávit. Fortitúdo Christi fecit, ut quod non erat, esset: infirmitas Christi fecit, ut quod erat non períret. Cóndidit nos fortitúdine sua, quæsívit nos infirmitáte sua.

℟. Joseph dum intráret. 178.

Lectio iii.

NUtrit ergo ipse infirmus infirmos, tamquam gallína pullos suos, huic enim se símilem fecit. Quóties vólui, inquit ad Jerúsalem, congregáre filios tuos sub alas tamquam gallína pullos suos, & noluísti? Vidétis autem, fratres, quemadmodum gallína infirmétur cum pullis suis. Nulla enim ália avis quod sit mater, agnóscitur. Vidémus nidificáre pásseres quoslibet ante óculos nostros, hirúndines, cicónias, colúmbas quotídie vidémus nidificáre; quos, nisi quando in nidis vidémus, paréntes esse non agnóscimus. Gallína vero sic infirmátur in pullis suis, ut étiam si ipsi pulli non sequántur, filios non vídeas, matrem tamen intélligas.

℟. Meménto mei. 179.

Ad Benedictus, Antiphona. Aquam, quam ego dedero, si quis bíberit ex ea, non sítiet in ætérnum.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

JEjúnia nostra, quæsumus Dómine, benígno favóre proséquere: ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore, ita a vítiis jejunémus in mente. Per Dóminum.

Hodie dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Antiphona. Dómine, ut vídeo, Prophéta es tu: patres nostri in monte hoc adoravérunt.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus; ut qui in tua protectióne confídimus, cuncta nobis adversántia te adjuvánte vincámus. Per Dóm.

SABBATO.

Léctio S. Evangélii secúndum Joánnem. *Lectio i. Cap. 8.*

IN illo témpore: Perréxit Jesus in montem Olivéti, & dilúculo íterum venit in templum. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Episc.

Tract. 33. in Jo. post init.

JEsus perréxit in montem Olivéti, in montem fructuósum, in montem unguénti, in montem chrísmatis. Ubi

enim

[redacted]

... unctus, scilicet Christum, ... in monte Olivéti ... Christus ... chrisma ... christus autem Græce; Latine unctio nominatur. ... autem nos ... luctatóres contra diabolum fecit. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis pópulus venit ad eum, & sedens docébat eos, &c. ... tenebántur, quia nondum ... Nunc jam ab ... inimícis tentá... Dómini mansuetúdo. ... hæc pétimus. 179.

Lectio ii.

ADdúcunt autem illi Scribæ & Pharisæi mulíerem in adultério deprehénsam, & statuérunt eam in médio, & dixérunt ei: Magíster, hæc múlier modo deprehénsa est in adultério: in lege autem Móyses mandávit nobis hujúsmodi lapidáre: tu ergo quid dicis? Hæc autem dicébant tentántes eum, ut possent accusáre eum. Unde ... Numquid ipsum in ... deprehéndere, ... ad eum ... pertinuisse dicerent?

℟. ... 179.

Lectio iii.

NOtándum, fratres, admirábilem ... mansuetúdinem Dómini ... Animadvertérunt enim nimium esse ... nimium esse mansuetum. De illo quippe fuerat prædictum: Accíngere gládio tuo super femur tuum, potentíssime. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperc procéde, & regna: propter veritátem & mansuetúdinem & justítiam. Ergo áttulit veritátem ut doctor, mansuetúdinem ut liberátor, justítiam ut cógnitor. Propter hæc eum esse regnatúrum in Spíritu Sancto Prophéta prædíxerat. Cum loquerétur, véritas agnoscebátur, cum advérsus inimícos non moverétur, mansuetúdo laudabátur. Cum ergo de duóbus istis, idest de veritáte & mansuetúdine ejus, inimíci livóre & invídia torqueréntur; in tértio, idest justítia, scándalum posuérunt.

℟. Lamentabátur Jacob. 180.

Ad Benedictus, Antiphona.

Inclinávit se Jesus, & scribébat in terra: Si quis sine peccáto est, mittat in eam lápidem.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinent; sectándo justítiam, a culpa jejúnent. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas.

Capitulum Galat. 4. c.

FRatres, Scriptum est, quóniam Abraham duos fílios hábuit; unum de ancílla, & unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est: qui autem de líbera, per repromissiónem, quæ sunt per allegoríam dicta.

Hym-

Hymnus. Audi, benígne Cónditor.

℣. Angelis suis. 145.

Ad Magnificat, Antiphona. Nemo te condemnávit múlier! nemo Dómine: nec ego te condemnábo: jam ámplius noli peccáre.

Oratio.

CONcéde, quæsumus omnípotens Deus: ut qui ex mérito nostræ actiónis affligimur, tuæ grátiæ consolatióne respirémus. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA IV.

In Quadragesima.

Ad Matutinum, Invitator. Non sit vobis vanum, *cum reliquis usque ad Lect. ut in Psalterio.*

De libro Exodi.

Lectio i. *Cap.* 3.

MOyses autem pascébat oves Jethro sóceri sui sacerdótis Mádian: cumque minásset gregem ad interióra desérti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuítque ei Dóminus in flamma ignis de médio rubi: & vidébat quod rubus ardéret, & non comburerétur. Dixit ergo Móyses: Vadam & vidébo visiónem hanc magnam, quare non comburátur rubus. Cernens autem Dóminus, quod pérgeret ad vidéndum, vocávit eum de médio rubi & ait: Móyses, Móyses. Qui respóndit: Adsum. At ille: Ne appópies, inquit, huc: solve calceaméntum de pédibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob. Abscóndit Moyses fáciem suam: non enim audébat aspícere contra Deum.

℞. Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: descénde in Ægyptum, & dic Pharaóni: * Ut dimíttat pópulum meum: indurátum est cor Pharaónis; non vult dimíttere pópulum meum, nisi in manu forti. ℣. Clamor filiórum Israel venit ad me, vidíque afflictiónem eórum: sed veni, mittam te ad Pharaónem. Ut.

Lectio ii.

CUi ait Dóminus: Vidi afflictiónem pópuli mei in Ægypto, & clamórem ejus audívi propter durítiam eórum, qui præsunt opéribus: & sciens dolórem ejus, descéndi, ut líberem eum de mánibus Ægyptiórum, & edúcam de terra illa in terram bonam & spatiósam, in terram, quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Hevæi & Jebusæi. Clamor ergo filiórum Israel venit ad me: vidíque afflictiónem eórum, qua ab Ægyptiis opprimúntur. Sed veni, & mittam te ad Pharaónem, ut edúcas pópulum meum, filios Israel, de Ægypto.

℞. Stetit Móyses coram Pharaóne & dixit: Hæc dicit Dóminus: * Dimítte pópulum meum, ut sacríficet mihi in de-

[illegible] ℣. Dominus Deus Hebræórum misit me ad te, dicens: Dimitte [illegible]

Dixitque Moyses ad Deum: Quis sum ego, ut vadam ad Pharaónem & edúcam filios Israel de Ægypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habébis signum, quod miserim te. Cum edúxeris pópulum meum de Ægypto, immolábis Deo super montem istum. Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrórum misit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod est nomen ejus? Quid dicam eis? Dixit Deus ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. Dixitque iterum Deus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Dóminus Deus patrum vestrórum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob misit me ad vos: hoc nomen mihi est in ætérnum, & hoc memoriále meum in generatiónem & generatiónem.

℟. Cantémus Dómino: gloriose enim honorificátus est: equum & ascensórem projécit in mare: * Adjútor & protéctor factus est mihi Dóminus in salútem. ℣. Dóminus quasi vir pugnátor, omnípotens nomen ejus. Adjútor. Glória Patri. Adjútor.

In II. Noct. Ant. Bonórum meórum. *Psalm.* Conserva me Dómine. [illegible]

Sermo S. Basilii Magni.

Homilia 1. de jejunio ante medium. Lectio iv.

Moysen per jejúnium nóvimus in montem ascendísse; neque enim áliter ausus esset vérticem fumántem adíre, atque in calíginem ingredi, nisi jejúnio munítus. Per jejúnium mandáta dígito Dei in tábulis conscrípta suscépit. Item supra montem jejúnium legis latæ conciliátor fuit: inférius vero gula ad idololátriam pópulum dedúxit, ac contaminávit. Sedit, inquit, pópulus manducáre & bíbere, & surrexérunt lúdere. Quadragínta diérum labórem ac perseverántiam Dei servo contínuo jejunánte ac oránte, una tantum pópuli ebríetas cassam, irritámque réddidit. Quas enim tábulas Dei dígito conscriptas jejúnium accépit, has ebríetas contrívit, Prophéta sanctíssimo indígnum existimánte, vinoléntum pópulum a Deo legem accípere.

℟. In mari viæ tuæ, & sémitæ tuæ in aquis multis: * Deduxísti sicut oves pópulum tuum in manu Moysi & Aaron. ℣. Transtulísti illos per mare Rubrum, & transvexísti eos per aquam nímiam. Deduxísti.

Lectio v.

Uno temporis moménto ob gulam pópulus ille, per máxima prodígia Dei cultum edóctus in Ægyptiacam idololátriam turpíssime devo-

devolútus est. Ex quo si utrúmque simul cónferas, vidére licet jejúnium ad Deum dúcere; delícias vero salútem pérdere. Quid Esau inquinávit, servúmque fratris réddidit? nonne esca una, propter quam primogénita véndidit? Samuélem vero nonne per jejúnium orátio largíta est matri? Quid fortíssimum Samsónem inexpugnábilem réddidit? nonne jejúnium, cum quo in matris ventre concéptus est? Jejúnium concépit, jejúnium nutrívit, jejúnium virum effécit. Quod sane Angelus matri præcépit, monens, quæcúmque ex vite procéderent, ne attíngeret, non vinum, non síceram bíberet. Jejúnium Prophétas génuit, poténtes confírmat atque róborat.

℟. Qui persequebántur pópulum tuum Dómine demersísti eos in profúndum: * Et in colúmna nubis ductor eórum fuísti. ℣. Deduxísti sicut oves pópulum tuum in manu Moysi & Aaron. Et.

Lectio vi.

JEjúnium legislatóres sapiéntes facit: ánimæ óptima custódia, córporis sócius secúrus, fórtibus viris muniméntum & arma, athlétis & certántibus exercitátio. Hoc prætérea tentatiónes propúlsat, ad pietátem ármat, cum sobrietáte hábitat, temperántiæ ópifex est: in bellis fortitúdinem affert, in pace quiétem docet; N zaræum sanctíficat, Sacerd tem pérficit: neque enim f est sine jejúnio sacrificium a tíngere, non solum in my ca nunc & vera Dei ador tióne, sed nec in illa, in q sacrifícium secúndum leg in figúra offerebátur. Jejúniu Elíam magnæ visiónis spect tórem fecit: quadragínta n que diérum jejúnio cum án mam purgásset, in spelún méruit, quantum fas est h mini, Deum vidére. Mó ses íterum legem accípie íterum jejúnia secútus e Niniví tæ, nisi cum illis bruta jejunássent, ruínæ nas nequáquam evasíssent. deserto autem quorúmn membra cecidérunt? no illórum, qui carnes app vére?

℟. Móyses fámulus Dei je návit quadragínta diébus quadragínta nóctibus: * legem Dómini mererétur cípere. ℣. Ascéndens Mó ses in montem Sinai ad Dó minum, fuit ibi quadragín diébus & quadragínta nócti bus. Ut.

Glória Patri. Ut.

In tertio Nocturno, Antiph. Non sunt loquélæ.

Psalmus. Cæli enárrant. *cum reliquis*, 14.

Léctio sancti Evangélii secún dum Joánnem.

Lectio vii. *Cap. 6.*

IN illo témpore: Abiit Je sus trans mare Galilææ quod est Tiberíadis, & se que-

ır eum multitúdo ma-
quia vidébant signa,
ciébat super his, qui
bántur. Et réliqua.
ia S. Augustíni Episc.
ſt. 24. in Joannem.
rácula, quæ fecit Dó-
minus noster Jesus Chri-
unt quidem Divína ópe-
ad intelligéndum De-
e visibílibus ádmonent
ım mentem. Quia e-
le non est talis substán-
ıæ vidéri óculis possit;
ácula ejus, quibus to-
ındum regit universám-
eatúram adminiſtrat,
áte viluérunt ita ut pe-
no dignétur atténdere
Dei mira & stupénda
libet séminis grano:
ım ipsam suam mise-
am servávit sibi quæ-
ıuæ fáceret opportúno
e præter usitárum cur-
dinémque natúræ, ut
ajóra, sed insólita vi-
stupérent, quibus quo-
vilúerant.
éndida facta est fácies
dum respiceret in eum
ıs: * Vidéntes senió-
ıritátem vultus ejus,
ıtes timuérunt valde.
nque descendísset de
Sínai, portábat duas
testimónii, ignórans
ornúta esset fácies ejus
sórtio sermónis Dei.
ıs senióres.

Lectio viii.

jus enim miráculum
est gubernátio totíus
, quam saturátio quin-
Verna.

que míllium hóminum de quinque pánibus. Et tamen hoc nemo mirátur: illud mirántur hómines, non quia majus est, sed quia rarum est. Quis enim & nunc pascit univérsum mundum, nisi ille, qui de paucis granis ségetes creat? Fecit ergo quo modo Deus. Unde enim multíplicat de paucis granis ségetes, inde in mánibus suis multiplicávit quinque panes: potéstas enim erat in mánibus Christi. Panes autem illi quinque, quasi sémina erant, non quidem terræ mandáta, sed ab eo, qui terram fecit, multiplicáta.

℟. Ecce mitto Angelum meum, qui præcédat te, & custódiat semper: * Obsérva, & audi vocem meam, & inimícus ero inimícis tuis, & affligéntes te affligam; & præcédet te Angelus meus. ℣. Israel si me audíeris, non erit in te Deus recens, neque adorábis Deum aliénum: ego enim Dóminus. Obsérva.

Lectio ix.

Hoc ergo admótum est sénsibus, quo erigerétur mens: & exhíbitum óculis, ubi exercerétur intelléctus: ut invisíbilem Deum per visibília ópera mirarémur, & erécti ad Fidem & purgáti per Fidem, étiam ipsum invisíbilem vidére cuperémus, quem de rebus visibílibus invisíbilem noscerémus. Nec tamen sufficit hæc intuéri in miráculis Christi.

I In-

Interrogémus ipsa mirácula quid nobis loquántur de Christo: habent enim, si intelligántur, linguam suam. Nam quia ipse Christus Verbum Dei est: etiam factum Verbi verbum nobis est.

℟. Atténdite pópule meus legem meam, * Inclináte aurem vestram in verba oris mei.

℣. Apériam in parábolis os meum: loquar propositiónes ab inítio sæculi. Inclináte. Glória Patri. Inclináte.

Ad Laudes, Antiphona.

Tunc acceptábis sacrificiũ justítiæ, si avérteris fáciem tuam a peccátis meis.

Psalm. Miserére mei. 57.

Aña. Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in princípibus.

Psalm. Confitémini. 23.

Aña. Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus.

Psalm. Deus Deus meus. *cum reliquis.* 18.

Aña. Potens es Dómine erípere nos de manu forti: líbera nos Deus noster.

Aña. Reges terræ & omnes pópuli laudáte Deum.

Capitulum. *Galat. 4. c*

Fratres, Scriptum est: quóniam Abraham duos filios hábuit: unum de ancílla, & unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est: qui autem de líbera, per repromissiónem; quæ sunt per allegoríam dicta.

Hymnus. O sol salútis.

℣. Angelis suis. 20.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cum sublevásset óculos Jesus & vidísset máximam multitúdinem veniéntem ad se, dixit ad Philíppum: Unde emémus panes, ut mandúcent hi? hoc autem dicébat tentans eum; ipse enim sciébat quid esset factúrus.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui ex mérito nostræ actiónis affligimur, tuæ grátiæ consolatióne respirémus. Per Dóminum nostrum.

Ad Primam, Antiphona.

Accépit ergo Jesus panes, & cum grátias egísset, distríbuit discumbéntibus.

Ad Tertiam, Antiphona.

De quinque pánibus, & duóbus píscibus satiávit Dóminus quinque míllia hóminum.

Capitul. Fratres, Scriptum est. *ut suprà.*

℟. *br.* Ipse liberávit me.

Ad Sextam, Antiphona.

Satiávit Dóminus quinque míllia hóminum de quinque pánibus & duóbus píscibus.

Capitulum. *Galat. 4. d*

Lætáre stérilis, quæ non paris; erúmpe & clama quæ non párturis: quia multi fílii desértæ, magis quam ejus quæ habet virum.

℟. *br.* Scápulis suis.

Ad Nonam, Antiphona.

Illi ergo hómines cum vidíssent quod fécerat Jesus signum intra se dicébant, quia hic est vere Prophéta, qui ventúrus est in mundum.

Ca-

[redacted]

'tulum. Galat. 4. c
que, fratres, non sumus
ncillæ filii, sed líberæ,
libertáte Christus nos
ávit.
. Scuto circúmdabit.
Vesperas, Antiphona,
alm. Dixit Dóminus. cum
iis de Dominica. 119.
ul. Fratres, Scriptum est.
. Audi, benígne Cón-
. ℣. Angelis suis. 195.
Magnificat, Antiphona.
t ergo in montem Jesus,
i sedébat cum discípu-
is.
o. Concéde. 194.
Vesperas diei dicuntur
ra Defunctorum.
RIA SECUNDA.
Matutinum, Invitator.
alterio. 3.
us. Ex more docti. 3.
phona, & Psalmi No-
rnum, de Psalter. 47.
ic dicitur etiam in aliis
ribus Feriis.
o sancti Evangélii secún-
dùm Joánnem.
io i. Cap. 2. c
llo témpore: Prope erat
scha Judæórum, & as-
: Jesus Jerosólymam,
énit in templo vendén-
oves & oves & colúm-
Et réliqua.
lia S. Augustíni Episc.
ct. 10. in Jo: post init.
uid audívimus fratres?
Ecce templum illud fi-
dhuc erat, & ejécit in-
minus omnes, qui sua
bant, qui ad núndinas
int. Et quæ ibi vendé-

bant illi? Quæ opus habébant hómines in sacrificiis illíus témporis. Novit enim cháritas vestra, quod sacrificia illi pópulo pro ejus carnalitáte & corde adhuc lapídeo, tália data sunt, quibus tenerétur, ne in idóla deflúeret: & immolábant ibi sacrificia, boves, oves & colúmbas. Nostis, quia legístis.

℟. Vos qui transitúri estis Jordánem, ædificáte altáre Dómino, * De lapídibus quos ferrum non tétigit; & offérte super illud holocáusta, & hóstias pacíficas Deo vestro. ℣. Cumque intravéritis terram, quam Dóminus datúrus est vobis, ædificáte ibi altáre Dómino. De lapídibus.

Lectio ii.

NOn ergo magnum peccátum, si hoc vendébant in templo, quod emebátur, ut offerrétur in templo; & tamen ejécit inde illos. Quid si ibi ebriósos inveníret, quid fáceret Dñs, si vendéntes ea, quæ lícita sunt & contra justítiam non sunt, (quæ enim honéste emúntur, non illícite vendúntur) éxpulit tamen, & non est passus domum oratiónis fieri domum negotiatiónis?

℟. Audi Israel præcépta Dñi, & ea in corde tuo quasi in libro scribe: * Et dabo tibi terram fluéntem lac & mel. ℣. Obsérva ígitur & audi vocem meam, & inimícus ero inimícis tuis. Et dabo.

Lectio iii.

SI negotiatiónis domus non debet fieri domus Dei,

Ad Magnificat, Antiphona. Nemo in eum misit manum quia nondum vénerat hora ejus.

Deinde dicuntur Preces, 59.

Oratio.

MIserére Dómine pópulo tuo: & contínuis tribulatiónibus laborántem, propítius respiráre concéde. Per Dóminum nostrum.

FERIA QUARTA.

Hodie dicuntur Psalmi Graduales.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. *Cap.* 9.

IN illo témpore: Prætériens Jesus vidit hóminem cæcum a nativitáte: & interrogavérunt eum discípuli ejus, Rabbi, quis peccávit, hic, aut paréntes ejus, ut cæcus nasceerétur? Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Episc.

Tract. 44. in Jo: circa init.

EA, quæ fecit Dóminus noster Jesus Christus, stupénda atque miránda, & ópera & verba sunt: ópera, quia facta sunt: verba, quia signa sunt. Si ergo quid signíficet hoc, quod factum est, cogitémus: genus humánum est iste cæcus. Hæc enim cæcitas cóntigit in primo hómine per peccátum, de quo omnes oríginem dúximus, non solum mortis, sed étiam iniquitátis. Si enim cæcitas est infidélitas, & illuminátio Fides; quem fidélem, quando venit Christus, invénit? Quandóquidem Apóstolus natus in Gente Proph[...] tárum dicit: Fúimus & n[...] aliquándo natúra filii iræ[...] sicut & céteri. Si filii iræ[...] filii vindíctæ, filii pœnæ[...] filii gehénnæ; quómodo n[...] túra, nisi quia peccánte p[...] mo hómine, vítium pro n[...] túra inolévit? Si vítium p[...] natúra inolévit, secúndu[...] mentem omnis homo cæc[...] natus est.

℟. Spléndida facta est. 191

Lectio ii.

VEnit Dóminus: quid [...] cit? Magnum mystéri[...] commendávit. Exspuit in [...] ram, de salíva sua lutum [...] cit: quia Verbum caro [...] ctum est, & inúnxit óculo[...] cæci. Inúnctus erat, & n[...] dum vidébat. Misit illum [...] piscínam, quæ vocátur Silo[...] Pertínuit autem ad Evangéli[...] stam commendáre nobis n[...] men hujus piscínæ, & ai[...] Quod interpretátur missu[...] Jam quis sit missus agnósc[...] tis. Nisi enim ille fuísset mi[...] sus, nemo nostrum esset [...] iniquitáte dimíssus. Lavit [...] go óculos in ea piscína, q[...] interpretátur missus; bap[...] zátus est in Christo. Si [...] go quando eum in se [...] quodámmodo baptizávit, tu[...] illuminávit: quando inúnxi[...] fortásse catechúmenum fec[...]

℟. Ecce mitto Angelum. 19[...]

Lectio iii.

AUdístis grande [...] rium. Intérroga h[...] nem: Christiánus es? [...] spondet tibi; Non sum [...]

Pa-

mus es, aut Judæus? Si
ı dixerit, Non ſum:
: quæris ab eo, Cate-
ienus, an fidélis? Si re-
lerit tibi, Catechúme-
inúnctus eſt, nondum
. Sed unde inúnctus?
re, & reſpóndet. Quæ-
ı illo, in quem credat.
pſo, quo catechúmenus
dicit, in Chriſtum. Ec
odo loquor, & fidéli-
& catechúmenis. Quid
de ſputo & luto? Quia
am caro factum eſt,
catechúmeni áudiunt:
ion eis ſúfficit ad quod
cti ſunt: feſtinent ad
rum, ſi lumen inquí-

tténdite pópule. 194.
Benedictus, Antiphona.
i, quid peccávit homo
quod cæcus natus eſt?
ndit Jeſus, & dixit: Ne-
ic peccávit, neque pa-
s ejus: ſed ut manife-
ır ópera Dei in illo.
nde dicuntur Preces. 59.
Oratio.
Eus, qui & juſtis præ-
mia meritórum, & pec-
ibus per jejúnium vé-
præbes: miſerére ſup-
ius tuis; ut reátus noſtri
ſſio indulgéntiam váleat
pere delictórum. Per
inum noſtrum.
Magnificat, Antiphona.
homo, qui dicitur Je-
lutum fecit ex ſputo,
nívit óculos meos, &
ı vídeo.
do dicuntur Preces. 69.

Oratio.

PAteant aures miſericórdiæ tuæ, Dómine, précibus ſupplicántium: & ut peténtibus deſideráta concédas, fac eos, quæ tibi ſunt plácita, poſtuláre. Per Dóminum noſtrum.

FERIA QUINTA.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndum Lucam.

Lectio i. *Cap. 7. b*

IN illo témpore: Ibat Jeſus in civitátem, quæ vocátur Naim: & ibant cum eo diſcípuli ejus, & turba copióſa. Et réliqua.

Homilía S. Ambróſii Epiſc.

Lib. 5. Comment. in Luca cap. 7. poſt init.

ET hic locus ad utrámque redúndat grátiam, & ut cito flecti Divínam miſericórdiam matris víduæ lamentatióne credámus, ejus præcípue, quæ única filii vel labóre vel morte frangátur; cui tamen víduæ gravitátis méritum exequiárum turba concíliet; & ut hanc víduam populórum turba ſeptam, plus vidéri eſſe, quam féminam, quæ reſurrectiónem única, & adoleſcéntis filii ſuis lácrymis merúerit impetráre: eo quod ſancta Eccléſia pópulum juniórem a pompa fúneris atque a ſuprémis ſepúlcri, ſuárum révocet ad vitam contemplatióne lacrymárum: quæ flere prohibétur eum, cui reſurréctio debebátur.

℟. Locútus eſt Dóminus. 190.

Lectio ii.

QUi quidem mórtuus in lóculo materiálibus quátuor ad ſepúlcrum ferebátur eleméntis ; ſed ſpem reſurgéndi habébat : quia ferebátur in ligno. Quod etſi nobis ante non próderat, tamen póſtea quam Jeſus id tétigit, proficere cœpit ad vitam, ut eſſet indício, ſalútem pópulo per crucis patíbulum refundéndam. Audíto ígitur Dei verbo, ſtetérunt acérbi illi fúneris portitóres, qui corpus humánum letháli fluxu natúræ materiális urgébant. Quid enim áliud, niſi quaſi in quodam féretro, hoc eſt, ſuprémi fúneris inſtruménto, jacémus exánimes, cum vel ignis immódicæ cupiditátis exæſtuat, vel frígidus humor exúndat, vel pigra quadam terréni córporis habitúdine vigor hebetátur animórum, vel concréta noſter ſpíritus labe, puræ lucis vácuus mentem alit? Hi ſunt noſtri fúneris portitóres.

℟. Stetit Moyſes. 190.

Lectio iii.

SEd quamvis ſupréma mortis ſpem vitæ omnis abolíéverint, & túmulo próxima córpora jáceant defunctórum, verbo tamen Dei jam mórtua reſúrgunt cadávera ; vox redit, rédditur filius matri, revocátur a túmulo, erípitur a ſepúlcro. Quis iſte eſt túmulus tuus, niſi mali mores? Túmulus tuus perfidia eſt ; ſepúlcrum tuum guttur eſt. Sepúlcrum enim patens eſt guttur eórum, unde verba mórtua proferúntur. Ab hoc ſepúlcro te líberat Chriſtus : ab hoc túmulo ſurges, ſi áudias verbum Dei. Et ſi grave peccátum eſt, quod pœniténtiæ lácrymis ipſe laváre non poſſis : fleat pro te mater Eccléſia, quæ pro ſíngulis tamquam pro únicis filiis vídua mater intérvenit. Compátitur enim quodam ſpiritáli dolóre natúræ, cum ſuos líberos lethálibus vítiis ad mortem cernit urgéri.

℟. Cantémus Dómino. 191.

Ad Benedictus, Antiphona. Ibat Jeſus in civitátem, quæ vocátur Naim : & ecce defúnctus efferebátur filius únicus matris ſuæ.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus : ut quos jejúnia votíva caſtígant, ipſa quoque devótio ſancta lætíficet ; ut terrénis affectibus mitigátis, facílius cæléſtia capiámus. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona. Prophéta magnus ſurréxit in nobis, & quia Deus viſitávit plebem ſuam.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

POpuli tui Deus inſtitútor & rector, peccáta, quibus impugnátur, expélle, ut ſemper tibi plácitus, & tuo munímine ſit ſecúrus. Per Dóminum noſtrum.

FE-

IA SEXTA.
ncti Evangélii secún-
m Joánnem.
Cap. 1.
témpore: Erat qui-
languens Lázarus a
, de castéllo Maríæ
æ sorória ejus.
a.
S. Augustíni Episc.
49. in Jo: post init.
rióri lectióne memi-
quod Dóminus éxiit
ius eórum, qui lapi-
n volúerant, & dis-
ns Jordánem, ubi
baptizábat. Ibi ergo
constitúto, infirma-
Betlhánia Lázarus:
téllum erat próxi-
osólymis. María au-
, quæ unxit Dómi-
guénto, & extérsit
is capillis suis, cu-
Lazarus ínfirmabá-
érunt ergo soróres
um. Jam intellígimus
runt: ubi erat Jesus,
absens erat, trans
scílicet. Misérunt
inum, nuntiántes,
otáret frater eárum,
narétur, veníret, &
gritúdine liberáret.
lit sanáre, ut posset
e.
uri viæ tuæ. 191.
Lectio vi.
ergo nuntiavérunt
bres ejus? Dómine,
n amas, infirmátur.
runt, Veni; aman-
ntúmmodo nuntián-
Non ausæ sunt di-

cere, Veni, & sana; non ausæ sunt dícere; Ibi jube, & hic fiet. Cur enim non & istæ, si Fides illíus Centurlónis inde laudátur? Ait enim: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanábitur puer meus. Nihil horum istæ, sed tantúmmodo; Dómine, ecce quem amas, infirmátur. Súfficit ut nóveris; non enim amas & déseris.

℟. Qui persequebantur. 192.

Lectio viii.

Dicit áliquis, Quómodo per Lázarum peccátor significabátur, & a Dómino sic amabátur? Audiat eum dicéntem; non veni vocáre justos, sed peccatóres. Si enim peccatóres Deus non amáret, de cælo ad terram non descénderet. Audiens autem Jesus, dixit eis; Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro glória Dei, ut glorificétur Fílius Dei. Talis glorificátio ipsíus, non ipsum auxit; sed nobis prófuit. Hoc est ergo, quod ait; Non est ad mortem; quia & ipsa mors non erat ad mortem, sed pótius ad miráculum, quo facto créderent hómines in Christum, & vitárent veram mortem. Sane vidéte, quemádmodum tamquam ex oblíquo Dóminus Deum se dixit, propter quosdam, qui negant Fílium Deum esse.

℟. Móyses fámulus. 192.

Ad Benedictus, Antiphona.

Lázarus amícus noster dor-

mit; eámus, & a somno excitémus eum.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

DEus, qui ineffabilibus mundum rénovas Sacraméntis: præsta quæsumus; ut Ecclésia tua, & ætérnis profíciat institútis, & temporálibus non destituátur auxíliis. Per Dóminum.

Hodie dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Antiphona. Dómine si fuisses hic, Lázarus non esset mórtuus: ecce jam fœtet quatriduánus in monuménto.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus: ut qui infirmitátis nostræ cónscii, de tua virtúte confídimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum.

SABBATO.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. Cap. 8. b

IN illo témpore: Locútus est Jesus turbis Judæórum dicens: Ego sum lux mundi; qui séquitur me, non ámbulat in ténebris, sed habébit lumen vitæ. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Episc.

Tract. 53. in Jo. post init.

QUod ait Dóminus, Ego sum lux mundi, clarum puto esse eis, qui habent óculos, unde hujus lucis partícipes fiunt: qui autem non habent óculos nisi in sola car-

ne, mirántur, quod dict
est a Dómino Jesu Christ
Ego sum lux mundi. Et f
te non desit qui dicat a
semetípsum: Numquid fo
Dóminus Christus est sol i
qui ortu & occásu pér
diem? Non enim defué
hærétici, qui ista sensérun
Manichæi solem istum óc
cárneis, visíbilem, expósit
& públicum non tantum
mínibus, sed étiam pecóri
ad vidéndum, Christum
minum esse putavérunt.
℟. Spléndida facta est. 19

Lectio ii.

SEd Cathólicæ Ecclésiæ
cta Fides improbat
comméntum, & diabóli
doctrínam esse cognóscit,
solum agnóscit, credéndo,
in quibus potest, convi
étiam disputándo. Impro
mus itaque hujúsmodi e
rem, quem sancta ab in
anathematizávit Ecclésia.
arbitrémur Dñm Jesum C
stum hunc esse solem, q
vidémus oriri ab Oriénte,
cídere in Occidénte: cujus
sui nox succédit, cujus r
nube obumbrántur: qui e
de loco in locum movi
commígrat. Non est hoc
minus Christus. Non est
minus Christus sol factus,
per quem sol factus est. C
nia enim per ipsum facta
& sine ipso factum est ni
℟. Ecce mitto. 193.

Lectio iii.

ESt ergo lux, quæ
hanc lucem. Hanc
mu

[redacted]

ne intellígere cupiá-
sam studeámus, ut ad
ce ipsa aliquando ve-
& in illa ita vivá-
: numquam omníno
r. Ista enim lux est,
rophetsa olim præ-
a in Psalmo cécinit:
apud te est fons vi-
lúmine tuo vidébi-
en. Advértite quid
ce antíquus sanctó-
inum Dei sermo præ-
Hómines, inquit, &
salvos fácies Dómi-
multiplicáta est mi-
a tua Deus.
ddite pópule. 194.
edictus, Antiphona.
litur me, non ámbu-
nebris, sed habébit
tæ, dicit Dóminus.
dicuntur Preces. 59.
Oratio.
Dómine quæsumus,
gratiam tuam fructuó-
e devotiónis afféctus:
: nobis próderunt su-
júnia, si tuæ sint plá-
áti. Per Dóminum.
B B A T O
ominicam Passionis.
Ad Vesperas.
um. Hebr. 9. c
s, Christus assístens
tifex futurórum bo-
er ámplius, & per-
bernáculum non ma-
, idest, non hujus
, neque per sángui-
órum aut vitulórum,
próprium Sánguinem
semel in Sancta, ætér-
ptióne invénta.

Hymnus.

Vexilla Regis pródeunt:
Fulget Crucis mystérium
Qua vita mortem pértulit
Et morte vitam prótulit.
Quæ vulneráta lánceæ
Mucróne diro, críminum
Ut nos laváret sórdibus,
Manávit unda & sánguine.
Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo natiónibus:
Regnávit a ligno Deus.
Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.
Beáta, cujus bráchiis
Prétium pepéndit sæculi,
Statéra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.
O Crux ave spes única,
Hoc passiónis témpore
Piis adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.
Te fons salútis Trínitas,
Colláudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largíris, adde præmium.
Amen.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona. Ego sum qui testimónium perhíbeo de meípso, & testimónium perhibet de me, qui misit me, Pater. *Oratio.*

Quæsumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice: ut te largiénte, regátur in córpore, & te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum.

Ab hoc Sabbato usque ad Feriam ii. post Octav. Pentecostes non fiunt commemor. consueta de Cruce, de sancta Maria & alia in Psalterio posita.

Ad Completor. in ℟. *brevi non dicitur* Glória Patri. *in Officio feriali usque ad Fer. v. in Cœna Domini.*

DOMINICA DE PASSIONE.

Ad Matutinum, Invitator. Hódie si vocem Dómini audiéritis, * Nolíte obduráre corda vestra.

Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hoc Invitator. dicitur usque ad Fer. v. in Cœna Domini, etiam in feriali Offic. in Psalmo, Hódie si vocem. *omittitur, & reperitur a Choro Invitator. deinde sequitur:* Sicut in exacerbatióne.

In fine hujus Psalmi non dicitur Glória Patri. *hoc tempore Passionis, nisi in festis: sed reperitur Invitat. ut alias, in fine. Quod etiam servatur in Responsoriis ad Matutinum, & in Responsoriis brevibus Horarum, ubi similiter repetitur Responsorium.*

Hymnus.

PAnge lingua gloriósi
 Láuream certáminis,
 Et super Crucis trophæo
 Dic triúmphum nóbilem:
 Quáliter Redémptor orbis
 Immolátus vícerit.
De paréntis protopláſti
 Fraude Factor cóndolens,
 Quando pomi noxiális
 In necem morsu ruit;
 Ipse lignum tunc notávit,
 Damna ligni ut sólveret.
Hoc opus nostræ salútis
 Ordo depopóscerat,
 Multifórmis proditóris
 Ars ut artem sálleret,
 Et medélam ferret inde,
 Hostis unde læserat.
Quando venit ergo sacri
 Plenitúdo témporis,
 Missus est ab arce Patris
 Natus, orbis Cónditor,
 Atque ventre Virgináli
 Carne amíctus pródiit.
Vagis infans inter arcta
 Cónditus præsépia;
 Membra pannis involúta
 Virgo Mater álligat;
 Et Dei manus pedésque
 Stricta cingit fáscia.
Sempitérna sit beátæ
 Trinitáti glória,
 Æqua Patri, Filióque,
 Par decus Paráclito:
 Unius Triníque nomen,
 Laudet univérsitas. Amen.

Ad Nocturnum, omnia ut in Psalterio, ℣. Erue a frámea, *& alii* ℣. *ibidem Tempore Passionis.*

In primo Nocturno.

Incipit liber Jeremíæ Proph.

Lectio i. *Cap. 1.*

VErba Jeremíæ filii Helciæ, de Sacerdótibus, qui fuérunt in Anathoth, in terram Béniamin. Quod factum est verbum Dómini ad eum in diébus Josíæ filii Amon regis Juda, in tertiodécimo anno regni ejus. Et factum est in diébus Jóachim filii Josíæ regis Juda, usque ad consummatiónem undécimi anni Sedecíæ filii Josíæ regis Juda, us-

que ad transmigratiónem Je-
salem in mense quinto. Et
tum est verbum Dómini ad
, dicens: Priúsquam te
márem in útero, novi te,
ántequam exíres de vulva,
ctificávi te, & Prophétam
Géntibus dedi te. Et di-
A, a, a, Dómine Deus:
e néscio loqui, quia puer
sum.
Isti sunt dies, quos obser-
e debétis tempóribus suis,
Quartadécima die ad véspe-
n Pascha Dómini est: & in
ntadécima solemnitátem ce-
rábitis altíssimo Dómino.
Locútus est Dóminus ad
ysen, dicens: Lóquere filiis
ael, & dices ad eos. Quar-
décima.

Lectio ii.

ET dixit Dóminus ad me:
Noli dícere: Puer sum:
uóniam ad ómnia, quæ mit-
m te, ibis, & univérsa,
uæcúmque mandávero tibi,
oquéris. Ne tímeas a fácie
órum, quia tecum ego sum,
t éruam te, dicit Dóminus.
Et misit Dóminus manum
suam, & tétigit os meum.
Et dixit Dóminus ad me: Ec-
e dedi verba mea in ore tuo,
ecce constítui te hódie super
Gentes, & super regna, ut
evéllas & déstruas & dispér-
das, & dissipes & ædífices &
plantes. Et factum est ver-
bum Dómini ad me, dicens:
Quid tu vides Jeremía? Et
dixi: Virgam vigilántem ego
video. Et dixit Dóminus ad
me: Bene vidísti, quia vi-
gilábo ego super verbo meo,
ut fáciam illud. Et factum
est verbum Dómini secúndo
ad me, dicens: Quid tu vi-
des? Et dixi: Ollam succén-
sam ego video, & faciem
ejus a fácie Aquilónis.

℟. Multiplicáti sunt, qui trí-
bulant me, & dicunt: Non
est salus illi in Deo ejus:
* Exúrge Dómine, salvum me
fac, Deus meus. ℣. Nequán-
do dicat inimícus meus, Præ-
válui advérsus eum. Exúrge.

Lectio iii.

ET dixit Dóminus ad
me: ab Aquilóne pan-
détur malum super omnes
habitatóres terræ. Quia ecce
ego convocábo omnes cogna-
tiónes regnórum Aquilónis,
ait Dóminus; & vénient, &
ponent unusquísque sólium
suum in introitu portárum
Jerúsalem, & super omnes
muros ejus in circúitu, &
super univérsas urbes Juda.
Et loquar judícia mea cum
eis, super omnem malítiam
eórum, qui dereliquérunt
me, & libavérunt diis alié-
nis, & adoravérunt opus má-
nuum suárum. Tu ergo ac-
cinge lumbos tuos, & surge,
& lóquere ad eos ómnia, quæ
ego præcípio tibi. Ne for-
mídes a facie eórum; nec
enim timére te fáciam vul-
tum eórum. Ego quippe dedi
te hódie in civitátem muní-
tam, & in colúmnam fer-
ream, & in murum æreum,
super omnem terram, régi-
bus Juda, princípibus ejus
& sa-

& sacerdótibus, & pópulo terræ. Et bellábunt advérsum te, & non prævalébunt quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut líberem te.

℟. Usquequo exaltábitur inimícus meus super me? * Réspice & exáudi me, Dómine Deus meus. ℣. Qui tríbulant me, exultábunt si motus fúero: ego autem in misericórdia tua sperábo. Réspice. Usquequo.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Leónis Papæ.

Sermone 6. de Quadrages.

Lectio iv.

IN ómnibus, dilectíssimi, solemnitátibus Christiánis non ignorámus Paschále sacraméntum esse præcípuum, cui condígne & cóngrue suscipiéndo, totíus quidem nos témporis institúta refórmant; sed devotiónem nostram præséntes vel máxime dies éxigunt, quos illi sublimíssimo Divínæ misericórdiæ sacraménto scimus esse contíguos. In quibus mérito a sanctis Apóstolis per doctrínam Spíritus Sancti majóra sunt ordináta jejúnia; ut per commúne consórtium crucis Christi, étiam nos áliquid in eo, quod propter nos gessit, agerémus, sicut Apóstolus ait: Si compátimur, & conglorificábimur. Certa atque secúra est expectátio promíssæ beatitúdinis, ubi est participátio Domínicæ passiónis.

℟. Deus meus es tu, ne discédas a me: * Quóniam tribulátio próxima est, ... est qui ádjuvet. ℣. ... Dómine ne elongáveris ... lium tuum a me: ad defensi... nem meam áspice. Quóni...

Lectio v.

NEmo est, dilectíssi... cui per condi... témporis societas hujus ... riæ denegétur, tamquam ... quillitas pacis vácua sit ... casióne virtútis. Apóst... enim prædicat, dicens ... nes, qui pie volunt ... in Christo, persecutiónem ... tiéntur; & ideo num... deest tribulátio persecu... nis, si numquam desit ... servántia pietátis. Dómi... enim in exhortatiónibus ... dicit: Qui non áccipit ... cem suam & séquitur ... non est me dignus. Nec ... bitáre debémus, hanc vo... non solum ad discípulos ... sti, sed ad cunctos fidé... totámque Ecclésiam perti... re, quæ salutáre ... his, qui áderant, unive... liter audiébat.

℟. In te jactátus sum ex ... ro; de ventre matris ... Deus meus es tu, ne di... das a me: * Quóniam ... bulátio próxima est, & ... est qui ádjuvet. ℣. Sa... me ex ore leónis, & a cór... bus unicórnium humilitá... meam. Quóniam.

Lectio vi.

SIcut ergo totíus est cór... ris pie vívere, ita tot... est témporis crucem fer... quæ mérito ferri unicuí... sua...

[redacted]

tur, quia própriis mo-
que mensúris ab uno-
tolerátur. Unum no-
persecutiónis, sed non
caussa certáminis; &
plerúmque perículi est
tempóre occúlto, quam
manifésto. Beátus
blandiéntibus bonis ac
mundi hujus erudítus,
veraciterque dicébat:
tentátio est vita hó-
super terram? Quó-
non solis dolóribus cór-
atque suppliciis ánima
impétitur; verum é-
salva incolumitáte mem-
, gravi morbo urgé-
carnis voluptáte mol-
. Sed cum caro concu-
advérsus spíritum, spí-
autem advérsus carnem;
dio crucis Christi mens
malis instrúitur, nec cu-
ribus nóxiis illécta con-
t: quóniam continén-
clavis & Dei timóre
figitur.

n próximo est tribulátio, Dómine, & non est
adjúvet: ut fódiant ma-
meas & pedes meos. li-
me de ore leónis, * Ut
rem nomen tuum frátri-
meis. ℣. Erue a frámea
ánimam meam, & de
canis únicam meam.
nárrem. In próximo.

In tertio Nocturno.

io sancti Evangélii secúndum Joánnem.

tio vii. *Cap. 8.*

illo témpore: Dicébat
turbis Judæórum:
Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi? Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homil. 18. in Evangel.

PEnsáte, fratres caríssimi, mansuetúdinem Dei. Relaxáre peccáta vénerat, & dicébat: Quis ex vobis árguet me de peccáto? Non dedignátur ex ratióne osténdere se peccatórem non esse, qui ex virtúte Divinitátis póterat peccatóres justificáre. Sed terríbile est valde quod súbditur: Qui ex Deo est, verba Dei audit; proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis. Si enim ipse verba Dei audit, qui ex Deo est, & audíre verba ejus non potest quisquis ex illo non est, intérroget se unusquísque, si verba Dei in aure cordis pércipit, & intélliget unde sit. Cæléstem pátriam desideráre Véritas jubet, carnis desidéria cónteri, mundi glóriam declináre, aliéna non appétere, própria largíri.

℟. Tota die contristátus ingrediébar, Dómine, quóniam ánima mea compléta est illusiónibus: * Et vim faciébant qui quærébant ánimam meam. ℣. Amíci mei & próximi mei advérsum me appropinquavérunt & stetérunt, & qui juxta me erant, de longe stetérunt. Et vim.

Lectio viii.

PEnset ergo apud se unusquísque vestrum, si hæc vox

vox Dei in cordis ejus aure convaluit, & quia jam ex Deo sit, agnóscit. Nam sunt nonnúlli, qui præcépta Dei nec aure córporis percípere dignántur. Et sunt nonnúlli, qui hæc quidem córporis aure percípiunt, sed nullo ea mentis desidério compleĉtúntur. Et sunt nonnúlli, qui libénter verba Dei suscípiunt, ita ut étiam in flétibus compungántur; sed post lacrymárum tempus ad iniquitátem rédeunt. Hi profécto verba Dei non áudiunt, qui hæc exercére in ópere contémnunt. Vitam ergo vestram, fratres caríssimi, ante mentis óculos revocáte, & alta consideratióne pertiméscite hoc, quod ex ore Veritátis sonat: Proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis.

℟. Ne avértas fáciem tuam a púero tuo, Dómine, * Quóniam tríbulor, velociter exáudi me.

℣. Inténde ánimæ meæ, & líbera eam, propter inimícos meos éripe me, Quóniam.

Lectio ix.

SEd hoc, quod de réprobis Véritas lóquitur, ípsi hoc de semetípsis réprobi iníquis suis opéribus osténdunt. Nam séquitur: Respondérunt ígitur Judæi & dixérunt ei: Nonne bene dícimus nos, quia Samaritánus es tu, & dæmónium hábes? Accépta autem tanta contumélia, quid Dóminus respóndeat, audiámus; Ego dæmónium non hábeo, sed honorífico Patrem meum, & vos inhonorástis me. Qui enim Samaritánus interpretátur custos, & ipse veráciter custos est, de quo Psalmísta ait: Nisi Dóminus custodíerit civitátem, in vanum vígilant qui custódiunt eam; & cui per Isaíam dícitur: Custos quid de nocte? custos quid de nocte? respondére noluit Dóminus, Samaritánus non sum, sed, Ego dæmónium non hábeo. Duo quippe ei illáta fuérunt; unum negávit, aliud tacéndo consénsit.

℟. Quis dabit cápiti meo aquam, & óculis meis fontem lacrymárum, & plorábo die ac nocte? quia frater propínquus supplantávit me; * Et omnis amícus fraudulénter incéssit in me.

℣. Fiant viæ eórum ténebræ & lúbricum, & Angélus Dómini pérsequens eos. Et. Quis.

Ad Laudes, Antiphona.

VIde Dómine afflictiónem meam, quóniam eréctus est inimícus meus.

Psalmus. Miserére mei. 57.

Aña. In tribulatióne invocávi Dóminum, & exaudívit me in latitúdine.

Psal. Confitémini Dño. 23.

Aña. Judicásti Dómine causam ánimæ meæ; defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

Psalmus. Deus Deus meus. *cum reliquis.* 18.

Aña. Pópule meus quid feci tibi?

[redacted]

quid moléstus fui ?
mihi.
mquid rédditur pro
lum, quia fodérunt
nimæ meæ ?
m. *Hebr. 9. c*
s, Christus assistens
ifex futurórum bo-
r ámplius, & per-
bernáculum non ma-
n, ideſt, non hujus
i, neque per sán-
ircórum aut vituló-
per proprium Sán-
introívit semel in
ætérna redemptióne

Hymnus.

sex qui jam pe-
it,
implens córporis,
líbera Redémptor
déditus.
n Crucis levátur
ndus stípite.
us ecce languet:
clavi, láncea
rpus perforárunt:
anat & cruor:
pontus, astra, mundus
vántur flúmine!
élis, inter omnes
ma nóbilis:
lem nulla profert
, flore, gérmine:
rrum, dulce lignum
ondus sústinent.
mos arbor alta,
axa víscera,
r lentéscat ille
ledit natívitas,
rni membra Regis
niti stípite.
ia tu fuisti
undi Víctimam;

Atque portum præparáre
Arca mundo náufrago,
Quam sacer cruor perúnxit
Fusus Agni córpore.
Sempitérna sit beatæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri, Filióque,
Par decus Paráclito:
Unius Triníque nomen
Laudet univérsitas. Amen.
℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus. ℞. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiphona.

Dicébat Jesus turbis Judæórum, & Princípibus Sacerdótum: Qui ex Deo est, verba Dei audit; proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis.

Oratio.

Quæsumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice: ut te largiénte, regátur in córpore, & te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum.

Ad Primam, Antiphona.

Ego dæmónium non hábeo, sed honorífico Patrem meum, dicit Dóminus.
Capitul. Regi sæculórum. 27.
℞. *br.* Christe Fili Dei vivi, * Miserére nobis. Christe.
℣. Qui sedes ad déxteram. Patris. Miserére nobis.
Repetitur. Christe Fili Dei vivi, miserére nobis.
℣. Exúrge Christe. *& reliqua, ut in Psalter.* 27.

Ad Absolutionem Capituli.

Lectio brevis. Fáciem meam. *ut in Psalter.* 29.
Et dicitur in Dominica & Fe-

Feriis usque ad Feriam v. in Cœna Domini exclusive.

Ad Tertiam, Antiphona.

Ego glóriam meam non quæro: est qui quærat & júdicet.

Capitul. Fratres Christus assístens. 209.

℟. *br.* Erue a frámea, * Deus, ánimam meam. Erue.

℣. Et de manu canis únicam meam. Deus. Erue a frámea.

℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Ad Sextam, Antiphona.

Amen amen dico vobis: si quis sermónem meum serváverit, mortem non gustábit in ætérnum.

Capitulum. *Hebr. 9. d*

SI enim sanguis hircórum & taurórum, & cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis: quanto magis Sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Dei vivénti.

℟. *br.* De ore leónis * Líbera me Dómine. De ore.

℣. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam. Líbera. De ore leónis.

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.

℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Ad Nonam, Antiphona.

Tulérunt lápides Judæi, ut jácerent in eum: Jesus autem abscóndit se & exívit de templo.

Capitulum. *Hebr. 9. d*

ET ideo novi Testaménti mediátor est: ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum prævaricatiónum, quæ erant sub prióri Testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt, ætérnæ hæreditátis, in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. *br.* Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus. ℣. Ne perdas. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Vesperas, Antiphona.

Psalm. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica.* 110.

Capitul. Fratres, Christus assístens. 209.

Hymnus. Vexilla Regis.

℣. Eripe me. 203.

Ad Magnificat, Antiphona.

Abraham pater vester exultávit ut vidéret diem meum; vidit & gavísus est.

Oratio. Quæsumus omnípotens. 209.

Hymni, & ℣. & ℟. brev. supradicta dicuntur etiam in Dominica Palmarum, & in feriali Officio usque ad Feriam iv. majoris Hebdom.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperæ Defunctorum.

FERIA SECUNDA.

Invitatorium.

Hódie si vocem. *ut supra.*

Hymnus. Pange lingua. 204.

Antiphona & Psalmi hujus Feriæ. ℣. Erue a frámea. ut ibidem tempore Passionis.

Le-

[redacted]

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. *Cap. 7. c*

IN illo témpore: Misérunt Príncipes & Pharisæi ministros, ut apprehénderent Jesum. Et réliqua.

Homilia S. Augustíni Episc. *Tract. 31. in Jo: circa med.*

QUómodo apprehénderent adhuc noléntem? Quia ergo non póterant apprehéndere noléntem, missi sunt ut audírent docéntem. Quid docéntem? Dicit ergo Jesus: Adhuc módicum tempus vobíscum sum. Quod modo vultis fácere, factúri estis, sed non modo; quia modo nolo. Quare adhuc modo nolo? Quia adhuc módicum tempus vobíscum sum, & tunc vado ad eum, qui me misit. Implére debeo dispensatiónem meam, & sic perveníre ad passiónem meam.

℟. Deus meus éripe me de manu peccatóris, & de manu contra legem agéntis, & iníqui: * Quóniam tu es patiéntia mea.

℣. Deus meus ne elongéris á me: Deus meus in auxílium meum réspice. Quóniam.

Lectio ii.

QUærétis me, & non inveniétis, & ubi sum ego, vos non potéstis veníre. Hic jam resurrectiónem suam prædíxit; noluérunt enim agnóscere præséntem, & póstea quæsiérunt, cum vidérent in eum multitúdinem jam credéntem. Magna enim signa facta sunt étiam cum Dóminus resurréxit & ascéndit in cælum. Tunc per discípulos facta sunt magna; sed ille per illos, qui & per seípsum. Ipse quippe illis díxerat: Sine me nihil potéstis fácere. Quando claudus ille, sedébat ad portam, ad vocem Petri surréxit & suis pédibus ambulávit, ita ut hómines miraréntur, sic eos allocútus est Petrus, quia non in sua potestáte ista fecit, sed in virtúte illius, quem ipsi occiderunt. Multi compúncti dixérunt: Quid faciémus?

℟. Qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum, dicéntes: Deus derelíquit eum, * Persequímini & comprehéndite eum: quia non est qui líberet eum, Deus meus ne elongéris a me: Deus meus in adjutórium meum inténde.

℣. Omnes inimíci mei advérsum me cogitábant mala mihi: verbum iníquum mandavérunt advérsum me, dicéntes. Persequímini.

Lectio iii.

VIdérunt enim se ingenti crímine impietátis astríctos, quando illum occidérunt, quem venerári & adoráre debuérunt, & hoc putábant esse inexpiábile. Magnum enim fácinus erat, cujus consilerátio illos fáceret desperáre: sed non debebant despeáre, pro quibus in cruce pendens Dóminus est dignátus oráre. Díxerat enim

Pa-

Patri, ignósce illis, quia nésciunt quid fáciunt. Vidébat quosdam suos inter multos aliénos, illis jam petébat véniam, a quibus adhuc accipiébat injúriam. Non enim attendébat quod ab ipsis moriebátur, sed quia pro ipsis moriebátur.

℟. Pacífice loquebántur mihi inimíci mei, & in ira moléſti erant mihi: * Vidíſti Dómine, ne síleas, ne discédas a me.

℣. Ego autem cum mihi moléſti essent, induébam me cilício & humiliábam in jejúnio ánimam meam. Vidíſti. Pacífice.

Ad Laudes, Antiphona & Psalm. Miserére, *cum reliquis de Psalterio.* 57.

Capitulum. *Jer.* 11. *d*

VEníte, mittámus lignum in panem ejus, & eradámus eum de terra vivéntium, & nomen ejus non memorétur ámplius.

Hymnus. Luſtra sex. 209.

℣. Eripe me.

Ad Benedictus, Antiphona. In die magno feſtivitátis ſtábat Jesus & clamábat, dicens: Si quis sitit, véniat ad me & bibat.

Deinde Preces, ut in Psalt. 59.

Oratio.

SAnctífica, quǽsumus Dómine, noſtra jejúnia, & cunctárum nobis indulgéntiam propítius largíre culpárum. Per Dóminum.

Hodie dicitur Officium Defunctorum.

Ad Primam, Antiphona

Libera me Dómine, & p me juxta te: & cujúsvis nus pugnet contra me.

Capitulum, Pacem & ver tem. 34.

Ad Absolutionem Capitu Lectio brevis. Fáciem me non avérti, *ut in Psalt.*

Ad Tertiam, Antiphona Judicáſti Dómine caussam mæ meæ, defénsor vitæ m Dómine Deus meus.

Capitulum. *Jer.* 17.

DOmine, omnes, qui derelínquunt, conf déntur, recedéntes a te, terra scribéntur: quoni dereliquérunt venam aq rum vivéntium Dóminum

℟. *br.* Erue a frámea, * De ánimam meam. Erue.

℣. Et de manu canis úni meam Deus.

Erue a framea.

℣. De ore leónis líbera me l mine. ℟. Et a córnibus u córnium humilitátem mea

Deinde dicuntur Preces.

Ad Sextam, Antiphona. Pópule meus, quid feci ti aut quid moléſtus fui? pónde mihi?

Capitulum. *Jer.* 17.

COnfundántur, qui persequúntur, & r cónfúndar ego; páveant & non paveam ego: in super eos diem afflictióni & dúplici contritióne cón re eos, Dómine Deus noſ

℟. *br.* De ore leónis * béra me Dómine. De or

℣. Et a córnibus unicórni

hu

humilitátem meam. Líbera me. De ore.
℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.
℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.
Deinde dicuntur Preces. 59.
Ad Nonam, Antiphona.
Numquid rédditur pro bono malum: quia fodérunt fóveam ánimæ meæ?
Capitulum. *Jer. 18. d*
RE cordáre quod stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis.
℟. *br.* Ne perdas cum impiis; * Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus Ne perdas.
℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.
Deinde dicuntur Preces. 59
Ad Vesperas, Antiphona, & Psalmi Feriæ secundæ, ut in Psalterio. 123.
Capitulum. *Jer. 11. d*
TU autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, & probas renes & corda, vídeam ultiónem tuam ex eis: tibi enim revelávi caussam meam, Dómine Deus meus.
Hymnus. Vexílla Regis pródeunt. 203.
℣. Eripe me Dómine.
Ad Magnificat, Antiphona.
Si quis sitit, véniat ad me & bibat: & de ventre ejus fluent aquæ vivæ, dicit Dñs.
Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.
DA, quæsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis & córporis: ut bonis opéribus inhæréndo, tua semper mereámur protectióne defféndi. Per Dóminum.
Capitula prædicta dicuntur in feriali Officio usque ad Feriam iv. majoris Hebdomadæ: Antiphona vero per Horas usque ad Dominicam in Palmis.

FERIA TERTIA.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.
Lectio i. *Cap. 7.*
IN illo témpore: Ambulábat Jesus in Galilæam; non enim volébat in Judæam ambuláre, quia quærébant eum Judæi interficere. Et réliqua.
Homilía S. Augustíni Episc.
Tract. 28. in Joannem.
IN isto Evangélii capitulo, fratres, Dóminus noster Jesus Christus secúndum hóminem se plúrimum commendávit Fídei nostræ. Etenim semper hoc egit dictis & factis suis, ut Deus credátur & homo, Deus qui nos fecit, homo qui nos quæsívit; Deus cum Patre semper, homo nobíscum ex témpore. Non enim quæreret quem fécerit, nisi fieret ipse quod fécerat. Verum hoc mementóte, & de córdibus vestris nolíte dimíttere; Sic esse Christum hóminem factum, ut non destíterit Deus esse. Manens Deus accépit hóminem, qui fecit hóminem.

℟. Adjútor & suscéptor meus es tu Dómine: & in verbum tuum sperávi: * Declináte a me malígni, & scrutábor mandáta Dei mei. ℣. Iníquos ódio hábui, & legem tuam diléxi. Declináte.

Lectio ii.

QUando ergo látuit ut homo, non poténtiam perdidísse putándus est, sed exémplum infirmitáti præbuísse. Ille enim quando vóluit, deténtus est: Sed quóniam futúra erant membra ejus, idest fidéles ejus, qui non habérent illam potestátem, quam habébat ipse Deus noster: quod latébat, quod se, tamquam ne occiderétur, occultábat, hoc indicábat factúra esse membra sua, in quibus útique membris suis ipse erat.

℟. Docébo iníquos vias tuas, & ímpii ad te converténtur. * Líbera me de sanguínibus Deus Deus salútis meæ. ℣. Dómine lábia mea apéries, & os meum annuntiábit laudem tuam. Líbera.

Lectio iii.

NOn enim Christus in cápite & non in córpore sed Christus totus in cápite & in córpore. Quod ergo membra ejus, ipse; quod autem ipse, non contínuo membra ejus. Nam si non ipsi essent membra ejus, non díceret Saulo; Quid me perséqueris? Non enim Saulus ipsum, sed membra ejus, idest, fidéles ejus, in terra persequebátur. Nóluit tamen dícere s meos, servos meos, po honorabílius, fratres sed me, hoc est membr quibus ego sum caput

℟. Ne perdas cum ímpii ánimam meam, & cu sánguinum vitam meam dime me Dómine. ℣. me Dómine ab hómine a viro iníquo líbera me dime. Ne perdas.

Ad Benedictus, Anti

Tempus meum nondum nit; tempus autem v semper est parátum.

Deinde dicuntur Prece

Oratio.

NOstra tibi, Dómin sumus, sint accé júnia: quæ nos & exp grátia tua dignos effici ad remédia perdúcant na. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antip

Vos ascéndite ad diem hunc: ego autem non dam, quia tempus meum dum advénit.

Deinde dicuntur Preces

Oratio.

DA nobis, quæsumu mine persevéránte tua voluntáte famulátum in diébus nostris & méri número pópulus tibi sér augeátur. Per Dóminum

FERIA QUAR

Hodie dicuntur Psalmi

Léctio sancti Evangélii s dùm Joánnem.

Lectio i. *Cap. 1*

IN illo témpore: Facta encænia in Jerosólyi & hie

ntt, Et ambulábat
mplo, in pórticu
Et réliqua.
Augustini Epísc.
in Jo: circa init.
festívitas erat de-
onis templi. Græ-
on dícitur novum.
ique novum áliquid
átum, encænia vo-
n & usus habet hoc
i quis nova túnica
ncæniáre dícitur.
diem, quo tem-
itum est, Judæi so-
lebrábant: ipse dies
ítur cum ea, quæ
locútus est Dñs.
e. 207.
ectio ii.
rat, & ambulábat
in templo in pór-
iónis. Circumde-
eum Judæi, & di-
Quoúsque ánimam
lis? Si tu es Chri-
obis palam. Non
esiderábant, sed ca-
æparábant. Hiems
gidi erant: ad il-
Divínum ignem ac-
ri erant. Si accé
édere: qui credit,
ui negat, recédit.
tur ánima pédibus,
us.
ritas. 208.
ectio iii.
int diligéndi cari-
& ardébant nocén-
e. Longe áberant,
t: non accedébant
& premébant per-
Quærébant audíre

a Dómino: Ego sum Christus: & fortásse de Christo secúndum hóminem sapiébant. Prædicavérunt enim Prophétæ Christum: sed Divinitátem Christi & in Prophétis, & in ipso Evangélio nec hærétici intélligunt; quanto minus Judæi, quámdiu velámen est super cor eórum.

℟. Quis dabit cápiti. 208.

Ad Benedictus, Antiphona.

Oves meæ vocem meam áudiunt: & ego Dóminus agnósco eas.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

Sanctificáto hoc jejúnio, Deus, tuórum corda fidélium miserátor illústra: & quibus devotiónis præstas afféctum, præsta supplicántibus pium benígnus audítum. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Multa bona ópera operátus sum vobis: propter quod opus vultis me occídere?

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

Adésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus: & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tribue benígnus efféctum. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Léctio S. Evangélii secúndum Lucam. *Lectio i. Cap. 7. f*

In illo témpore: Rogábat Jesum quidam de Pharisæis, ut manducáret cum illo. Et ingréssus domum Pharisæi discúbuit. Et réliqua.

Ho-

Homilía S. Gregórii Papæ.
Homil. 33. in Evangel.

COgitánti mihi de Maríæ Magdalénæ pœniténtia, flere magis libet, quam áliquid dícere. Cujus enim vel sáxeum pectus illæ hujus peccatrícis lácrymæ ad exémplum pœniténdi non emólliant? Consíderávit namque quid fecit, & nóluit moderári quid fáceret. Super convivántes ingréssa est, non jussa venit, inter épulas lácrymas óbtulit. Díscite quo dolóre ardet, quæ flere & inter épulas non erubéscit.
℟. Deus meus éripe me de manu peccatóris, & de manu contra legem agéntis, & iníqui: * Quóniam tu es patiéntia mea. ℣. Deus meus ne elongéris a me; Deus meus in auxílium meum réspice. Quóniam.

Lectio ii.

HAnc vero, quam Lucas peccatrícem mulíerem, Joánnes Maríam nóminat; illam esse Maríam crédimus, de qua Marcus septem dæmónia ejécta fuisse testátur. Et quid per septem dæmónia, nisi univérsa vítia designántur? Quia enim septem diébus omne tempus comprehénditur, recte septenário número univérsitas figurátur. Septem ergo dæmónia María hábuit, quæ univérsis vítiis plena fuit.
℟. Multiplicáti sunt qui tríbulant me, & dicunt: Non est salus illi in Deo ejus: * Exúrge Dómine, salvum me fac, Deus meus.
℣. Nequándo dicat inimícus meus: Præválui advérsus eum Exúrge. *Lectio iii.*

SEd ecce quia turpitúdin suæ máculas aspéxit, l vánda ad fontem misericó diæ cucúrrit, convivántes n erúbuit. Nam quia seme psam gráviter erubescébat h tus, nihil esse crédidit, quo verecundarétur foris. Qui ergo mirámur, fratres? M ríam veniéntem, an Dómi num suscipiéntem? suscipié tem dicam, an trahéntem sed mélius trahéntem dica & suscipiéntem; quia nim rum ipse eam per misericó diam traxit intus, qui per ma suetúdinem suscépit foris.
℟. Usquequo exaltábitur ini mícus meus super me? * Re spice & exáudi me, Dómin Deus meus. ℣. Qui tribu lant me, exultábunt si mo tus fúero; ego autem in m sericórdia tua sperábo. Re spice. Usquequo.

Ad Benedictus, Antiphona
Magíster dicit, Tempus meu prope est, apud te fácio Pa cha cum discípulis meis.

Deinde dicuntur Preces. ſ.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omn potens Deus, ut dígnit conditiónis humánæ per in moderántiam sauciáta, med cinális parsimóniæ stúdio r formétur. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona
Desidério desiderávi hoc Pa cha manducáre vobíscum, án tequam pátiar.

Deinde dicuntur Preces. ſ.

Ora-

[redacted]

Oratio.

...sto, quæsumus Dómine, ...propítius plebi tuæ: ut ... tibi non placent, re... ..., tuórum pótius re... ... delectatiónibus man... ... Per Dóminum.

...ERIA SEXTA.

...tio S. Evangélii secúndum Joánnem. *Lect. i. cap.* 11.

... illo témpore; Collegé...unt Pontífices & Phari... concílium advérsus Je..., & dicébant; Quid fá...mus, quia hic homo mul... signa facit? Et réliqua.

...milía S. Augustíni Episc. ...ract. 49. *in Joan. sub fin.*

...ontífices & Pharisæi sibi ... consulébant, nec tamen ...ébant Credámus: Plus ... pérditi hómines cogi...ant quómodo nocérent, ... pérderent, quam quómo... sibi consúlerent, ne pe...ent: & tamen timébant & ...si consulébant. Dicébant ...: Quid fácimus, quia ... homo multa signa facit? ... dimíttimus eum sic, om...s credent in eum: & vé...nt Románi, & tollent no...m locum & gentem. Tem...rália pérdere timuérunt, & ...am ætérnam no... cogitavé...it, ac sic utrúmque amisé...t. ℟. Deus meus es tu. 206.

Lectio ii.

JAm & Románi post Dómini passiónem & glo...catiónem tulérunt eis & ...um & gentem, expugnán... & transferéndo; & illud ... séquitur, quod álibi dictum est: Fílii autem regni hujus ibunt in ténebras exterióres. Hoc autem timuérunt, ne si omnes in Christum créderent, nemo remanéret, qui advérsus Romános civitátem Dei templumque defénderet: quóniam contra ipsum templum, & contra suas patérnas leges doctrínam Christi esse sentiébant.

℟. In te jactátus sum. 206.

Lectio iii.

UNus autem ex ipsis Cáiphas, cum esset Póntifex anni illíus, dixit eis: Vos nescítis quidquam, nec cogitátis, quia éxpedit vobis, ut unus moriátur homo pro pópulo, & non tota gens péreat. Hoc autem a semetípso non dixit, sed cum esset Póntifex anni illíus, prophetávit; Hic docémur, étiam hómines malos prophetíæ spíritu futúra prædícere: quod tamen Evangelísta Divíno tríbuit Sacraménto, quia Póntifex fuit, id est, summus Sacérdos.

℟. In próximo est. 207.

Ad Benedictus, Antiphona. Appropinquábat autem dies festus Judæórum: & quærébant Príncipes Sacerdótum quómodo Jesum interfícerent, sed timébant plebem.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

COrdibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerémur,

mur, quam supplíciis deputémur ætérnis. Per Dñm.

Hodie dicuntur Psal. Pœnit.

Ad Magnificat, Antiphona. Príncipes Sacerdótum consílium fecérunt, ut Jesum occíderent: dicébant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

CONcéde, quæsumus omnípotens Deus: ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

SABBATO.

Léctio S. Evangélii secundum Joánnem. *Lect. i. cap. 12. b*

IN illo témpore: Cogitavérunt Princi[illegible] Sacerdótum, ut & Lázarum interficerent: quia multi propter illum abíbant ex Judæis, & credébant in Jesum. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Episc. *Tract. 50. in Joan. in fin.*

VIso Lázaro resuscitato, quia tantum miráculum Dómini tanta erat evidéntia diffamátum, tanta manifestatióne declarátum, ut non possent vel occultáre quod factum est, vel negáre: quid invenérunt, vidéte. Cogitavérunt autem Príncipes Sacerdótum, ut & Lázarum interficerent. O stulta cogitátio & cæca sævitia! Dóminus Christus, qui suscitáre pótuit mórtuum, non posset occísum? Quando Lázaro inferebátis necem, numquid auferebátis Dóminus pote[...] tem? Si aliud vobis vid[...] mórtuus, aliud occísus [...] ce Dóminus utrúmque fe[...] & Lázarum mórtuum [...] seipsum suscitávit occís[...] ℟. Tota die contristátus. [...]

Lectio ii. Tract. [...]

IN crástinum autem [...] multa, quæ vénerat [...] diem festum, cum audi[...] quia venit Jesus Jerosóly[...] accepérunt ramos palmár[...] & processérunt óbviam [...] & clamábant: Hosánna [...] nedíctus, qui venit in nó[...] ne Dómini, Rex Israel. [...] mi palmárum laudes sun[...] significántes victóriam, q[...] erat Dóminus mortem [...] riéndo superatúrus; & [...] phæo crucis de diábolo m[...] tis príncipe triumphatúr[...] Vox autem obsecrántis [...] Hosánna; sicut nonnúlli [...] cunt, qui Hebræam ling[...] novérunt, magis afféctum [...] dicans, quam rem áliq[...] signíficans; sicut sunt in [...] gua Latína, quas interje[...] nes vocant; velut cum [...] léntes dícimus heu; vel [...] delectámur, vah dícimus [...] ℟. Ne avértas fáciem. [...]

Lectio iii.

HAs ei laudes turba [...] cébat: Hosánna, b[...] díctus qui venit in nó[...] Dómini, Rex Israel. Q[...] crucem mentis invidi[...] Príncipum Judæórum pé[...] póterat, quando Regem [...] Christum tanta multitúdo [...] mábat? Sed quid fuit

mir[...]

suum Regem esse Israel? Quid magnum fuit Regi sæculórum, Regem fieri hóminum? non enim Rex Israel Christus ad exigéndum tribútum vel exércitum ferro armándum, hostésque visibíliter debellándos: sed Rex Israel, quod mentes regat, quod in ætérnum consulat, quod in regnum cælórum credéntes, sperántes, amantésque perdúcat.

℟. Quis dabit cápiti. 208.

Ad Benedictus, Antiphona. Clarífica me Pater, apud temetípsum claritáte, quam hábui, priúsquam mundus esset.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

Profíciat, quæsumus Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis afféctu: ut sacris actiónibus erudíta, quanto majestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum.

Ad Vesp. Capitul. Philip. 2.

Fratres, Hoc enim sentíte in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo; sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ut homo.

Hymnus. Vexílla Regis.

℣. Eripe me. 203.

Ad Magnificat, Antiphona. Pater juste, mundus te non cognóvit; ego autem novi te, quia tu me misísti.

Oratio.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, & crucem subíre fecísti: concéde propítius, ut & patiéntiæ ipsíus habére documénta, & resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dñm.

DOMINICA
In Palmis.

Ad Matutinum, Invitator. Hódie si vocem Dómini audiéritis, * Nolíte obduráre corda vestra.

Psal. Veníte, exultémus. 2.

Hymn. Pange lingua. 204.

Ad Noct. omnia ut in Psaltério. ℣. Eruе a frámea, *& alii* ℣. *ibidem temp. Passionis.*

In primo Nocturno.

De Jeremía Prophéta.

Lectio i. *Cap. 2. c*

Obstupéscite cæli super hoc, & portæ ejus desolámini veheménter, dicit Dóminus. Duo enim mala fecit pópulus meus. Me dereliquérunt fontem aquæ vivæ, & fodérunt sibi cistérnas, cistérnas dissipátas, quæ continére non valent aquas. Numquid servus est Israel aut vernáculus? quare ergo factus est in prædam? Super eum rugiérunt leónes, & dedérunt vocem suam, posuérunt terram ejus in solitúdinem; civitátes ejus exústæ sunt, & non est qui hábitet in eis. Filii quoque Mémpheos, & Taphnes constuprа-

vérunt te usque ad vérticem. Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquísti Dóminum Deum tuum eo témpore, quo ducébat te per viam?

℟. In die, qua invocávi te Dómine, dixísti; Noli timére: * Judicásti caussam meam, & liberásti me Dómine Deus meus. ℣. In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, quia exaudísti me. Judicásti.

Lectio ii.

ET nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam túrbidam? & quid tibi cum via Assyriórum, ut bibas aquam flúminis? Arguet te malítia tua, & avérsio tua increpábit te. Scito & vide quia malum, & amárum est reliquisse te Dóminum Deum tuum, & non esse timórem mei apud te, dicit Dóminus Deus exercítuum. A sæculo confregísti jugum meum, repulísti víncula mea, & dixísti; Non sérviam. In omni enim colle sublími, & sub omni ligno frondóso, tu prosternebáris méretrix. Ego autem plantávi te víneam eléctam, omne semen verum: quómodo ergo convérsa es mihi in pravum, vínea aliéna? Si láveris te nitro, & multiplicáveris tibi herbam borith, maculáta es in iniquitáte tua coram me, dicit Dóminus Deus.

℟. Fratres mei elongavérunt se a me; & noti mei, * Quasi aliéni, recessérunt a me. ℣. Dereliquérunt me próximi mei, & qui me novérunt. Quasi.

Lectio iii.

QUid vultis mecum judicio conténdere? omnes dereliquístis me, dicit Dóminus. Frustra percússi filios vestros, disciplínam non receperunt; devorávit gladius vester Prophétas vestros, quasi leo vastátor generátio vestra. Vidéte verbum Dómini: Numquid solitúdo factus sum Isráéli aut terra serótina? Quare ergo dixit pópulus meus; Recéssimus, non veniémus ultra ad te? Numquid obliviscétur virgo ornaménti sui, aut sponsa fasciæ pectorális suæ? Pópulus vero meus oblítus est me diebus innúmeris.

℟. Atténde Dómine ad me, & audi voces adversariórum meórum: * Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt fóveam ánimæ meæ. ℣. Recordáre quod stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis. Numquid. Atténde.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Leónis Papæ,
Serm. 11. *de Passione Domini.*

Lectio iv.

DEsideráta nobis, dilectíssimi, & univérso optábilis mundo adest festívitas Domínicæ passiónis, quæ nos inter exultatiónes spiritálium gaudiórum silére non patitur. Quia etsi difficile est de eádem solemnitáte sæpe

digne

que atque disserere: non est tamen liberum Sacerdoti in tanto Divínæ misericórdiæ Sacramento fidélibus pópulis subtrahere sermónis officium; cum ipsa matéria ex eo quod est ineffábilis, fandi tríbuat facultátem; nec possit defícere quod dicátur, si numquam potest satis esse quod dícitur. Succúmbat ergo humána infírmitas glóriæ Dei, & in explicándis opéribus misericórdiæ ejus ímparem se semper invéniat. Laborémus sensu, hæreámus ingénio, deficiámus elóquio: bonum est ut nobis parum sit, quod étiam recte de Dómini majestáte sentímus.

℟. Conclúsit vias meas inimícus, insidiátor factus est mihi sicut leo in abscóndito, replévit & inebriávit me amaritúdine: deduxérunt in lacum mortis vitam meam, & posuérunt lápidem contra me: * Vide Dómine iniquitátes illórum: & júdica caussam ánimæ meæ, defénsor vitæ meæ. ℣. Factus sum in derísum omni pópulo meo, cánticum eórum tota die. Vide.

Lectio v.

Dicénte enim Prophéta: Quǽrite Dóminum & confirmámini, quǽrite fáciem ejus semper: némini præsuméndum est, quod totum quod quærit, invénerit, ne desinat propinquáre, qui cessat accédere. Quid autem inter ómnia ópera Dei, in quibus humánæ admiratiónis fatigátur inténtio, ita contemplatiónem mentis nostræ & oblécat & súperat, sicut pássio Salvatóris? Qui ut humánum genus vínculis mortíferæ prævaricatiónis absólveret, & sæviénti diábolo patiéntiam suæ majestátis occúluit, & infirmitátem nostræ humilitátis objécit. Si enim crudélis, & supérbus inimícus consílium misericórdiæ Dei nosse potuísset, Judæórum ánimos mansuetúdine pótius temperáre, quam injústis ódiis studuísset accéndere, ne ómnium captivórum amítteret servitútem, dum nihil sibi debéntis persequitur libertátem.

℟. Salvum me fac Deus, quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam; ne avértas fáciem tuam a me: * Quóniam tríbulor, exáudi me Dómine Deus meus. ℣. Inténde ánimæ meæ, & líbera eam, propter inimícos meos éripe me. Quóniam tríbulor.

Lectio vi.

Feféllit ergo illum malígnitas sua: íntulit supplícium Fílio Dei, quod cunctis fíliis hóminum in remédium verterétur. Fudit sánguinem justum, qui reconciliándo mundo & prétium esset & póculum. Suscépit Dóminus, quod secúndum propósitum suæ voluntátis elégit. Admísit in se ímpias manus furéntium:

quæ dum proprio incumbunt scéleri, famulátæ sunt Redemptóri. Cujus étiam circa interfectóres suos tanta erat pietátis afféctio, ut de cruce súpplicans Patri, non se vindicári, sed illis postuláret ignósci.

℟. Noli esse mihi Dómine aliénus, parce mihi in die mala: confundántur omnes, qui me persequúntur, * Et non confúndar ego.

℣. Confundántur omnes inimíci mei, qui quærunt ánimam meam. Et non. Noli.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 21.*

IN illo témpore: Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis, & venísset Béthphage ad montem Olivéti: tunc misit duos discípulos, dicens eis. Et réliqua.

Homilía S. Ambrósii Episc.

Lib. 9. in Lucam.

PUlchre relíctis Judæis, habitatúrus in afféctibus Géntium, templum Dóminus ascendit. Hoc enim templum est verum, in quo non in líttera, sed in spíritu Dóminus adorátur. Hoc Dei templum est, quod Fídei séries, non lápidum structúra fundávit. Deseriúntur ergo qui óderant: eligúntur qui amatúri erant. Et ídeo ad montem venit Olivéti, ut novéllas óleas in sublími virtúte plantáret, quarum mater est illa, quæ sursum est, Jerúsalem. In hoc monte est ille cæléstis agrícola, ut plantáti omnes in domo Dei possint verácius dícere: Ego autem sicut oliva fructífera in domo Dómini.

℟. Dóminus mecum est tamquam bellátor fortis, proptérea persecúti sunt me, & intellígere non potuérunt: Dómine probas renes & cordi. Tibi revelávi causam meam.

℣. Vidísti Dómine iniquitátes eórum advérsum me. Júdica judícium meum. Tibi.

Lectio viii.

ET fortásse ipse illius Christus est. Quis enim álius tales fructus ferret olivárum non curvescéntium ubertáte baccárum, sed Spíritus plenitúdine Géntium fœcundátum? Ipse est per quem ascéndimus, & ad quem ascéndimus. Ipse est jánua, ipse est via, qui aperitur & qui áperit, qui pulsátur ab ingrediéntibus, & ab adorántibus adorátur. Ergo in castéllo erat, & ligátus erat pullus cum ásina: non póterat sólvi nisi jussu Dómini. Solvit eum manus Apostólica. Talis actus, talis vita, talis grátia. Esto talis & tu, ut possis ligátos sólvere.

℟. Dixérunt ímpii apud se, non recte cogitántes: Circumveniámus justum, quóniam contrárius est opéribus nostris: promíttit se sciéntiam Dei habére, Fílium Dei se nóminat, & gloriátur patrem se habére Deum: * Videámus si sermónes illíus veri sunt,

[redacted]

...ut, & si est vere Filius Dei, liberet eum de mánibus nostris: morte turpíssima condemnémus eum.

℟. Tamquam nugáces æstimáti sumus ab illo, & ábstinet se a viis nostris tamquam ab immundítiis, & præfert novíssima justórum. Videámus.

Lectio ix.

NUnc considerémus, qui fúerint illi, qui erróre decépto, de parádiso ejécti, in castéllum sint relegáti. Et vides, quemádmodum quos mors expúlerat, vita revocáverit. Et ideo secúndum Matthæum, & ásinam & pullum légimus; ut quia in duóbus homínibus utérque fúerat sexus expúlsus, in duóbus animálibus sexus utérque revocétur. Ergo illic, in ásina matrem quasi Hevam figurávit erróris: hic autem in pullo generalitátem pópuli Gentílis expréssit, & ideo pullo sedétur ásinæ. Et bene, in quo nemo sedit, quia nullus, ántequam Christus natiónum pópulos vocávit ad Ecclésiam. Dénique secúndum Marcum sic habes; Quem nemo adhuc sedit hóminum.

℟. Circumdedérunt me viri mendáces; sine causa flagéllis cæcidérunt me: * Sed tu Dómine defénsor víndica me. ℣. Quóniam tribulátio próxima est, & non est qui ádjuvet. Sed tu Dómine. Circumdedérunt.

A D L A U D E S,

Antiphona.

DOminus Deus auxiliátor meus, & ideo non sum confúsus.

Psalm. Miserére. 57.

Antiphona. Circumdántes circumdedérunt me, & in nómine Dómini vindicábor in eis. *Psalm.* Confitémini Dómino. 23.

Antiphona. Júdica causam meam; defénde, quia potens es Dómine.

Psalmus. Deus Deus meus. *cum reliquis.* 18.

Antiphona. Cum Angelis & púeris fidéles inveniámur, triumphatóri mortis clamántes, Hosánna in excélsis.

Antiphona. Confundántur qui me persequúntur, & non confúndar ego, Dómine Deus meus.

Capitulum. *Philip.* 2.

FRatres, Hoc enim sentíte in vobis, quod & in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo; sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ut homo.

Hymnus. Lustra sex qui jam perégit. 209.

℣. Eripe me de inimícis.

Ad Benedictus, Antiphona. Turba multa, quæ convénerat ad diem festum, clamábat Dómino: Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Hosánna in excélsis.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, & crucem subíre fecísti: concéde propítius: ut & patiéntiæ ipsius habére documénta, & resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Ad Primam, Antiphona.

Púeri Hebræórum tolléntes ramos olivárum, obviavérunt Dómino, clamántes & dicéntes: Hosánna in excélsis.

Ad Tertiam, Antiphona.

Púeri Hebræórum vestiménta prosternébant in via, & clamábant, dicéntes: Hosánna fílio David; Benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

Cap. Fratres, Hoc enim sentíte. *ut supra.* 223.

℟. *br.* Erue a frámea, * Deus, ánimam meam. Erue.

℣. Et de manu canis únicam meam. Deus ánimam meam. Erue a frámea.

℣. De ore leónis líbera me Dómine.

℟. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Ad Sextam, Antiphona.

Tibi revelávi caussam meam, defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

Capitulum. *Philip.* 2.

HUmiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod, & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

℟. *br.* De ore leónis * Líbera me Dómine. De ore.

℣. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam. Líbera. De ore. ℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Ad Nonam, Antiphona.

Invocábo nomen tuum Dómine: ne avértas fáciem tuam a clamóre meo.

Capitulum. *Philip.* [illegible]

IN nomine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, & infernórum, & omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus, in glória est Dei Patris.

℟. *brev.* Ne perdas cum ímpiis, * Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus. Ne perdas.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo érip[illegible]

Ad Vesperas, Antiphona, & *Psalm.* Dixit Dóminus, cum *reliq. de Dominica.* 119.

Capit. Fratres, Hoc enim [illegible]

Hymnus. Vexílla Regis pródeunt. 203.

℣. Eripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

Scriptum est enim; Percútiam pastórem, & dispergéntur oves gregis: postquam autem resurréxero, præcédam vos in Galilǽam: ibi me vidébitis, dicit Dóminus.

Ora-

Oratio. Omnípotens sempitérne Deus, *ut supra*, 224.
Ab hac die usque ad Octav. Paschæ, si occurrat aliquod Festum ix. Lectionum, transfertur post Octavam. Trium vero Lectionum a Feria v. in Cœna Domini, usque ad Feriam tertiam Paschæ inclusive, nulla fit commemoratio.

FERIA SECUNDA.

Invitatorium. Hódie si vocem, *ut supra.*
Hymnus. Pange lingua. 204.
Antiphonæ, & Psalmi hujus Feriæ. 47.
℣. Erue a frámea, *ut ibidem tempore Passionis.*
Absolutio. Exáudi Dómine.
Bño. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. *Cap.* 12.

ANte sex dies Paschæ venit Jesus Bethániam, ubi Lázarus fúerat mortuus, quem suscitávit Jesus. Et réliqua.

Homilía Sancti Augustíni Epíscopi.

Tract. 50. in Joan. post init.

NE putárent hómines phantásma esse factum, quia mórtuus resurréxit, Lázarus unus erat ex recumbéntibus: vivébat, loquebátur, epulabátur, véritas ostendebátur, infidélitas Judæórum confundebátur. Discumbébat ergo Jesus cum Lázaro & céteris: ministrábat Martha una ex soróribus Lázari. María vero, áltera soror Lázari, accépit libram unguénti nardi pístici pretiósi, & unxit pedes Jesu, & extérsit capíllis suis pedes ejus, & domus impléta est ex odóre unguénti. Factum audívimus: mystérium requirámus.
℟. Viri ímpii dixérunt: Opprimámus virum justum injúste, & deglutiámus eum tamquam inférnus vivum: auferámus memóriam illíus de terra, & de spóliis ejus sortem mittámus inter nos: ipsi enim homicídæ thesaurizavérunt sibi mala: * Insipiéntes & malígni odérunt sapiéntiam, & recti facti sunt in cogitatiónibus suis.
℣. Hæc cogitavérunt & erravérunt, & excæcávit illos malítia eórum. Insipiéntes.
Bño. Divínum auxílium.

Lectio ii.

QUæcúmque ánima fidélis vis esse, cum María unge pedes Dómini pretióso unguénto. Unguéntum illud justítia fuit, ideo libra fuit, erat autem unguéntum nardi pístici pretiósi. Quod ait, pístici, locum áliquem crédere debémus, unde hoc erat unguéntum pretiósum: nec tamen hoc vacat, & Sacraménto óptime cónsonat. Pistis Græce, Fides Latíne dícitur. Quærébas operári justítiam. Justus ex Fide vivit. Unge pedes Jesu bene vivéndo: Domínica sectáre vestígia: Capíllis terge: si habes supérflua, da paupéribus, & Dómini pedes tersísti: capílli enim supérflua cór-

córporis videntur. Habes quod agas de supérfluis tuis: tibi supérflua sunt, sed Dómini pédibus necessária sunt. Forte in terra Dómini pedes índigent.

℟. Oppróbrium factus sum nimis inimícis meis, vidérunt me & movérunt cápita sua: * Adjuva me Dómine Deus meus. ℣. Locúti sunt advérsum me lingua dolósa, & sermónibus ódii circumdedérunt me. Adjuva.

Bén. Ad societátem.

Lectio iii.

De quibus enim, nisi de membris suis in fine dictúrus est: Cum uni ex mínimis meis fecístis, mihi fecístis? Superflua vestra impendístis: sed pédibus meis obsecúti estis. Domus autem impléta est odóre: mundus implétus est fama bona; nam odor bonus, fama bona est. Qui male vivunt, & Christiáni vocántur, injúriam Christo fáciunt, de quálibus dictum est, quod per eos nomen Dómini blasphemátur. Si per tales nomen Dómini blasphemátur, per bonos nomen Dómini laudátur. Audi Apóstolum: Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco.

℟. Insurrexérunt in me viri iníqui absque misericórdia, quæsiérunt me interfícere, & non pepercérunt in fáciem meam spúere, & lánceis suis vulneravérunt me, & concússa sunt ómnia ossa mea: * Ego autem existimábam me tamquam mórtuum super terram. ℣. Effudérunt furóres suos in me, fremuérunt contra me déntibus suis. Ego autem. Insurrexérunt.

AD LAUDES,

& per Horas, Añ.

Faciem meam non avérti ab increpántibus, & conspuéntibus in me.

Psalmi de Laudibus Feriæ secundæ. 37.

Añ. Frámea suscitáre advérsus eos, qui dispérgunt gregem meum. *Añ.* Appendérunt mercédem meam triginta argénteis, quibus appretiátus sum ab eis. *Añ.* Inundavérunt aquæ super caput meum; dixi, périi: invocábo nomen tuum, Dómine Deus. *Añ.* [illegible] insurgéntium & cogitatiónes eórum vide Dómine.

Capitulum. *Jer. 11. c.*

Veníte, mittámus lignum in panem ejus, & eradámus eum de terra vivéntium, & nomen ejus non memorétur ámplius.

Hymnus. Lustra sex. 227.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiphona. Clarífica me Pater apud temetípsum claritáte, quam hábui priúsquam mundus fíeret.

Deinde dicuntur Preces ut dictum.

Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus, ut qui in

ŕvérsis ex nostra infir-
ficiscimus, intercedén-
nigéniti Filii tui passió-
sperémus: Qui tecum.
Tertiam, Antiphona.
a suscitáre:
tulum. *Jer. 17. b*
Dómine, omnes, qui te
derelínquunt, confun-
r à recedéntes a te, in
scribéntur: quóniam de-
érunt venam aquárum
tium Dóminum.
Erue a frámea, * Deus,
m meam. Erue. ℣. Et
nu canis únicam meam.
. Erue a frámea.
: ore leónis líbera me
ne. ℟. Et a córnibus
rnium humilitátem me-
Kyrie eléison. 40.
xtam, Aña. Appendé-
Capitul. *Jer. 17. c*
nfundántur, qui me
perfequúntur & non
ndar ego: páveant illi
n páveam ego: induc
eos diem afflictiónis;
plici contritióne cónte-
is Dómine Deus noster.
. De ore leónis * Lí-
ne Dómine. De ore.
. a córnibus unicórnium
itátem meam. Líbera
De ore. ℣. Ne perdas
impiis Deus ánimam
. ℟. Et cum viris sán-
m vitam meam.
eléison. 43.
Nonam, Antiphona.
insurgéntium.
tulum. *Jer. 18. d*
cordáre quod stéterim
in conspéctu tuo, ut

lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis.

℟. *br.* Ne perdas cum ímpiis; * Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Eripe me Dñe ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me. Kyrie eléison. 46.

Ad Vésperas, Antiphona, & Psalmi Feriæ secundæ, ut in Psalterio. 123.

Capitulum. *Jer. 11. d*

TU autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, & probas renes & corda, vídeam ultiónem tuam ex eis: tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

Hymn. Vexilla Regis. 107.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona. Non habéres in me potestátem, nisi désuper tibi datum fuisset.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

ADjuva nos Deus salutáris noster; & ad benefícia recoléndа, quibus nos instauráre dignátus es, tribue veníre gaudéntes. Per.

FERIA TERTIA.

Absolutio. Ipsius pietas.

Bñe, Ille nos benedícat, qui sine fine vivit & regnat.

De Jeremía Prophéta.

Lectio i. *Cap. 11. e*

QUid est, quod diléctus meus in domo mea fé-

est scélera multa ? númquid carnes sanctæ áuferent a te malítias tuas, in quibus glóriáta es ? Olívam úberem, pulchram, fructíferam, speciósam vocávit Dóminus nomen tuum; ad vocem loquélæ grandis exársit ignis in ea, & combústa sunt frutéta ejus. Et Dóminus exercítuum, qui plantávit te, locútus est super te malum pro malis domus Israel, & domus Juda, quæ fecérunt sibi ad irritándum me, libántes Báalim. Tu autem Dómine demonstrásti mihi & cognóvi; tunc ostendísti mihi stúdia eórum. Et ego quasi agnus mansuétus, qui portátur ad víctimam: & non cognóvi, quia cogitavérunt super me consília, dicéntes: Mittámus lignum in panem ejus, & eradámus eum de terra vivéntium, & nomen ejus non memorétur ámplius. Tu autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, & probas renes & corda, vídeam ultiónem tuam ex eis; tibi enim revelávi causam meam.

℟. Contumélias & terróres passus sum ab eis, qui erant pacífici mei, & custodiéntes latus meum, dicéntes; Decipiámus eum, & prævaleámus illi: sed tu Dómine mecum es tamquam bellátor fortis: * Cadant in oppróbrium sempitérnum, ut vídeam vindíctam in eis, quia tibi revelávi caussam meam.

℣. Júdica Dómine causam ánimæ meæ; defénsor vitæ meæ. Cadant.

Bño. Divínum auxílium [illegible]

Lectio ii. *Cap. 12.*

JUstus quidem tu es Dómine, si dísputem tecum: verúmtamen justa loquar ad te. Quare via impiórum prosperátur, bene est ómnibus qui prævaricántur & iníque agunt ? Plantásti eos & radícem misérunt: proficiunt & fáciunt fructum: prope es tu ori eórum, & longe a rénibus eórum. Et tu Dómine nosti me, vidísti me, & probásti cor meum tecum: cóngrega eos quasi gregem ad víctimam, & sanctífica eos in die occisiónis: Usquequo lugébit terra, & herba omnis regiónis siccábitur propter malítiam habitántium in ea ? consúmptum est ánimal & vólucre, quóniam dixérunt: Non vidébit novíssima nostra.

℟. Deus Israel, propter te sustínui impropérium, opéruit reveréntia fáciem meam, extráneus factus sum frátribus meis, & hospes fíliis matris meæ: * Quóniam zelus domus tuæ comédit me.

℣. Inténde ánimæ meæ, & líbera eam, propter inimícos meos éripe me. Quóniam.

Bño. Ad societátem.

Lectio iii.

RElíqui domum meam, dimísi hæreditátem meam: dedi diléctam ánimam meam in manu inimicórum ejus. Facta est mihi hæréditas

[redacted]

ea quasi leo in silva :
contra me vocem, ideo
eam. Numquid avis dí-
hæréditas mea mihi ?
uid avis tincta per to-
venite, congregámini
bestiæ terræ, properá-
devorándum. Pastóres
demolíti sunt víneam
conculcavérunt par-
meam : dedérunt por-
m meam desiderábilem
sértum solitúdinis. Po-
t eam in dissipatiónem,
pe super me : desola-
desoláta est omnis ter-
nia nullus est qui recó-
corde.
nagógæ populórum cir-
dérunt me, & non
ti retribuéntibus mihi
* consumétur, Dómi-
equítia peccatórum, &
s justum. ℣. Júdica me
ne secúndum justítiam
, & secúndum inno-
m meam super me.
métur. Synagóga.

D LAUDES,

& per Horas, Aña.

de Dómine, & consí-
lara, quóniam tríbulor,
iter exáudi me.

mi de Feria tertia ad
, ut in Psalter. 69.

Discérne caussam meam
te: ab hómine iníquo &
o éripe me. *Aña.* Dum
rer, clamávi ad Dó-
e de ventre ínferi, &
vit me. *Aña.* Dómine
tiosi, respónde pro me:
scio quid dicam ini-
meis. *Aña.* Dixérunt
ímpii : Opprimámus virum justum, quóniam contrárius est opéribus nostris.

Ad Benedictus, Antiphona. Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus, cum dilexísset suos, in finem diléxit eos.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

OMnípotens, sempitérne Deus, da nobis ita Domínicæ passiónis Sacraménta perágere : ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona. Potestátem hábeo ponéndi ánimam meam, & íterum suméndi eam.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

TUa nos misericórdia, Deus, & ab omni subreptióne vetustátis expúrget, & capáces sanctæ novitátis effíciat. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Absolutio. A vínculis.

Bñ. Ille nos benedícat, qui sine fine vivit & regnat.

De Jeremía Prophéta.

Lectio i. *Cap. 17. b.*

EXpectátio Israel Dómine, Omnes qui te derelínquunt, confundéntur : recedéntes a te, in terra scribéntur : quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum. Sana me Dómine, & sanábor : salvum me fac, & salvus ero, quóniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me : Ubi est verbum Dómini ? véniat.

Et

Ego ego non sum turbátus, te pastórem sequens, & diem hóminis non desiderávi; tu scis. Quod egréssum est de lábiis meis, rectum in conspéctu tuo fuit. Non sis tu mihi formídini, spes mea tu in die afflictiónis. Confundántur qui me persequúntur, & non confúndar ego: páveant illi, & non páveam ego: índuc super eos diem afflictiónis, & dúplici contritióne cóntere eos.

℟. Locúti sunt advérsum me lingua dolósa, & sermónibus ódii circumdedérunt me: pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi: * Ego autem orábam, & exaudísti me Dómine Deus meus.

℣. Et posuérunt advérsum me mala pro bonis, & ódium pro dilectióne mea. Ego.

Bén. Divínum auxílium.

Lectio ii. *Cap. 18. b*

Quis audívit tália horríbília, quæ fecit nimis virgo Israel? Numquid defíciet de petra agri nix Líbani? aut evélli possunt aquæ erumpéntes frígidæ, & defluéntes? Quia oblítus est mei pópulus meus, frustra libántes, & impingéntes in viis suis, in sémitis sǽculi, ut ambulárent per eas in itínere non trito, ut fíeret terra eórum in desolatiónem, & in síbilum sempitérnum; omnis, qui præteríerit per eam, obstupéscet & movébit caput suum. Sicut ventus urens dispérgam eos coram inimíco: dorsum & non fáciem osténdam eis in die perditiónis eórum. ℟. Dixérunt ímpii: Veníte & cogitémus contra justum cogitatiónes: non enim períbit lex a sacerdóte, neque consílium a sapiénte, nec sermo a prophéta: veníte & percutiámus eum lingua, & non attendámus ad univérsos sermónes ejus.

℣. Dixérunt ímpii apud se, non recte cogitántes: Circumveniámus justum quóniam contrárius est opéribus nostris: promíttit sciéntiam Dei habére, Fílium Dei se nóminat & gloriátur patrem se habére Deum: videámus si sermónes illíus veri sunt: & si est verus Fílius Dei, líberet eum de mánibus nostris; morte turpíssima condemnémus eum.

℣. Tamquam nugáces æstimáti sumus ab illo, & abstinet se a viis nostris tamquam ab immundítiis, & præfert novíssima justórum. Videámus.

Bén. Ad societátem.

Lectio iii.

Atténde Dómine ad me, & audi vocem adversariórum meórum. Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ? Recordáre quod stéterim in conspéctu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis. Proptérea da fílios eórum in famem, & deduc eos in manus gládii: fiant uxóres eórum absque líberis & vi-

[illegible], & [illegible]rum in[illegible]tur, mortui: júvenes [illegible] confodiéntur gládio in [illegible]. *Audiátur* clamor de [illegible]rum: addúces enim [illegible] eos latrónem repénte, [illegible] fodérunt fóveam ut cá[illegible] me, & láqueos ab[illegible]dérunt pédibus meis. Tu [illegible] Dómine scis omne con[illegible]rum advérsum me in [illegible]: ne propitiéris ini[illegible] eórum, & peccátum [illegible] a fácie tua non de[illegible], fiant corruéntes in [illegible]péctu tuo; in témpore [illegible] tui abútere eis.

℟. Circumdedérunt me viri [illegible]dáces, sine caussa flagél[illegible] cecidérunt me: * Sed tu [illegible] defénsor víndica me. ℣. [illegible] tribulátio pró[illegible] est, & non est qui ád[illegible]uvet. Sed tu. [illegible]dedérunt me viri.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Líbera me de sanguínibus [illegible] Deus meus, & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Psal. de Fer. iv. in Laud. 78.

Aña. Contumélias & terróres [illegible] sum ab eis: & Dñs mecú [illegible] tamquam bellátor fortis. *Aña.* Ipsi vero in vanum quæ[illegible] ánimā meā, introíbunt [illegible] inferióra terræ. *Aña.* Omnes inimíci mei audiérunt malum meum: Dómine lætáti [illegible], quóniam tu fecísti. *Aña.* Alliga Dómine in vínculis natiónes Géntium, & re[illegible] eárum in compédibus.

Ad Benedictus, Antiphona. Simon dormis? non potuísti una hora vigiláre mecum?

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus: ut qui nostris excéssibus incessánter affígimur, per Unigéniti Fílii tui passiónem liberémur: Qui tecum vivit & regnat.

Ad Magnificat, Antiphona. Ancilla dixit Petro: Vere tu ex illis es: nam & loquéla tua maniféstum te facit.

Deinde dicuntur Preces. 59.

Oratio.

REspice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum. Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Tribus sequentibus diebus dicto secreto, Pater noster. Ave María; *& ad Matutinum & in principio Primæ,* Credo, *omnibus aliis prætermissis, absolute incipitur Officium: Ad Matutinum & Vesper. ab Antiph. primi Psalmi & Aña duplicantur sicut in festo Duplici.*

In fine Psalmorum non dicitur Gloria Patri. *per omnes Horas, nec in Responsoriis, & in fine cujuslibet Psalmi ad Matutinum extinguitur una ex quindecim candelis positis in candelabro triangulari ante Altare.*

FE-

FERIA QUINT

IN COENA DOMINI.

AD MATUTINUM.

In primo Nocturno, Antiph. Zelus domus tuæ comédit me, & oppróbria exprobrántium tibi, cecidérunt super me.

Psalmus 68.

SAlvum me fac Deus, * quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infixus sum in limo profúndi, * & non est substántia.

Veni in altitúdinem maris: * & tempéstas demérsit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: * defecérunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capillos cápitis mei, * qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt, qui persecúti sunt me, inimíci mei injúste: * quæ non rápui, tunc exolvébam.

Deus tu scis insipiéntiam meam, * & delícta mea a te non sunt abscóndita.

Non erubéscant in me, qui expéctant te Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundántur super me * qui quærunt te, Deus Israel.

Quóniam propter te sustínui oppróbrium: * opéruit confúsio fáciem meam.

Extráneus factus sum frátribus meis, * & peregrínus filiis matris meæ.

Quóniam zelus domus comédit me: * & oppr exprobrántium tibi, ce runt super me.

Et opérui in jejúnio mam meam, * & factu in oppróbrium mihi.

Et pósui vestiméntum me cilícium: * & factus sum lis in parábolam.

Advérsum me loquebá qui sedébant in porta: in me psallébant, qui bi bant vinum.

Ego vero oratiónem m ad te, Dómine: * tem beneplácitì Deus.

In multitúdine misericó tuæ exáudi me, * & in ritáte salútis tuæ.

Eripe me de luto, ut infigar: * líbera me ab qui odérunt me, & de fúndis aquárum.

Non me demérgat temp aquæ, neque absórbeat profúndum: * neque úr super me púteus os suum

Exáudi me Dómine, niam benígna est miseri dia tua: * secúndum m túdinem miseratiónum rum réspice in me.

Et ne avértas fáciem a púero tuo: * quón tríbulor, velóciter e di me.

Inténde ánimæ meæ, & be

[redacted]

, * propter inimí-
s éripe me.
impropérium meum,
iónem meam, * &
am meam.
péctu tuo sunt om-
tríbulant me, * im-
n expectávit cor
misériam.
ui qui simul contri-
& non fuit; * & qui
ivi, & non invéni.
runt in escam meam
in siti mea potavé-
acéto.
nsa eórum coram ipsis
um, * & in retribu-
in scándalum.
ntur óculi eórum ne
* & dorsum eórum
incúrva.
super eos iram tu-
furor iræ tuæ com-
t eos.
itátio eórum desér-
in tabernáculis eó-
sit, qui inhábitet.
n, quem tu percus-
rsecuti sunt, * &
órem vúlnerum meó-
idérunt.
iniquitátem super
m eórum, * & non
n justítiam tuam.
ur de Libro vivén-
& cum justis non
r.
m pauper & do-
alus tua Deus suscé-

nomen Dei cum
* & magnificábo
aude.
ébit Deo super ví-
tulum novéllum * córnua pro-
ducéntem & úngulas.

Vídeant páuperes, & læténtur: * quærite Deum, & vivet ánima vestra.

Quóniam exaudívit páuperes Dóminus, * & vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli & terra: * mare & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciet Sion, * & ædificabúntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * & hæreditáte acquírent eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam, * & qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Aña. Zelus domus tuæ comédit me, & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt super me. *Aña.* Avertántur retrórsum & erubéscant, qui cógitant mihi mala.

Psalmus 69.

DEus in adjutórium meum inténde: * Dómine ad adjuvándum me festína.

Confundántur & revereántur * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, & erubéscant * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi Euge, euge.

Exúltent & læténtur in te omnes qui quærunt te: * & dicant semper, Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego

[redacted]

Ego vero egénus & pauper sum: * Deus ádjuva me.

Adjútor meus, & liberátor meus es tu: * Dñe ne moréris.

Añ. Avertántur retrórsum, & erubéscant, qui cógitant mihi mála. *Añ.* Deus meus éripe me de manu peccatóris.

Psalmus 70.

IN te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum, * ut salvum me fácias.

Quóniam firmaméntum meum, * & refúgium meum es tu.

Deus meus éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agéntis & iníqui.

Quóniam tu es patiéntia mea Dómine, * Dómine spes mea a juventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero: * de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

In te cantátio mea semper: * tamquã prodígium factus sum multis, & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam: * tota die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore senectútis; * cum defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi, * & qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicéntes: Deus dereli eum, persequímini, & c prehéndite eum: * quia est qui erípiat.

Deus ne elongéris a me Deus meus in auxílium um réspice.

Confundántur, & defi detrahéntes ánimæ meæ operiántur confusióne & dóre, qui quærunt mala m

Ego autem semper spe bo, * & adjíciam super nem laudem tuam.

Os meum annuntiábit ju tiam tuam; * tota die sa táre tuum.

Quóniam non cognóvi li ratúram, introíbo in po tias Dómini: * Dómine morábor justítiæ tuæ sol

Deus docuísti me a juv túte mea, * & usque n pronuntiábo mirabília tua

Et usque in senéctam & nium, * Deus ne derel quas me.

Donec annúntiem bráchi tuum * generatióni om quæ ventúra est.

Poténtiam tuam, & ju tiam tuam Deus usque in tíssima, quæ fecísti mag lia: * Deus quis símilis ti

Quantas ostendísti mihi t bulatiónes multas & mal & convérsus vivificásti me & de abyssis terræ íter reduxísti me.

Multiplicásti magnificén tuam, * & convérsus co solátus es me.

Nam & ego confitébor t in vasis psalmi veritát

tuam:

[redacted]

Deus psallam tibi
ra, Sanctus Israel.
bunt lábia mea cum
ro tibi, * & ánima
mam redemísti.
: lingua mea tota die
bitur justítiam tuam: *
nfúsi & reveríti sue-
i quærunt mala mihi.
eus meus éripe me de
peccatóris. ℣. Avertán-
rórsum & erubéscant.
cógitant mihi mala.
ridue post Versiculos
dicitur secreto, Pater
nec pronuntiatur, Et
, nec dicitur Absolu-
qua dantur Benedictio-
re Lect. in fine Lect.
itur Tu autem, sed
hoc Lectiones Jeremiæ
untur ut infra.
Lamentátio Jeremíæ
Prophétæ.
i. Cap. 1. Aleph.
modo sedet sola civi-
s plena pópulo: facta
si vídua dómina Gén-
princeps provinciárum
st sub tribúto.
Plorans plorávit in
& lácrymæ ejus in
ejus: non est qui
tur eam ex ómnibus
jus: omnes amíci ejus
unt eam, & facti sunt
ici.
Migrávit Judas pro-
flictiónem, & multi-
servitútis: habitávit
Gentes, nec invénit
: omnes persecutó-
apprehendérunt eam
angústias.

Daleth. Viæ Sion lugent, eo quod non sint, qui véniant ad solemnitátem: omnes portæ ejus destrúctæ: Sacerdótes ejus geméntes: vírgines ejus squálidæ, & ipsa oppréssa amaritúdine.
He. Facti sunt hostes ejus in cápite, inimíci ejus locupletáti sunt: quia Dóminus locútus est super eam propter multitúdinem iniquitátum ejus: párvuli ejus ducti sunt in captivitátem ante fáciem tribulántis.
Jerusalem, Jerúsalem, convértere ad Dñm Deum tuum.
Sic terminantur Lect. de Lamentationibus in hoc triduo.
℟. In monte Olivéti orávit ad Patrem: Pater, si fieri potest, tránseat a me calix iste: * Spíritus quidem promptus est, caro auté infirma. ℣. Vigiláte & oráte, ut non intrétis in tentatiónem. Spíritus.
Lectio ii. *Vau.*
ET egréssus est a fília Sion omnis decor ejus: facti sunt príncipes ejus velut arietes non inveniéntes páscua, & abiérunt absque fortitúdine ante fáciem subsequéntis.
Zain. Recordáta est Jerúsalem diérum afflictiónis suæ, & prævaricatiónis ómnium desiderabílium suórum, quæ habúerat a diébus antíquis, cum cáderet pópulus ejus in manu hostíli, & non esset auxiliátor: vidérunt eam hostes, & derisérunt sábbata ejus.
Heth. Peccátum peccávit Jerúsalem, proptérea instábilis

lis facta est: omnes, qui glorificábant eam, sprevérunt illam; quia vidérunt ignomíniam ejus: ipsa autem gemens convérsa est retrórsum.

Teth. Sordes ejus in pédibus ejus, nec recordáta est finis sui: depósita est veheménter, non habens consolatórem: vide Dómine afflictiónem meam, quóniam eréctus est inimícus.

Jerúsalem, Jerúsalem, convértere ad Dñm Deum tuum.

℟. Tristis est ánima mea usque ad mortem: sustinéte hic & vigiláte mecum; nunc vidébitis turbam, quæ circúmdabit me; * Vos fugam capiétis, & ego vadam immolári pro vobis. ℣. Ecce appropínquat hora, & Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. Vos.

Lectio iii. *Jod.*

MAnum suam misit hostis ad ómnia desiderabília ejus: quia vidit Gentes ingréssas Sanctuárium suum, de quibus præcéperas ne intrárent in Ecclésiam tuam.

Caph. Omnis pópulus ejus gemens & quærens panem; dedérunt pretiósa quæque pro cibo ad refocillándam ánimam: Vide Dñe & considera, quóniam facta sum vilis.

Lamed. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite & vidéte, si est dolor sicut dolor meus: quóniam vindemiávit me, ut locútus est Dóminus in die iræ furóris sui.

Mem. De excélso misit ignem in óssibus meis, & erud[illegible] me: expándit rete pédi[illegible] meis, convértit me retr[illegible] sum: pósuit me desolátam tota die mœróre conféct[illegible]

Nun. Vigilávit jugum iniq[illegible] tátum meárum: in manu e[illegible] convolútæ sunt & impó[illegible] collo meo: infirmáta est vir[illegible] mea, dedit me Dñs in man[illegible] de qua non pótero súrgere.

Jerúsalem, Jerúsalem, co[illegible] vértere ad Dñm Deum tu[illegible]

℟. Ecce vídimus eum n[illegible] habéntem spéciem, neque d[illegible] córem; aspéctus ejus in [illegible] non est: hic peccáta nost[illegible] portávit, & pro nobis dole[illegible] ipse autem vulnerátus est p[illegible] pter iniquitátes nostras. * [illegible] jus livóre sanáti sumus. n[illegible] ℣. Vere languóres nostros i[illegible] tulit, & dolóres nostros i[illegible] portávit. Cujus. Ecce.

In ii. Noct. Aña. Liberá[illegible] Dóminus páuperem a poté[illegible] te: & ínopem, cui non e[illegible] adjútor. *Psalmus 71.*

DEus judícium tuum r[illegible] gi da, * & justít[illegible] tuam filio regis.

Judicáre pópulum tuum [illegible] justítia, * & páuperes tu[illegible] in judício.

Suscípiant montes pacem p[illegible] pulo, * & colles justítia[illegible]

Judicábit páuperes pópuli [illegible] & salvos fáciet fílios páup[illegible] rum, * & humiliábit calu[illegible] niatórem.

Et permanébit cum sole, [illegible] ante lunam, * in generati[illegible] ne, & generatiónem [illegible]

Descéndet sicut plúvia [illegible] vel-

[redacted]

& sicut stillicídia super terram.
In diébus ejus justi- ... abundántia pacis ... * ... ferátur luna.
... nábitur a mari us- ... are, * & a flúmine ... términos orbis ter- ...

Illo prócident Æthio- ... : inimíci ejus terram ...

... harsis & ínsulæ mú- ... rent : * reges Ara- ... aba dona addúcent. ... rábunt eum omnes ... ræ : * omnes Gentes ... ei.
... berábit páuperem a ... * & páuperem, cui ... adjútor.
... áuperi & inopi, * & ... uperum salvas fáciet.
... is & iniquitáte ré- ... imas eórum : * & ... le nomen eórum co- ...

... t, & dábitur ei de ... biæ, & adorábunt ... semper : * tota die ... it ei.
... rmaméntum in terra ... móntium, superex- ... uper Líbanum fru- ... : * & florébunt de ... icut fœnum terræ.
... en ejus benedíctum ... : * ante solem pér- ... men ejus.
... dicéntur in ipso om- ... is terræ : * omnes ... agnificábunt eum.
... us Dñs Deus Israel, * ... mirabília solus.

Et benedíctum nomen ma- jestátis ejus in ætérnum : * & replébitur majestáte ejus omnis terra : fiat, fiat.

Añ. Liberávit Dñs páuperem a poténte, & ínopem, cui non erat adjútor.

Añ. Cogitavérunt ímpii, & locúti sunt nequítiam : iniquitátem in excélso locúti sunt. *Psalmus 72.*

Quam bonus Israel Deus ! his, qui recto sunt corde !

Mei autem pene moti sunt pedes : * pene effúsi sunt gressus mei,

Quia zelávi super iníquos, * pacem peccatórum videns.

Quia non est respéctus morti eórum, * & firmaméntum in plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt, * & cum homínibus non flagellabúntur.

Ideo ténuit eos supérbia : * opérti sunt iniquitáte, & impietáte sua.

Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum : * transiérunt in afféctum cordis.

Cogitavérunt & locúti sunt nequítiam : * iniquitátem in excélso locúti sunt.

Posuérunt in cælum os suum, * & lingua eórum transívit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hic, * & dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixérunt : Quómodo scit Deus, * & si est sciéntia in excélso ?

Ecce ipsi peccatóres, & abun-

abundántes in sǽculo * obtinuérunt divítias.

Et dixi; Ergo sine causa justificávi cor meum, * & lavi inter innocéntes manus meas.

Et fui flagellátus tota die, * & castigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo sic: * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Existimábam ut cognóscerem hoc: * labor est ante me.

Donec intrem in sanctuárium Dei, * & intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis: * dejecísti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatiónem, súbito defecérunt: * periérunt propter iniquitátem suam.

Velut somnium surgéntium, Dómine, * in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, & renes mei commutáti sunt, * & ego ad níhilum redáctus sum, & nescívi.

Ut juméntũ factus sum apud te: * & ego semper tecum.

Tenuísti manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxísti me, * & cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cælo? * & a te quid vólui super terram?

Defécit caro mea & cor meum: * Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce qui elóngant se a te, períbunt: * perdidísti omnes, qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est: * pónere in Dómino Deo spem meam.

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas, * in portis fíliæ Sion.

Ant. Cogitavérunt ímpii, & locúti sunt nequítiam: iniquitátem in excélso locúti sunt. *Ant.* Exúrge Dómine, & júdica causam meam.

Psalmus 73.

UT quid Deus repulísti in finem: * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, * quam possedísti ab inítio.

Redemísti virgam hereditátis tuæ: * mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: * quanta malignátus est inimícus in Sancto.

Et gloriáti sunt, qui odérunt te, * in médio solemnitátis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa: * & non cognovérunt sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idípsum: * in secúri & áscia dejecérunt eam.

Incendérunt igni Sanctuárium tuum: * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul: Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei a terra.

Si-

[redacted]

...ftus non vidimus,
...ft Prophéta, * &
...cognóscet ámplius.
...Deus impróperá-
...us, * irrítat adver-
...nen tuum in finem?
...vértis manum tuam
...tuam * de mé-
...uo in finem?
...em Rex noster an-
...: * operátus est sa-
...médio terræ.
...firmásti in virtúte
...* contribulásti cá-
...num in aquis.
...egísti cápita dracó-
...dísti eum escam pó-
...íopum.
...písti fontes & tor-
...tu siccásti flúvios
...dies & tua est
...u fabricátus es au-
...solem.
...sti omnes términos
...æstátem & ver tu
...ea.
...sto hujus, inimícus
...ávit Dómino, * &
...insípiens incitávit
...um.
...béstiis ánimas con-
...tibi: * & ánimas
...tuórum ne oblivi-
...finem.
...in testaméntum tu-
...ia repléti sunt, qui
...sunt terræ dómibus
...m.
...tátur húmilis factus
...* pauper & inops
...nomen tuum.
Deus, júdica caus-
...: * memor esto

impropériórum tuórum, eórum, quæ ab insipiénte sunt tota die.

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum: * supérbia eórum, qui te odérunt ascéndit semper.

Añt. Exúrge Dómine, & júdica causam meam.

℣. Deus meus éripe me de manu peccatóris. ℟. Et de manu contra legem agéntis & iniqui. Pater noster, *dicitur totum secreto.*

Ex tractátu S. Augustíni Epíscopi super Psalmos.

In Psalm. 54. ad 1. vers.

Lectio iv.

Exáudi Deus oratiónem meam, & ne despéxeris deprecatiónem meam: inténde mihi & exáudi me. Satagéntis, sollíciti, in tribulatióne pósiti, verba sunt ista. Orat multa pátiens, de malo liberári desíderans. Súperest ut videámus in quo malo sit; & cum dícere cœperit, agnoscámus ibi nos esse; ut communicáta tribulatióne, conjungámus oratiónem. Contristátus sum, inquit, in exercitatióne mea, & conturbátus sum. Ubi contristátus? Ubi conturbátus? In exercitatióne mea, inquit. Hómines malos, quos pátitur, commemorátus est; eamdémque passiónem malórum hóminum exercitatiónem suam dixit. Ne putétis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis ágere Deum. Omnis malus aut ídeo vivit ut

ut corrigátur; aut ídeo vivit, ut per illum bonus exerceátur. ℟. Amícus meus ósculi me trádidit signo: quem osculátus fúero, ipse est, tenéte eum; hoc malum fecit signum, qui per ósculum adimplévit homicídium. * Inféliх prætermísit prétium sánguinis, & in fine láqueo se suspéndit. ℣. Bonum erat ei, si natus non fuísset homo ille. Inféliх.

Lectio v.

Utinam ergo qui nos modo exércent, convertántur & nobíscum exerceántur: tamen quámdiu ita sunt ut exérceant: non eos odérimus; quia in eo quod malus est quis eórum, utrum usque in finem perseveratúrus sit, ignorámus. Et plerúmque cum tibi videris odísse inimícum, fratrem odísti, & nescis. Diábolus & angeli ejus in Scriptúris sanctis manifestáti sunt nobis, quod ad ignem ætérnum sint destináti. Ipsórum tantum desperánda est corréctio, contra quos habémus occúltam luctam: ad quam luctam nos armat Apóstolus dicens: Non est nobis colluctátio advérsus carnem & sánguinem; id est, non advérsus hómines, quos vidétis, sed advérsus príncipes & potestátes & rectóres mundi, tenebrárum harum. Ne forte cum dixísset, mundi, intellígeres dæmones, esse rectóres cæli & terræ. Mundi dixit, tenebrárum harum; mundi dixit, amatórum mundi; mundi dixit, impiórum, & iniquórum; mundi dixit, de quo dicit Evangélium: Et mundus eum non cognóvit.

℟. Judas mercátor péssimus ósculo pétiit Dóminum; ille ut agnus innocens non negávit Judæ ósculum: * Denariórum número Christum Judæis trádidit. ℣. Mélius illi erat, si natus non fuísset. Denariórum.

Lectio vi.

Quóniam vidi iniquitátem, & contradictiónem in civitáte. Atténde glóriam crucis ipsíus. Jam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimíci insultavérunt. Efféctus probávit virtútem: domuit orbem non ferro, sed ligno. Lignum crucis contuméliis dignum visum est inimícis, & ante ipsum lignum stantes caput agitábant & dicébant: Si Fílius Dei est, descéndat de cruce. Extendébat ille manus suas ad pópulum non credéntem & contradicéntem. Si enim justus est qui ex Fide vivit, iníquus est qui non habet Fidem. Quod ergo hic ait, iniquitátem, perfídiam intéllige. Vidébat ergo Dóminus in civitáte iniquitátem & contradictiónem, & extendébat manus suas ad pópulum non credéntem & contradicéntem; & tamen & ipsos expéctans dicébat: Pater, ignósce illis, quia nésciunt quid fáciunt.

℟. Unus ex discípulis meis tradet me hódie: Væ illi per

quem

[redacted]

idar ego: * mélius fi-
-ſi natus non fuiſſet.
trinxit mecum ma-
nurópſide, hic me tra-
eſt in manus peccató-
iélius. Unus.
io Nocturno, Antiph.
iſquis: Nolíte loqui
Deum iniquitátem.
Pſalmus 74.
ftebimur tibi Deus: *
nfitébimur, & invo-
nomen tuum.
imus mirabília tua: *
:épero tempus, ego
judicábo.
icta eſt terra, & om-
hábitant in ea; * ego
ivi colúmnas ejus.
iquis: Nolíte iníque
* & delinquéntibus:
xaltáre cornu.
extóllere in altum cor-
m: * nolíte loqui ad-
Deum iniquitátem.
eque ab Oriénte, ne-
Occidénte, neque a
móntibus: * quóniam
dex eſt:
miliat, & hunc exál-
ia calix in manu Dómi-
meri plenus mixto.
linávit ex hoc in hoc,
men fæx ejus non eſt
t: * bibent omnes
es terræ.
tem annuntiábo in ſæ-
* cantábo Deo Jacob.
nia córnua peccatórum
gam, * & exaltabún-
nua juſti.
ixi iníquis: Nolíte
lvérſus Deum iniqui-
Aña. Terra trémuit
Verba.

& quiévit, dum exúrgeret
in judício Deus.

Pſalmus 75.

Notus in Judæa Deus, *
in Iſrael magnum no-
men ejus.
Et factus eſt in pace locus
ejus, * & habitátio ejus in
Sion.
Ibi confrégit poténtias ár-
cuum: * ſcutum, gládium
& bellum.
Illúminans tu mirabíliter a
móntibus ætérnis: * turbáti
ſunt omnes inſipiéntes corde.
Dormiérunt ſomnum ſuum, *
& nihil invenérunt omnes vi-
ri divitiárum in mánibus ſuis.
Ab increpatióne tua Deus
Jacob * dormitavérunt qui
aſcendérunt equos.
Tu terríbilis es, & quis re-
ſiſtet tibi? * ex tunc ira tua.
De cælo audítum fecíſti ju-
dícium; * terra trémuit &
quiévit.
Cum exúrgeret in judícium
Deus, * ut ſalvos fáceret om-
nes manſuétos terræ.
Quóniam cogitátio hóminis
confitébitur tibi, * & relí-
quiæ cogitatiónis diem fe-
ſtum agent tibi.
Vovéte & réddite Dómino
Deo veſtro * omnes, qui in
circúitu ejus affértis múnera.
Terríbili & ei, qui aufert
ſpíritum príncipum: * terrí-
bili apud reges terræ.
Aña. Terra trémuit & quié-
vit, dum exúrgeret in ju-
dício Deus. Aña. In die tri-
bulatiónis meæ Deum exqui-
ſívi mánibus meis.

Psalmus. 76.

VOce mea ad Dóminum clamávi; * voce mea ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum, * & non sum decéptus.

Rénuit consolári ánima mea: * memor fui Dei, & delectátus sum, & exercitátus sum & defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei: * turbátus sum, & non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos, * & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, * & exercitábar, & scopébam spíritum meum.

Numquid in ætérnum projíciet Deus? * aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet * a generatióne in generatiónem?

Aut obliviscétur miseréri Deus? * aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélsi.

Memor fui óperum Dómini: * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, * & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus, qui facis mirabília.

Notam fecísti in pópulis virtútem tuam: * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Jacob & Joseph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ, * & timuérunt, & turbátæ sunt abyssi.

Multitúdo sónitus aquárum: * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagíttæ tuæ tránseunt: * vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: * commóta est & contrémuit terra.

In mari via tua, & sémitæ tuæ in aquis multis, * & vestígia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum, * in manu Móysi & Aaron.

Aña. In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi mánibus meis.

℣. Exúrge Dómine, & ℟. júdica causam meam.

Pater noster. *secretò.*

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio vii. Cap. 11.

HOc autem præcípio; non láudans quod non in mélius, sed in detérius convenítis. Primum quidem conveniéntibus vobis in Ecclésiam, áudio scissúras esse inter vos, & ex parte credo. Nam opórtet & hæreses esse, ut & qui probáti sunt, manifésti fiant in vobis. Conveniéntibus ergo vobis in unum; jam non est Domínicam cœnam manducáre. Unusquisque enim suam cœnam præsúmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit, álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum, & bibéndum? aut Ec-

clésiam Dei contémnitis, & confúnditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

℟. Eram quasi agnus innocens; ductus sum ad immolándum, & nesciébam: consílium fecérunt inimíci mei advérsum me, dicéntes: * Veníte, mittámus lignum in panem ejus, & eradámus eum de terra vivéntium.

℣. Omnes inimíci mei advérsum me cogitábant mala mihi: verbum iníquum mandavérunt advérsum me, dicéntes. Veníte.

Lectio viii.

EGo enim accépi a Dómino, quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit & dixit: Accípite & manducáte, hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter & cálicem, postquam cœnávit, dicens: Hic calix novum testaméntum est in meo Sánguine. Hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℟. Una hora non potuístis vigiláre mecum, qui exhortabámini mori pro me? * Vel Judam non vidétis, quómodo non dormit; sed festínat trádere me Judæis? ℣. Quid dormítis? súrgite & oráte, ne intrétis in tentatiónem. Vel Judam.

Lectio ix.

ITaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíbérit cálicem Dómini indígne, reus erit Córporis & Sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo, & sic de pane illo edat & de cálice bibat. Qui enim mandúcat & bibit indígne, judícium sibi mandúcat & bibit, non dijúdicans Corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecílles & dórmiunt multi. Quod si nosmetípsos dijudicarémur, non utíque judicarémus. Dum judicámur autem, a Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur. Itaque, fratres mei, cum convenítis ad manducándum, ínvicem expectáte. Si quis ésurit; domi mandúcet: ut non in judícium conveniátis. Cétera autem, cum vénero, dispónam. ℟. Senióres pópuli consílium fecérunt, * Ut Jesum dolo tenérent & occíderent; cum gládiis, & fústibus exiérunt tamquam ad latrónem. ℣. Collegérunt Pontífices, & Pharisæi concílium. Ut Jesum. Senióres.

AD LAUDES,

Antiphona.

Justificéris Dómine in sermónibus tuis, & vincas cum judicáris. *Psalmus* 50.

MIserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea, * & a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam, * & exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: * & Spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui, * & spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries, * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes, & holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Aña. Justificéris Dómine in sermónibus tuis, & vincas cum judicáris. *Aña.* Dóminus tamquam ovis ad víctimam ductus est, & non apéruit os suum. *Psalmus 89.*

Dómine refúgium factus es nobis * a generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes fíerent, aut formarétur terra, & orbis: * a sǽculo & usque in sǽculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem, * & dixísti: Convertímini fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos * tamquam dies hestérna, quæ prætériit.

Et custódia in nocte, * quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, mane flóreat, & tránseat: * véspere décidat, indúret, & aréscat.

Quia defécimus in ira tua, & in furóre tuo turbáti sumus.

Po-

iniquitátes nostras
éctu tuo, * sæcu-
rum in illuminatióne
ti.
m omnes dies nostri
nt, * & in ira tua
s.
ostri sicut aránea me-
r: * dies annórum
n in ipsis, septua-
ni.
m in potentátibus,
anni, * & ámplius
labor & dolor.
n supervénit mansue-
& corripiémur.
ovit potestátem iræ
& præ timóre tuo
n dinumeráre?
m tuam sic notam
& erudítos corde in
.
ere Dómine, úsque-
& deprecábilis esto
vos tuos.
sumus mane miseri-
a, * & exultávimus
áti sumus ómnibus
ostris.
sumus pro diébus,
os humiliásti: * an-
us vídimus mala.
in servos tuos, &
tua, * & dírige fi-
m.
lendor Dómini Dei
per nos, & ópera
nostrárum dírige su-
* & opus mánuum
dírige.
minus tamquam ovis
am ductus est, &
uit os suum.
tritum est cor meum
in médio mei, contremué-
runt ómnia ossa mea.

Psalm. Deus Deus meus. 18.

Aña. Exhortátus es in vir-
túte tua, & in refectióne
sancta tua Dómine.

Canticum Moysi. Exodi 15.

CAntémus Dómino: glo-
rióse enim magnificátus
est: * equum & ascensórem
dejécit in mare.

Fortitúdo mea & laus mea
Dóminus, * & factus est mi-
hi in salútem.

Iste Deus meus, & glorifi-
cábo eum; * Deus patris mei,
& exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor:
omnípotens nomen ejus: *
currus Pharaónis, & exérci-
tum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus submérsi
sunt in mari Rubro: * abyssi
operuérunt eos, descendérunt
in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magni-
ficáta est in fortitúdine, déx-
tera tua Dómine percússit ini-
mícum, * & in multitúdine
glóriæ tuæ deposuísti adver-
sários tuos.

Misísti iram tuam, quæ de-
vorávit eos sicut stípulam, *
& in spíritu furóris tui con-
gregátæ sunt aquæ.

Stetit unda fluens: * con-
gregátæ sunt abyssi in mé-
dio mari.

Dixit inimícus: Pérsequar &
comprehéndam: * dívidam
spólia, implébitur ánima mea.

Evaginábo gládium meum: *
interfíciet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, & opé-
L 3 ruit

ruit eos mare ; * submérsi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus Dómine ? * quis similis tui, magníficus in sanctitáte, terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília ?

Extendísti manum tuam, & devorávit eos terra : * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo, quem redemísti.

Et portásti eum in fortitúdine tua * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli & iráti sunt ; * dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, robústos Moab obtínuit tremor ; * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído & pavor * in magnitúdine bráchii tui.

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus Dómine, * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos & plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo, quod operátus es Dómine.

Sanctuárium tuum, Dómine, quod firmavérunt manus tuæ ; * Dóminus regnábit in ætérnum, & ultra.

Ingréssus est enim eques Pháraо cum cúrribus, & equítibus ejus in mare, * & redúxit super eos Dóminus aquas maris.

Fílii autem Israel ambulavérunt per siccum * in médio ejus.

Aña. Exhortátus es in virtúte tua, & in refectióne sancta tua Dómine. *Aña.* Oblátus est, quia ipse vóluit, & peccáta nostra ipse portávit.

Psalm. Laudáte Dóminum de cælis. 19.

Capitulum, & Hymnus non dicuntur.

℣. Homo pacis meæ, in quo sperávi. ℟. Qui edébat panes meos, ampliávit advérsum me supplantatiónem.

Ad Benedictus, Antiphona. Tráditor autem dedit eis signum, dicens : Quem osculátus fúero, ipse est, tenéte eum.

Interim dum dicitur Canticum Benedíctus. 21. *extinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari, præter unam, quæ posita est in summitate candelabri, extinguuntur paulatim sex candela posita a principio supra Altare, ad* ℣. Ut sine timóre. *itaut in ultimo versu extinguatur ultima candela, similiter extinguuntur lampades, & luminaria per Ecclesiam. Cum repetitur Aña.* Tráditor. *recipitur suprema candela ex candelabro, & absconditur sub Altari in cornu Epistolæ. Repetita Antiphona post Benedictus, dicitur* ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Secunda nocte additur.

Mortem autem crucis.

Tertia nocte additur.

Propter quod & Deus exaltávit

[redacted]

illum, & dedit illi no-
, quod est super omne
n.
se dicitur etiam per om-
Horas diei.
incipitur ℣. Christus
s est. *omnes genuflectunt,*
finito dicitur Pater no-
totum sub silentio: postea
. Miserére. 243. *ali-*
ulum altius, quo finito
Orémus, *dicitur simili*
Oratio.
Réspice, quæsumus, Dó-
mine, super hanc famí-
tuam, pro qua Dómi-
noster Jesus Christus non
ávit mánibus tradi no-
um, & crucis subíre
ntum, *sed* Qui tecum.
ur sub silentio.
ta Oratione, fit fragor
strepitus aliquantulum:
profertur candela accen-
sub Altari; & omnes
it, & cum silentio di-
ur.

D HORAS,

as, Tertia, Sexta, &
, dictis secreto, Pater
, Ave María, *& ad*
m, Credo, *absolute in-*
ur a Psalmis consuetis,
d Primam sunt, ut in-
: quibus finitis dicitur
Christus factus est pro
, &c. *flexis genibus,*
itur secreto, Pater no-
Psalm. Miserére. 243.
. Réspice, quæsumus
e. *ut suprà.*
e triduo non annuntia-
iquid de Martyrologio,
itur Pretiósa.

AD VESPERAS.

Vespera, dicto secretò Pater noster, Ave María, *inchoantur absolute a prima Antiphona sine cantu.*

Aña. Cálicem salutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo. *Psalmus 115.*

CRédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dño, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus, * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Aña. Cálicem salutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo. *Aña.* Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi, * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Aña. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis. *Aña.* Ab homínibus iníquis líbera me Dómine.

Psalmus 139.

ERipe me Dómine ab hómine malo: * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde: * tota die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris: * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: * abscondérunt supérbi láqueum mihi.

Et funes extendérunt in láqueum: * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu; * exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ: * obumbrásti super caput meum in die belli.

Ne tradas me Dómine a desidério meo peccatóri: * cogitavérunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Caput circúitus eórum: * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos: * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra: * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium inopis, * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo, * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Aña. Ab homínibus iníquis líbera me Dómine. *Aña.* Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi, & a scándalis operántium iniquitátem.

Psalmus 140.

DOmine clamávi ad te, exáudi me: * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo: * elevátio mánuum meárum sacrificium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo, * & óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem, * & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, & increpábit me: *

óleum

[redacted]

... peccatóris non
et caput meum
... illuc & orátio mea
... eórum: * ab-
sunt juncti petræ ...
...rum.
t verba mea quóniam
...: * sicut crassitúdo
...pta est super terram.
...à sunt ossa nostra se-
...: * quia ad te
... Dómine óculi mei:
...erávi, non áuferas
meam.
... me a láqueo, quem
...t mihi, * & a scánda-
...ntium iniquitátem.
In retiáculo ejus pec-
... * singuláriter sum
...ec tránseam.
...stódi me a láqueo,
...tuérunt mihi, & a
... operántium iniqui-
Aña. Considerábam
...ram & vidébam, &
qui cognósceret me.
Psalmus 141.
... mea ad Dóminum
...mávi: * voce mea ad
...m deprecátus sum.
... in conspéctu ejus
...m meam, * & tribu-
meam ante ipsum
...o.
...iéndo ex me spíritum
& tu cognovísti sé-
...as.
...c, qua ambulábam, *
...runt láqueum mihi.
...rábam ad déxteram
...m, * & non erat
...ósceret me.
...ga a me, * & non est
...rat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine: * di-
xi: Tu es spes mea, pórtio
mea in terra vivéntium.
Inténde ad deprecatiónem
meam, * quia humiliátus sum
nimis.
Líbera me à persequéntibus
me, * quia confortáti sunt
super me.
Educ de custódia ánimam
meam ad confiténdum nómi-
ni tuo: * me expéctant justi,
donec retríbuas mihi.
Aña. Considerábam ad déx-
teram & vidébam, & non
erat qui cognósceret me.
Capitulum, Hymnus, & ℣. non dicuntur in hoc triduo.
Ad Magnificat, Antiphona. Cœnántibus autem illis, ac-
cépit Jesus panem, & bene-
dixit, ac fregit, dedítque di-
scípulis suis.
℣. Christus factus est. *cum reliquis in Laudib.* 246.
*Ad Completorium non dici-
tur,* Jube domne, *nec Lectio
brevis, nec* Adjutórium, *ne-
que Oratio Dominica, sed fa-
cta Confessione, & Absolutio-
ne incipitur a Psalm.* Cum
invocárem. *Dictis Psalm. di-
citur,* Nunc dimíttis. *Deinde*
℣. Christus factus est. *cum
reliquis ad Laudes.* 246.
*Sic terminantur omnes Ho-
ræ hoc triduo, usque ad Ve-
speras Sabbati sancti.*

FERIA SEXTA
in Parasceve.
AD MATUTINUM.

In primo Nocturno, Antiph. Astitérunt reges terræ, & prin-
cipes convenérunt in unum

advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.

Psalmus 2.

QUare fremuérunt Gentes: * & pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: * & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua: * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus: * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi Gentes hæreditátem tuam: * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea: * & tamquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intelligíte: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre: * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus: * & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus: * beáti omnes, qui confídunt in eo.

Aña. Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.

Aña. Divisérunt sibi vestiménta mea, & super vestem meam misérunt sortem.

Psalmus 21.

DEus Deus meus, réspice in me: * quare me dereliquísti? longe a salúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus clamábo per diem & non exáudies, * & nocte, & non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas, * Laus Israel.

In te speravérunt patres nostri: * speravérunt, & liberásti eos.

Ad te clamavérunt, & salvi facti sunt: * in te speravérunt, & non sunt confúsi.

Ego autem sum vermis, & non homo; * oppróbrium hóminum & abjéctio plebis.

Omnes vidéntes me derisérunt me: * locúti sunt lábiis, & movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum: * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxísti me de ventre: * spes mea ab ubéribus matris meæ. In te projéctus sum ex útero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: * ne discésseris a me.

Quóniam tribulátio próxima est: * quóniam non est qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri pingues obsedérunt me.

Ape-

[redacted]

érunt super me os
*. sicut leo rápiens,
ens.
aqua effúsus sum, * &
sunt ómnia ossa mea.
n est cor meum tam-
era liquéscens * in mé-
ntris mei.
tamquam testa virtus
& lingua mea adhæsit
s meis, * & in púlve-
rtis deduxísti me.
iam circumdedérunt me
multi: * concílium ma-
inum obsédit me.
unt manus meas & pe-
os: * dinumeravérunt
ossa mea.
ero consideravérunt &
runt me; * divisérunt
stiménta mea, & super
meam misérunt sortem.
tem Dñe ne elongáve-
lium tuum a me: * ad
nem meam cónspice.
a frámea Deus ánimam
* & de manu canis
meam.
me ex ore leónis, *
rnibus unicórnium hu-
em meam.
o nomen tuum frá-
neis: * in médio Ec-
audábo te.
iméntis Dóminum, lau-
um: * univérsum se-
cob glorificáte eum.
t eum omne semen Is-
quóniam non sprevit
despéxit deprecatió-
uperis.
vértit fáciem suam a
& cum clamárem ad
audívit me.

Apud te laus mea in Ecclésia magna; * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes & saturabúntur, & laudábunt Dñm, qui requírunt eum; * vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Reminiscéntur & converténtur ad Dóminum * univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsæ famíliæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum, * & ipse dominábitur Géntium.

Manducavérunt & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conspéctu ejus cadent omnes, qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet, * & semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra, * & annuntiábunt cæli justítiam ejus, pópulo, qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Aña. Divisérunt sibi vestiménta mea, & super vestem meam misérunt sortem. *Aña.* Insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Psalmus 26.

DOminus illuminátio mea & salus mea; * quem timébo?

Dñs protéctor vitæ meæ: * a quo trepidábo?

Dum apprópiant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt & cecidérunt.

Si consistant advérsum me castra, * non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómino ómnibus dié bus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & vísitem templum ejus.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo; * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo & psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, qua clamávi ad te: * miserére mei & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea; * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me: * ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto: * ne derelínquas me, neque despícias me Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, & mater mea dereliquérunt me; * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua, * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age: * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Aña. Insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

℣. Divisérunt sibi vestiménta mea. ℟. Et super vestem meam misérunt sortem.

Pater noster. *secreto.*

De Lamentatióne Jeremíæ Prophétæ.

Lectio i. *Cap. 2. c* *Heth.*

COgitávit Dóminus dissipáre murum filiæ Sion: teténdit funículum suum, & non avértit manum suam a perditióne: luxítque antemuránle, & murus páriter dissipátus est.

Teth. Defixæ sunt in terra portæ ejus: pérdidit & contrívit vectes ejus: regem ejus, & príncipes ejus in Géntibus: non est lex, & prophétæ ejus non invenérunt visiónem a Dómino.

Jod. Sedérunt in terra, conticuérunt senes filiæ Sion; conspersérunt cínere cápita sua, accíncti sunt cilíciis: abjecérunt in terram cápita sua vírgines Jerúsalem.

Caph. Defecerunt præ lácrymis óculi mei: conturbáta sunt víscera mea; effúsum est in terra jecur meum super contritióne filiæ pópuli mei, cum deficeret pár-

[redacted]

s & infantes in platéis
...
m, Jerúsalem, convértere
Dóminum Deum tuum.
nes amíci mei derelí-
; me, & prævaluérunt
ìlis mihi: trádidit me,
fligébam: * Et terri-
óculis plaga crudéli
ntès, acéto potábant
Inter iníquos proje-
me, & non pepercé-
ímæ meæ. Et.
Vi. Lamed.
tribus suis dixérunt:
Ubi est tríticum & vi-
cum deficerent quasi
ti in plateis civitátis:
exhalárent ánimas suas
matrum suárum.
Cui comparábo te? vel
simulábo te filia Jerúsa-
em? exæquábo te, &
ibor te virgo filia
magna est enim velut
contrítio tua: quis me-
tui?
Prophétæ tui vidérunt
lsa & stulta, nec aperié-
iniquitátem tuam, ut te
pœniténtiam provocárent:
nt autem tibi assúm-
falsas & ejectiónes.
Plausérunt super te
us omnes transeúntes
nt: sibilavérunt & mo-
caput suum super fíliam
lem: Hæccine est urbs,
es, perféctì decóris,
m univérsæ terræ?
em, Jerúsalem, convértere
Dóminum Deum tuum.
lum templi scissum est,
omnis terra trémuit,

latro de cruce clamábat, dicens: Meménto mei, Dómine, dum véneris in regnum tuum.
℣. Petræ scissæ sunt, & monuménta apérta sunt, & multa córpora sanctórum, qui dormíerant, surrexérunt.
Et omnis.

Lect. iii. Cap. 3. Aleph.

EGo vir videns paupertátem meam in virga indignatiónis ejus.
Aleph. Me minávit & addúxit in ténebras, & non in lucem.
Aleph. Tantum in me vertit, & convértit manum suam tota die.
Beth. Vetústam fecit pellem meam & carnem meam, contrívit ossa mea.
Beth. Ædificávit in gyro meo, & circúmdedit me felle & labóre.
Beth. In tenebrósis collocávit me, quasi mórtuos sempitérnos.
Ghimel. Circumædificávit advérsum me, ut non egrédiar: aggravávit cómpedem meum.
Ghimel. Sed & cum clamávero & rogávero, exclúsit oratiónem meam.
Ghimel. Conclúsit vias meas lapídibus quadris, sémitas meas subvértit.
Jerúsalem, Jerúsalem, convértere ad Dóminum Deum tuum.
℟. Vínea mea elécta, ego te plantávi, * Quómodo convérsa es in amaritúdinem, ut me crucifígeres & Barábbam dimítteres?

℣. Se-

℣. Sepívi te, & lápides elégi ex te, & ædificávi turrim. Quómodo. Vínea.

In secundo Nocturno, Antiph. Vim faciébant, qui quærébant ánimam meam.

Psalmus 37.

Domine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam sagíttæ tuæ infíxæ sunt mihi, * & confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum: * & sicut onus grave graváitæ sunt super me.

Putruérunt, & corrúptæ sunt cicatríces meæ, * a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum & curvátus sum usque in finem: * tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus, * & non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum & humiliátus sum nimis: * rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum, * & gémitus meus a te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea: * & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

Amíci mei & próximi mei * advérsum me appropinquavérunt, & stetérunt.

Et qui juxta me erant, de longe stetérunt, * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes, * & dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam, * & sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens, * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sperávi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequando supergáudeant mihi inimíci mei, * & dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum, * & dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me, * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi, * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus: * ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

Aña. Vim faciébant, qui quærébant ánimam meam.

Aña. Confundántur & revereántur, qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam.

Psal-

Psalmus 39.

Expéctans expectávi Dóminum, * & inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas, * & edúxit me de lacu misériæ & de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos, * & diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timébunt, * & sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus, * & non respéxit in vanitátes, & insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua: * & cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi, & locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluísti: * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum & pro peccáto non postulásti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me, ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus, vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in Ecclésia magna: * ecce lábia mea non prohibébo; Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde meo: * veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam & veritátem tuam * a concílio multo.

Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiónes tuas a me: * misericórdia tua & véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei, * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me: * Dómine, ad adjuvándum me réspice.

Confundántur & revereántur simul, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsum & revereántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent & læténtur super te omnes quæréntes te: * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum & páuper * Dóminus sollícitus est mei.

Adjútor meus & protéctor meus es tu: * Deus meus ne tardáveris.

Aña. Confundántur & revereántur, qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam.

Aña. Aliéni insurrexérunt in me,

me, & fortes quæsiérunt ánimam meam.

Psalmus 53.

DEus in nómine tuo salvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me: * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis, * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * & confitébor nómini tuo Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me, * & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Antiphona. Aliéni insurrexérunt in me, & fortes quæsiérunt ánimam meam.

℣. Insurrexérunt in me testes iníqui. ℟. Et mentíta est iníquitas sibi.

Pater noster. *secretò.*

Ex Tractátu S. Augustíni Epíscopi super Psalmos.

In Psalmum 63. ad vers. 2.

Lectio iv.

PRotexísti me Deus a convéntu malignántium, a multitúdine operántium iniquitátem. Jam ipsum caput nostrum intueámur. Multi Mártyres tália passi sunt, sed nihil sic elúcet, quómodo caput Mártyrum: ibi mé-lius intuémur, quod illi ex-pérti sunt. Protéctus est a multitúdine malignántium, protegénte se Deo, protegénte carnem suam ipso Fílio, & hómine, quem gerébat: quia Fílius hóminis est, & Fílius Dei est. Fílius Dei propter formam Dei: Fílius hóminis, propter formam servi, habens in potestáte pónere ánimam suam, & recípere eam. Quid ei potuérunt fácere inimíci? Occidérunt corpus; ánimam non occidérunt. Inténdite. Parum ergo erat, Dóminum hortári Mártyres verbo, nisi firmáret exémplo.

℟. Tamquam ad latrónem exístis cum gládiis, & fústibus comprehéndere me: * Quotídie apud vos eram in templo docens, & non me tenuístis: & ecce flagellátum dúcitis ad crucifigéndum. ℣. Cúmque injecíssent manus in Jesum & tenuíssent eum, dixit ad eos. Quotídie.

Lectio v.

NOstis qui convéntus erat malignántium Judæórum, & quæ multitúdo erat operántium iniquitátem. Quam iniquitátem? Quia voluérunt occídere Dóminum Jesum Christum. Tanta ópera bona, inquit, osténdi vobis, propter quod horum me vultis occídere? Pértulit omnes infírmos eórum, curávit omnes lánguidos eórum, prædicávit regnum cæ-

lórum, non tácuit vitia eórum, ut ipsa pótius eis displicérent, non médicus, a quo sanabántur. His ómnibus curatiónibus ejus ingràti, tamquam multa febre phrenétici, insaniéntes in médicum, qui vénerat curáre eos, excogitavérunt consílium perdéndi eum; tamquam ibi voléntes probáre, utrum vere homo sit, qui mori possit, an áliquid super hómines sit, & mori se non permittat. Verbum ipsórum agnóscimus in Sapiéntia Salomónis: Morte turpíssima, inquiunt, condemnémus eum. Interrogémus eum: erit enim respéctus in sermónibus illius. Si enim vere Filius Dei est, líberet eum.

℟. Ténebræ factæ sunt, dum crucifixíssent Jesum Judæi; & circa horam nonam exclamávit Jesus voce magna, Deus meus, ut quid me dereliquísti?* Et inclináto cápite emísit spíritum.

℣. Exclámans Jesus voce magna, ait: Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum. Et.

Lectio xi.

EXacuérunt tamquam gládium línguas suas. Non dicant Judæi: Non occídimus Christum. Etenim proptérea eum dedérunt júdici Piláto, ut quasi ipsi a morte ejus videréntur immúnes. Nam cum dixísset eis Pilátus: Vos eum occídite: respondérunt: Nobis non licet occídere quemquam. Iniquitátem facínoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant: sed numquid Deum júdicem fallébant? Quod fecit Pilátus, in eo ipso quod fecit, aliquántum párticeps fuit: sed in comparatióne illórum multo ipse innocéntior. Institit enim, quantum pótuit, ut illum ex eórum mánibus liberáret; nam proptérea flagellátum prodúxit ad eos. Non persequéndo Dóminum flagellávit, sed eorum furóri satisfácere volens; ut vel sic jam mitéscerent & desínerent velle occídere, cum flagellátum vidérent. Fecit & hoc. At ubi perseveravérunt, nostis illum lavísse manus & dixísse, quod ipse non fecísset, mundum se esse a morte illíus. Fecit tamen. Sed si reus, quia fecit vel invítus: illi innocéntes, qui coegérunt ut fáceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum senténtiam, & jussit eum crucifígi & quasi ipse occídit: & vos o Judæi occidístis. Unde occidístis? Gládio linguæ: acuístis enim linguas vestras. Et quando percussístis, nisi quando clamástis: Crucifíge, crucifíge?

℟. Animam meam diléctam trádidi in manus iniquórum, & facta est mihi hæréditas mea sicut leo in silva: dedit contra me voces advérsarius, dicens: Congregámini & properáte ad devorándum illum: posuérunt me in desérto soli-

titúdinis, & luxit super me omnis terra: * Quia non est invéntus, qui me agnósceret, & fáceret bene.

℣. Insurrexérunt in me viri absque misericórdia, & non pepercérunt ánimæ meæ. Quia. Animam meam.

In tertio Nocturn. Antiphona. Ab insurgéntibus in me líbera me Dómine, quia occupavérunt ánimam meam.

Psalmus 58.

Eripe me de inimícis meis Deus meus, * & ab insurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem, * & de viris sánguinum salva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam: * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque peccátum meum Dómine: * sine iniquitáte cucúrri, & diréxi.

Exúrge in occúrsum meum & vide, * & tu Dómine Deus virtútum, Deus Israel.

Inténde ad visitándas omnes Gentes: * non misereáris ómnibus, qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad vésperam, & famem patiéntur ut canes, * & circuíbunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore suo, & gládius in lábiis eórum: * quóniam quis audívit?

Et tu Dómine deridébis eos: * ad níhilum dedúces omnes Gentes.

Fortitúdinem meam ad te custódiam, quia Deus suscéptor meus es: * Deus meus misericórdia ejus prævéniet me.

Deus osténdet mihi super inimícos meos, ne occídas eos: * ne quando obliviscántur pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua: * & depóne eos protéctor meus Dómine.

Delíctum oris eórum, sermónem labiórum ipsórum: * & comprehendántur in supérbia sua.

Et de execratióne, & mendácio annuntiabúntur in consummatióne: * in ira consummatiónis, & non erunt.

Et scient, quia Deus dominábitur Jacob, * & fínium terræ.

Converténtur ad vésperam, & famem patiéntur ut canes, * & circuíbunt civitátem.

Ipsi dispergéntur ad manducándum: * si vero non fuérint saturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam, * & exaltábo mane misericórdiam tuam.

Quia factus es suscéptor meus, * & refúgium meum in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus tibi psallam, quia Deus suscéptor meus es, * Deus meus misericórdia mea.

Antiphona. Ab insurgéntibus in me líbera me Dómine, quia occupavérunt ánimam meam.

An-

ona. Longe fecísti no-
os a me: tráditus sum,
ı egrediébar.
Psalmus 87.
mine Deus salútis
meæ: * in die clamávi
te coram te.
: in conspéctu tuo orá-
ea: * inclína aurem
d precem meam.
repléta est malis áni-
a: * & vita mea in-
appropinquávit.
átus sum cum descen-
as in lacum: * factus
ut homo sine adjutó-
iter mórtuos liber.
vulneráti dormiéntes
ilcris, quorum non es
ámplius: * & ipsi de
ua repúlsi sunt.
runt me in lacu infe-
* in tenebrósis & in
mortis.
me confirmátus est fu-
us: * & omnes fluctus
duxísti super me.
e fecísti notos meos a
posuérunt me abomi-
em sibi.
tus sum, & non egre-
: * óculi mei langué-
ræ inópia.
ávi ad te Dómine to-
: * expándi ad te ma-
as.
uid mórtuis fácies
lia? * aut médici su-
nt, & confitebúntur

uid narrábit áliquis in
o misericórdiam tu-
. & veritátem tuam in
órie?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * & justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clamávi, * & mane orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam, * avértis fáciem tuam a me?

Pauper sum ego, & in labóribus a juventúte mea: * exaltátus autem humiliátus sum & conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die: * circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amícum & próximum, * & notos meos a misériа.

Antiphona. Longe fecísti notos meos a me: tráditus sum, & non egrediébar.

Antiphona. Captábunt in ánimam justi, & sánguinem innocéntem condemnábunt.

Psalmus 93.

Deus ultiónum Dóminus, * Deus ultiónum líbere egit.

Exaltáre qui júdicas terram: * redde retributiónem supérbis.

Usquequo peccatóres, Dómine, * úsquequo peccatóres gloriabúntur?

Effabúntur & loquéntur iniquitátem: * loquéntur omnes, qui operántur injustítiam.

Pó-

[redacted]

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt, * & hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt, * & pupíllos occidérunt.

Et dixérunt: Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite insipiéntes in pópulo, * & stulti aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non consíderat?

Qui córripit Gentes, non árguet; * qui docet hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ sunt.

Beátus homo, quem tu erudíeris Dómine, * & de lege tua docúeris eum.

Ut mítiges ei a diébus malis, * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem suam, * & hæreditátem suam non derelínquet.

Quoadúsque justítia convertátur in judícium, * & qui juxta illam omnes, qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsus malignántes? * aut quis stabit mecum advérsus operántes iniquitátem?

Nisi quia Dóminus adjúvit me, * paullo minus habitásset in inférno ánima mea.

Si dicébam: Motu meus; * Misericórdi mine adjuvábat me.

Secúndum multitúdi lórum meórum in cor consolatiónes tuæ la runt ánimam meam.

Numquid adhæret ti iniquitátis, * qui f bórem in præcépto?

Captábunt in animat & sánguinem innocén demnábunt.

Et factus est mihi nus in refúgium Deus meus in ad spei meæ.

Et reddet illis ini ipsórum; & in ma rum dispérdet eos spérdet illos Dómin noster.

Aña. Captábunt in justi, & sánguinem i tem condemnábunt.

℣. Locúti sunt advér lingua dolósa.

℟. Et sermónibus c cumdedérunt me, & vérunt me gratis.

Pater noster. *secretò*.

De Epístola beáti Pa stoli ad Hebræ

Lectio vii.

FEstinémus ingred lam réquiem: idípsum quis íncida dulitátis exémplum est enim sermo Dei ficax, & penetrabíli gládio ancípiti, & gens usque ad di ánimæ ac spíritus, gum quoque ac med

secretionum cogitationum & intentionum cordis. Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrávit cælos, Jesum Filium Dei, teneámus confessiónem. Non enim habémus Pontíficem, qui non possit compati infirmitátibus nostris; tentátum autem per ómnia pro similitúdine absque peccáto.

℟. Tradidérunt me in manus impiórum, & inter iníquos projecérunt me, & non pepercérunt ánimæ meæ: congregáti sunt advérsum me fortes: * Et sicut gigántes stetérunt contra me. ℣. Alieni insurrexérunt advérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam. Et sicut.

Lectio iii. Cap. 4. d & 5.

Adeámus ergo cum fidúcia ad thronum grátiæ, ut misericórdiam consequámur, & grátiam inveniámus in auxílio opportúno. Omnis namque Póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona & sacrifícia pro peccátis, qui condolére possit iis, qui ignórant & errant: quóniam & ipse circúmdatus est infirmitáte: & proptérea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam & pro semetípso offérre pro peccátis.

℟. Jesum trádidit ímpius summis Princípibus Sacerdótum & Senióribus pópuli: * Petrus autem sequebátur eum a longe, ut vidéret finem. ℣. Adduxérunt autem eum ad Cáipham Príncipem Sacerdótum, ubi Scribæ & Pharisæi convénerant. Petrus autem.

Lectio ix.

Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus non semetípsum clarificávit, ut Póntifex fieret, sed qui locútus est ad eum: Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmodum & in álio loco dicit: Tu es Sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech. Qui in diébus carnis suæ preces supplicationésque ad eum, qui possit illum salvum fácere a morte, cum clamóre válido & lácrymis ófferens, exaudítus est pro sua reveréntia. Et quidem cum esset Fílius Dei, dídicit ex iis, quæ passus est, obediéntiam: & consummátus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi caussa salútis ætérnæ, appellátus a Deo Póntifex juxta órdinem Melchísedech.

℟. Caligavérunt óculi mei a fletu meo: quia elongátus est a me, qui consolabátur me. Vidéte omnes pópuli,

[redacted]

puli, * Si est dolor símilis sicut dolor meus.

℣. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite & vidéte: Si est. Caligavérunt.

AD LAUDES,

Antiphona.

PRóprio Fílio suo non pepércit Deus, sed pro nobis ómnibus trádidit illum.

Psalmus. Miserére mei Deus secúndum. 243.

Aña. Anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Psalmus 142.

DOmine exáudi oratiónem meam, áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua: * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo: * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos sæculi: * & anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum; meditátus sum in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me, * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam, * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine vivificábis me, in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam, * quóniam ego servus tuus sum.

Aña. Anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Aña. Ait latro ad latrónem: Nos quidem digna factis recípimus, hic autem quid fecit? Meménto mei Dómine, dum véneris in regnum tuum.

Psalm. Deus Deus meus. 18.

Antiphona. Cum conturbáta fúerit ánima mea, Dómine, misericórdiæ memor eris.

Canticum Habacuc. Cap. 3.

DOmine audívi auditiónem tuam, * & tímui. Dómine opus tuum: * in mé-

[redacted]

dió annórum vivífica il-
l.

n médio annórum notum
:ies : cum irátus fúeris,
sericórdiæ recordáberis.
eus ab Austro véniet, * &
ctus de monte Pharan.
périuit cælos glória ejus, *
laudis ejus plena est terra.
plendor ejus ut lux erit: *
rnua in mánibus ejus.
i abscóndita est fortitúdo
s, * ante fáciem ejus ibit
rs.
e egrediétur diábolus ante
des ejus: * Stetit, & men-
s est terram.
spéxit & dissólvit Gen-
s, * & contríti sunt mon-
s sæculi.
ncurváti sunt colles mun-
, * ab itinéribus æterni-
tis ejus.
Pro iniquitáte vidi tentória
thiópiæ: * turbabúntur pel-
s terræ Mádian.
Numquid in fluminibus irá-
s es Dómine? * aut in flu-
mínibus furor tuus? vel in
ari indignátio tua?
Qui ascéndes super equos
os, * & quadrígæ tuæ sal-
átio.
Súscitans suscitábis arcum
um: * juraménta tríbubus,
uæ locútus es.
Flúvios scindes terræ: vi-
érunt te & doluérunt mon-
es: * gurges aquárum trán-
it.
Dedit abyssus vocem suam, *
ltitúdo manus suas levávit.
Sol & luna stetérunt in ha-
itáculo suo: *, in luce sa-
gittárum tuárum, ibunt in
splendóre fulgurántis hastæ
tuæ.
In frémitu conculcábis ter-
ram, * & in furóre obstu-
pefácies Gentes.
Egréssus es in salútem pó-
puli tui, * in salútem cum
Christo tuo.
Percussísti caput de domo
ímpii; * denudásti funda-
méntum ejus usque ad col-
lum.
Maledixísti sceptris ejus, cá-
piti bellatórum ejus: * ve-
niéntibus ut turbo ad disper-
géndum me.
Exultátio eórum * sicut ejus,
qui dévorat páuperem in ab-
scóndito.
Viam fecísti in mari equis
tuis, * in luto aquárum
multárum.
Audívi & conturbátus est
venter meus, * a voce con-
tremuérunt lábia mea.
Ingrediátur putrédo in óssibus
meis, * & subter me
scáteat.
Ut requiéscam in die tri-
bulatiónis: * ut ascéndam
ad pópulum accínctum no-
strum.
Ficus enim non florébit, * &
non erit germen in víneis.
Mentiétur opus olívæ, * &
arva non áfferent cibum.
Abscindétur de ovíli pecus, *
& non erit arméntum in præ-
sépibus.
Ego autem in Dómino gau-
débo, * & exultábo in Deo
Jesu meo.
Deus Dñs fortitúdo mea, *
& po-

& ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor * in psalmis canéntem.

Aña. Cum conturbáta fúerit ánima mea, Dómine, misericórdiæ memor eris.

Aña. Meménto mei Dómine, dum véneris in regnum tuum. *Psalm.* Laudáte Dóminum de cælis. 19.

℣. Collocávit me in obscúris.

℟. Sicut mórtuos sæculi.

Ad Benedictus, Antiphona. Posuérunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Jesus Nazarénus, Rex Judæórum.

℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

Pater noster. *secretò.*

Psalm. Miserére. 243.

Oratio.

RESpice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum; Qui tecum vivit & regnat.

Ad Vesperas, Antiphona, & Psalmi præteriti diei, dicuntur sine cantu.

Ad Magnificat, Antiphona. Cum accepísset acétum, dixit: Consummátum est: & inclináto cápite emísit spíritum. ℣. Christus factus est, *& alia ut supra ad Laudem.* 246.

SABBATO SA[NCTO]

ad Matutinum

In primo Nocturno,

In pace in idípsum
& requiéscam.

Psalmus 4.

CUm invocárem,
vit me Deus
meæ: * in tribulati
tásti mihi.
Miserére mei, * &
oratiónem meam.
Fílii hóminum úsque
vi corde? * ut quid
vanitátem, & quæri
dácium?
Et scitóte, quóniam
vit Dóminus Sanctum
Dóminus exáudiet m
clamávero ad eum.
Irascímini, & nolíte
re: * quæ dícitis in
vestris, in cubílibus
compungímini.
Sacrificáte sacrificiu
tiæ, & speráte in Dó
Multi dicunt: Quis
nobis bona?
Signátum est super
men vultus tui Dómin
dísti lætítiam in cord
A fructu fruménti,
ólei sui * multiplicát
In pace in idípsum
miam & requiéscam.
Quóniam tu Dómin
láriter in spe * c
sti me.
Antiphona. In pace
psum dórmiam &
scam.
Antiphona. Habitábi
bernáculo tuo, requi
monte sancto tuo.

Psalmus 14.

minе, quis habitábit
n tabernáculo tuo ? *
is requiéscet in monte
tuo ?
ingréditur sine mácu-
& operátur justítiam.
loquitur veritátem in
suo, * qui non egit
in lingua sua.
fecit próximo suo ma-
& oppróbrium non ac-
advérsus próximos suos.
nihilum dedúctus est in
ctu ejus malígnus : *
es autem Dóminum
cat :
jurat próximo suo, &
décipit : * qui pecúniam
non dedit ad usúram,
nera super innocéntem
accépit.
facit hæc, * non mo-
r in ætérnum.
habitábit in tabernácu-
o, requiéscet in monte
tuo. *Aña.* Caro mea
scet in spe.

Psalmus 15.

Consérva me Dómine,
quóniam sperávi in te : *
Dómino, Deus meus
es, * quóniam bonórum
m non eges.
i, qui sunt in terra
* mirificávit omnes vo-
s meas in eis.
plicátæ sunt infirmitá-
rum : * póstea accele-
nt.
congregábo conventí-
órum de sanguínibus : *
emor ero nóminum eó-
er lábia mea.
Verna.

Dóminus pars hæreditátis
meæ & cálicis mei : * tu es
qui restítues hæreditátem me-
am mihi.

Funes cecidérunt mihi in
præcláris : * étenim hæré-
tas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui
tríbuit mihi intelléctum, *
ínsuper & usque ad noctem,
increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in
conspéctu meo semper, *
quóniam a dextris est mihi,
ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor
meum & exultávit lingua
mea : * ínsuper & caro mea
requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques
ánimam meam in inférno ; *
nec dabis Sanctum tuum vi-
dére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vi-
tæ, adimplébis me lætítia
cum vultu tuo : * delectа-
tiónes in déxtera tua usque
in finem.

Aña. Caro mea requiéscet
in spe.

℣. In pace in idípsum.

℟. Dórmiam & requié-
scam.

Pater noster, *secreto.*

De Lamentatióne Jeremíæ
Prophétæ.

Lectio i. *Cap. 3. c* *Heth.*

Misericórdiæ Dómini,
quia non sumus con-
súmpti : quia non defecérunt
miseratiónes ejus.

Heth. Novi dilúculo, multa
est Fides tua.

Heth. Pars mea Dóminus,

dixit ánima mea, proptéreà expectábo eum.
Teth. Bonus est Dóminus sperántibus in eum, ánimæ quærénti illum.
Teth. Bonum est præstolári cum siléntio salutáre Dei.
Teth. Bonum est viro, cum portáverit jugum ab adolescéntia sua.
Jod. Sedébit solitárius, & tacébit, quia levávit super se.
Jod. Ponet in púlvere os suum, si forte sit spes.
Jod. Dabit percutiénti se maxillam: saturábitur oppróbriis.
Jerúsalem, Jerúsalem, convértere ad Dóminum Deum tuum.
℟. Sicut ovis ad occisiónem ductus est, & dum male tractarétur, non apéruit os suum; tráditus est ad mortem, * Ut vivificáret pópulum suum.
℣. Trádidit in mortem ánimam suam, & inter sceleratos reputátus est. Ut.

Lectio ii. Cap. 4. Aleph.

Quómodo obscurátum est áurum, mutátus est color óptimus, dispérsi sunt lápides sanctuárii in cápite ómnium plateárum?
Beth. Filii Sion ínclyti, & amícti auro primo, quómodo reputáti sunt in vasa téstea, opus mánuum figuli?
Ghimel. Sed & lámiæ nudavérunt mammam, lactavérunt cátulos suos; filia pópuli mei crudélis, quasi strúthio in desérto.
Daleth. Adhæsit lingua lacténtis ad palátum ejus in siti; párvuli petiérunt panem, & non erat qui frángeret eis.
He. Qui vescebántur voluptuóse, interiérunt in viis: qui nutriebántur in cróceis, amplexáti sunt stércora.
Vau. Et májor effécta est iníquitas filiæ pópuli mei peccáto Sodomórum, quæ subvérsa est in moménto, & non cepérunt in ea manus.
Jerúsalem, Jerúsalem, convértere ad Dóminum Deum tuum.
℟. Jerúsalem surge, & éxue te véstibus jucunditátis; indúere cínere & cilício, * Quia in te occísus est Salvátor Israel.
℣. Deduc quasi torréntem lácrymas per diem & noctem, & non táceat pupílla óculi tui. Quia.

Incipit Orátio Jeremíæ Prophétæ.

Lectio iii. Cap. 5.

Recordáre Dómine quid accíderit nobis, intuére & réspice oppróbrium nostrum. Hæréditas nostra versa est ad aliénos, domus nostræ ad extráneos. Pupílli facti sumus absque patre: matres nostræ quasi víduæ. Aquam nostram pecúnia bíbimus: ligna nostra prétio comparávimus. Cervícibus nostris minabámur; lassis non dabátur réquies. Ægypto dédimus manum & Assýriis, ut saturarémur pane. Patres nostri peccavérunt & non sunt,

sunt : & nos iniquitátes eórum portávimus. Servi dominháti sunt nostri; non fuit qui redímeret de manu eórum. In animábus nostris afferebámus panem nobis, a fácie gládii in desérto. Pellis nostra, quasi clíbanus, exústa est a fácie tempestátum famis. Mulíeres in Sion humiliavérunt, & vírgines in civitátibus Juda.

Jerúsalem, Jerúsalem, convértere ad Dñm Deum tuum.

℟. Plange quasi virgo plebs mea, ululáte pastóres in cínere & cilício: * Quia venit dies Dómini magna, & amáre valde. ℣. Accíngite vos Sacerdótes, & plángite minístri altáris, aspérgite vos cínere. Quia venit dies Dómini. Plange quasi.

In secundo Nocturno, *Aña.* Elevámini portæ æternáles, & introíbit Rex glóriæ.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitúdo ejus: * orbis terrárum & univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini: * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde: * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino, * & misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles, * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles, * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ. Glória.

Aña. Elevámini portæ æternáles, & introíbit Rex glóriæ. *Aña.* Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

Psalmus 26.

DOminus illuminátio mea & salus mea; * quem timébo?

Dñs protéctor vitæ meæ: * a quo trepidábo?

Dum appropíant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt & cecidérunt.

Si consístant advérsum me castra, * non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dñi, * & vísitem templum ejus.

Quóniam abscóndit me in

[redacted]

tabernáculo suo; * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo & psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, qua clamávi ad te: * miserére mei & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea; * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me: * ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto: * ne derelínquas me, neque despícias me Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, & mater mea dereliquérunt me; * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua, * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age: * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Añа. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

Añа. Dómine abstraxísti ab ínferis ánimam meam.

Psalmus 29.

Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me: * nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus clamávi ad te, * & sanásti me.

Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam; * salvásti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino sancti ejus, * & confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus, * & vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: * Non movébor in ætérnum.

Dómine in voluntáte tua, * præstitísti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam a me, * & factus sum conturbátus.

Ad te, Dñe, clamábo, * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in sánguine meo, * dum descéndo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & misértus est mei: * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi: * conscidísti saccum meum, & circumdedísti me lætítia.

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar: * Dómine

mine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

Aña. Dómine abstraxísti ab ínferis ánimam meam.

℣. Tu autem Dómine miserére mei. ℟. Et resúscita me, & retríbuam eis.

Pater noster, secreto.

Ex Tractátu S. Augustíni Epíscopi super Psalmos.

In Psalmum 63. vers. 7.

Lectio iv.

ACcédet homo ad cor altum, & exaltábitur Deus. Illi dixérunt: Quis nos vidébit? Defecérunt scrutántes scrutatiónes, consília mala. Accéssit homo ad ipsa consília, passus est se tenéri ut homo. Non enim tenerétur nisi homo, aut viderétur nisi homo, aut cæderétur nisi homo, aut crucifigerétur, aut morerétur nisi homo. Accéssit ergo homo ad illas omnes passiónes, quæ in illo nihil valérent, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberarétur homo. Accéssit homo ad cor altum, id est, cor secrétum, objíciens aspéctibus humánis hóminem, servans intus Deum: celans formam Dei: in qua æquális est Patri; & ófferens formam servi, qua minor est Patre.

℟. Recéssit Pastor noster, fons aquæ vivæ: ad cujus tránsitum sol obscurátus est: * Nam & ille captus est, qui captívum tenébat primum hóminem, hódie portas mortis, & seras páriter Salvátor noster dirúpit.

℣. Destrúxit quidem claustra inférni & subvértit poténtias diáboli. Nam.

Lectio v.

QUo perduxérunt illas scrutatiónes suas, quas perscrutántes defecérunt, ut étiam mórtuo Dño & sepúlto, custódes pónerent ad sepúlchrum. Dixérunt enim Piláto: Sedúctor ille. Hoc appellabátur nómine Dóminus Jesus Christus, ad solátium servórum suórum, quando dicúntur seductóres. Ergo illi Piláto; Sedúctor ille, inquiunt, dixit adhuc vivens; Post tres dies resúrgam. Jube itaque custodíri sepúlcrum usque in diem tértium, ne forte véniant discípuli ejus & furéntur eum, & dicant plebi: Surréxit a mortuis, & erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus: Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem cum custódibus.

℟. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite & vidéte: * Si est dolor símilis sicut dolor meus. ℣. Atténdite univérsi pópuli, & vidéte dolórem meum. Si.

Lectio vi.

POsuérunt custódes mílites ad sepúlcrum. Concússa terra Dóminus resurréxit; mirácula facta sunt tália circa sepúlcrum, ut & ipsi mílites, qui custódes advénerant, testes fíerent, si vellent vera nuntiáre.

Sed avarítia illa, quæ captivávit discípulum cómitem Christi, captivávit & mílitem custódem sepúlchri. Damus, inquiunt, vobis pecúniam, & dícite, quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus, & abstulérunt eum. Vere defecérunt scrutántes scrutatiónes. Quid est quod dixísti, o infélix astútia? Tantúmne déseris lucem consílii pietátis, & in profúnda versútiæ demérgeris, ut hoc dicas: Dícite quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus & abstulérunt eum? Dormiéntes testes ádhibes? vere tu ipse obdormísti, qui scrutándo tália, defecísti.

℟. Ecce quómodo móritur justus, & nemo pércipit corde; & viri justi tollúntur & nemo consíderat; a fácie iniquitátis sublátus est justus: * Et erit in pace memória ejus. ℣. Tamquam agnus coram tondénte se obmútuit, & non apéruit os suum: de angústia & de judício sublátus est. Et erit. Ecce quómodo.

In tertio Nocturno, Aña. Deus ádjuvat me, & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Psalmus 53.

DEus in nómine tuo salvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me: & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis, * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * & confitébor nómini tuo Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me, * & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Aña. Deus ádjuvat me, & Dñs suscéptor est ánimæ meæ.

Aña. In pace factus est locus ejus, & in Sion habitátio ejus. *Psalmus 75.*

NOtus in Judæa Deus, * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus, * & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias arcuum: * scutum, gládium & bellum.

Illúminans tu mirabíliter a móntibus ætérnis: * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum, * & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.

Ab increpatióne tua Deus Jacob * dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecísti judícium; * terra trémuit & quiévit.

Cum exúrgeret in judícium Deus,

Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi, * & relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.

Vovéte & réddite Dómino Deo vestro * omnes, qui in circúitu ejus affértis múnera.

Terríbili & ei, qui aufert spíritum príncipum: * terríbili apud reges terræ.

Aña. In pace factus est locus ejus, & in Sion habitátio ejus.

Aña. Factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber. *Psalmus* 87.

DOmine Deus salútis meæ: * in die clamávi & nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea: * inclína aurem tuam ad precem meam.

Quia repléta est malis ánima mea: * & vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámplius: * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri: * in tenebrósis & in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a me: * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, & non egrediébar: * óculi mei languérunt præ inópia.

Clamávi ad te Dómine tota die: * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília? * aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * & justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te Dómine clamávi, * & mane orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam, * avértis fáciem tuam a me?

Pauper sum ego, & in labóribus a juventúte mea: * exaltátus autem humiliátus sum & conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die: * circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amícum & próximum, * & notos meos a miséria.

Aña. Factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber. ℣. In pace factus est locus ejus. ℟. Et in Sion habitátio ejus. Pater noster. *secr.*

De Epístola B. Páuli Apóstoli ad Hebræos.

Lectio vii. *Cap. 9. c*

CHristus assístens Póntifex futurórum bonórum

rum per ámplius, & perféctius tabernáculum non manu factum, ideft, non hujus creatiónis: neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium Sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta. Si enim sanguis hircórum & taurórum, & cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis: quanto magis Sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit conscientiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo viventi?

℟. Astitérunt reges terræ & príncipes convenérunt in unum, * Advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus. ℣. Quare fremuérunt Gentes, & pópuli meditáti sunt inánia? Advérsus.

Lectio viii.

ET ideo novi Testaménti mediátor est: ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum prævaricatiónem, quæ erant sub prióri Testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt ætérnæ hæreditátis. Ubi enim testaméntum est, mors necésse est intercédat testatóris. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est: alióquin nondum valet, dum vivit, qui testátus est. Unde nec primum quidem sine sánguine dedicátum est.

℟. Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum; * Factus sum sicut homo sine adjutório inter mórtuos liber. ℣. Posuérunt me in lacu inferióri: in tenebrósis & in umbra mortis. Factus.

Lectio ix.

LEcto enim omni mandáto legis a Móyse univérso pópulo, accípiens sánguinem vitulórum & hircórum, cum aqua, & lana coccínea & hyssópo, ipsum quoque librum & omnem pópulum aspérsit, dicens: Hic sanguis Testaménti, quod mandávit ad vos Deus. Etiam tabernáculum, & ómnia vasa ministérii sánguine simíliter aspérsit. Et ómnia pene in sánguine secúndum legem mundántur, & sine sánguinis effusióne non fit remíssio.

℟. Sepúlto Dómino, signátum est monuméntum, volvéntes lápidem ad óstium monuménti, * Ponéntes mílites, qui custodírent illum. ℣. Accedéntes Príncipes Sacerdótum ad Pilátum petiérunt illum. Ponéntes. Sepúlto Dómino.

AD LAUDES,

Antiphona.

O Mors, ero mors tua: morsus tuus ero, inférne.

Psalm. Miserére mei Deus. *ut supra.* 243.

Añ. Plangent eum quasi unigénitum, quia innocens Dóminus occísus est.

Psalmus 42.

JUdica me Deus, & discérne causam meam de gen-

gente non sancta: * ab hómine iníquo & dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea: * quare me repulísti? & quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam & veritátem tuam: * ipsa me deduxérunt & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei: * ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: * quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei & Deus meus.

Añ. Plangent eum quasi unigénitum, quia innocens Dóminus occísus est. *Añ.* Atténdite univérsi pópuli, & vidéte dolórem meum.

Psalm. Deus Deus meus. 18.

Añ. A porta ínferi erue Dómine ánimam meam.

Canticum Ezechiæ. *Isa.* 58. *b*

EGo dixi: In dimídio diérum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum; * dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, & convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut a texénte vita mea; dum adhuc ordírer, succídit me: * de mane usque ad vésperam finies me.

Sperábam usque ad mane: * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea.

De mane usque ad vésperam finies me: * sicut pullus hirúndinis sic clamábo, meditábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine vim pátior, respónde pro me: * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur, & in tálibus vita spíritus mei, corrípies me & vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam, ut non períret, * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te; * non expectábunt qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens, ipse confitébitur tibi, sicut & ego hódie: * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac, * & psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Añ. A porta ínferi érue Dómine ánimam meam.

Añ. O vos omnes, qui tran-

transitis per viam, atténdite, & vidéte si est dolor sicut dolor meus.

Psalm. Laudáte Dóminum de cælis. 19.

℣. Caro mea requiéscet in spe. ℟. Et non dabis Sanctuum tuum vidére corruptiónem.

Ad Benedictus, Antiphona. Mulíeres sedéntes ad monuméntum lamentabántur, flentes Dóminum. ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltávit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Pater noster. *secreto.*

Psalm. Miserére mei Deus, *ut supra.* 243.

Oratio.

RESpice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam; pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum; Qui tecum vivit, &c.

Et sic dicitur usque ad Nonam.

Dictis Horis ut supra. 247. *dicitur Missa, ut in Ordinario, & facta Communione Sacerdotis, statim pro Vesperis dicitur Antiphona.* Allelúja, allelúja, allelúja.

Psalmus 126.

LAudáte Dóminum omnes gentes; * laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: & véritas Dómini manet ætérnum.

Glória Patri. Sicut erat.

Et repetitur Antiphona. Allelúja, allelúja, allelúja.

Capitulum, Hymnus, & non dicuntur.

Ad Magnificat, Antiphona. Véspere autem sábbati, q lucéscit in prima sábbat venit María Magdaléne áltera María vidére sepi chrum, allelúja.

Canticum. Magníficat. *cum* Glória Patri.

Et repetitur Antiphona Vespere autem sábbati.

Deinde Sacerdos dicit: D minus vobíscum.

Orémus. *Oratio.*

SPíritum nobis Dómin tuæ charitátis infúnde ut quos Sacraméntis Pasch libus satiásti, tua fácias pi táte concórdes. Per Dó num; in unitáte ejúsde Spíritus Sancti Deus.

Deinde Dñs vobíscum.

Postea Diaconus dicit: I Missa est, allelúja, allel. ℟. Deo grátias, allel. all

Extra Chorum, dicto Pat noster, *&* Ave María, *V spera inchoantur absolute* *Aña.* Allelúja, *cum reliq.* *supra, & loco* Ite Missa est allelúja, allelúja, *dicit* ℣. Benedicámus Dómino allelúja, allelúja.

℟. Deo grátias, allelúja allelúja.

Deinde additur Pater nost *& nihil aliud.*

Ad

[redacted]

letorium. Jube dom-
ícere.
evis. Fratres, Só-
... ℣. Adjutórium
Pater noster, *&*
... , *&* *Absolu-*
icitur ℣. Convérte

in adjutorium.
Patri, *&* *amplius*
... , Laus tibi Dó-
... ætérnæ glóriæ,
loco deinceps dicitur,

sine Antiphona di-
almi consueti, Ca-
brev. & Hymnus non

ic dimittis, Aña.
utem sábbati.
Simeonis. Luc. 2. c
dimíttis servum
n Dómine, * secun-
um tuum in pace.
lérunt óculi mei *
um.
rásti * ante fáciem
populórum.
d revelatiónem Gén-
& glóriam plebis

tri.
pere autem sábba-
lucéscit in prima
venit María Magda-
áltera María vidére
n, allelúja.
nus vobíscum.
n spíritu tuo.
Oratio.
quǽsumus Dómine
atiónem istam, &
idias inimíci ab ea

longe repélle: Angeli tui san-
cti hábitent in ea, qui nos
in pace custódiant: & bene-
díctio tua sit super nos sem-
per. Per Dóminum.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.
Bño. Benedícat, & custódiat
nos omnípotens & miséri-
cors Dóminus, Pater, & Fí-
lius, & Spíritus Sanctus.
℟. Amen.

Antiphona.

Regína cœli lætáre, al-
lelúja,
Quia quem meruísti, por-
táre, allelúja.
Resurréxit sicut dixit, allel.
Ora pro nobis Deum, allel.
℣. Gaude & lætáre Virgo
María, allelúja.
℟. Quia surréxit Dóminus
vere, allelúja.

Oratio.

Deus, qui per resurre-
ctiónem Filii tui Dó-
mini nostri Jesu Christi mun-
dum lætificáre dignátus es:
præsta quǽsumus; ut per ejus
Genitrícem Vírginem Maríam
perpétuæ capiámus gáudia vi-
tæ. Per eúmdem Christum
Dóminum nostrum.
℟. Amen.
℣. Divínum auxílium máneat
semper nobíscum.
℟. Amen.
Pater noster, Ave María,
Credo.
Et non flectuntur genua toto tempore Paschali.



OMINICA RESURRECTIONIS.

MATUTINUM.
noster. Ave María.
. ℣. Dómine lábia mea
s. Deus in adjutórium
intende.
a Patri. Allelúja.
Invitatorium.
Urréxit Dóminus vere, Allelúja.
Psalm. Veníte, exultémus. 2.
ni & Capitula non di- in aliqua Horarum, ad Vesperas Sabbati in, nec Versiculi, nisi in no.
Nocturnum, Antiphona.
um qui sum, & consí- meum non est cum ím- sed in lege Dómini vo- mea est, allelúja.
Psalmus 1.
átus vir, qui non ábiit n consílio impiórum, via peccatórum non, * & in cáthedra pe- iæ non sedit.
in lege Dómini volún- ius, * & in lege ejus ábitur die ac nocte.
rit tamquam* lignum, plantátum est secus sus aquarum, * quod um suum dabit in tém- suo.
lium ejus non défluet: * nia, quæcúmque fáciet, erabúntur.
sic ímpii, non sic: * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.
Ideo non resúrgent ímpii in judício: * neque peccatóres in concílio justórum.
Quóniam novit Dóminus viam justórum: * & iter impiórum períbit.
Añ. Ego sum qui sum, & consílium meum non est cum ímpiis, sed in lege Dómini volúntas mea est, allelúja.
Añ. Postulávi Patrem meum, allelúja: dedit mihi Gentes, allelúja, in hæreditátem, allelúja.
Psalmus 2.
QUare fremuérunt Gentes: * & pópuli meditáti sunt inánia?
Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum & advérsus Christum ejus.
Dirumpámus víncula eórum: * & projiciámus a nobis jugum ipsórum.
Qui hábitat in cælis, irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.
Tunc loquétur ad eos in ira sua: * & in furóre suo conturbábit eos.
Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus: * prædicans præcéptum ejus.
Dóminus dixit ad me: *
Fi-

Filius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi Gentes hæreditátem tuam: * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea: * & tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intelligite: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre: * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus: * & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus: * beáti omnes, qui confidunt in eo.

Aña. Postulávi Patrem meum, allelúja, dedit mihi Gentes, allelúja, in hæreditátem, allel. *Aña.* Ego dormívi & somnum cepi & exurréxi, quóniam Dóminus suscépit me, allelúja, allel.

Psalmus 3.

DOmine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine suscéptor meus es: * glória mea & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi & soporátus sum: * & exurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me: * exúrge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine caussa: * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus: * & super pópulum tuum benedíctio tua.

Aña. Ego dormívi & somnum cepi & exurréxi, quóniam Dóminus suscépit me, allelúja, allelúja.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúja. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.

℣. Jube domne benedícere.

Bño. Evangélica léctio sit nobis salus & protéctio.

℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio i. *Cap. 16, c*

IN illo témpore: María Magdaléne & María Jacóbi, & Salóme emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 21. in Evangel. circa init.

AUdístis, fratres charíssimi, quod sanctæ mulíeres, quæ Dóminum fúerant secútæ, cum aromátibus ad monuméntum venérunt, & ei, quem vivéntem diléxerant, étiam mórtuo, stúdio humanitátis obsequúntur. Sed res gesta áliquid in sancta Ecclésia signat geréndum. Sic quippe necésse

est

ut audiámus quæ facta int, quátenus cogitémus étum quæ nobis sint ex eórum mitatióne faciénda. Et nos go in eum, qui est mórus, credéntes, si odóre tum referri, cum opinióne bonórum óperum Dóminum quærimus, ad monuéntum profécto illius cum omátibus venimus. Illæ tem mulíeres Angelos vint, quæ cum aromátibus nérunt: quia vidélicet ill menses supérnos cives ciunt, quæ cum virtútum ribus ad Dóminum per cta desidéria proficiscúnr. Tu autem Dómine mirére nobis.
. Deo grátias.
. Angelus Dómini descénit de cælo, & accédens revolvit lápidem, & super eum edit, & dixit muliéribus; Nolíte timére: scio enim uia crucifixum quæritis: jam urréxit; veníte & vidéte ocum, ubi pósitus erat Dóminus, allel. ℣. Et introeúnes in monuméntum vidént júvenem sedéntem in extris, coopértum stola cándida, & obstupuérunt: qui ixit illis. Nolíte timére.
lória Patri, & Fílio, & piritui Sancto.
Et repetitur ℟. Angelus Dómini, *usque ad* ℣.
Deinde dicitur ℣. Jube domne benedícere.
Ba. Divínum auxílium máeat semper nobíscum.
. Amen.

Lectio ii.

NOtándum vero nobis est, quidnam sit, quod in dextris sedére Angelus cérnitur. Quid namque per sinístram, nisi vita præsens: quid vero per déxteram, nisi perpétua vita designátur? Unde in Cánticis Canticórum scriptum est: Læva ejus sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me. Quia ergo Redémptor noster jam præséntis vitæ corruptiónem transíerat, recte Angelus, qui nuntiáre perénnem ejus vitam vénerat, in déxtera sedébat. Qui stola cándida coopértus appáruit, quia festivitátis nostræ gáudia nuntiávit. Candor étenim vestis, splendórem nostræ denúntiat solemnitátis. Nostræ dicámus, an suæ? Sed, ut fateámur vérius, & suæ dicámus & nostræ. Illa quippe Redemptóris nostri resurréctio & nostra festívitas fuit, quia nos ad immortalitátem redúxit; & Angelórum festívitas éxtitit, quia nos revocándo ad cæléstia, eórum númerum implévit.
℟. Cum transísset sábbatum, María Magdaléne, & María Jacóbi, & Salóme emérunt arómata, * Ut veniéntes úngerent Jesum, allelúja, allelúja.
℣. Et valde mane una sabbatórum véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Ut. Glória Patri. Ut.
℣. Jube domne benedícere.

Be-

Benedictio. Ad ſocietátem cívium ſupernórum perdúcat nos Rex Angelórum.

℟. Amen. *Lectio iii.*

IN ſua ergo ac noſtra feſtivitáte Angelus in albis véſtibus appáruit: quia dum nos per reſurrectiónem Domínicam ad ſupérna redúcimur, cæléſtis pátriæ damna reparéntur. Sed quid adveniéntes féminas affátur, audiámus: Nolíte expavéſcere. Ac ſi apérte dicat: Páveant illi, qui non amant advéntum ſupernórum cívium: pertiméſcant, qui carnálibus deſidériis preſſi, ad eórum ſe ſocietátem pertíngere poſſe deſpérant. Vos autem cur pertiméſcitis, quæ veſtros concíves vidétis? Unde & Matthæus Angelum apparuíſſe deſcríbens, ait: Erat aſpéctus ejus ſicut fulgur, & veſtiménta ejus ſicut nix. In fúlgure étenim terror timóris eſt, in nive autem blandiméntum candóris.

Poſt tertiam Lectionem dicitur. Te Deum. 16.

AD LAUDES,

Antiphona.

ANgelus autem Dómini deſcéndit de cælo, & accédens revólvit lápidem, & ſedébat ſuper eum, allelúja, allelúja.

Pſalm. Dóminus regnávit, *cum reliq.* 17.

Aña. Et ecce terræmótus factus eſt magnus: Angelus enim Dómini deſcéndit de cælo, allelúja.

Aña. Erat autem aſpéctus ejus ſicut fulgur, veſtiménta autem ejus ſicut nix, allelúja, allelúja.

Aña. Præ timóre autem ejus extérriti ſunt cuſtódes, & facti ſunt velut mórtui, allelúja. *Aña.* Reſpóndens autem Angelus, dixit muliéribus: Nolíte timére, ſcio enim quod Jeſum quæritis, allelúja.

Capitulum, Hymnus, & ℣. *non dicuntur, ſed eorum loco, Antiphona.*

HÆc dies, quam fecit Dóminus: exultémus & lætémur in ea.

Ad Benedictus, Antiphona. Et valde mane una Sabbatórum véniunt ad monuméntum, orto jam ſole, allel.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum, devícta morte reſeráſti: vota noſtra, quæ præveniéndo aſpíras, étiam adjuvándo proſéquere. Per eúndem Dñm.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja. ℟. Deo grátias, allelúja, allelúja.

Sic dicitur in Veſperis & Laudibus tantum uſque ad Veſperas Sabbati in Albis, excluſive.

Ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, poſt Deus in adjutórium, *&* Glória Patri. *dicuntur Pſalmi conſueti: ad Primam tamen*

[redacted]

in Festis, scilicet,
nómine tuo, Beati
iti, *&* Retríbue,
fuitir dícitur: Aña.
s, postea Oratio,
rimam dicitur, ut
rio, Dómine Deus
ens. 28. Pretiósa,
q. & ad Absolutio-
tuli, Lectio br. Si
tístis cum Christo,
alterio. 29.
autem Horas, post
Hæc dies, *dicitur*
ia ponitur in Laud.
peras, Antiphona.
autem Dñi, *cum*
Laud. & Psal. Dixit
cum reliq. de Do-
119.
dicitur usque ad Vesp.
bati.
ña. Hæc dies, quam
óminus: exultémus
ur in ea.
ificat, Antiphona.
iéntes vidérunt re-
lápidem: erat quip-
us valde, allelúja.
Deus, qui hodiérna

mpletorium, dicto ℣.
ine. Fratres: Sóbrii
℣. Adjutórium no-
ter noster. *& facta*
& Absolutione,
Convérte nos Deus.
In adjutórium.
itri. Allelúja. *dicun*
ui consueti, quibus
itur Allelúja, alle-
lúja, allelúja.
Canticum Simeonis,
ittis. 275.

Postea Aña. Hæc dies, *&*
Oratio. Vísita, quæsumus Dómine. 142.

Prædictus modus Horarum servatur usque ad Vesperas Sabbati in Albis.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitator. Antiphona, & Psalmi ad Nocturnum & Laudes dicuntur ut supra in die Paschæ, per per totam Octavam.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allel. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.

Bño. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio i. *Cap. 24. b*

IN illo témpore: Duo ex discípulis Jesu ibant ipsa die in castéllum, quod erat in spátio stadiórum sexagínta ab Jerúsalem, nómine Emmaus. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 23. in Evangel. circa init.

AUdístis, fratres charíssimi, quia duobus discípulis ambulántibus in via, non quidem credéntibus, sed tamen de se loquéntibus, Dóminus appáruit: sed eis spéciem, quam recognóscerent, non osténdit. Hoc ergo egit foris Dóminus in óculis córporis, quod apud ipsos agebátur intus in óculis cordis. Ipsi namque apud semetípsos intus & amábant & dubitábant: eis autem

Dó-

Dóminus foris & præsens áderat, & quis esset non ostendébat. De se ergo loquéntibus præséntiam exhíbuit: sed de se dubitántibus cogitatiónis suæ spéciem abscóndit.

℟. María Magdaléne, & áltera María ibant dilúculo ad monuméntum, * Jesum, quem quæritis, non est hic: surréxit, sicut locútus est, præcédet vos in Galilæam, ibi eum vidébitis, allel. allel.

℣. Et valde mane una sabbatórum véniunt ad monuméntum, orto jam sole: & introeúntes vidérunt júvenem sedéntem in dextris, qui dixit illis. Jesum.

Bñ. Divínum auxílium.

Lectio ii.

VErba quidem cóntulit, durítiam intelléctus increpávit: sacræ Scriptúræ mystéria, quæ de seipso erant, apéruit: & tamen quia adhuc in eórum córdibus peregrínus erat a Fide, se ire lóngius finxit. Fíngere namque compónere dícimus; unde & compositóres luti, fígulos vocámus. Nihil ergo simplex véritas per duplicitátem fecit; sed talem se eis exhíbuit in córpore, qualis apud illos erat in mente. Probándi autem erant, si hi, qui eum etsi necdum ut Deum diligerent, saltem ut peregrínum amáre potuíssent.

℟. Surréxit Pastor bonus, qui ánimam suam pósuit pro óvibus suis, & pro grege suo mori dignátus est: * Allelúja, allelúja, allelúja.

℣. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus. Allelúja.

Glória Patri. Allelúja.

Bñ. Ad societátem.

Lectio iii.

SEd quia esse extránei a charitáte non póterant hi, cum quibus Véritas gradiebátur; eum ad hospítium quasi peregrínum vocant. Cur autem dícimus, vocant; eum illic scriptum sit: Et coegérunt eum? Ex quo nimírum exémplo collígitur, quia peregríni ad hospítium non solum invitándi sunt, sed étiam trahéndi. Mensam ígitur ponunt, panes cibósque ófferunt; & Deum, quem in Scriptúræ sacræ expositióne non cognóverant, in panis fractióne cognóscunt. Audiéndo ergo præcépta Dei illumináti non sunt, faciéndo illumináti sunt, quia scriptum est: Non auditóres legis justi sunt apud Deum, sed factóres legis justificabúntur. Quisquis ergo vult audíta intellígere, festínet ea, quæ jam audíre pótuit, ópere implére. Ecce Dóminus non est cógnitus dum loquerétur, & dignátus est cognósci, dum páscitur.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona.

Jesus junxit se discípulis suis in via, & ibat cum illis: óculi autem eórum tenebántur,

agnóſcerent: &
os, dicens; O
i corde ad cre-
iis, quæ locúti
tæ, allelúja.
ratio.
qui ſollemnitáte
i, mundo remé-
i, pópulum tu-
us, cæléſti do
re; ut & perfé-
tem cónſequi me-
d vitam proficiat
. Per Dóminum

rat, Antiphona.
ſermónes, quos
ínvicem ambu-
tis triſtes? allel.
TERTIA.
Dóminus vere,
Et appáruit Si-
Pater noſter.
oſius pietas.
lica léctio.
ſti Evangélii ſe-
m Lucam.
Cap. 24. f
npore: Stetit Je-
médio diſcipuló-
t eis: Pax vo-
n: nolíte timé-
a.
Ambróſii Epiſc.
mment. in Luc.
ante finem.
quo modo ſe
corpórea per
e corpus infúde
áditu, viſíbili
angi fácilis, dif-
i. Dénique con-
puli æſtimábant
idére. Et ideo

Dóminus, ut ſpéciem nobis reſurrectiónis oſtendéret, Palpáte, inquit, & vidéte, quia ſpíritus carnem & oſſa non habet, ſicut me vidétis habére. Non ergo per incorpóream natúram, ſed per reſurrectiónis qualitátem, impérvia uſu clauſa penetrávit. Nam quod tángitur, corpus eſt: quod palpátur, corpus eſt.

℟. Virtúte magna reddébant Apóſtoli * Teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti Dómini noſtri, allelúja, allel. ℣. Replėti quidem Spíritu Sancto loquebántur cum fidúcia verbum Dei. Teſtimónium.

Bño. Divínum auxílium.

Lectio ii.

IN córpore autem reſurgémus. Seminátur enim corpus animále, ſurget corpus ſpiritále; ſed illud ſubtílius, hoc craſſius, útpote adhuc terrénæ labis qualitáte concrétum. Nam quómodo non corpus, in quo manébant inſignia vúlnerum, veſtígia cicatrícum, quæ Dóminus palpánda óbtulit? In quo non ſolum Fidem firmat, ſed étiam devotiónem ácuit, quod vulnera ſuſcépta pro nobis cælo inférre máluit, abolére nóluit: ut Deo Patri noſtræ prétia libertátis oſténderet. Talem ſibi Pater ad déxteram locat, trophæum noſtræ ſalútis ampléctens: tales illic mártyres nobis cicatrícis ſuæ coróna monſtrávit.

℟. De

℟. De ore prudéntis procédit mel, allelúja; dulcédo mellis est sub lingua ejus, allelúja. * Favus distillans lábia ejus, allelúja, allel.
℣. Sapiéntia requiéscit in corde ejus, & prudéntia in sermóne oris illíus. Favus.
Glória Patri. Favus.
Bño. Ad societátem.

Lectio iii.

ET quóniam sermo huc noster evásit, considerémus, qua grátia secúndum Joánnem credíderint Apóstoli, qui gavísi sunt, secúndum Lucam quasi incréduli redarguántur, ibi Spíritum Sanctum accéperint, hic sedére in civitáte jubeántur, quoadúsque induántur virtúte ex alto: Et vidétur mihi ille quasi Apóstolus majóra, & altióra tetigísse, hic sequióra & humánis próxima; hic histórico usus circúitu, ille compéndio; quia & de illo dubitári non potest, qui testimónium pérhibet de iis, quibus ipse intérfuit, & verum est testimónium ejus, & ab hoc quoque, qui Evangelísta esse méruit, vel negligéntiæ, vel mendácii suspiciónem æquum est propulsári. Et ídeo verum putámus utrúmque, non sententiárum varietáte, nec personárum diversitáte distínctum. Nam etsi primo Lucas eos non credidísse dicat, póstea tamen credidísse demónstrat: & si prima considerémus, contrária sunt: si sequéntia, certum est convenire. Te Deum. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Stetit Jesus in médio discipulórum suórum, & dixit eis, Pax vobis, allel. allelúja.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multíplicas: concéde fámulis tuis; ut Sacraméntum vivéndo téneant, quod Fide percepérunt. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona. Vidéte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum, allelúja, allelúja.

FERIA QUARTA.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúja.
℟. Viso Dómino, allelúja.
Pater noster.
Absolutio. A vínculis.
Bño. Evangélica léctio.
Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. *Cap.* 21.

IN illo témpore: Manifestávit se íterum Jesus discípulis ad mare Tiberíadis. Manifestávit autem sic: Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dícitur Dídymus. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 24. in Evangel.

LEctio sancti Evangélii, quæ modo in áuribus vestris lecta est, fratres mei, quæstióne ánimum pulsat, sed pulsatióne sua vim discretiónis índicat. Quæri étenim potest, cur Petrus, qui piscátor ante conversiónem fuit, post

converſiónem ad piſca-
em rédiit ; & cum Véri-
ficat : Nemo mittens ma-
ſuam ad arátrum, &
:lens retro, aptus eſt re-
Dei, cur repétiit quod
liquit ? Sed ſi virtus di-
:iónis inſpícitur, cítius
tur : quia nimírum negó-
ı, quod ante converſió-
ſine peccáto éxtitit, hoc
n poſt converſiónem re-
re, culpa non fuit.
Ecce vicit Leo de tribu
ı, radix David, aperíre
um & sólvere ſeptem ſi-
:ula, ejus : * Allelúja,
lúja, allelúja.
Dignus eſt Agnus, qui
íſus eſt, accípere virtú-
, & Divinitátem, & ſa-
:tiam & fortitúdinem, &
órem, & glóriam, &
edictiónem. Allelúja, al
:ja, allelúja.
. Divínum auxílium.

Lectio ii.

JAm piſcatórem Petrum,
Matthæum vero telo-
rium ſcimus : & poſt con-
ſiónem ſuam ad piſcatió-
n Petrus rédiit, Matthæus
o ad telónei negótium non
ſdit : quia áliud eſt, victum
piſcatiónem quærere, áliud
:um telónei lucris pecúnias
ére. Sunt enim pléraque
ócia, quæ ſine peccátis ex-
éri aut vix aut nullátenus
ſunt. Quæ ergo ad peccá-
ı implicant, ad hæc ne-
le eſt, ut poſt converſió-
ı ánimus non recúrrat.
Ego ſum vitis vera, & vos
pálmites : * Qui manet in m
& ego in eo, hic fert fru
ctum multum, allelúja, alle
℣. Sicut diléxit me Pater
& ego diléxi vos. Qui.
Glória Patri. Qui.
Bñe. Ad ſocietátem.

Lectio iii.

QUæri etiam poteſt, cur
diſcípulis in mari labo-
rántibus, poſt reſurrectiónem
ſuam Dóminus in líttore ſte-
tit, qui ante reſurrectiónem
ſuam coram diſcípulis in flú-
ctibus maris ambulávit. Cu-
jus rei rátio feſtíne cognó-
ſcitur, ſi ipſa, quæ tunc íne-
rat, cauſa pensétur. Quid
enim mare, niſi præſens ſæ-
culum ſignat, quod ſe cá-
ſuum tumúltibus & undis vi-
tæ corruptíbilis illídit ? Quid
per ſoliditátem líttoris ; niſi
illa perpetúitas quiétis ætér-
næ figurátur ? Quia ergo di-
ſcípuli adhuc flúctibus mor-
tális vitæ inerant, in mari
laborábant. Quia autem Re-
démptor noſter jam corruptió-
nem carnis excéſſerat, poſt
reſurrectiónem ſuam in lít-
tore ſtabat.
Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona.
Míttite in déxteram navígii
rete, & inveniétis, allel.

Oratio.

DEus, qui nos reſurre-
ctiónis Domínicæ án-
nua ſolemnitáte lætíficas : con-
céde propítius ; ut per tem-
porália feſta, quæ ágimus,
perveníre ad gáudia ætérna
mereámur. Per eúmdem.

Ad

Ad Magnificat, Antiphona. Dixit Jesus discípulis suis. Afférte de píscibus, quos prendidístis nunc. Ascéndiit autem Simon Petrus & traxit rete in terram plenum magnis píscibus, allelúja.

FERIA QUINTA.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúja. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.

Bñ. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. Cap. 20. c

IN illo témpore: María stabat ad monuméntum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinávit se & prospéxit in monuméntum, & vidit duos Angelos in albis, sedéntes. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homil. 25. in Evangelia.

MAría Magdaléne, quæ fúerat in civitáte peccátrix, amándo veritátem lavit lácrymis máculas críminis; & vox Veritátis impletur, qua dícitur: Dimíssa sunt ei peccáta multa, quia diléxit multum. Quæ enim prius frígida peccándo remánserat, póstmodum amándo fórtiter ardébat. Nam postquam venit ad monuméntum, ibíque corpus Domínicum non invénit, sublátum crédidit; atque discípulis nuntiávit, qui veniéntes vidérunt, atque ita esse, ut múlier díxerat, credidérunt. Et de eis prótinus scriptum est: Abiérunt ergo discípuli ad semetípsos: ac deínde subjúngitur: María autem stabat ad monuméntum foris plorans.

℟. Tulérunt Dóminum meum, & néscio ubi posuérunt eum. Dicunt ei Angeli: Múlier quid ploras? surréxit sicut dixit: * Præcédet vos in Galilæam, ibi eum vidébitis, allelúja, allelúja. ℣. Cum ergo fleret, inclinávit se, & prospéxit in monuméntum; & vidit duos Angelos in albis, sedéntes, qui dicunt ei. Præcédet.

Bñ. Divínum auxílium.

Lectio ii.

QUa in re pensándum est, hujus mulíeris mentem quánta vis amóris accénderat, quæ a monuménto Dómini, étiam discípulis recedéntibus, non recedébat. Exquirébat quem non invénerat; flebat inquiréndo, & amóris sui igne succénsa, ejus quem ablátum crédidit, ardébat desidério. Unde cóntigit, ut eum sola tunc vidéret, quæ remánserat, ut quæreret; quia nimírum virtus boni óperis perseverántia est; & voce Veritátis dícitur: Qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit.

℟. Congratulámini mihi omnes, qui dilígitis Dóminum, quia, quem quærébam, appáruit mihi: * Et dum flerem ad monuméntum, vidi Dóminum; allelúja, allel. ℣. Recedéntibus discípulis, non

[redacted]

:credébam, & amóris
ie succénsa, ardébam
o. Et dum.
Patri. Et dum.
i societátem.

Lectio iii.

ría ergo cum fleret,
nclinávit se, & pro-
n monuméntum. Cer-
monuméntum vácuum
, jam sublátum Dó-
nuntiáverat, quid
d se iterum inclinat,
vidére desiderat? Sed
semel aspexisse non
: quia vis amóris in-
m multíplicat inqui-
. Quæsivit ergo prius
me invénit: perseve-
ut quæreret, unde &
t, ut inveníret; actúm-
, ut desidéria dilata
ent, & crescéntia cá-
quod invenissent.
m laudámus. 16.
nedictus, *Antiphona*.
stabat ad monumén-
orans, & vidit duos
s in albis sedéntes,
árium, quod fúerat
caput Jesu, allelúja.

Oratio.

us, qui diversitátem
iéntium in confessióne
ninis adunásti: da, ut
fonte Baptísmatis una
s méntium, & píetas
m. Per Dóminum.
agníficat, *Antiphona*.
nt Dóminum meum,
io ubi posuérunt eum:
ustulisti eum, dícito
allelúja: & ego eum
, allelúja.

FERIA SEXTA.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja. ℟. Et appáruit Simóni, allel. Pater noster.

Absolutio. Ipsius píetas.

Bño. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio i. *Cap. 28. d*

IN illo témpore: Undecim discípuli abiérunt in Galilæam in montem, ubi constitúerat illis Jesus. Et réliqua.

Homilía sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 4. Comment. in Matth. in fine.

POst resurrectiónem Jesus in montem Galilææ conspícitur, ibíque adorátur; licet quidam dúbitent, & dubitátio eórum nostram áugeat Fidem. Tunc manifestius osténditur Thomæ & latus láncea vulnerátum, & manus fixas demónstrat clavis. Recédens Jesus locútus est eis, dicens; Data est mihi omnis potéstas in cælo & in terra. Illi potéstas data est, qui paullo ante crucifixus, qui sepúltus in túmulo, qui mórtuus jacúerat, qui póstea resurréxit. In cælo autem & in terra potéstas data est; ut qui ante regnábat in cælo, per Fidem credéntium regnet & in terris.

℟. Surgens Jesus Dóminus noster, stans in médio discipulórum suórum, dixit: * Pax vobis, allelúja; gavísi sunt discípuli viso Dómino, allel.

℣. Una

℣. Una ergo sabbatórum, tum fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti, venit Jesus, & stetit in médio eórum, & dixit eis. Pax.
Bñe. Divínum auxílium.

Lectio ii.

EUntes autem docéte omnes Gentes, baptizántes eos in nómine Patris, & Fílii, & Spíritus Sancti. Primum docent omnes Gentes, deinde doctas intíngunt aqua. Non enim potest fieri, ut corpus Baptísmi recípiat Sacraméntum, nisi ante ánima Fídei suscéperit veritátem. Baptizántur autem in nómine Patris, & Fílii, & Spíritus Sancti, ut quórum una est Divínitas, una sit largítio: nomenque Trinitátis, unus Deus est.
℟. Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova conspérsio: étenim Pascha nostrum ímmolátus est Christus. * Itaque epulémur in Dómino, allelúja. ℣. Mórtuus est propter delícta nostra, & resurréxit propter justificatiónem nostram. Itaque.
Glória Patri. Itaque.
Bño. Ad societátem.

Lectio iii.

DOcéntes eos serváre ómnia, quæcúmque mandávi vobis. Ordo præcípuus. Jussit Apóstolis, ut primum docérent univérsas Gentes, deinde Fídei intíngerent Sacraménto: & post Fidem ac Baptísma, quæ essent observánda, præcíperent. Ac ne putémus lévia esse, quæ jussa sunt & pauca, addidit: Omnia quæcúmque mandávi vobis; ut quicúmque credíderint, qui in Trinitáte fuerint baptizáti, ómnia fáciant, quæ præcépta sunt. Et ecce ego vobíscum sum usque ad consummatiónem sæculi. Qui usque ad consummatiónem sæculi cum discípulis se futúrum esse promíttit, & illos osténdit semper esse victúros, & se numquam a credéntibus recessúrum. Te Deum. &c.

Ad Benedictus, Antiphona. Undecim discípuli in Galilæa vidéntes Dóminum, adoravérunt, allelúja.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Paschále Sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulísti; da méntibus nostris, ut quod professióne celebrámus, imitémur efféctu. Per Dñm.

Ad Magnificat, Antiphona. Data est mihi omnis potéstas in cælo, & in terra, allel.

SABBATO IN ALBIS.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúja. ℟. Viso Dómino, allelúja. Pater noster.
Absolutio. A vínculis.
Bño. Evangélica léctio.
Lectio sancti Evangélii secúndum Ioánnem.

Lectio i. *cap.* 20.

IN illo témpore: Una sábbati María Magdaléne venit mane, cum adhuc ténebræ essent, ad monuméntum. Et réliqua.

Ho-

Homilía S. Gregórii Papæ.
Homilia 22. in Evangel. circa init.

LEctio sancti Evangélii, quam modo fratres, audístis, valde in superficie históricа est apérta, sed ejus nobis sunt mystéria sub brevitáte requirénda. María Magdaléne, cum adhuc ténebræ essent, venit ad monuméntum. Juxta históriam notátur hora: juxta intelléctum vero mysticum, requiréntis signátur intelligéntia. María étenim Auctórem ómnium, quem in carne víderat mórtuum, quærébat in monuménto, & quia hunc mínime invénit, furátum crédidit. Adhuc ergo erant ténebræ, cum venit ad monuméntum. Cucúrrit cítius, discípulis nuntiávit; sed illi præ céteris cucurrérunt, qui præ céteris amavérunt, vidélicet Petrus & Joánnes.

℟. Christus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur: quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: * Quod autem vivit, vivit Deo, allelúja, allelúja.
℣. Mórtuus est semel propter delícta nostra, & resurréxit propter justificatiónem nostram. Quod.
Bño. Divínum auxílium.

Lectio ii.

CUrrébant autem duo simul: sed Joánnes præcucúrrit cítius Petro. Venit prior ad monuméntum, & ingredi non præsúmpsit. Venit ergo postérior Petrus & intrávit. Quid, fratres, quid cursus signíficat? Numquid hæc tam subtílis Evangelístæ descriptio a mystériis vacáre credénda est? Mínime. Neque enim se Joánnes, & præísse & non intrásse díceret, si in ipsa sui trepidatióne mystérium defuísse credidísset. Quid ergo per Joánnem, nisi synagóga: quid per Petrum, nisi Ecclésia designátur?

℟. Isti sunt agni novélli, qui annuntiavérunt, allelúja: modo venérunt ad fontes, * Repléti sunt claritáte, allelúja, allelúja. ℣. In conspéctu Agni amícti sunt stolis albis, & palmæ in mánibus eórum. Repléti.
Glória Patri. Repléti.
Bño. Ad societátem.

Lectio iii.

NEc mirum esse videátur, quod per juniórem synagóga, per seniórem vero Ecclésia signári perhibétur: quia etsi ad Dei cultum prior est synagóga, quam Ecclésia Géntium, ad usum tamen sæculi prior est multitúdo Géntium, quam synagóga, Paulo attestánte, qui ait: Quia non prius quod spiritále est, sed quod animále. Per seniórem ergo Petrum significátur Ecclésia Géntium, per junióren vero Joánnem synagóga Judæórum. Currunt ambo simul: quia ab ortus sui témpore us-

quæ ad occásum, pari & commúni via, etsi non pari & commúni sensu, Gentílitas cum synagóga cucúrrit: Venit synagóga prior ad monuméntum, sed mínime intrávit: quia Legis quidem mandáta percépit, prophetías de Incarnatióne ac passióne Domínica audívit; sed crédere in mórtuum nóluit.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Currébant duo simul, & ille álius discípulus præcucúrrit cítius Petro, & venit prior ad monuméntum, allelúja.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus: ut qui festa Paschália venerándo égimus, per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas, Officium fit Duplex, Añа. Allelúja, allelúja, allelúja.

Psalmus. Benedíctus Dóminus Deus meus. *cum reliquis de Psalterio.* 135.

Capitulum. 1. *Jo.* 5.

CHaríssimi, Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victória, quæ vincit mundum, Fides nostra.

Hymnus.

AD régias Agni dapes
Stolis amícti cándidis
Post tránsitum maris Rubri
Christo canámus Príncipi.
Divína cujus cháritas
Sacrum propínat Sánguinem:
Almíque membra córporis
Amor Sacérdos immolat.
Sparsum cruórem póstibus
Vastátor horret Angelus,
Fugítque divísum mare:
Mergúntur hostes flúctibus.
Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschális idem Víctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázima.
O vera cæli Víctima,
Subjécta cui sunt tártara,
Solúta mortis víncula,
Recépta vitæ præmia.
Victor subáctis ínferis
Trophæa Christus éxplicat,
Cælóque apérto, súbditum
Regem tenebrárum trahit.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In sempitérna sæcula.
Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem, præterquam in Officio beatæ Mariæ, & in Hymno sanctæ Crucis ad Vesperas.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúja.

℟. Quóniam advesperáscit, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Cum esset sero die illa una sabbatórum, & fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti in unum, stetit Jesus in médio & dixit eis; Pax vobis, allelúja.

Ora-

Oratio.

...re, quæsumus omní-
...Deus, ut qui Paf-
...festa perégimus: hæc,
...giénte, móribus & vita
...mus. Per Dóminum.
...enedicámus Dómino,
...r dicitur fine Allelúja.
...laudibus dicitur ut in
...io, omissis Precibus,
... Antiphona, Miserére,
... Antiphona, Allelúja,
..., allelúja.
... fine Antiphona, Salva
...additur Allelúja.
...citur usque ad Sabba-
...rinitatis exclusive, &
... non est Dupl. nec in-
...tav. dicuntur Preces,
...Psalterio. 142.
... brevia & ℣. per om-
...ras, jungitur Allelúja,
...ad Sabbatum post Pen-
..., præterquam in Verf.
...ces Prima & Comple-
... quando dicuntur. Et
...umque Allelúja, jun-
...℟. brevi, duplicatur:
...Versic. dicitur semel.

...INICA IN ALBIS
... Octava Paschæ.
Duplex.
...atutinum, Invitator.
...t Dóminus vere, * Al-

Venite, exultémus. 2.
Rex sempitérne. ut in
...io. 3.
...mo Nocturno, Antiph.
...a, Lapis revolútus est,
..., ab óstio monumén-
...lúja, allelúja.
... de Dominica, ut in
...o, 3. qui dicuntur
in quolibet Nocturno sub una Antiphona.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúja.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Colossénses.

Lectio i. *Cap. 3.*

SI consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens: quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Mórtui enim estis, & vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo. Cum Christus apparúerit vita vestra, tunc & vos apparébitis cum ipso in glória. Mortificáte ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicatiónem, immundítiam, libídinem, concupiscéntiam malam & avarítiam, quæ est simulacrórum sérvitus; propter quæ venit ira Dei super filios incredulitátis: in quibus & vos ambulástis aliquándo, cum viverétis in illis.

℟. Angelus Dómini descéndit de cælo, & accédens revólvit lápidem, & super eum sedit, & dixit muliéribus: * Nolíte timére: scio enim quia crucifixum quæritis, jam surréxit; venite & vidéte locum, ubi pósitus erat Dóminus, allelúja. ℣. Et introeúntes in monuméntum, vidérunt júvenem sedéntem in dextris, coopértum stola cándida, & obstupuérunt: qui dixit illis. Nolíte.

N 2 Le-

Lectio ii.

NUnc autem depónite & vos ómnia: iram, indignatiónem, malítiam, blasphémiam, turpem sermónem de ore vestro. Nolíte mentíri ínvicem, expoliántes vos véterem hóminem cum áctibus suis, & induéntes novum, eum, qui renovátur, in agnitiónem, secúndum imáginem ejus, qui creávit illum. Ubi non est Gentílis & Judæus; circumcísio & præpútium; Bárbarus & Scytha: servus & liber; sed ómnia & in ómnibus Christus. Indúite vos ergo sicut elécti Dei, sancti & dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportántes ínvicem & donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam: sicut & Dóminus donávit vobis, ita & vos.

℟. Angelus Dómini locútus est muliéribus, dicens: Quem quæritis? An Jesum quæritis? jam surréxit: * Veníte & vidéte, allelúja, allel.

℣. Jesum quæritis Nazarénum crucifixum? surréxit, non est hic. Veníte.

Lectio iii.

SUper omnia autem hæc, charitátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: & pax Christi exúltet in córdibus vestris: in qua & vocáti estis in uno córpore, & gráti estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docéntes & commonéntes vosmetipsos psalmis, hymnis & cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agéntes Deo & Patri per ipsum.

℟. Cum transísset sábbatum, María Magdaléne, & María Jacóbi, & Salóme emérunt arómata, * Ut veniéntes úngerent Jesum, allelúja, allel.

℣. Et valde mane una sabbatórum véniunt ad monuméntum orto jam sole. Ut.

Glória Patri. Ut.

In secundo Nocturno, Antiph. Allelúja, quem quæris múlier? allelúja, vivéntem cum mórtuis, allelúja, allel.

Psalmus. Conserva, *cum reliquis ut in Psalterio.* 10.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja. ℟. Et appáruit Simóni, allel.

Sermo S. Augustíni Epísc.

Serm. 1. *in Oct. Paschæ qui est* 157. *de Temp.* *Lectio iv.*

PAschális solémnitas hodiérna festivitáte conclúditur, & ídeo hódie Neophytórum hábitus commutátur; ita tamen, ut candor, qui de hábitu depónitur, semper in corde teneátur. In qua quidem primum nobis agéndum est, ut quia Pascháles dies sunt, idest, indulgéntiæ ac remissiónis, ita a nobis sanctórum diérum festívitas agá-

tur

ut relaxatióne corpo- n' púritas non obfuscétur: l- pótius abstinéntes ab mi luxu, ebrietáte, lasci- demus óperam sóbriæ nissióni ac sanctæ since- ári ; ut quidquid modo rporáli abstinéntia non ac- irimus, méntium puritáte erámus.

Maria Magdaléne, & ál- ı María ibant dilúculo ad numéntum, * Jesum, em quæritis, non est hic: réxit, sicut locútus est, æcédet vos in Galilæam, eum vidébitis, allelúja. lúja.

Et valde mane una sab- órum véniunt ad monu- ntum, orto jam sole; & roeúntes vidérunt júvenem éntem in dextris, qui di- illis. Jesum.

Lectio v.

D omnes quidem pér- tinet sermo, quos cu- nostra compléctitur: ve- ntamen hódie, terminata ramentórum solemnitáte, alióquimur novélla gér- a sanctitátis, regenerá- ex aqua & Spíritu San- , germen pium, exámen éllum, flos nostri honó- , & fructum labóris, gáu- m & coróna mea, om- , qui statis in Dómino, ostólicis verbis vos állo- r: Ecce nox præcéssit, autem appropinquávit, cite ópera tenebrárum, indúite vos arma lucis. t in die honéste ambu- lémus; non in comessatió- nibus & ebrietátibus, non in cubílibus, & impudicítiis, non in contentióne & æmu- latióne, sed indúimini Dó- minum Jesum Christum.

℟. Surréxit Pastor bonus, qui ánimam suam pósuit pro óvibus suis, & pro grege suo mori dignátus est: * Allelú- ja, allelúja, allel. ℣. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus. Allelúja.

Lectio vi.

HAbémus, inquit, cer- tiórem prophéticum ser- mónem: cui bene fácitis in- tendéntes, tamquam lucérnæ in obscúro loco, donec dies lucéscat, & lúcifer oriá- tur in córdibus vestris. Sint ergo lumbi vestri accíncti, & lucérnæ ardéntes in máni- bus vestris: & vos símiles homínibus expectántibus dó- minum suum, quando rever- tátur a núptiis. Ecce dies advéniunt, in quibus Dómi- nus dicit: Pusíllum, inquit, & non vidébitis me; & íte- rum pusíllum, & vidébitis me. Hæc est hora, de qua di- xit: Vos tristes éritis, sécu- lum autem gaudébit: id est, vita ista tentatiónibus plena, in qua peregrinámur ab eo. Sed íterum, inquit, vidébo vos, & gaudébit cor vestrum, & gáudium vestrum nemo tollet a vobis.

℟. Virtúte magna reddébant Apóstoli * Testimónium re- surrectiónis Jesu Christi Dó- mini nostri, allelúja, allel.

[redacted]

Victor triúmphat, & suo
Mortem sepúlcro fúnerat.
Sat fúneri, sat lácrymis,
Sat est datum dolóribus:
Surréxit extínctor necis,
Clamat corúscans Angelus.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúja. ℟. Cæli & terra læténtur, allelúja.

Ad Benedictus, Antiphona. Cum esset sero die illa una sabbatórum, & fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti in unum: stetit Jesus in médio & dixit eis: Pax vobis, allelúja.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus: ut qui Paschália festa perégimus; hæc te largiénte, móribus & vita teneámus. Per Dóminum.

Ad Primam.

Hymnus. Jam lucis. 22.

Antiphona. Allelúja, allelúja, allelúja, allelúja.

Psalmi. Deus in nómine tuo salvum me fac. 22. Beáti immaculáti. 24. Retríbue. *&* Quicúmque. 24.

Prædicti Psalmi dicuntur in Dominicis diebus usque ad Ascensionem:

Capitul. Regi sæculórum. 27.

℟. *br.* Christe Fili Dei vivi, miserére nobis, * Allelúja, allelúja. Christe. ℣. Qui surrexísti a mórtuis. Allelúja, allel. Glória Patri. Christe.

℣. Exúrge Christe, ádjuva nos, allel. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum, allel.

Et sic dicitur in ℟. *br. usque ad Ascensionem.*

Et quando non est Duplex, aut infra Octavas, dicuntur Preces de Dominica ut in Psalterio. 27.

Ad Absolutionem Capituli, Lectio brev. Si consurrexístis cum Christo. *de Psalter.* 29.

Ad Tertiam, & alias Horas, Antiphona. Allelúja, allelúja, allelúja, allelúja.

Capitul. Caríssimi: Omne, quod natum. 295.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúja, allelúja. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúja, allel. Glória Patri. Surréxit.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja. ℟. Et appáruit Simóni, allelúja.

Ad Sextam, Capitulum.

1. *Joann.* 5.

QUis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Jesus est Fílius Dei? hic est qui venit per aquam & Sánguinem, Jesus Christus; non in aqua solum, sed in aqua & Sánguine.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere, * Allelúja, allelúja. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúja, allelúja.

Glória Patri. Surréxit.

℣. Gavísi sunt discípuli, allel.
℟. Viso Dómino, allel.

Ad

[redacted]

l Nonam, Capitulum.
1. Joann. 5. b
testimónium hóminum
ccípimus, testimónium
majus est: quóniam hoc
estimónium Dei, quod
s est, quóniam testificá-
est de Fílio suo. Qui
t in Fílium Dei, habet
iónium Dei in se.
. Gavísi sunt discípu-
* Allelúja, allelúja.
si sunt.
isso Dómino, Allelúja,
ja.
ia Patri. Gavísi sunt.
ane nobíscum Dómi-
lleluja.
Quóniam advesperáscit,
ja.
Vesperas, Antiphona,
úja, allelúja, allel.
. Dixit Dóminus. cum
is de Dominica, 119.
sub una tantum Antiph.
tur.
ul. Charíssimi, Omne
natum est. 295.
us. Ad régias Agni
i. 290.
ane nobíscum Dómine,
ja.
uóniam advesperáscit,
ja.
Magnificat, Antiphona.
dies octo jánuis clausis
sus Dóminus dixit eis:
obis, allelúja, allel.
. Præsta, quæsumus
otens. 296.
zi, ℣. & ℟. brevia hu-
ominica dicuntur usque
censionem, etiam in fe-
Officio.

FERIA SECUNDA.

Invitatorium. Allelúja, allelúja, * Allelúja.
Psalm. Veníte, exultémus. 2.
Hymnus. Rex sempitérne. 3.
Antiphona. Allelúja.
Psalm. Dóminus illuminátio. *cum reliquis de secunda Feria, ut in Psalter.* 47.
Psalmi feriales Nocturnorum, & Vesperarum dicuntur sub una Aña. Allelúja, *usque ad Ascensionem.*
℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúja.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Incipit liber Actuum Apostolórum.

Lectio i. *Cap.* 1.

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, & docére usque in diem, qua, præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúmptus est, quibus & præbuit seípsum vivum post passiónem suam in multis arguméntis, per dies quadragínta appárens eis, & loquens de regno Dei. Et convéscens, præcépit eis ab Jerosólymis ne discéderent, sed expectárent promissiónem Patris, quam audístis (inquit) per os meum: quia Joánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui convénerant, interrogábant eum dicéntes: Dómine, si in témpore hoc re-

restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse témpora vel moménta, quæ Pater pósuit in sua potestáte; sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus Sancti in vos, & éritis mihi testes in Jerúsalem, & in omni Judæa & Samaría, & usque ad últimum terræ.

℟. Virtúte magna reddébant Apóstoli * Testimónium resurrectiónis Jesu Christi Dómini nostri, allelúja, allel.

℣. Repléti quidem Spíritu Sancto loquebántur cum fidúcia verbum Dei. Testimónium.

Lectio ii.

ET cum hæc dixísset, vidéntibus illis, elevátus est, & nubes suscépit eum ab óculis eórum. Cumque intueréntur in cælum eúntem illum, ecce duo viri astitérunt juxta illos in véstibus albis, qui & dixérunt: Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cælum, sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum. Tunc revérsi sunt Jerosólymam a monte, qui vocátur Olivéti, qui est juxta Jerúsalem, sábbati habens iter. Et cum introíssent in cœnáculum, ascendérunt, ubi manébant Petrus & Joánnes, Jacóbus & Andréas, Philíppus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacóbus Alphæi, & Simon Zelótes, & Judas Jacóbi. Hi omnes erant perseverántes unanímiter in oratióne cum muliéribus, & María matre Jesu, & frátribus ejus.

℟. De ore prudéntis procédit mel, allelúja: dulcédo mellis est sub lingua ejus, allelúja. * Favus distíllans lábia ejus, allelúja, allel.

℣. Sapiéntia requiéscit in corde ejus, & prudéntia in sermóne oris illíus. Favus.

Glória Patri. Favus.

Lectio iii.

IN diébus illis: Exúrgens Petrus in médio fratrum dixit (erat autem turba hóminum simul fere centum vigínti): Viri fratres, opórtet impléri Scriptúram, quam prædíxit Spíritus Sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eórum, qui comprehendérunt Jesum: qui connumerátus erat in nobis, & sortítus est sortem ministérii hujus. Et hic quidem possédit agrum de mercéde iniquitátis, & suspénsus crépuit médius, & diffúsa sunt ómnia víscera ejus. Et notum factum est ómnibus habitántibus Jerúsalem, ita ut appellarétur ager ille lingua eórum, Hacéldama, hoc est, ager sánguinis. Scriptum est enim in libro Psalmórum: Fiat commorátio eórum desérta, & non sit qui inhábitet in ea: & Episcopátum ejus accípiat alter. Opórtet ergo ex his viris qui nobíscum sunt congregáti in omni témpore, quo intrávit & exívit inter nos Dóminus Jesus,

[redacted]

incipiens a baptismate
nis usque in diem, qua
nptus est a nobis, testem
rrectiónis ejus nobíscum
unum ex istis. Et sta-
unt duos, Joseph, qui
bátur Bársabas, qui co-
minátus est Justus, &
íam. Et orántes dixé-
: Tu Dómine, qui cor-
osti ómnium, osténde,
a elégeris ex his duóbus
n accípere locum mini-
i hujus & Apostolátus,
quo prævaricátus est Ju-
r ut abíret in locum suum.
ledérunt sortes eis, &
dit sors super Mathíam,
nnumerátus est cum ún-
m Apóstolis.

tempore Paschali non di
tertium Responsorium
feriali Officio, sed Hym-
Te Deum. 16.

Laudes, Antiphona.
lúja. Psalm. Dóminus
ávit. cum reliquis Añis,
Psalmis de Psalterio ut in
inica. 17.

pitulum. Rom. 6. b

Hristus resúrgens ex mór-
tuis jam non móritur,
s illi ultra non dominá-
. Quod enim mórtuus
eccáto, mórtuus est se-
; quod autem vivit, vi-
Deo.

℟. Auróra cælum púrpu-
℣. In resurrectióne. 195.

Benedictus, Antiphona.
ens Jesus mane prima sáb-
, appáruit primo Maríæ
alénæ, de qua ejécerat
m dæmónia, allelúja.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omní-
potens Deus: ut qui Pas-
chália festa perégimus, hæc,
te largiénte, móribus & vita
teneámus. Per Dóminum.

Postea fit commem. de Cru-
ce: quæ commem. quotidie fit
in Laudib. & Vesper. usque
ad Ascensionem, tam in Of-
ficio de Tempore, quam de
Sanctis, nisi sit Duplex, aut
infra Octavas. Aliæ commem.
de sancta Maria, de Aposto-
lis, & de Pace, non dicun-
tur tempore Paschali.

In Laudibus, Antiphona de
Cruce. Crucifixus surréxit a
mórtuis, & redémit nos,
allelúja, allelúja.

℣. Dícite in natiónibus, al-
lelúja. ℟. Quia Dóminus re-
gnávit a ligno, allelúja.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Fí-
lium tuum crucis patí-
bulum subíre voluísti, ut ini-
míci a nobis expélleres po-
testátem: concéde nobis fá-
mulis tuis; ut resurrectiónis
grátiam consequámur. Per
eúmdem Dóminum.

In Vesperis, Antiphona.
Crucem sanctam súbiit, qui
inférnum confrégit, accín-
ctus est poténtia, surréxit
die tértia, allelúja.

Versus, & Oratio, ut supr.

In feriali Officio. Prima di-
citur sicut in festis Simplicibus
toto tempore Paschali.

Psalmi Horarum dicuntur
cum quatuor Allelúja.

Capitul. Regi sæculorum. 27.

Preceſ de Dominica, ut in Pſalterio. 27.

Ad Tertiam, Capitulum. Chriſtus resúrgens. 299.

℟. *br.* Surréxit Dóminus de ſepúlcro, * Allelúja, allelúja. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúja, allelúja.

Glória Patri. Surréxit.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúja. ℟. Et appáruit Simóni, allelúja.

Ad Sextam, Capitulum.

1. *Cor.* 15. *c*

CHriſtus reſurréxit a mórtuis primítiæ dormiéntium: quóniam quidem per hóminem reſurréctio mortuórum. Et ſicut in Adam omnes moriúntur, ita & in Chriſto omnes vivificabúntur.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere, * Allelúja, allelúja. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúja, allel.

Glória Patri. Surréxit.

℣. Gavíſi ſunt diſcípuli, allel.

℟. Viſo Dómino, allel.

Ad Nonam, Capitulum.

1. *Petr.* 3. *d*

CHriſtus ſemel pro peccátis noſtris mórtuus eſt, juſtus pro injúſtis, ut nos offérret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem ſpíritu.

℟. *br.* Gavíſi ſunt diſcípuli, * Allelúja, allelúja. Gavíſi ſunt. ℣. Viſo Dómino. Allelúja, allelúja.

Glória Patri. Gavíſi.

℣. Mane nobíſcum Dómine, allelúja.

℟. Quóniam adveſperáſcit, allelúja.

In Veſperis, Antiphona. Allelúja. *Pſalm.* Diléxi. *cum reliquis de Pſalterio*, 123. *ſub una Aña.* Allelúja.

Capitulum. *Rom.* 6. *b*

CHriſtus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus eſt peccáto, mórtuus eſt ſemel; quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus. Ad régias. 290.

℣. Mane nobíſcum Dómine, allelúja. ℟. Quóniam adveſperáſcit, allel.

Ad Magnificat, Antiphona. Pax vobis, ego ſum, allelúja, nolíte timére, allel.

Invitatorium, Capitula, & ℟ia brevia ſupraſcripta dicuntur in feriali Officio uſque ad Aſcenſionem.

FERIA TERTIA.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio i. *Cap.* 2.

ET cum compleréntur dies Pentecóſtes, erant omnes páriter in eódem loco: & factus eſt repénte de cælo ſonus, tamquam adveniéntis ſpíritus veheméntis, & replévit totam domum, ubi erant ſedéntes. Et apparuérunt illis diſpertítæ línguæ tamquam ignis, ſedítque ſupra ſingulos eórum, & repléti ſunt omnes Spíritu Sancto, & cœpérunt loqui váriis linguis, prout Spíritus Sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Jerúſalem habitán-

...itántes Judæi, viri religiósi ex omni natióne, quæ sub cælo est. Facta autem hac voce, convénit multitúdo, & mente confúsa est, quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes. Stupébant autem omnes & mirabántur, dicéntes; Nonne ecce omnes isti, qui loquúntur, Galilæi sunt? & quómodo nos audívimus unusquísque linguam nostram, in qua nati sumus?

℟. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David, aperíre librum, & sólvere septem signácula ejus: * Allelúja, allelúja, allel. ℣. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, & Divinitátem, & sapiéntiam, & fortitúdinem, & honórem & glóriam, & benedictiónem. Allelúja, allelúja, allel.

Lectio ii.

STans autem Petrus cum úndecim, levávit vocem suam, & locútus est eis: Viri Judæi, & qui habitátis Jerúsalem univérsi, hoc vobis notum sit, & áuribus percípite verba mea. Non enim, sicut vos æstimátis, hi ébrii sunt, cum sit hora diéi tértia: sed hoc est, quod dictum est per Prophétam Joel: Et erit in novíssimis diébus (dicit Dóminus) effúndam de Spíritu meo super omnem carnem, & prophetábunt fílii vestri, & fíliæ vestræ, & júvenes vestri visiónes vidébunt, & senióres vestri sómnia somniábunt. Et quidem super servos meos & super ancíllas meas in diébus illis effúndam de Spíritu meo & prophetábunt: & dabo prodígia in cælo sursum, & signa in terra deórsum, sánguinem & ignem & vapórem fumi: sol convertétur in ténebras, & luna in sánguinem, ántequam véniat dies Dómini magnus & maniféstus. Et erit: Omnis, quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

℟. Ego sum vitis vera, & vos pálmites: * Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, allel. allel. ℣. Sicut diléxit me Pater, & ego diléxi vos. Qui. Glória Patri. Qui.

Lectio iii.

VIri Israelítæ, audíte verba hæc: Jesum Nazarénum, virum approbátum a Deo in vobis, virtútibus & prodígiis & signis, quæ fecit Deus per illum in médio vestri, sicut & vos scitis: hunc definíto consílio & præsciéntia Dei tráditum, per manus iniquórum affligéntes interemístis, quem Deus suscitávit, solútis dolóribus inférni, juxta quod impossíbile erat tenéri illum ab eo. David enim dicit in eum: Providébam Dóminum in conspéctu meo semper: quóniam a dextris est mihi ne commóvear: propter hoc lætátum est cor meum, & exultávit lingua mea, insuper & caro mea requiéscet in spe: quóniam non derelínques ani-

[redacted]

ánimam meam in inférno, nec dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Præcédam vos in Galilæam ibi me vidébitis, sicut dixi vobis, allelúja, allel.

Ad Magnificat, Antiphona. Mitte manum tuam, & cognósce loca clavórum, allelúja, & noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúja.

FERIA QUARTA.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. Cap. 3.

PEtrus autem & Joánnes ascendébant in templum ad horam oratiónis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex útero matris suæ, bajulabátur: quem ponébant quotídie ad portam templi, quæ dícitur Speciósa, ut péteret eleemósynam ab introeúntibus in templum. Is cum vidísset Petrum & Joánnem incipiéntes introíre in templum, rogábat, ut eleemósynam accíperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joánne, dixit: Réspice in nos. At ille intendébat in eos, sperans se áliquid acceptúrum ab eis. Petrus autem dixit: Argéntum & aurum non est mihi: quod autem hábeo, hoc tibi do: In nómine Jesu Christi Nazaréni surge & ámbula.

℟. Surgens Jesus Dóminus noster, stans in médio discipulórum suórum, dixit: * Pax vobis, allelúja, gavísi sunt discípuli viso D[ó]mino, allelúja.

℣. Una ergo sabbatórum, c[um] fores essent clausæ, ubi era[nt] discípuli congregáti, ve[nit] Jesus & stetit in médio [eó]rum, & dixit eis. Pax.

Lectio ii.

ET apprehénsa manu ej[us] déxtera, allevávit eu[m] & protínus consolidátæ su[nt] bases ejus, & plantæ. Et e[xi]liens stetit & ambulábat: [et] intrávit cum illis in tem[plum] ámbulans & exsílie[ns] & laudans Deum. Et vid[it] omnis pópulus eum ambulá[n]tem & laudántem Deum. Cognoscébant autem illum quod ipse erat qui ad ele[e]mósynam sedébat ad Sp[e]ciósam portam templi: [et] impléti sunt stupóre & ex[ta]si, in eo, quod contíge[rat] illi. Cum tenéret autem P[e]trum & Joánnem, cucúr[rit] omnis pópulus ad eos [ad] pórticum, quæ appellátur S[a]lomónis stupéntes.

℟. Expurgáte vetus ferme[n]tum, ut sitis nova consp[er]sio: étenim Pascha nostru[m] immolátus est Christus. * I[ta]que epulémur in Dómino allelúja.

℣. Mórtuus est propter d[e]lícta nostra, & resurré[xit] propter justificatiónem n[o]stram. Itaque.

Glória Patri. Itaque.

Lectio iii.

VIdens autem Petrus, r[e]spóndit ad pópulum Viri Israelítæ quid mirámi[ni] in

in hoc, aut nos quid intuémini, quasi nostra virtúte aut potestáte fecérimus hunc ambuláre? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus Patrum nostrórum glorificávit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidístis, & negástis ante fáciem Piláti, judicánte illo dimítti. Vos autem sanctum & justum negástis, & petístis virum homicídam donári vobis: auctórem vero vitæ interfecístis, quem Deus suscitávit a mórtuis; cujus nos testes sumus. Et in Fide nóminis ejus, hunc quem vos vidístis, & nostis, confirmávit nomen ejus, & Fides, quæ per eum est, dedit íntegram sanitátem istam in conspéctu ómnium vestrum.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum vitis vera, allel. & vos pálmites veri, allel.

Ad Magnificat, Antiphona. Quia vidísti me, Thoma, credidísti: beáti qui non vidérunt & credidérunt, allelúja.

FERIA QUINTA.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. *Cap. 5.*

VIr autem quidam nómine Ananías, cum Saphíra uxóre sua véndidit agrum, & fraudávit de prétio agri, cónscia uxóre sua; & áfferens partem quamdam, ad pedes Apostolórum pósuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentávit sátanas cor tuum, mentíri te Spirítui Sancto, & fraudáre de prétio agri? Nonne manens tibi manébat, & venúndatum in tua erat potestáte? Quare posuísti in corde tuo hanc rem? Non es mentítus homínibus, sed Deo. Audiens autem Ananías hæc verba, cécidit & expirávit. Et factus est timor magnus super omnes, qui audiérunt. Surgéntes autem júvenes amovérunt eum, & efferéntes sepeliérunt.

℟. Christus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur; quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: * Quod autem vivit, vivit Deo, allelúja, allelúja.

℣. Mórtuus est semel propter delícta nostra; & resurréxit propter justificatiónem nostram. Quod.

Lectio ii.

FActum est autem quasi horárum trium spátium, & uxor ipsius, nésciens quod factum fúerat, introívit. Dixit autem ei Petrus: Dic mihi múlier, si tanti agrum vendidístis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam: Quid útique convénit vobis tentáre Spíritum Dómini? Ecce pedes eórum, qui sepeliérunt virum tuum, ad óstium & éfferent te. Conféstim cécidit ante pedes ejus & expirávit. Intrántes autem júvenes invenérunt illam mórtuam: & ex-

[redacted]

extulérunt & sepeliérunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in univérsa Ecclésia, & in omnes, qui audiérunt hæc.

℟. Surréxit Pastor bonus, qui ánimam suam pósuit pro óvibus suis, & pro grege suo mori dignátus est: * Allelúja, allelúja, allel. ℣. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus. Allelúja.

Glória Patri. Allelúja.

Lectio iii.

PEr manus autem Apostolórum fiébant signa & prodígia multa in plebe. Et erant unanímiter omnes in pórticu Salomónis. Ceterórum autem nemo audébat se conjúngere illis: sed magnificábat eos pópulus. Magis autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo virórum ac mulíerum, itaut in platéas ejícerent infirmos, & pónerent in léctulis ac grabátis, ut veniénte Petro, saltem umbra illíus obumbráret quemquam illórum, & liberaréntur ab infirmitátibus suis. Concurrébat autem & multitúdo vicinárum civitátum Jerúsalem, afferréntes ægros, & vexátos a spirítibus immúndis, qui curabántur omnes.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Ardens est cor meum, desídero vidére Dóminum meum: quæro & non invénio, ubi posuérunt eum, allelúja, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Mitte dígitum meum in fixúras clavórum, & manum meam in latus ejus, & dixi: Dóminus meus & Deus meus, allelúja.

FERIA SEXTA.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. *Cap. 8. b*

VIr autem quidam nómine Simon, qui ante fúerat in civitáte magus, sedúcens gentem Samaríæ, dicens se esse áliquem magnum: cui auscultábant omnes a mínimo usque ad máximum, dicéntes: Hic est virtus Dei, quæ vocátur magna. Attendébant autem eum, propter quod multo témpore magiis suis dementásset eos. Cum vero credidíssent Philíppo evangelizánti de regno Dei, in nómine Jesu Christi baptizabántur viri ac mulíeres. Tunc Simon & ipse crédidit: & cum baptizátus esset, adhærébat Philíppo. Videns étiam signa & virtútes máximas fieri, stupens admirabátur.

℟. Virtúte magna. 298.

Lectio ii.

CUm autem audíssent Apóstoli, qui erant Jerosólymis, quod recepísset Samaría verbum Dei, misérunt ad eos Petrum & Joánnem. Qui cum venissent oravérunt pro ipsis ut accíperent Spíritum Sanctum. Nondum enim in quemquam illórum vénerat, sed baptizáti tantum erant in nómine Dómini Je-

[redacted]

unc imponébant ma-
r illos, & accipié-
itum Sanctum. Cum
item Simon, quia per
nem manus Apósto-
irétur Spíritus San-
btulit eis pecúniam,
Date & mihi hanc
m, ut cuicúmque im-
manus, accípiat Spí-
nctum.

re prudéntis. 298.

Lectio iii.

autem dixit ad eum:
nia tua tecum sit in
em; quóniam donum
timásti pecúnia pos-
on est tibi pars, ne-
n sermóne isto. Cor
m non est rectum co-
. Pœniténtiam íta-
ab hac nequítia tua
Deum, si forte remit-
i hæc cogitátio cor-
In felle enim ama-
, & obligatióne ini-
ídeo te esse. Respón-
em Simon, dixit:
ni vos pro me ad Dó-
ut nihil véniat super
n quæ dixístis.

n laudámus. 16.

dictus, Antiphona.

ad monuméntum Ma-
alénæ & áltera María,
pulcrum, allel.

*veras, nisi occurrat
vem Lectionum, a
fit de S. Maria.*

B B A T O.

ibus Apostolórum.

Cap. 10.

utem quidam erat in
aréa, nómine Cor-
nélius, Centúrio cohórtis, quæ dícitur Itálica, religiósus ac timens Deum cum omni domo sua, fáciens eleemósynas multas plebi, & déprecans Deum semper; is vidit in visu maniféste, quasi hora diéi nona, Angelum Dei introeúntem ad se, & dicéntem sibi: Cornéli. At ille íntuens in eum, timóre corréptus dixit: Quid est, Dómine? Dixit autem illi, Oratiónes tuæ, & eleemósynæ tuæ ascendérunt in memóriam in conspéctu Dei. Et nunc mitte viros in Joppen, & accérse Simónem quemdam, qui cognominátur Petrus; hic hospitátur apud Simónem quemdam coriárium, cujus est domus juxta mare: hic dicet tibi, quid te opórteat fácere. Et cum discessísset Angelus, qui loquebátur illi, vocávit duos domésticos suos, & mílitem metuéntem Dóminum, ex his, qui illi parébant. Quibus cum narrásset ómnia, misit illos in Joppen.

Lectio ii.

POstera autem die iter illis faciéntibus, & appropinquántibus civitáti, ascéndit Petrus in superióra ut oráret circa horam sextam. Et cum esuríret, vóluit gustáre. Parántibus autem illis, cécidit super eum mentis excéssus, & vidit cælum apértum, & descéndens vas quoddam, velut línteum magnum, quátuor inítiis submítti

missum de cælo in terram, in quo erant ómnia quadrupédia, & serpéntia terræ, & volatília cæli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occíde & mandúca. Ait autem Petrus: Absit Dómine, quia numquam manducávi omne commúne & immúndum. Et vox íterum secúndo ad eum; Quod Deus purificávit, tu commúne ne díxeris. Hoc autem factum est per ter: & statim recéptum est vas in cælum. Et dum intra se hæsitáret Petrus, quidnam esset vísio, quam vidísset; ecce viri, qui missi erant a Cornélio, inquiréntes domum Simónis, astitérunt ad jánuam.

Lectio iii.

APériens autem Petrus os suum, dixit: In veritáte cómperi, quia non est personárum accéptor Deus: sed in omni gente, qui timet eum, & operátur justítiam, accéptus est illi. Verbum misit Deus fíliis Israel, annúntians pacem per Jesum Christum; (hic est ómnium Dóminus.) Vos scitis quod factum est verbum per univérsam Judæam: incípiens enim a Galilæa post Baptísmum, quod prædicávit Joánnes, Jesum a Názareth: quómodo unxit eum Deus Spíritu Sancto & virtúte, qui pertránsiit benefaciéndo & sanándo omnes oppréssos a diábolo, quóniam Deus erat cum illo; Et nos testes sumus ómnium quæ fecit in regióne Judæórum & Jerúsalem, quem occidérunt suspendéntes in ligno. Hunc Deus suscitávit tértia die, & dedit eum manifestum fieri non omni pópulo, sed téstibus præordinátis a Deo, nobis, qui manducávimus & bíbimus cum illo postquam resurréxit a mórtuis.

Ad Vesperas, Antiphona. Allelúja. *Psalmus* 1. Benedictus, *cum reliquis.* 135.

Capitulum. 1. *Petr.* 2. d

CHaríssimi, Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus: Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus.

Hymnus. Ad régias Agni.

℣. Mane nobíscum. [illegible]

Ad Magnificat, Antiphona. Ego sum Pastor óvium: ego sum via, véritas, & vita; ego sum Pastor bonus, & cognósco oves meas, & cognóscunt me meæ, allelúja, allelúja.

Oratio.

DEus, qui in Fílii tui humilitáte jacéntem mundum erexísti; fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Deinde fit commemoratio de Cruce, ut suprà, [illegible]

DOMINICA II.
post Pascha.

Ad Matutinum, Invitatorium. Surrexit Dominus vere, * Allelúja.

Hymnus Rex sempitérne. *&* *cetera usque ad Lectiones ut in Psalterio.*

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. *Cap. 13.*

CUm a Papho navigássent Paulus, & qui cum eo erant, venérunt Pergen Pamphyliæ. Joánnes autem discédens ab eis, revérsus est Jerosólymam. Illi vero pertranseúntes Pergen, venérunt Antiochíam Pisídiæ: & ingressi synagógam die sabbatórum, sedérunt. Post lectiónem autem Legis & Prophetárum, misérunt príncipes synagógæ ad eos, dicéntes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortatiónis ad plebem, dícite. Surgens autem Paulus, & manu siléntium indícens, ait: Viri Israelítæ & qui timétis Deum, audíte. Deus plebis Israel elégit patres nostros & plebem exaltávit, cum essent íncolæ in terra Ægypti, & in bráchio excélso edúxit eos ex ea, & per quadragínta annórum tempus mores eórum sustínuit in desérto. Et déstruens Gentes septem in terra Chánaan, sorte distríbuit eis terram eórum, quasi post quadringéntos & quinquagínta annos: & post hæc dedit júdices, usque ad Sámuel prophétam.

℟. Virtúte magna reddébant Apóstoli * Testimónium resurrectiónis Jesu Christi Dómini nostri, allelúja, allelúja. ℣. Repléti quidem Spíritu Sancto loquebántur cum fidúcia verbum Dei. Testimónium resurrectiónis.

Lectio ii.

ET exínde postulavérunt regem, & dedit illis Deus Saul fílium Cis, virum de tribu Béniamin, annis quadragínta. Et amóto illo, suscitávit illis David regem: cui testimónium pérhibens, dixit: Invéni David fílium Jesse, virum secúndum cor meum, qui fáciet omnes voluntátes meas. Hujus Deus ex sémine secúndum promissiónem edúxit Israel Salvatórem Jesum: prædicánte Joánne ante fáciem advéntus ejus Baptísmum pœniténtiæ omni pópulo Israel. Cum impléret autem Joánnes cursum suum, dicébat: Quem me arbitrámini esse, non sum ego: sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calceaménta pedum sólvere.

℟. De ore prudéntis procédit mel, allelúja, dulcédo mellis est sub lingua ejus, allelúja: * Favus distíllans lábia ejus, allelúja, allelúja. ℣. Sapiéntia requiéscit in corde ejus, & prudéntia in sermóne oris illíus. Favus.

Lectio iii.

VIri fratres, fílii géneris Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis

his verbum salútis hujus missum est. Qui enim habitábant Jerúsalem, & príncipes ejus, hunc ignorántes & voces Prophetárum, quæ per omne sábbatum legúntur, judicántes implevérunt, & nullam caussam mortis inveniéntes in eo, petiérunt a Piláto, ut interficerent eum. Cumque consummássent ómnia, quæ de eo scripta erant, deponéntes eum de ligno, posuérunt eum in monuménto. Deus vero suscitávit eum a mórtuis tértia die; qui visus est per dies multos his, qui simul ascénderant cum eo de Galilæa in Jerúsalem, qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem. Et nos vobis annuntiámus eam, quæ ad patres nostros repromíssio facta est; quóniam hanc Deus adimplévit fíliis nostris, resúscitans Jesum, sicut & in Psalmo secúndo scriptum est: Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

℟. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David, aperíre librum, & sólvere septem signácula ejus; * Allelúja, allelúja, allelúja.

℣. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, & Divinitátem, & sapiéntiam, & fortitúdinem, & honórem & glóriam, & benedictiónem. * Allelúja, allelúja, allelúja.

Glória Patri. Allelúja, allelúja, allelúja.

In secundo Nocturno Antiphona Allelúja. *Psalmi* Conserva me *cum reliq. ut in Psalterio.*

Sermo S. Leonis Papæ.

Sermone 1. de Ascensione Domini, post initium.

Lectio iv.

HI dies, dilectíssimi, qui inter resurrectiónem Dómini ascensionémque fluxérunt, non otióso transiére decúrsu, sed magna in eis confirmáta sacraménta, magna sunt reveláta mystéria. In iis metus diræ mortis aufértur, & non solum ánimæ, sed étiam carnis immortálitas declarátur. In his per insufflatiónem Dómini infúnditur Apóstolis ómnibus Spíritus Sanctus; & beáto Apóstolo Petro supra céteros post regni claves, ovílis Domínici cura mandátur.

℟. Ego sum vitis vera, & vos pálmites: * Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, allel. allel. ℣. Sicut diléxit me Pater, & ego diléxi vos. Qui.

Lectio v.

IN iis diébus, duóbus discípulis tértius in via Dóminus comes júngitur; & ad omnem nostræ ambiguitátis calíginem detergéndam, paventium ac trepidántium tárditas increpátur. Flammam Fídei illumináta corda concípiunt, & quæ erant tépida, reserénte Scriptúras Dómino efficiúntur ardéntia. In fractióne quoque panis convescéntium aperiúntur ob-

tu-

tútius, multo felícius eórum óculis patefáctis, quibus natúræ suæ manifestáta est glorificátio, quam illórum géneris nostri príncipum, quibus prævaricatiónis suæ est ingésta confúsio.

℟. Surgens Jesus Dóminus noster, stans in médio discipulórum suórum, dixit: * Pax vobis, allel. gavísi sunt discípuli viso Dómino, allel. ℣. Una ergo sabbatórum, cum fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti, venit Jesus & stetit in médio eórum, & dixit eis. Pax vobis.

Lectio vi.

INter hæc autem, áliaque mirácula, cum discípuli trépidis cogitatiónibus æstuárent, & apparuísset in médio eórum Dóminus, dixisśetque: Pax vobis: ne hoc remanéret in eórum opiniónibus, quod volvebátur in córdibus (putábant enim se spíritum vidére, non carnem) redárguit cogitatiónes a veritáte discórdes, ingerit dubitántium óculis manéntia in mánibus suis & pédibus crucis signa: & ut diligéntius pertractaréntur, invítat. Quia ad sanánda infidélium córdium vúlnera, clavórum & lánceæ erant serváta vestígia, ut non dúbia fide, sed constantíssima sciéntia teneréntur, eam natúram in Dei Patris consessúram throno, quæ jacúerat in sepúlcro.

℟. Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova conspérsio: étenim Pascha nostrum immolátus est Christus: * Itaque epulémur in Dómino, allelúja.

℣. Mórtuus est propter delícta nostra: & resurréxit propter justificatiónem nostram. Itaque. Glória Patri. Itaque.

In tertio Nocturno, Antiph. Allelúja. *Psalm.* Cæli enárrant. *cum reliq. ut in Psalt.* 14.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vii. *Cap.* 10. *c*

IN illo témpore: Dixit Jesus Pharisæis: Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 14. in Evangel.

AUdístis, fratres charíssimi, ex lectióne Evangélica eruditiónem vestram: audístis & perículum nostrum. Ecce enim is, qui non ex accidénti dono, sed essentiáliter bonus est, dicit: Ego sum Pastor bonus. Atque ejúsdem bonitátis formam, quam nos imitémur, adjúngit, dicens: Bonus Pastor ánimam suam ponit pro óvibus suis. Fecit quod mónuit: osténdit quod jussit, bonus pastor pro óvibus suis ánimam suam pósuit, ut in Sacraménto nostro Corpus suum & Sánguinem vérteret, & oves quas redémerat, carnis suæ aliménto satiáret.

℟. Christus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur, mors, illi

illi ultra non dominábitur; quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: * Quod autem vivit, vivit Deo, allelúja, allelúja.

℣. Mórtuus est semel propter delícta nostra, & resurréxit propter justificatiónem nostram. Quod.

Lectio viii.

Osténsa nobis est de contemptu mortis via, quam sequámur; appósita est forma, cui imprimámur. Primum nobis est, exterióra nostra misericórditer óvibus ejus impéndere; postrémum vero, si necésse sit, étiam mortem nostram pro eísdem óvibus ministráre. A primo autem hoc mínimo pervenítur ad postrémum majus. Sed cum incomparabíliter longe sit mélior ánima, qua vívimus, quam terréna substántia, quam extérius possidémus; qui non dat pro óvibus substántiam suam, quando pro his datúrus est ánimam suam?

℟. Surréxit Pastor bonus, qui ánimam suam pósuit pro óvibus suis, & pro grege suo mori dignátus est: * Allelúja, allelúja, allel.

℣. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus. Allel. Glória Patri. Allelúja.

Lectio ix.

Et sunt nonnúlli, qui dum plus terrénam substántiam, quam oves díligunt, mérito nomen Pastóris perdunt, de quibus prótinus subditur: Mercenárius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem, & dimíttit oves, & fugit. Non Pastor, sed mercenárius vocátur, qui non pro amóre íntimo oves Domínicas, sed ad temporáles mercédes pascit. Mercenárius quippe est, qui locum quidem Pastóris tenet, sed lucra animárum non quærit, terrénis cómmodis inhiat, honóre prælatiónis gaudet, temporálibus lucris páscitur, impénsa sibi ab homínibus reveréntia lætátur.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes, Antiphona. Allelúja, *Psalm.* Dóminus regnávit, *cum reliq. Antiphoni & Psalm. de Psalt.*

Capitulum. 1. Petr. 2.

Charíssimi, Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exemplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus.

Hymn. Auróra cælum. 299.

℣. In resurrectióne.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum Pastor óvium; ego sum via, véritas & vita; ego sum Pastor bonus, & cognósco oves meas, & cognóscunt me meæ, allelúja, allel.

Oratio.

Deus, qui in Fílii tui humilitáte jacéntem mundum erexísti: fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam, ut quos perpétuæ mortis eri-

[redacted]

ssibus, gáudiis fi-
is sempitérnis. Per
Dóminum.
Et commem. de Cru-
ce 299.
tiam, *Capitulum*.
. Christus passus
obis.
rréxit Dóminus de
300.
m, *Capitulum*.
Petr. 2. *d*
autem judicánti
júste, qui peccáta
pértulit in córpo-
er lignum: ut pec-
ui, justítiæ vivámus,
re sanáti sumus.
rréxit Dóminus ve-

m, *Capitulum*.
Petr. 2. *d*
enim sicut oves er-
s: sed convérsi estis
Pastórem & Epísco-
árum vestrárum.
visi sunt. 300.
eras, *Antiphona*.
Psalm. Dixit Dó-
reliquis de Do-
19.
Charíssimi, Christus
pro nobis. 310.
Ad régias Agni da-
lme nobíscum.
ificat, *Antiphona*.
Pastor bonus, qui
es meas, & pro
eis pono ánimam
lelúja.
Deus, qui in Fílii
itáte. 310.
Et commem. de Cru-
ce. 299.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, *Invitatorium*. Allelúja, allelúja, * Allelúja. *Psalm.* Venite. 2. *Hymnus*. Rex sempitérne. 3. *Antiphonæ*, & *Psalmi*, *de Psalterio*. 47.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. *Cap.* 15. *b*

Surrexérunt autem quidam de hæresi Pharisæórum, qui credidérunt, dicéntes: Quia opórtet circumcídi eos, præcípere quoque serváre legem Móysi. Convenerúntque Apóstoli & senióres vidére de verbo hoc. Cum autem magna conquisítio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quóniam ab antíquis diébus Deus in nobis elégit, per os meum audíre Gentes verbum Evangélii, & crédere. Et qui novit corda Deus, testimónium perhíbuit, dans illis Spíritum Sanctum, sicut & nobis, & nihil discrévit inter nos & illos, Fide puríficans corda eórum. Nunc ergo quid tentátis Deum, impónere jugum super cervíces discipulórum, quod neque patres nostri neque nos portáre potúimus? Sed per grátiam Dómini Jesu Christi crédimus salvári, quemádmodum & illi. Tácuit autem omnis multitúdo: & audiébant Bárnabam & Paulum narrántes, quanta Deus fecísset signa, & prodígia in Géntibus per eos.

℟. Virtúte magna. 307.

Le-

[redacted]

Lectio ii.

ET postquam tacuérunt, respóndit Jacóbus, dicens: Viri fratres, audíte me. Simon narrávit quemádmodum primum Deus visitávit súmere ex Géntibus pópulum nómini suo. Et huic concórdant verba Prophetárum, sicut scriptum est: Post hæc revértar, & reædificábo tabernáculum David, quod décidit, & díruta ejus reædificábo & érigam illud, ut requírant céteri hóminum Dóminum, & omnes Gentes, super quas invocátum est nomen meum, dicit Dóminus fáciens hæc. Notum a sæculo est Dómino opus suum. Propter quod ego júdico non inquietári eos, quis ex Géntibus convertúntur ad Deum, sed scríbere ad eos, ut abstíneant se a contaminatiónibus simulacrórum, & fornicatióne & suffocátis & sánguine. Móyses enim a tempóribus antíquis habet in síngulis civitátibus, qui eum prædicent in synagógis, ubi per omne sábbatum légitur.
℟. De ore. 307.

Lectio iii.

TUnc plácuit Apóstolis, & senióribus cum omni Ecclésia, elígere viros ex eis, & míttere Antiochíam cum Paulo & Bárnaba, Judam, qui cognominabátur Bársabas, & Silam, viros primos in frátribus, scribéntes per manus eórum: Apóstoli & senióres fratres, his, qui sunt Antiochíæ, & Syriæ, & Ciliciæ, frátribus ex Géntibus, salútem. Quóniam audívimus, quia quidam ex nobis exeúntes, turbavérunt vos verbis, everténtes ánimas vestras, quibus non mandávimus; plácuit nobis collēctis in unum, elígere viros, & míttere ad vos cum caríssimis nostris Bárnaba & Paulo homínibus, qui tradidérunt ánimas suas pro nómine Dómini nostri Jesu Christi. Mísimus ergo Judam & Silam, qui & ipsi vobis verbis réferent éadem. Visum est enim Spirítui Sancto & nobis, nihil ultra impónere vobis óneris, quam hæc necessária: ut abstineátis vos ab immolátis simulacrórum, & sánguine & suffocáto, & fornicatióne: a quibus custodiéntes vos, bene agétis. Valéte.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Laudes, Antiphona.

Allelúja. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum reliquis Añis in Psalmi de Psalterio ut in Dominica.* 17.

Capitulum. *Rom. 6. b*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mortuus est peccáto, mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus. Auróra cælum.
℣. In resurrectióne, *ut suprà.*

Ad

Ad Benedictus, Antiphona. Euntes in mundum, allelúja: docéte omnes Gentes, allel. *Oratio.* Deus, qui in Filii tui. 310.

Ad Vesperas, Antiphona, Allelúja. *Psalm.* Diléxi. *cum reliquis,* 123. *sub una Aña.* Allelúja.

Capitulum. Christus resúrgens. *ut supr.*

Hymnus. Ad régias Agni. ℣. Mane nobíscum. 290.

Ad Magnificat, Antiphona. Pastor bonus ánimam suam ponit pro óvibus suis, allel.

FERIA TERTIA.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. *Cap. 17. & 18.*

STans autem Paulus in médio Areopági, ait: Viri Atheniénses, per ómnia quasi superstitiosióres vos vídeo. Prætériens enim & videns simulácra vestra, invéni & aram, in qua scriptum erat: Ignóto Deo. Quod ergo ignorántes cólitis, hoc ego annúntio vobis. Deus, qui fecit mundum, & ómnia, quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cum sit Dóminus, non in manufáctis templis hábitat, nec mánibus humánis cólitur, indigens áliquo, cum ipse det ómnibus vitam & inspiratiónem & ómnia: fecítque ex uno omne genus hóminum inhabitáre super univérsam fáciem terræ, defíniens statúta témpora, & términos habitatiónis eórum, quærere Deum si forte attréctent eum aut invéniant, quamvis non longe sit ab unoquóque nostrum. ℟. Ecce vicit. 308.

Lectio ii.

IN ipso enim vívimus, & movémur, & sumus, sicut & quidam vestrórum poetárum dixérunt: Ipsíus enim & genus sumus. Genus ergo cum simus Dei, non debémus æstimáre auro, & argénto, aut lápidi, sculptúræ artis, & cogitatiónis hóminis, Divínum esse símile. Et témpora quidem hujus ignorántiæ despíciens Deus, nunc annúntiat homínibus, ut omnes ubíque pœniténtiam agant, eo quod státuit diem, in quo judicatúrus est orbem in æquitáte, in viro, in quo státuit, fidem præbens ómnibus, súscitans eum a mórtuis. Cum audíssent autem resurrectiónem mortuórum, quidam quidem irridébant, quidam vero dixérunt: Audiémus te de hoc íterum. Sic Paulus exívit de médio eórum. ℟. Ego sum. 308.

Lectio iii.

QUidam vero viri adhæréntes ei, credidérunt: in quibus & Dionysius Areopagíta, & múlier nómine Dámaris, & álii cum eis. Post hæc egréssus ab Athénis, venit Corínthum, & invéniens quemdam Judæum nómine Aquilam, Pónticum génere, qui nuper vénerat ab Itália, & Priscíllam uxórem ejus (eo quod præcepísset Cláudius discédere omnes Judæos a Roma) accéssit

[redacted]

ad eos. Et quia ejúſdem erat artis, manébat apud eos & operabátur; (erant autem ſcenofactóriæ artis.) Et diſputábat in ſynagóga per omne ſábbatum, interpónens nomen Dómini Jeſu; ſuadebátque Judæis & Græcis.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Eúntes in mundum, docéte omnes Gentes, baptizántes eos in nómine Patris, & Filii, & Spíritus Sancti, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Mercenárius autem, cujus non ſunt oves própriæ, videt lupum veniéntem, & dimíttit oves, & fugit; & lupus rapit, & diſpérgit oves, allelúja.

FERIA QUARTA.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio i. *Cap. 20. b*

A Miléto Paulus mittens Epheſum, vocávit Majóres natu Eccléſiæ. Qui cum veníſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis: Vos ſcitis a prima die, qua ingréſſus ſum in Aſiam, quáliter vobíſcum per omne tempus fúerim, ſérviens Dómino cum omni humilitáte, & lácrymis, & tentatiónibus, quæ mihi accidérunt ex insídiis Judæórum: quómodo nihil ſubtráxerim utílium, quo minus annuntiárem vobis, & docérem vos públice, & per domos, teſtíficans Judæis atque Gentílibus in Deum pœniténtiam, & Fidem in Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et nunc ecce alligátus ego ſpíritu vado in Jerúſalem, quæ in ea ventúra ſint mihi, ignórans; niſi quod Spíritus Sanctus per omnes civitátes mihi proteſtátur, dicens, quóniam víncula, & tribulatiónes Jeroſólymis me manent. Sed nihil horum véreor, nec fácio ánimam meam pretioſiórem quam me, dúmmodo consúmmem cursum meum, & miniſtérium verbi, quod accépi a Dómino Jeſu, teſtificári Evangélium grátiæ Dei.

℟. Surgens Jeſus. 309.

Lectio ii.

ET nunc ecce ego ſcio, quia ámplius non vidébitis fáciem meam vos omnes, per quos transívi prædicans regnum Dei. Quapropter contéſtor vos hodiérna die, quia mundus ſum a sánguine ómnium. Non enim ſubterfúgi, quo minus annuntiárem omne consílium Dei vobis. Atténdite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spíritus Sanctus póſuit Epíſcopos, régere Eccléſiam Dei, quam acquisívit Sánguine ſuo. Ego ſcio, quóniam intrábunt poſt diſceſſiónem meam lupi rapáces in vos, non parcéntes gregi. Et ex vobis ipſis exúrgent viri loquéntes pervérſa, ut abdúcant diſcípulos poſt ſe. Propter quod vigiláte, memória retinéntes, quóniam per

r triénnium nocte, & non cessávi cum lácry- s monens unumquémque strum.

Expurgáte vetus. 309.

Lectio iii.

T nunc comméndo vos Deo & verbo grátiæ ius; qui potens est ædifi- e, & dare hæreditátem in ctificátis ómnibus. Ar- ntum & aurum aut vestem llíus concupívi, sicut ipsi tis; quóniam ad ea, quæ hi opus erant, & his, i mecum sunt, ministra- runt manus istæ. Omnia éndi vobis, quóniam sic orántes, opórtet suscípe- infirmos, ac meminísse rbi Dómini Jesu, quóniam e dixit: Beátius est magis re, quam accípere. Et cum c dixísset, pósitis génibus s orávit cum ómnibus il- . Magnus autem fletus fa- s est ómnium, & pro- mbéntes super collum Pau- , osculabántur eum, do- ntes máxime in verbo, od díxerat, quóniam ám- us fáciem ejus non essent úri. Et deducébant eum návem.

Deum laudámus. 16.

d Benedictus, Antiphona.
, nuntiáte frátribus meis, elúja: ut eant in Gali- m, allelúja: ibi me vi- bunt, allelúja, allelúja, elúja.

d Magnificat, Antiphona.
ut novit me Pater, & cognósco Patrem, & ánimam meam pono pro óvibus meis, allelúja.

FERIA QUINTA.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. *Cap. 24. c*

RESpóndit autem Paulus (annuénte sibi præside dícere;) Ex multis annis te esse júdicem genti huic sciens, bono ánimo pro me satisfáciam: potes enim cognóscere quia non plus sunt mihi dies quam duódecim, ex quo ascéndi adoráre in Jerúsalem. Et neque in templo invenérunt me cum áliquo disputántem, aut concúrsum faciéntem turbæ, neque in synagógis, neque in civitáte: neque probáre possunt tibi de quibus nunc me accúsant. Confiteor autem hoc tibi, quod secúndum sectam, quam dicunt hæresim, sic desérvio Patri & Deo meo, credens ómnibus, quæ in Lege & Prophétis scripta sunt, spem habens in Deum, quam & hi ipsi expéctant, resurrectiónem futúram justórum & iniquórum. In hoc & ipse stúdeo sine offendículo consciéntiam habére ad Deum, & ad hómines semper.

℟. Christus resúrgens. 309.

Lectio ii.

POst annos autem plures, eleemósynas factúrus in gentem meam veni, & oblatiónes & vota. In quibus invenérunt me purificátum in templo non cum turba neque cum tumúltu. Quidam autem ex Asia Judæi, quos opórte-

O 2 bat

bat apud te præsto esse & accusáre, si quid habérent advérsum me: aut hi ipsi dicant si quid invenérunt in me iniquitátis, cum stem in concílio, nisi de una hac solúmmodo voce, qua clamávi inter eos stans: Quóniam de resurrectióne mortuórum ego júdicor hódie a vobis.

℞. Surréxit Pastor. 310.

Lectio iii.

DIstulit autem illos Felix, certíssime sciens de via hac, dicens: Cum tribúnus Lysias descénderit, áudiat vos. Jussitque Centurióni custodíre eum & habére réquiem, nec quemquam de suis prohibére ministráre ei. Post áliquot autem dies véniens Felix cum Drusílla uxóre sua, quæ erat Judæa, vocávit Paulum & audívit ab eo Fidem, quæ est in Christum Jesum. Disputánte autem illo de justítia, & castitáte, & de judício futúro, tremefáctus Felix respóndit: Quod nunc áttinet, vade: témpore autem opportúno accérsam te: simul & sperans, quod pecúnia ei darétur a Paulo: propter quod, & frequénter accérsens eum, loquebátur cum eo. Biénnio autem expléto, accépit successórem Felix Pórtium Festum. Volens autem grátiam præstáre Judæis Felix, relíquit Paulum vinctum.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Tu solus peregrínus es, & non audísti de Jesu, quómodo tradidérunt eum in damnatiónem mortis, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Alias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovíli, & illas opórtet me addúcere, & vocem meam áudient, & fiet unum ovíle, & unus Pastor, allelúja.

FERIA SEXTA.

De Actibus Apostolórum,

Lectio i. *Cap. 25.*

FEstus ergo cum venísset in provínciam, post tríduum ascéndit Jerosólymam a Cæsaréa. Audierúntque eum Príncipes Sacerdótum, & primi Judæórum advérsus Paulum, & rogábant eum, postulántes grátiam advérsus eum, ut jubéret perdúci eum in Jerúsalem, insídias tendéntes, ut interficerent eum in via. Festus autem respóndit, servári Paulus in Cæsaréa: se autem matúrius profectúrum. Qui ergo in vobis (ait) poténtes sunt, descendéntes simul, si quod est in viro crimen, accúsent eum.

℞. Virtúte magna. 307.

Lectio ii.

DEmorátus autem inter eos dies non ámplius quam octo aut decem, descéndit Cæsaréam, & áltera die sedit pro tribunáli, & jussit Paulum addúci. Qui cum perdúctus esset, circumstetérunt eum, qui ab Jerosólyma descénderant Judæi, mul-

[redacted]

as & graves caussas objl-
tes, quas non póterant
áre, Paulo ratiónem
énte: Quóniam neque in
m Judæórum, neque in
lum, neque in Cæsarem
quam peccávi.
Je ore prudéntis.

Lectio iii.

stus autem volens grá-
tiam præstáre Judæis,
ndens Paulo, dixit:
Jerosólymam ascéndere,
bi de his judicári apud
Dixit autem Paulus:
ribúnal Cæsaris sto, ibi
oportet judicári: Judæis
nocui, sicut tu mélius
Si enim nócui, aut di-
r morte áliquid feci,
recúso mori: si vero ni-
st eórum quæ hi accú-
me, nemo potest me illis
re: Cæsarem áppello.
Festus cum concílio lo-
, respóndit: Cæsarem
lásti, ad Cæsarem ibis.
eum laudámus. 16.

Benedictus, Antiphona.
e sic opórtuit pati Chri-
, & ita intráre in gló-
suam? allelúja.

Vesperas, nisi occurrat
n novem Lectionum, a
ul. fit de S. Maria.

SABBATO

Actibus Apostolórum.
io i. *Cap.* 28. *d*

Um autem venissémus
Romam, permíssum est
manére sibimet cum
iénte se mílite. Post
n autem diem convo-
primos Judæórum.

Cumque conveníssent, dicé-
bat eis: Ego, viri fratres,
nihil advérsus plebem fá-
ciens, aut morem patér-
num, vinctus ab Jerosóly-
mis tráditus sum in manus
Romanórum: qui cum in-
terrogatiónem de me habuís-
sent, voluérunt me dimítte-
re, eo quod nulla esset caus-
sa mortis in me. Contradi-
céntibus autem Judæis,
coáctus sum appelláre Cæ-
sarem, non quasi gentem
meam habens áliquid accu-
sáre. Propter hanc ígitur
caussam, rogávi vos vidére
& álloqui. Propter spem
enim Israel caténa hac cir-
cúmdatus sum.

Lectio ii.

AT illi dixérunt ad eum:
Nos neque lítteras ac-
cépimus de te a Judæa, ne-
que advéniens áliquis fra-
trum nuntiávit, aut locútus
est quid de te malum. Ro-
gámus autem a te audíre
quæ sentis; nam de secta
hac notum est nobis, quia
ubíque ei contradícitur. Cum
constituíssent autem illi diem,
venérunt ad eum in ho-
spítium plúrimi, quibus ex-
ponébat testíficans regnum
Dei, suadénsque eis de Jesu,
ex Lege Moysi & Prophétis
a mane usque ad vésperam,
Et quidam credébant his,
quæ dicebántur, quidam ve-
ro non credébant.

Lectio iii.

CUmque ínvicem non es-
sent consentiéntes, disce-

[redacted]

débant, dicénte Paulo unum verbum: Quia bene Spíritus Sanctus locútus est per Isaíam Prophétam ad patres nostros, dicens; Vade ad pópulum istum, & dic ad eos: Aure audiétis, & non intelligétis: & vidéntes vidébitis, & non perspiciétis. Incrassátum est enim cor pópuli hujus, & áuribus gráviter audiérunt, & óculos suos compressérunt: ne forte vídeant óculis, & áuribus áudiant, & corde intélligant & convertántur, & sanem eos. Notum ergo sit vobis, quóniam Géntibus missum est hoc salutáre Dei, & ipsi áudient. Et cum hæc dixísset, exiérunt ab eo Judæi, multam habéntes inter se quæstiónem. Mansit autem biénnio toto in suo condúcto: & suscipiébat omnes, qui ingrediebántur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens, quæ sunt de Dómino Jesu Christo cum omni fidúcia, sine prohibitióne.

Ad Vésperas, Capitulum, 1. *Petr.* 2. *c*

CAríssimi, Obsecro vos tamquam ádvenas & peregrínos abstinére vos a carnálibus desidériis, quæ mílitant advérsus ánimam.

Hymnus. Ad régias Agni dapes. 290.

℣. Mane nobíscum.

Ad Magnificat, Antiphona. Módicum, & non vidébitis me, dicit Dóminus; íterum módicum, & vidébitis me, quia vado ad Patrem, allelúja, allelúja.

Oratio.

DEus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis, qui Christiána professióne censéntur, & illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini, & ea, quæ sunt apta, sectári. Per Dóminum.

Deinde fit commem. de Cruce, ut suprà. 299.

DOMINICA III. *post Pascha.*

Ad Matutinum, Invitator. Surréxit Dominus vere.

Hymnus, & alia usque ad Lectiones ut in Psalter. 3.

In primo Nocturno.

Incipit liber Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap.* 1.

APocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam fácere servis suis, quæ opórtet fieri cito, & significávit, mittens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, & testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit. Beátus, qui legit, & audit verba prophetíæ hujus, & servat ea, quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est. Joánnes septem Ecclésiis, quæ sunt in Asia. Grátia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui ventúrus est, & a septem spirítibus, qui in conspéctu throni ejus sunt, & a

Je-

Jesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum & princeps regum terræ: qui diléxit nos & lavit nos a peccátis nostris in Sánguine suo, & fecit nos regnum, & Sacerdótes Deo & Patri suo: ipsi glória & impérium in sæcula sæculórum. Amen.

℟. Dignus es Dómine accípere librum & aperíre signácula ejus, allelúja: quóniam occísus es, & redemísti nos Deo, * In Sánguine tuo, allelúja. ℣. Fecísti enim nos Deo nostro regnum & sacerdótium. In Sánguine.

Lectio ii.

ECce veniet cum núbibus, & vidébit eum omnis óculus, & qui eum pupugérunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ: Etiam: Amen. Ego sum alpha & oméga, princípium & finis, dicit Dóminus Deus, qui est, & qui erat, & qui ventúrus est, omnípotens. Ego Joánnes frater vester, & párticeps in tribulatióne & regno & patiéntia in Christo Jesu, fui in ínsula, quæ appellátur Patmos, propter verbum Dei, & testimónium Jesu. Fui in spíritu in Domínica die, & audívi post me vocem magnam tamquam tubæ dicéntis: Quod vides, scribe in libro, & mitte septem Ecclésiis, quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pérgamo, & Thyatíræ, Sardis, & Philadelphíæ, & Laodicíæ.

℟. Ego sicut vitis fructificávi suavitátem odóris, allelúja: * Transíte ad me omnes, qui concupíscitis me, & a generatiónibus meis adimplémini, allelúja, allelúja. ℣. In me omnis grátia viæ & veritátis: in me omnis spes vitæ & virtútis. Transíte.

Lectio iii.

ET convérsus sum, ut vidérem vocem, quæ loquebátur mecum, & convérsus vidi septem candelábra áurea, & in médio septem candelabrórum aureórum símilem filio hóminis, vestítum podére: & præcínctum ad mamíllas zona áurea: caput autem ejus & capílli erant cándidi, tamquam lana alba, & tamquam nix, & óculi ejus tamquam flamma ignis, & pedes ejus símiles aurichálco, sicut in camíno ardénti, & vox illíus tamquam vox aquárum multárum, & habébat in déxtera sua stellas septem, & de ore ejus gládius utráque parte acútus exíbat, & fácies ejus sicut sol lucet in virtúte sua. Et cum vidíssem eum, cécidi ad pedes ejus tamquam mórtuus. Et pósuit déxteram suam super me, dicens: Noli timére: ego sum primus & novíssimus: & vivus & fui mórtuus, & ecce sum vivens in sæcula sæculórum, & hábeo claves mortis & inférni: Scribe ergo quæ vidísti, & quæ sunt, & quæ opórtet fieri post hæc.

[redacted]

℟. Audívi vocem de cælo tamquam vocem tonítrui magni, allelúja: Regnábit Deus noster in ætérnum, allelúja, * Quia facta est salus & virtus, & potéstas Christi ejus. allelúja.

℣. Et vox de throno exívit dicens: Laudem dícite Deo nostro omnes Sancti ejus, & qui timétis Deum pusilli & magni. Quia.

Glória Patri. Qui.

In secundo Nocturno, Antiph. Allelúja. *Psalm.* Consérva. *cum reliq. ut in Psalt.* 10.

Sermo S. Augustíni Epíscopi.

Serm. 147. de Tempore.

Lectio iv.

Diébus his sanctis resurrectióni Dómini dedicátis, quantum donánte ipso póssumus, de carnis resurrectióne tractémus: Hæc enim est Fides nostra, hoc donum in Dómini nostri Jesu Christi nobis carne promíssum est, & in ipso præcéssit exémplum. Vóluit enim nobis, quod promísit in fine, non solum prænuntiáre, sed etiam demonstráre. Illi quidem, qui tunc fuérunt, cum illum vidérent, & cum expavéscerent, & spíritum se vidére créderent, soliditátem córporis tenuérunt. Locútus est enim non solum verbis ad aures eórum, sed étiam spécie ad óculos eórum: parúmque erat se præbére cernéndum, nisi étiam offérret pertractándum atque palpándum.

℟. Locútus est ad me unus ex septem Angelis, dicens: Veni, osténdam tibi novam nuptam sponsam Agni: * Et vidi Jerúsalem descendéntem de cælo ornátam monílibus suis, allelúja, allelúja.

℣. Et sústulit me in spíritu in montem magnum & altum. Et vidi.

Lectio v.

Ait enim: Quid turbáti estis, & cogitatiónes ascéndunt in cor vestrum? Putavérunt enim se spíritum vidére. Quid turbáti estis, inquit, & cogitatiónes ascéndunt in cor vestrum? Vidéte manus meas, & pedes meos: palpáte, & vidéte: quia spíritus ossa & carnem non habet, sicut me vidétis habére. Contra istam evidéntiam disputábant hómines. Quid enim áliud fácerent hómines, qui ea, quæ sunt hóminum, sápiunt, quam sic disputáre de Deo contra Deum? Ille enim Deus est, isti hómines sunt. Sed Deus novit cogitatiónes hóminum, quóniam vanæ sunt.

℟. Audívi vocem de cælo Angelórum multórum dicéntium: * Timéte Dóminum, & date claritátem illi; & adoráte eum, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquárum, allelúja, allelúja. ℣. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cæli, voce magna clamántem & dicéntem. Timéte Dóminum.

Le-

Lectio vi.

IN hómine carnáli tota régula intelligéndi est consuetúdo cernéndi. Quod solent vidére, credunt: quod non solent, non credunt. Præter consuetúdinem facit Deus mirácula, quia Deus est. Majóra quidem mirácula sunt, tot quotídie hómines nasci, qui non erant, quam páucos resurrexísse, qui erant: & tamen ista mirácula non consideratióne comprehénsa sunt, sed assiduitáte viluérunt. Resurréxit Christus, absolúta est res. Corpus erat, caro erat, pepéndit in cruce, emísit ánimam, pósita est caro in sepúlchro. Exhíbuit illam vivam, qui vivébat in illa. Quare mirámur? quare non crédimus? Deus est, qui fecit.

℟. Véniens a Líbano, quam pulchra facta est, allelúja: * Et odor vestimentórum ejus super ómnia arómata, allelúja, allel. ℣. Favus distíllans lábia ejus, mel & lac sub lingua ejus. Et. Glória. Et.

In tertio Nocturno, Antiph. Allelúja. *Psalm.* Cæli enárrant. *cum reliquis ut in Psalterio.* 14.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio vii. *Cap. 16. b*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Módicum, & jam non vidébitis me; & íterum módicum, & vidébitis me: quia vado ad Patrem. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Epísc.

Tract. 101. in Jo: sub fin.

MOdicum est hoc totum spátium, quo præsens pérvolat sæculum. Unde dicit idem ipse Evangelísta in Epístola sua: Novíssima hora est. Ideo namque addídit: Quia vado ad Patrem, quod ad priórem senténtiam referéndum est, ubi ait: Módicum, & jam non vidébitis me; non ad posterióiem, ubi ait: Et íterum módicum, & vidébitis me. Eúndo quippe ad Patrem, factúrus erat ut eum non vidérent. Ac per hoc non ídeo dictum est, quia fúerat moritúrus, & donec resúrgeret, ab eórum aspéctibus recessúrus: sed quod esset itúrus ad Patrem, quod fecit posteaquam resurréxit, & cum eis per quadragínta dies conversátus, ascéndit in cælum.

℟. Decantábat pópulus Israel, allelúja: & univérsa multitúdo Jacob canébat legítime: * Et David cum cantóribus cítharam percutiébat in domo Dómini, & laudes Deo canébat, allelúja, allel. ℣. Sanctificáti sunt ergo Sacerdótes & Levítæ, & univérsus Israel deducébat arcam fœderis Dómini in júbilo. Et.

Lectio viii.

ILlis ergo ait: Módicum, & jam non vidébitis me, qui eum corporáliter tunc vidébant: quia itúrus erat ad Patrem, & eum deínceps mortálem visúri non erant, qua-

[redacted]

es, & blasphemáris ab his, qui se dicunt Judæos esse, & non sunt, sed sunt synagóga sátanæ. Nihil horum tímeas, quæ passúrus es. Ecce missúrus est diábolus áliquos ex vobis in cárcerem ut tentémini: & habébitis tribulatiónem diébus decem. Esto fidélis usquè ad mortem, & dabo tibi corónam vitæ. Qui habet aurem, áudiat quid Spíritus dicat Ecclésiis: Qui vícerit, non lædétur a morte secúnda.

℟. Osténdit mihi Angelus fontem aquæ vivæ, & dixit ad me, allelúja: * Hic Deum adora, Allelúja, allel. allel. ℣. Postquam audíssem, & vidíssem, cécidi, ut adorárem ante pedes Angeli, qui mihi hæc osténdébat, & dixit mihi. Hic Deum.

Glória Patri. Hic Deum.

Lectio iii.

ET Angelo Pérgami Ecclésiæ scribe: Hæc dicit, qui habet rhomphæam utráque parte acútam: Scio ubi hábitas, ubi sedes est sátanæ: & tenes nomen meum, & non negásti Fidem meam. Et in diébus illis Antípas testis meus fidélis, qui occísus est apud vos, ubi sátanas hábitat. Sed hábeo advérsus te pauca: quia habes illic tenéntes doctrínam Bálaam, qui docébat Balac míttere scándalum coram fíliis Israel, édere & fornicári: ita habes & tu tenéntes doctrínam Nicolaitárum. Simíliter pœniténtiam age; si quo minus; véniam tibi cito, & pugnábo cum illis in gládio oris mei. Qui habet aurem, áudiat, quid Spíritus dicat Ecclésiis: Vincénti dabo manna abscónditum, & dabo illi cálculum cándidum: & in cálculo nomen novum scriptum, quod nemo scit nisi qui áccipit.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Laudes, Antiphona.

Allelúja. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum reliquis Añis, & Psalmis de Psalterio ut in Dominica.* 17.

Capitulum. *Rom. 6.*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus. Auróra cælum.

℣. In resurrectióne tua. *ut suprà.* 310.

Ad Benedictus, Antiphona.

Et incípiens a Móyse, & ómnibus Prophétis, interpretabátur illis Scriptúras, quæ de ipso erant, allelúja.

Oratio. Deus, qui errántibus. 322.

Ad Vesperas, Antiphona.

Allelúja. *Psalm.* Diléxi quóniam. *cum reliquis de Psalterio.* 123. *sub una Antiphona.* Allelúja.

Capitul. Christus resúrgens. *ut suprà.*

Hymnus. Ad régias Agni.

℣. Mane nobíscum. 290.

Ad

Magnificat, Antiphona.
tia vestra vertétur in
um, allelúja, & gáu-
vestrum nemo tollet a
, allelúja allel.
RIA TERTIA.
ibro Apocalysis beáti
Joánnis Apóstoli.
io i. Cap. 4.
t hæc vidi, & ecce
stium apértum in cælo,
x prima, quam audívi,
am loquéntis mecum,
s: Ascénde huc, &
lam tibi, quæ opór-
eri post hæc. Et statim
i spíritu; & ecce sedes
erat in cælo, & su-
edem sedens. Et qui se-
, símilis erat aspéctui
s jáspidis & sárdinis;
s erat in circúitu sedis
s visióni smarágdinæ.
circúitu sedis sedília
iquátuor, & super thró-
vigintiquátuor senióres
tes, circumamícti ve-
ntis albis, & in capí-
eórum corónæ áureæ.
e throno procedébant
ra, & voces, & toní-
& septem lámpades ar-
s ante thronum, qui
eptem Spíritus Dei.
idi Jerúsalem descen-
m de cælo, ornátam
mundo, & lapídibus
sis intéxtam, * Alle-
allel.
t erat structúra muri
x lápide jáspide; ipsa
aurum mundum, simi-
ro mundo. Allelúja,

Lectio ii.

ET in conspéctu sedis tamquam mare vítreum símile crystállo; & in médio sedis, & in circúitu sedis quatuor animália plena óculis ante & retro. Et ánimal primum símile leónis, & secúndum ánimal símile vítulo, & tértium ánimal habens fáciem quasi hóminis, & quartum ánimal símile áquilæ volánti. Et quátuor animália síngula eórum habébant alas senas, & in circúitu, & intus plena sunt óculis: & réquiem non habébant die ac nocte dicéntia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus omnípotens: qui erat, & qui est, & qui ventúrus est.

℟. In diadémate cápitis Aaron magnificéntia Dómini sculpta erat, * Dum perficerétur opus Dei, allel. allel. allel. ℣. In veste enim podéris, quam habébat, totus erat orbis terrárum, & paréntum magnália in quátuor ordínibus lapidū sculpta erant. Dum. Glória Patri. Dum.

Lectio iii.

ET cum darent illa animália glóriam, & honórem, & benedictiónem sedénti super thronum, vivénti in sæcula sæculórum, procidébant vigintiquátuor senióres ante sedéntem in throno, & adorábant vivéntem in sæcula sæculórum, & mittébant corónas suas ante thronum, dicéntes: Dignus es Dó-

Dómine Deus noster accípere glóriam, & honórem, & virtútem; quia tu creásti ómnia, & propter voluntátem tuam erant, & creáta sunt.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Et coegérunt illum, dicéntes: Mane nobíscum Dómine, quóniam advesperáscit, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Tristítia implévit cor vestrum, & gáudium vestrum nemo tollet a vobis, allelúja.

FERIA QUINTA.

De libro Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 5.*

ET vidi in déxtera sedéntis super thronum, librum scriptum intus, & foris, signátum sigíllis septem. Et vidi Angelum fortem, prædicántem voce magna: Quis est dignus aperíre librum, & sólvere signácula ejus? Et nemo póterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperíre librum neque respícere illum. Et ego flebam multum, quóniam nemo dignus invéntus est aperíre librum nec vidére eum. Et unus de senióribus dixit mihi: Ne fléveris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperíre librum, & sólvere septem signácula ejus. Et vidi, & ecce in médio throni, & quátuor animálium, & in médio seniórum, Agnum stantem tamquam occísum, habéntem córnua septem & óculos septem, qui sunt septem spíritus Dei, missi in omnem terram. Et venit & accépit de déxtera sedéntis in throno librum.

℟. Platéæ tuæ Jerúsalem sternéntur auro mundo, allelúja, & cantábitur in te cánticum lætítiæ, allelúja: * Et per omne vicos tuos ab univérsis dicétur, allelúja allelúja. ℣. Luce spléndida fulgébis, & omnes fines terræ adorábunt te. Et.

Lectio ii.

ET cum aperuísset librum, quátuor animália, & vigínti quátuor senióres cecidérunt coram Agno, habéntes sínguli cítharas, & phíalas áureas plenas odoramentórum, quæ sunt oratiónes Sanctórum: & cantábant cánticum novum; dicéntes: Dignus es Dómine accípere librum, & aperíre signácula ejus; quóniam occísus es, & redemísti nos Deo in sánguine tuo ex omni tribu, & lingua, & pópulo, & natióne: & fecísti nos Deo nostro regnum & Sacerdótes, & regnábimus super terram.

℟. Decantábat pópulus Israel, allelúja; & univérsa multitúdo Jacob canébat legítime: * Et David cum cantóribus cítharam percutiébat in domo Dómini, & laudes Deo canébat, allelúja, allelúja. ℣. Sanctificáti sunt ergo Sacerdótes & Levítæ, & univérsus Israel deducébat arcam fœderis Dómini in júbilo. Et David. Glória Patri. Et David.

Le-

Lectio iii.

ET vidi, & audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, & animálium & seniórum: & erat númerus eórum míllia míllium, dicéntium voce magna: Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, & Divinitátem, & sapiéntiam, & fortitúdinem, & honórem, & glóriam & benedictiónem. Et omnem creatúram, quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo; omnes audívi dicéntes: Sedénti in throno & Agno benedíctio, & honor, & glória, & potéstas in sæcula sæculórum. Et quátuor animália dicébant: Amen. Et vigintiquátuor senióres cecidérunt in fácies suas, & adoravérunt vivéntem in sæcula sæculórum.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Mane nobíscum, quóniam advesperáscit, & inclináta est jam dies, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Tristítia vestra, allelúja, vertétur in gáudium, allelúja.

FERIA QUINTA.

De libro Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 15.*

ET vidi aliud signum de cælo magnum & mirábile; Angelos septem, habéntes plagas septem novíssimas; quóniam in illis consummáta est ira Dei. Et vidi tamquam mare vítreum mistum igne; & eos, qui vicérunt béstiam, & imáginem ejus; & númerum nóminis ejus, stantes super mare vítreum, habéntes cítharas Dei, & cantántes cánticum Móysi servi Dei, & cánticum Agni, dicéntes: Magna & mirabília sunt ópera tua, Dómine Deus omnípotens: justæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculórum. Quis non timébit te Dómine, & magnificábit nomen tuum? quia solus pius es? quóniam omnes Gentes vénient, & adorábunt in conspéctu tuo, quóniam judícia tua manifésta sunt.

℟. Dignus es Dómine. 319.

Lectio ii.

ET post hæc vidi, & ecce apértum est templum tabernáculi testimónii in cælo, & exiérunt septem Angeli habéntes septem plagas de templo, vestíti lino mundo & cándido, & præcíncti circa péctora zonis áureis. Et unum de quátuor animálibus dedit septem Angelis septem phíalas áureas, plenas iracúndiæ Dei vivéntis in sæcula sæculórum. Et implétum est templum fumo a majestáte Dei, & de virtúte ejus, & nemo póterat introíre in templum, donec consummaréntur septem plagæ septem Angelórum.

℟. Ego sicut vitis. 319.

Lectio iii. *Cap. 16.*

ET audívi vocem magnam de templo, dicéntem septem Angelis; Ite & effúndite

[redacted]

te septem phialas iræ Dei in terram. Et ábiit primus, & effúdit phíalam suam in terram, & factum est vulnus sævum & péssimum in hómines, qui habébant charactérem béstiæ, & in eos, qui adoravérunt imáginem ejus. Et secúndus Angelus effúdit phíalam suam in mare, & factus est sanguis tamquam mórtui: & omnis ánima vivens mórtua est in mari. Et tértius effúdit phíalam suam super flúmina, & super fontes aquárum, & factus est sanguis. Et audívi Angelum aquárum dicéntem: Justus es Dómine, qui es & qui eras sanctus, qui hæc judicásti. Quia sánguinem Sanctórum & prophetárum effudérunt, & sánguinem eis dedísti bíbere, digni enim sunt.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Et intrávit cum illis; & factum est, dum recúmberet cum illis, accépit panem, & benedíxit ac fregit, & porrigébat illis, allelúja, allel.

Ad Magnificat, Antiphona. Amen, amen dico vobis; Iterum vidébo vos, & gaudébit cor vestrum: & gáudium vestrum nemo tollet a vobis, allelúja.

FERIA SEXTA.

De libro Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 19.*

POst hæc audívi quasi vocem turbárum multárum in cælo dicéntium: Allelúja: Salus, & glória, & virtus Deo nostro est: quia vera & justa judícia sunt ejus, qui judicávit de meretríce magna, quæ corrúpit terram in prostitutióne sua, & vindicávit sánguinem servórum suórum de mánibus ejus. Et íterum dixérunt: Allelúja. Et fumus ejus ascéndit in sæcula sæculórum. Et cecidérunt senióres vigínti quátuor, & quátuor animália, & adoravérunt Deum sedéntem super thronum, dicéntes: Amen; Allelúja. Et vox de throno exívit, dicens: Laudem dícite Deo nostro omnes servi ejus, & qui timétis eum, pusílli & magni.

℟. Locútus est ad me. 320.

Lectio ii.

ET audívi quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquárum multárum & sicut vocem tonitruórum magnórum dicéntium: Allelúja, quóniam regnávit Dóminus Deus noster omnípotens. Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam ei: quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit se. Et datum est illi, ut coopériat se byssino splendénti, & cándido. Byssinum enim justificatiónes sunt Sanctórum. Et dixit mihi: scribe: Beáti, qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti sunt. Et dixit mihi: Hæc verba Dei vera sunt. Et cécidi ante pedes ejus, ut adorárem eum. Et dixit mihi: Vide ne féceris, consérvus tuus sum, & fratrum tuórum habéntium testi-

testimónium Jesu. Deum adóra. Testimónium enim Jesu est spíritus prophetíæ.

℟. Audi vocem. 320.

Lectio iii.

ET vidi cælum apértum, & ecce equus albus, & qui sedébat super eum vocabátur Fidélis & Verax, & cum justítia júdicat & pugnat. Oculi autem ejus sicut flamma ignis, & in cápite ejus diadémata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse. Et vestítus erat veste aspérsa sánguine: & vocátur nomen ejus, Verbum Dei. Et exércitus, qui sunt in cælo, sequebántur eum in equis albis vestíti byssino albo & mundo. Et de ore ejus procédit gládius ex utráque parte acútus, ut in ipso percútiat Gentes. Et ipse reget eas in virga férrea, & ipse calcat tórcular vini furóris iræ Dei omnipoténtis. Et habet in vestiménto & in fémore suo scriptum; Rex regum & Dóminus dominántium.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Bñs, Aña. Cognovérunt Dóminum Jesum, allelúja, in fractióne panis, allelúja.

Ad Vesperas, nisi occurrat festum novem Lectionum, a Capitul. fit de S. Maria.

SABBATO.

De libro Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap.* 22.

ET osténdit mihi flúvium aquæ vitæ, spléndidum tamquam crystállum, procedéntem de sede Dei & Agni. In médio platéæ ejus, & ex utráque parte flúminis lignum vitæ, áfferens fructus duódecim, per menses síngulos reddens fructum suum, & fólia ligni ad sanitátem Géntium, & omne maledíctum non erit ámplius: sed sedes Dei & Agni in illa erunt, & servi ejus sérvient illi. Et vidébunt fáciem ejus: & nomen ejus in fróntibus eórum. Et nox ultra non erit, & non egébunt lúmine lucérnæ neque lúmine solis, quóniam Dóminus Deus illuminábit illos, & regnábunt in sæcula sæculórum. Et dixit mihi: Hæc verba fidelíssima sunt & vera. Et Dóminus Deus spirítuum Prophetárum misit Angelum suum osténdere servis suis, quæ opórtet fieri cito. Et ecce vénio velóciter. Beátus, qui custódit verba prophetíæ libri hujus. *Lectio ii.*

ET ego Joánnes, qui audívi & vidi hæc. Et postquam audíssem & vidíssem, cécidi ut adorárem ante pedes Angeli, qui mihi hæc osténdébat; & dixit mihi: Vide ne féceris: consérvus enim tuus sum, & fratrum tuórum Prophetárum, & eórum, qui servant verba prophetíæ libri hujus: Deum adóra. Et dicit mihi: Ne signáveris verba prophetíæ libri hujus; tempus enim prope est. Qui nocet, nóceat adhuc: & qui in

[redacted]

in sórdibus est, sordéscat adhuc; & qui justus est, justificétur adhuc, & sanctus sanctificétur adhuc. Ecce vénio cito, & merces mea mecum est, réddere unicuíque secúndum ópera sua.

Lectio iii.

EGo sum alpha & oméga, primus & novíssimus, princípium & finis. Beáti, qui lavant stolas suas in sánguine Agni, ut sit potéstas eórum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitátem. Foris canes, & venéfici, & impudíci, & homicídæ, & idólis serviéntes, & omnis, qui amat & facit mendácium. Ego Jesus misi Angelum meum, testificávi vobis hæc in Ecclésiis. Ego sum radix & genus David, stella spléndida & matutína. Et spíritus & sponsa dicunt: Veni. Et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, véniat; & qui vult, accípiat aquam vitæ gratis. Contéstor enim omni audiénti verba prophetíæ libri hujus: Si quis apposúerit ad hæc, appónet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminúerit de verbis libri prophetiæ hujus; áuferet Deus partem ejus de libro vitæ; & de civitáte sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimónium pérhibet istórum: Etiam vénio cito: Amen. Veni Dómine Jesu. Grátia Dómini nostri Jesu Christi cum ómnibus vobis. Amen.

Ad Vesperas, Capitulum
Jac. 1.

CAríssimi, Omne dat óptimum, & omne num perféctum desúrsum descéndens a Patre lúmin apud quem non est trans tátio nec vicissitúdinis obu brátio.

Hymnus. Ad régias Agni pes. 290.

℣. Mane nobíscum.

Ad Magnificat, Antipho Vado ad eum, qui misit & nemo ex vobis intérro me, Quo vadis? allelú allelúja. *Oratio.*

DEus, qui fidélium m tes uníus éfficis vol tátis: da pópulis tuis id a re quod præcipis, id desi ráre quod promíttis; ut i mundánas varietátes ibi no fixa sint corda, ubi vera gáudia. Per Dóminum.

Deinde comm. de Cruce.

D O M I N I C A
post Pascha.

Ad Matutinum, Invita Surréxit Dóminus vere.

Hymn. & alia ad Lect. in Psalterio.

Si Lect. i. Noct. lecta sunt die, quando scilicet in Sa to præcedenti occurrit fes SS. Apostolorum Philippi, Jacobi, in Dominica legun Lect. Feria ii. sequent.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola Cathólica b ti Jacóbi Apóstoli.

Lectio i. *Cap.*

JAcóbus Dei & Dómini stri Jesu Christi servu duó

duódecim tribubus, quæ sunt in dispersióne, salútem. Omne gáudium existimáte fratres mei, cum in tentatiónes várias incidéritis: sciéntes quod probátio Fídei vestræ patiéntiam operátur. Patiéntia autem opus perféctum habet: ut sitis perfécti & íntegri, in nullo deficiéntes. Si quis autem vestrum índiget sapiéntia, póstulet a Deo, qui dat ómnibus affluénter & non impróperat, & dábitur ei. Póstulet autem in Fide nihil hæsitans.

℟. Si oblítus fúero tui, allelúja, oblivíscátur mei déxtera mea: * Adhæreat lingua mea fáucibus meis, si non meminero tui, allelúja, allel. ℣. Super flúmina Babylónis illic sédimus & flévimus: dum recordarémur tui Sion. Adhæreat.

Lectio ii.

QUi enim hæsitat, símilis est flúctui maris, qui a vento movétur & circumfértur. Non ergo æstimet homo ille quod accípiat áliquid a Dómino. Vir duplex ánimo incónstans est in ómnibus viis suis. Gloriétur autem frater húmilis in exaltatióne sua; dives autem in humilitáte sua, quóniam sicut flos fœni transíbit. Exórtus est enim sol cum ardóre, & arefécit fœnum & flos ejus décidit & decor vultus ejus depériit; ita & dives in itinéribus suis marcéscet.

℟. Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ & timuérunt: * Multitúdo sónitus aquárum, vocem dedérunt nubes, allelúja, allel. allel. ℣. Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: vidit & commóta est terra. Multitúdo.

Lectio iii.

BEátus vir, qui suffert tentatiónem, quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se. Nemo cum tentátur, dicat, quóniam a Deo tentátur: Deus enim intentátor malórum est: ipse autem néminem tentat. Unusquísque vero tentátur a concupiscéntia sua abstráctus & illéctus. Deinde concupiscéntia cum concéperit, parit peccátum: peccátum vero cum consummátum fúerit, génerat mortem. Nolíte ítaque erráre, fratres mei dilectíssimi.

℟. Narrábo nomen tuum frátribus meis, allelúia: * In médio Ecclésiæ laudábo te, allelúja, allel. ℣. Confitébor tibi in pópulis, Dómine & psalmum dicam tibi in Géntibus. In médio.
Glória Patri. In médio.

In secundo Nocturno, *Antiph.* allelúja. *Psalm.* Consérva. *cum reliq. ut in Psalt.* 10.

Ex Tractátu S. Cypriáni Epíscopi & Mártyris, de Bono patiéntiæ.

Serm. 3. init. *Lectio iv.*

DE patiéntia locutúrus, fratres dilectíssimi, & utilitátes ejus & cómmoda prædicatúrus, unde pótius

inci-

incipiam, quam quod nunc quoque ad audiéntiam, vestram patiéntiam video esse necessáriam, ut nec hoc ipsum, quod audítis & díscitis, sine patiéntia fácere possítis? Tunc enim demum sermo & rátio salutáris efficáciter díscitur, si patiénter, quod dícitur, audiátur. Nec invénio, fratres dilectíssimi, inter cæteras cæléstis disciplínæ vias, quibus ad consequénda divínitus præmia Spei ac Fídei nostræ secta dirígitur, quid magis sit vel utílius ad vitam, vel május ad glóriam, quam ut qui præcéptis Domínicis obséquio timóris ac devotiónis innítimur, patiéntiam máxime tota observatione tueámur. Hanc se sectári Philósophi quoque profiténtur: sed tam illis patiéntia falsa est, quam & falsa sapiéntia est. Unde enim vel sápiens esse, vel pátiens possit, qui nec sapiéntiam nec patiéntiam Dei novit?

℞. In Ecclésiis benedícite Deo, allelúja. * Dómino de fóntibus Israel, allelúja allel. ℣. Psalmum dícite nómini ejus, date glóriam laudi ejus. Dómino.

Lectio v. *Cap. 2. 3. & 8.*

Nos autem, fratres dilectíssimi, qui Philósophi non verbis, sed factis sumus: nec vestítu sapiéntiam, sed veritáte præférimus: qui virtútum consciéntiam magis quam jactántiam nóvimus; qui non lóquimur magna, sed vívimus: qui servi & cultóres Dei, patiéntiam, quam magistériis cæléstibus díscimus, obsequiis spirituálibus præbeámus. Est enim nobis cum Deo virtus ista commúnis: inde patiéntia íncipit, inde cláritas ejus & dígnitas caput sumit. Origo & magnitúdo patiéntiæ Deo auctóre procédit. Diligénda res hómini, quæ Deo chara est. Bonum, quod amat, Majéstas Divína comméndat. Si Dóminus nobis & Pater Deus est, sectémur patiéntiam Dómini páriter & Patris, quia & servos opórtet esse obsequéntes, & fílios non decet esse degéneres.

℞. In toto corde meo, allelúja, exquisívi te, allelúja. * Ne repéllas me a mandátis tuis, allelúja, allel. ℣. Benedíctus es tu Dómine, doce me justificatiónes tuas. Ne repéllas.

Lectio vi.

Patientia est, quæ nos Deo & comméndat & servat; ipsa est, quæ iram témperat, quæ linguam frænat, quæ mentem gubérnat, pacem custódit, disciplínam regit, libídinis ímpetum frangit, tumóris violéntiam cómprimit, incéndium simultátis extínguit, coércet poténtiam dívitum, inópiam páuperum réfovet, tuétur in virgínibus beátam integritátem, in víduis laboriósam castitátem, in conjúnctis & maritátis indivi-

[redacted]

...: facit hú-
... in advér-
... contra injúrias
... milites : docet
... cito ignósce-
delínquant, diu &
... tentatiónes
persecutiónes tór-
...ónes & martyria
... Ipsa est, quæ
... fundaménta fir-
...it.
... cantáte nobis,
... Quómodo can-
...ticum Dómini in
..., allelúja, alle-
...lic interrogave-
... qui captívos du-
... verba cantiónum.

... Quómodo.
...Evangelii ...
... Cæli enár-
... ut in Psalt. 14.
... Evangélii secún-
... Joánnem.

Cap. 16.

...mpore: Dixit Je-
...pulis suis, Vado
... qui misit me, &
... vobis intérrogat
...adis? Et réliqua.
... Augustíni Epísc.
...9. in Joannem.
...óminus Jesus præ-
... discípulis suis
...es, quas passúri
... ejus abscéssum,
... atque ait; Hæc
...is ab inítio non
... vobíscum eram;
... vado ad eum,
...sit. Ubi primum
...st, utrum eis fu-

...túras non prædíxerit ... passiónes. Sed álii tres Evangelístæ satis eum prædixísse ista demónstrant, ántequam ventum esset ad cœnam; quia peráčta, secúndum Joánnem ista locútus est, ubi ait: Hæc autem vobis ab inítio, non dixi, quia vobíscum eram. ℟. Deus cánticum novum cantábo tibi, allel. * In psaltério decem chordárum psallam tibi, allel. allel. ℣. Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te. In.

Lectio ...

AN forte hinc ista solvitur quæstio, quia & illi eum narrant passióni próximum fuisse, cum hæc díceret? Non ergo ab inítio, quando cum illis erat; quia jam discessúrus, jamque ad Patrem perrectúrus hæc dixit. Et ídeo étiam secúndum illos Evangelístas verum est, quod hic dictum est: Hæc autem vobis ab inítio non dixi. Sed quid ágimus de fide Evangélii secúndum Matthæum, qui hæc eis a Dómino non solum cum jam Pascha esset cum discípulis cœnatúrus, imminénte passióne, verum & ab inítio denuntiáta esse commémorat; ubi primum nomináttim duódecim exprimúntur Apóstoli; & ad ópera Divína mittúntur.

℟. Bonum est confitéri Dómino, allelúja, * Et psállere, allelúja. ℣. In decachór-

do

do psaltério, cum cántico & cíthara. Et psállere. Glória Patri. Et psállere.

Lectio. ix.

QUid sibi ergo vult, quod hic ait: Hæc autem vobis ab inítio non dixi, quia vobíscum eram: nisi quia ea, quæ hic dicit de Spíritu Sancto, quod sit ventúrus ad eos & testimónium perhibitúrus, quando mala illa passúri sunt, hæc ab inítio eis non dixit, quia cum ipsis erat? Consolátor ergo ille, vel advocátus (utrúmque enim interpretátur quod est Græce Paráclitus) Christo abscedénte fúerat necessárius, & ídeo de illo non díxerat ab inítio, quando cum illis erat, quia de ejus præséntia consolabántur.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Laudes, Antiphona.

Allelúja. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum reliquis Añis, & Psalmis de Psalter.* 17.

Capitulum. *Jac.* 1. c

CHaríssimi; Omne datum óptimum & omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio nec vicissitúdinis obumbrátio.

Hymnus. Auróra cælum púrpurat. 315.

℣. In resurrectióne.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis intérrogat me, Quo vadis? allelúja, allelúja.

Oratio.

DEus, qui fidélium mentes unius éfficis volun-tátis: da pópulis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promíttis: ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum

Deinde fit commemoratio de Cruce, ut suprà. 199.

Ad Tertiam, Capitul. Charissimi, Omne datum. *ut supr*

℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlcro.

Ad Sextam, Capitulum.

Jac. 1. d

SCitis, fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum; tardus autem ad loquéndum, & tardus ad iram. Ira enim viri justítiam Dei non operátur.

℟. *br.* Surréxit Dóminus vere

Ad Nonam, Capitulum.

Jac. 1. d

PRopter quod abjiciéntes omnem immundítiam & abundántiam malítiæ, in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum, quod potest salváre ánimas vestras. ℟. *br.* Gavísi sunt

Ad Vesperas, Antiphona.

Allelúja. *Psalm.* Dixit Dñs *cum reliquis de Dominica.* 11

Capitul. Charíssimi, Omne datum óptimum.

Hymnus. Ad régias. 290.

℣. Mane nobíscum.

Ad Magnificat, Antiphona

Vado ad eum qui misit me: sed quia hæc locútus sum vobis, tristítia implévit cor vestrum, allelúja.

Ora-

[redacted]

... qui fidélium.
...
... de Cru-
...
SECUNDA.
... , Invitator.
... , * Allelúja.
... ; exsultémus. 2.
... sempitérne. 3.
... & Psalmi de
47.
... beáti Jacóbi
Apóstoli.
... Cap. 1. c
... datum óptimum &
... donum perféctum
... est, descéndens a
... lúmnum, apud quem
... transmutátio nec vi-
... obumbrátio. Vo-
... génuit nos ver-
... ; ut simus inítium
... creatúræ ejus. Scitis,
... dilectíssimi, Sit
... omnis homo velox ad
..., tardus autem ad
..., & tardus ad iram.
... viri justítiam Dei
... tur.
... nunc qui redém-
... allelúja, * A Dó-
... allelúja, allelúja.
... redémit de manu
... de regiónibus con-
... eos. A Dómino.
Lectio ii.
... quod abjiciéntes
... immundítiam &
... malítiæ, in man-
... suscípite ínsitum
... quod potest salváre
... stras. Estóte autem
... verbi & non audi-
... um, falléntes vos-
metípsos. Quia si quis auditor est verbi & non factor: hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo; considerávit enim se, & ábiit & statim oblítus est qualis fúerit.

℟. Cantáte Dómino, allelúja. * Psalmum dícite ei, allelúja. ℣. Afférte Dómino glóriam & honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus. Psalmum. Glória Patri. Psalmum.

Lectio iii.

QUi autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, & permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósum esse non refrænans linguam suam, sed sedúcens cor suum, hujus vana est relígio. Relígio munda & immaculáta apud Deum & Patrem hæc est: Visitáre pupíllos, & víduas in tribulatióne eórum, & immaculátum se custodíre ab hoc Sæculo.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Laudes, Antiphona. Allelúja. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum reliquis Añis & Psalmis ut in Dominica.* 17.

Capitulum. *Rom. 6. b*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.

Hym-

Hymnus. Auróra cælum. 295.
℟. In resurrectióne. 296.

Ad Benedictus, Antiphona. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Jesu, dum loquerétur nobis in via? allel.

Oratio. Deus, qui fidélium. *ut suprà*. 334.

Ad Vesperas, Antiphona. Allelúja. *Psalm*. Diléxi. *cum reliquis de Psalter*. 123. *sub una Antiphona*. Allelúja.

Capitul. Christus resúrgens. *ut suprà*.

Hymnus. Ad régias Agni.
℣. Mane nobíscum. 290.

Ad Magnificat, Antiphona. Ego veritátem dico vobis, éxpedit vobis ut ego vadam: si enim non abíero, Paráclitus non véniet ad vos, allel.

FERIA TERTIA.

De Epístola beáti Jacóbi Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 2.*

Fratres mei, nolíte in personárum acceptióne habére Fidem Dómini nostri Jesu Christi glóriæ. Etenim si introíerit in convéntum vestrum vir áureum ánnulum habens in veste cándida, introíerit autem & pauper in sórdido hábitu, & intendátis in eum, qui indútus est veste præclára, & dixéritis ei: Tu sede hic, bene: páuperi autem dicátis: Tu sta illic, aut sede sub scabéllo pedum meórum: nonne judicátis apud vosmetípsos, & facti estis júdices cogitatiónum iniquárum?

℟. In Ecclésiis benedícite Deo, allelúja: * Dómino de fóntibus Israel, allelúja, allelúja. ℣. Psalmum dícite nomini ejus, date glóriam laudi ejus. Dómino.

Lectio ii.

Audíte, fratres mei dilectíssimi, nonne Deus elégit páuperes in hoc mundo, dívites in Fide & heredes regni, quod repromísit Deus diligéntibus se? Vos autem exhonorástis páuperem. Nonne dívites per poténtiam ópprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad judícia? Nonne ipsi blasphémant bonum nomen, quod invocátum est super vos? Si tamen legem perfícitis regálem secúndum Scriptúras: Díliges próximum tuum sicut teípsum: bene fácitis: si autem persónas accípitis, peccátum operámini, redargúti a lege quasi transgressóres.

℟. In toto corde meo, allelúja, exquisívi te, allelúja. * Ne repéllas me a mandátis tuis, allelúja, allelúja.
℣. Benedíctus es tu Dómine: doce me justificatiónes tuas. Ne. Glória Patri. Ne.

Lectio iii.

Quicúmque autem totam legem serváverit, offéndat autem in uno, factus est ómnium reus. Qui enim dixit: Non mœcháberis, dicit: & non occídes. Quod si non mœcháberis, occídes autem, factus es transgréssor legis. Sic loquímini & sic fácite, sicut per legem libertátis incipiéntes judicá-

& de judício , allel.
RIA QUARTA.
ístola B. Jacóbi Apó-
. *Lect. i.* *Cap. 2. c*
id próderit, fratres mei,
i Fidem quis dicat se
; ópera autem non há-
Numquid póterit Fides
eum ? Si autem frater
r nudi sint , & indí-
victu quotidiáno , dicat
áliquis ex vobis illis:
pace , calefacímini &
nini : non dedéritis au-
s , quæ necessária sunt
i , quid próderit ? Sic
s , si non hábeat ópe-
órtua est in semetípsa.
us cánticum. 333.
Lectio ii.
dicet quis: Tu Fidem
es, & ego ópera hábeo.
e mihi Fidem tuam sine
s , & ego osténdam
ópéribus Fidem meam.
lis quóniam unus est

quóniam ex opéribus justificátur homo, & non ex Fide tantum . Simíliter & Rahab merétrix , nonne ex opéribus justificáta est , suscípiens núntios & ália via ejíciens ? Sicut enim corpus sine spíritu mórtuum est ; ita & Fides sine opéribus mórtua est .
Te Deum laudámus. 16.
Ad Benedictus , Antiphona . Spíritus carnem & ossa non habet , sicut me vidétis habére , jam crédite , allelúja.
Ad Magnif. Aña. Adhuc multa hábeo vobis dícere , sed non potéstis portáre modo : cum autem vénerit ille Spíritus veritátis , docébit vos omnem veritátem , allel.

FERIA QUINTA.

De Epíst. B. Jacóbi Apóstoli.
Lectio i. *Cap. 3.*
NOlíte plures magístri fieri , fratres mei , sciéntes quóniam majus judícium

in ora mittimus ad consentiéndum nobis, & omne corpus illórum circumférimus.

℟. Si oblítus fúero tui, allelúja, oblivíscátur mei déxtera mea: * Adhæreat lingua mea fáucibus meis, si non meminero tui, allel. allel. ℣. Super flúmina Babylónis illic sédimus & flévimus, dum recordarémur tui Sion. Adhæreat.

Lectio ii.

ECce & naves, cum magnæ sint, & a ventis válidis minéntur, circumferúntur a módico gubernáculo, ubi ímpetus dirigéntis volúerit. Ita & lingua módicum quidem membrum est, & magna exáltat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incéndit. Et lingua ignis est, univérsitas iniquitátis.

℟. Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ & timuérunt: * Multitúdo sónitus aquárum, vocem dedérunt nubes, allel. allel. allel. ℣. Illuxérunt coruscatiónes tuæ Orbi terræ: vidit, & commóta est terra. Multitúdo. Glória. Multitúdo.

Lectio iii.

LIngua constitúitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflámmat rotam nativitátis nostræ, inflammáta a gehénna. Omnis enim natúra bestiárum, & vólucrum, & serpéntium, & cæterórum domántur, & dómita sunt a natúra humána: linguam autem nullus hóminum domáre potest; inquiétum malum, plena venéno mortífero. In ipsa benedícimus Deum & Patrem, & in ipsa maledícimus hómines, qui ad similitúdinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procédit benedíctio & maledíctio. Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona.

Obtulérunt discípuli Dómino partem piscis assi & favum mellis, allelúja, allel.

Ad Magnificat, Antiphona.

Non enim loquétur a semetípso: sed quæcúmque áudiet, loquétur, & quæ ventúra sunt, annuntiábit vobis, allelúja.

FERIA SEXTA.

De Epist. B. Jacóbi Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 4.*

UNde bella & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscéntiis vestris, quæ militant in membris vestris? Concupíscitis, & non habétis: occíditis, & zelátis; & non potéstis adipísci: & litigátis, & belligerátis, & non habétis, propter quod non postulátis. Pétitis, & non accípitis, eo quod male petátis, ut in concupiscéntiis vestris insumátis. Adúlteri, nescítis, quia amicítia hujus Mundi, inimíca est Dei? Quicúmque ergo volúerit amícus esse sæculi hujus, inimícus Dei constitúitur.

℟. In Ecclésiis. 336.

Lectio ii.

AN putátis quia inániter Scriptúra dicat: Ad invídiam concupíscit spíritus, qui hábitat in vobis? Majórem autem dat grátiam.

Pro-

iod dicit: Deus su-
tit, humilibus au-
átiam. Súbditi er-
Deo, resístite au-
o, & fúgiet a vo-
opinquáte Deo, &
ábit vobis. Emun-
s, peccatóres, &
corda; dúplices
Miseri estóte & lu-
oráte; risus vester
convertátur, &
moerórem. Hu-
in conspéctu Dó-
xaltábit vos.
corde. 336.
ectio iii.
detráhere altéru-
fratres. Qui dé-
, aut qui júdicat
m, détrahit Legi,
Legem. Si autem
em, non es fa-
sed judex. Unus
or, & judex, qui
ere, & liberáre.
quis es, qui judi-
um? Ecce nunc
: Hódie aut crá-
s in illam civitá-
iémus ibi quidem
mercábimur, &
émus: qui igno-
erit in crástino.
nim vita vestra?
módicum parens,
exterminábitur,
dicátis: Si Dómi-
, &, Si vixé-
iémus hoc, aut

udámus. 16.
ctus, *Antiphona*.
mónes, quos di-
cébam vobis, cum essem vo-
bíscum, allelúja, allelúja.

Ad Vesperas, nisi occurrat Festum novem Lectionum a Capitulo fit de S. Maria.

SABBATO.

De Epistola beáti Jacóbi Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 5.*

AGite nunc dívites, ploráte ululántes in misériis vestris, quæ advénient vobis. Divitiæ vestræ putrefáctæ sunt, & vestiménta vestra a tíneis comésta sunt; Aurum & argéntum vestrum æruginávit, & ærúgo eórum in testimónium vobis erit, & manducábit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizástis vobis iram in novíssimis diebus. Ecce merces operariórum, qui messuérunt regiónes vestras, quæ fraudáta est a vobis, clamat: & clamor eórum in aures Dómini Sabaoth introívit. Epuláti estis super terram, & in luxúriis enutrístis corda vestra in die occisiónis. Addixístis, & occidístis justum, & non réstitit vobis.

Lectio ii.

PAtiéntes ígitur estóte, fratres, usque ad advéntum Dómini. Ecce agrícola expéctat pretiósum fructum terræ, patiénter ferens, donec accípiat temporáneum, & serótinum. Patiéntes ígitur estóte & vos, & confirmáte corda vestra; quóniam advéntus Dómini appropinquávit. Nolíte ingemíscere, fratres, in altérutrum, ut non

judicémus. Ecce judex ante jánuam assístit. Exémplum accípite, fratres, éxitus mali, labóris, & patiéntiæ, Prophétas, qui locúti sunt in nómine Dómini. Ecce beatificámus eos, qui sustinuérunt. Sufferéntiam Job audístis, & finem Dómini vidístis; quóniam misericors Dóminus est, & miserátor.

Lectio iii.

ANte ómnia autem, fratres mei, nolíte juráre, neque per cælum, neque per terram, neque áliud quodcúmque juraméntum. Sit autem sermo vester, Est, est, Non, non: ut non sub judício decidátis. Tristátur áliquis vestrum? oret. Æquo ánimo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? Indúcat Presbyteros Ecclésiæ, & orent super eum, ungéntes eum óleo in nómine Dómini: & orátio Fidei salvábit infirmum, & alleviábit eum Dóminus: & si in peccátis sit, remitténtur ei. Confitémini ergo altérutrum peccáta vestra, & oráte pro ínvicem, ut salvémini: multum enim valet deprecátio justi assídua.

Ad Vesperas, Capitulum.

Jac. 1. d

CAríssimi, Estóte factóres verbi, & non auditóres tantum, falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi, & non factor, hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo: considerávit enim se, & ábiit, & statim oblítus est, qualis fúerit.

Hymn. Ad régias Agni. 290.

℣. Mane nobíscum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Usque modo non petístis quidquam in nómine meo: pétite, & accipiétis, allel.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt, & te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum.

Deinde fit commemorat. de Cruce.

DOMINICA V.

post Pascha.

Ad Matutinum, Invitator. Surréxit Dóminus vere.

Hymn. & alia usque ad Lectiones, ut in Psalt. 3.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola prima beáti Petri Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 1.*

PEtrus Apóstolus Jesu Christi, eléctis ádvenis dispersiónis Ponti, Galátiæ, Cappadóciæ, Asiæ & Bithyniæ, secúndum præsciéntiam Dei Patris, in sanctificatiónem Spíritus, in obediéntiam & aspersiónem Sánguinis Jesu Christi: Grátia vobis & pax multiplicétur. Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in hæreditátem incorruptíbilem,

[redacted]

& incontaminátam, &
:efcíbilem. conservá-
cælis in vobis, qui
túte Dei custodímini
dem in salútem, pará-
veláti in témpore no-
).
oblítus fúero tui, alle-
oblivifcátur mei déxte-
. : * Adhæreat lingua
iucibus meis, si non
ero tui, allel. allel.
per flúmina Babylónis,
édimus, & flévimus,
ecordarémur tui Sion.
eat. *Lectio ii.*
uo exultábitis, módi-
n nunc si opórtet con-
in váriis tentatióni-
ut probátio vestræ Fí-
multo pretióſior auro
per ignem probátur)
átur in laudem, &
m, & honórem, in re-
ne Jesu Christi, quem
on vidéritis, dilígitis.
m nunc quoque non
es créditis; credéntes
exultábitis lætítia ine-
ili, & glorificáta: re-
tes finem Fídei vestræ
m animárum. De qua
exquisiérunt, atque
ti sunt Prophétæ, qui
túra in vobis grátia
etavérunt: scrutántes
od, vel quale tempus
cáret in eis Spíritus
i, prænúntians eas,
in Christo sunt passió-
& posterióres glórias:
s revelátum est, quia
ibimetípsis, vobis au-
ministrábant ea, quæ

nunc nuntiáta sunt vobis per eos, qui evangelizavérunt vobis, Spíritu Sancto misso de cælo, in quem desíderant Angeli prospícere.

℟. Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ & timuérunt: * Multitúdo sónitus aquárum, vocem dedérunt nubes, allel. allel. allelúja. ℣. Illuxérunt coruscatiónes tuæ Orbi terræ: vidit, & commóta est terra. Multitúdo sónitus.

Lectio iii.

Propter quod succíncti lumbos mentis vestræ, sóbrii perfécte speráte in eam, quæ offértur vobis, grátiam, in revelatiónem Jesu Christi: quasi filii obediéntiæ, non configuráti prióribus ignorántiæ vestræ desidériis: sed secúndum eum, qui vocávit vos, Sanctum, & ipsi in omni conversatióne sancti sitis: quóniam scriptum est: Sancti éritis, quóniam ego Sanctus sum. Et si Patrem invocátis eum, qui sine acceptióne personárum júdicat secúndum uniuscujúsque opus, in timóre incolátus vestri témpore conversámini. Sciéntes quod non corruptibílibus auro vel argénto redémpti estis de vana vestra conversatióne patérnæ traditiónis: sed pretióso Sánguine quasi agni immaculáti Christi, & incontamináti præcógniti quidem ante Mundi constitutiónem, manifestáti autem novíssimis tem-

[redacted]

tempóribus propter vos, qui per ipsum fidéles estis in Deo, qui suscitávit eum a mórtuis, & dedit ei glóriam, ut Fides vestra, & spes esset in Deo.

℟. Narrábo nomen tuum frátribus meis, allelúja. * In médio Ecclésiæ laudábo te, allelúja, allelúja.

℣. Confitébor tibi in pópulis Dómine, & psalmum dicam tibi in Géntibus. In. Glória Patri. In.

In secundo Nocturno, *Ant.* Allelúja. *Psalm.* Consérva, *cum reliq. ut in Psalt.* 10.

Ex libro sancti Ambrósii Epíscopi, de Fide Resurrectiónis.

Post medium. *Lectio iv.*

QUóniam Dei mori non póterant sapiéntia, resúrgere autem non póterat quod mórtuum non erat; assúmitur caro, quæ mori posset: ut dum móritur quod solet, quod mórtuum fúerat, hoc resúrgeret. Neque enim póterat esse, nisi per hóminem resurréctio: quóniam sicut per hóminem mors, ita & per hóminem resurréctio mortuórum. Ergo resurréxit homo, quóniam homo mórtuus est; resuscitátus homo, sed resúscitans Deus: tunc secúndum carnem homo, nunc per ómnia Deus. Nunc enim secúndum carnem jam non nóvimus Christum, sed carnis grátiam tenémus, ut ipsum primítias quiescéntium, ipsum primogénitum ex mórtuis novérimus.

℟. In Ecclésiis benedícite Deo, allelúja: * Dómino de fóntibus Israel, allel. allel.

℣. Psalmum dícite nómini ejus, date glóriam laudi ejus. Dómino.

Lectio v.

PRimítiæ útique ejúsdem sunt géneris atque natúræ, cujus & réliqui fructus, quorum pro lætióre provéntu primitíva Deo múnera deferúntur, sacrum munus pro ómnibus, & quasi reparátæ quædam liba natúræ. Primítiæ ergo quiescéntium Christus: Sed utrum suórum quiescéntium, qui quasi mortis exórtes, dulci quodam sopóre tenéntur, an ómnium mortuórum? Sed sicut in Adam omnes moriúntur, ita & in Christo omnes vivificabúntur. Itaque sicut primítiæ mortis in Adam, ita étiam primítiæ resurrectiónis in Christo omnes resúrgent. Sed nemo despéret, neque justus dóleat commúne consórtium resurgéndi, cum præcípuum fructum virtútis expéctet. Omnes quidem resúrgent, sed unusquísque, ut ait Apóstolus, in suo órdine. Commúnis est Divínæ fructus cleméntiæ, sed distínctus ordo meritórum.

℟. In toto corde meo, allelúja: exquisívi te, allelúja. * Ne repéllas me a mandátis tuis, allelúja, allelúja.

℣. Benedíctus es tu Dómine, doce me justificatiónes tuas. Ne.

Le-

Lectio vi.

ADvértimus quam grave sit sacrilégium, resurrectiónem non crédere. Si enim non resurgémus, ergo Christus gratis mórtuus est, ergo Christus non resurréxit. Si enim nobis non resurréxit, útique non resurréxit, qui sibi cur resúrgeret non habébat. Resurréxit in eo Mundus, resurréxit in eo Cælum, resurréxit in eo Terra. Erit enim Cælum novum, & Terra nova. Sibi autem non erat necessária resurréctio, quem mortis vincula non tenébant. Nam etsi secúndum hóminem mórtuus, in ipsis tamen erat liber inférnis. Vis scire, quam liber? Factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber. Et bene liber, qui se póterat suscitáre, juxta quod scriptum est: Sólvite hoc templum, & in tríduo resuscitábo illud. Et bene liber, qui alios descénderat redemptúrus.

℟. Hymnum cantáte nobis, allelúja: * Quómodo cantábimus cánticum Dómini in terra aliéna? allelúja, allelúja.

℣. Illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, verba cantiónum. Quómodo cantábimus.

Glória Patri. Quómodo.

In tertio Nocturno.

Antiphona. Allelúja.

Psalm. Cæli enárrant. *cum reliq. ut in Psalt.* 14.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vii. *Cap.* 16. *c*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Amen, amen dico vobis: si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Et reliq.

Homilía S. Augustíni Epísc.

Tract. 102. *in Joannem.*

DOmini verba nunc ista tractánda sunt: Amen, amen dico vobis, si quid petiéritis Patrem in nómine meo dabit vobis. Jam dictum est in superióribus hujus Domínici sermónis pártibus, propter eos qui nonnúlla petunt a Patre in Christi nómine, nec accípiunt, non peti in nómine Salvatóris, quidquid pétitur contra ratiónem salútis. Non enim sonum litterárum ac syllabárum, sed quod sonus ipse signíficat, & quod eo sono recte ac veráciter intellígitur, hoc accipiéndus est dícere, cum dicit: In nómine meo.

℟. Deus cánticum novum cantábo tibi, allelúja: * In psaltério decem chordárum psallam tibi, allel. allelúja.

℣. Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te. In.

Lectio viii.

UNde qui hoc sentit de Christo, quod non est de único Dei Fílio sentiéndum, non petit in ejus nómine, étiam si non táceat lítteris, ac syllabis Christum; quóniam in ejus nómine petit, quem

[redacted]

cógitat cum petit. Qui vero quod est de illo sentiéndum sentit, ipse in ejus nómine petit, & áccipit quod petit, si non contra suam salútem sempitérnam petit; áccipit autem, quando debet accípere. Quædam enim non negántur: sed ut cóngruo dentur témpore differúntur. Ita sane intelligéndum est quod ait: Dabit vobis; ut ea beneficia significáta sciántur his verbis, quæ ad eos qui petunt, próprie pértinent. Exaudiúntur quippe omnes Sancti pro seipsis, non autem pro ómnibus exaudiúntur vel amícis, vel inimícis suis, vel quibuslibet áliis: quia non utcúmque dictum est, dabit; sed, dabit vobis.

℟. Bonum est confitéri Dómino, allelúja, * Et psállere, allelúja. ℣. In decachórdo psaltério, cum cántico in cíthara. Et.

Glória Patri. Et.

Lectio ix.

USque modo, inquit, non petístis quidquam in nómine meo: Pétite, & accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum. Hoc quod dicit, gáudium plenum, profécto non carnále, sed spirituále gáudium est: & quando tantum erit, ut áliquid ei jam non sit addéndum, proculdúbio tunc erit plenum. Quidquid ergo pétitur, quod pertíneat ad hoc gáudium consequéndum, hoc est in nómine Christi peténdum, si Divínam intellígimus grátiam, si vere beátam póscimus vitam. Quidquid autem áliud pétitur, nihil pétitur; non quia nulla omníno res est, sed quia in tantæ rei comparatióne quidquid áliud concupíscitur, nihil est.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Laudes, Antiphona.

Allelúja. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum reliq. de Psalt.* 17.

Capitulum. *Jac.* 1. d

CAríssimi, Estóte factóres verbi & non auditóres tantum falléntes vosmetipsos. Quia si quis audítor est verbi, & non factor: hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo; considerávit enim se, & ábiit, & statim oblítus est qualis fúerit.

Hymnus. Auróra cælum púrpurat. 295.

℣. In resurrectióne tua.

Ad Benedictus, Antiphona.

Usque modo non petístis quidquam in nómine meo; Pétite, & accipiétis, allelúja.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt, & te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum.

Deinde fit comm. de Cruce.

Ad Tertiam, Capitul. Caríssimi, Estóte factóres. *ut supr.* ℟. *br.* Surréxit Dóminus de sepúlchro.

Ad Sextam, Capitul. Jac. 1. d

QUi autem perspéxerit in legem perféctam libertátis,

tátis, & permánserit in ea, non auditor obliviósus factus, sed factor óperis, hic beátus in facto suo erit.

℟. *br.* Surréxit Dñs vere.

Ad Nonam, Capit. Jac. 1. *d*

RElígio munda & immaculáta apud Deum, & Patrem, hæc est; visitáre pupíllos, & víduas in tribulatióne eórum, & immaculátum se custodíre ab hoc Sæculo. ℟. *br.* Gavísi sunt.

Ad Vesperas, Antiphona.

Allelúja. *Psalm.* Dixit Dóminus, *cum rel. de Dominica*, 119. *Capitul.* Caríssimi, Estóte factóres.

Hymn. Ad regias Agni. 290.

℣. Mane nobíscum.

Ad Magnif. Aña. Pétite, & accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum; ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, & credidístis, allel.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt, & te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit comm. de Cruce.

FERIA SECUNDA

in Rogationibus.

Hodie (nisi occurrat Festum maj. class. vel dignit. fit. de Translat. S. Didaci dupl. min. ut in fine SS. April. cum ix. Lect. de seq. Hom. & comm. Fer. in Laud. tantum.

De festo autem iii. Lect. fit tantum commem.

Ad Matutinum, Invitator. Allelúja, allelúja, * Allelúja.

Psalm. Venite, exultémus. 2.

Hymnus. Rex sempitérne. 3.

Aña & Psalmi de Psalt. 47.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio i. *Cap.* 11.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Quis vestrum habébit amícum, & ibit ad illum média nocte, & dicet illi: Amíce, cómmoda mihi tres panes. Et réliq.

Homilía S. Ambrósii Epísc.

Lib. 7. in Lucam cap. 11.

ALius præcépti locus est, ut ómnibus moméntis, non solum diébus, sed étiam nóctibus orátio deferátur. Vides enim, quod iste, qui média nocte perréxit, tres panes ab ámico suo póstulans, & in ipsa peténdi intentióne persístens, non defraudétur orátis. Qui sunt isti tres panes, nisi mystérii cæléstis aliméntum? Quod si díligas Dóminum Deum tuum, non solum tibi, sed étiam áliis póteris emeréri. Quis autem amícior nobis, quam qui pro nobis corpus suum trádidit? ℟. Dicant nunc.

Lectio ii.

AB hoc média nocte panes David pétiit & accépit. Pétiit enim, quando dicébat: Media nocte surgébam ad confiténdum tibi. Ideo méruit hos panes, quos appósuit nobis edéndos. Pétiit, cum dixit: Lavábo per síngulas noctes lectum meum.

Neque enim tímuit, ne excitáret dormiéntem, quem scit semper vigilántem. Et ideo scriptórum mémores, nóctibus, ac diébus oratióni instántes, peccátis nostris véniam postulémus. ℟. Cantáte Dómino.

Lectio iii.

NAm si ille tam sanctus, & qui regni erat necessitátibus occupátus, sépties in die laudem Dómino dicébat, matutínis, & vespertínis sacrificiis semper inténtus; quid nos fácere opórtet, qui eo ámplius rogáre debémus, quo frequéntius carnis, ac mentis fragilitáte delínquimus, ut de via lassis, & istíus ævi cursu, ac vitæ hujus anfráctu gráviter fatigátis, panis refectiónis deésse non possit, qui hóminis corda confirmet? Nec solum média nocte Dóminus, sed ómnibus prope docet vigilándum esse moméntis. Venit enim, & vespertína, & secúnda, & tértia vigília, & pulsáre consuévit. Beáti ítaque sunt illi, quos cum vénerit Dñs invénerit vigilántes.

Hac nocte dicitur tertium ℟. quia non dicitur Te Deum. *In duabus vero sequentibus Feriis dicitur.*

℟. Narrábo nomen tuum frátribus meis, allelúja. * In médio Ecclésiæ laudábo te, allel. allelúja. ℣. Confitébor tibi in pópulis, Dómine, & psalmum dicam tibi in Géntibus. In.
Glória Patri. In.

Ad Laudes, Antiphona. Allelúja. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum reliq. Añis, & Psalmis de Psalt.* 17.

Capitulum. *Rom. 6. b*

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

Hymn. Auróra cælum. 295.

℣. In resurrectióne tua Christe, allel. ℟. Cæli & terra lætántur, allelúja.

Ad Benedictus, Antiphona. Pétite, & accipiétis: quærite, & inveniétis: pulsáte, & aperiétur vobis, allel.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus; ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra advérsa ómnia, tua semper protectióne muniámur. Per Dñm.

Hæc Oratio dicitur ad Laudes, & per Horas, præter Vesperas, & hodie tantum. Duabus vero sequentibus Feriis dicitur Oratio Dominicæ præcedentis. Deus, a quo bona. 344.

Hoc triduo qui non interfuerit Processionibus Rogationum, privatim post Laudes dicant Litanias cum suis Precibus & Orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus.

Ad Horas omnia dicuntur, ut in feriali Officio tempore Paschali.

Vespera, nisi occurrat Festum ix. Lection. dicuntur de Psalt.

Psalt. cum Oratione Dñica praecedenti. Si vero sequatur Festum Simplex; a Capit. fit de Festo, cum commemor. de Cruce tantum, ut sup. 138.

In Vesperis, Añs. Allelúja. *Psalm.* Diléxi. *cum reliq. de Psalt.* 123. *sub una Antiph.* Allelúja.

Capitulum. Rom. 6. b

CHristus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus. Auróra cælum.

℣. In resurrectióne.

Ad Magnificat, Antiphona. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, & credidístis, allel. *Oratio.* Deus, a quo bona. 345.

FERIA TERTIA

In Rogationibus.

Si hodie occurrat Festum Simplex, fit de eo sine commem. de Fer. sed tantum de Cruce.

De Epístola prima beáti Petri Apóstoli.

Lectio i. Cap. 4.

CHristo ígitur passo in carne, & vos eádem cogitatióne armámini; quia qui passus est in carne, désiit a peccátis: ut jam non desidériis hóminum, sed voluntáti Dei, quod relíquum est in carne vivat témporis. Súfficit enim prætéritum tempus ad voluntátem Géntium consummándam, his qui ambulavérunt in luxúriis, desidériis, vinoléntiis, comessatiónibus, potatiónibus & illícitis idolórum cúltibus. In quo admirántur non concurréntibus vobis in eámdem luxúriæ confusiónem, blasphemántes. Qui reddent ratiónem ei, qui parátus est judicáre vivos, & mórtuos. Propter hoc enim, & mórtuis evangelizátum est; ut judicéntur quidem secúndum hómines in carne, vivant autem secúndum Deum in spíritu. Omnium autem finis appropinquávit. ℟. In Ecclésiis.

Lectio ii.

EStóte ítaque prudéntes & vigiláte in orationíbus. Ante ómnia autem mútuam in vobismetípsis charitátem contínuam habéntes, quia cháritas óperit multitúdinem peccatórum. Hospitáles ínvicem sine murmuratióne. Unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, sicut boni dispensatóres multifórmis grátiæ Dei. Si quis lóquitur, quasi sermónes Dei: si quis minístrat, tamquam ex virtúte, quam adminístrat Deus, ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum; cui est glória, & impérium in sæcula sæculórum. Amen.

℟. In toto corde.

Lectio iii.

CHaríssimi, nolíte peregrinári in fervóre, qui ad tentatiónem vobis fit, quasi novi áliquid vobis contingat,

[redacted]

gat : sed communicántes Christi passiónibus gaudéte, ut & in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exultántes. Si exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis, quóniam quod est honóris, glóriæ, & virtútis Dei, & qui est ejus Spíritus, super vos requiéscit. Nemo autem vestrum patiátur ut homicída, aut fur, aut malédicus, aut alienórum appetítor. Si autem ut Christiánus, non erubéscat: gloríficet autem Deum in isto nómine. Quóniam tempus est, ut incípiat judícium a domo Dei.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Oportébat pati Christum, & resúrgere a mórtuis, allel.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt; & te gubernánte éadem faciámus. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat, Antiphona. Exívi a Patre & veni in Mundum: íterum relínquo Mundum & vado ad Patrem, allelúja.

FERIA QUARTA

In Rogationibus.

Vigilia Ascensionis.

Si hodie occurrat Festum ix. Lection. fit de eo, cum nona Lect. de Homilia Vigiliæ & commem. ad Laudes, ut infra. De festo autem trium Lection. fit tantum commem.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. Cap. 17.

IN illo témpore: Sublevátis Jesus óculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarífica Fílium tuum. Et réliqua.

Homilia S. Augustíni Episc. *Tract. 104. in Joannem sub medium.*

POterat Dóminus noster, unigénitus, & coætérnus Patri, in forma servi, & ex forma servi, si hoc opus esset, oráre siléntio: sed ita se Patri exhibére vóluit precatórem, ut meminísset nostrum se esse doctórem. Proínde eam, quam fécit oratiónem pro nobis, notam fecit & nobis; quóniam tanti magístri non solum ad ipsos sermocinátio, sed étiam pro ipsis ad Patrem orátio, discipulórum est ædificátio; & si illórum, qui hæc dicta áderant auditúri, profécto & nostra, qui fuerámus conscripta lectúri.

℟. Deus cánticum. 343.

Lectio ii.

QUaprópter hoc quod ait: Pater, venit hora, clarífica Fílium tuum; osténdit omne tempus, & quid, quando fáceret, vel fieri síneret, ab illo esse dispósitum, qui témpori súbditus non est; quóniam quæ futúra erant per síngula témpora, in Dei sapiéntia causas efficiéntes habent, in qua nulla sunt témpora. Non ergo credátur hæc hora

[redacted]

...ato urgénte venísse, ...eo pótius ordinánte. ...dérea necéssitas Christi ...ruit passiónem; absit ...ut sídera mori cóge... ...derum conditórem. ...num est confitéri. 344.

Lectio iii.

...arificátum a Patre Fí... ...ium nonnúlli accípiunt ..., quod ei non pepér... ...ed pro nobis ómnibus ...t eum. Sed si passióne ...átus dícitur, quanto ...resurrectióne? Nam in ...e magis ejus humíli... ...uam cláritas commen... ... Apóstolo teste, qui ... Humiliávit semetíp... ...actus obédiens usque ad ...s, mortem autem cru... ...einde séquitur, & de ...arificatióne jam dicit: ...r quod & Déus illum ...it, & donávit ei nomen, quod est super omne nomen; ut in nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, & infernórum, & omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris. Hæc ... clarificátio Dómini nostri Jesu Christi, quæ ab ejus resurrectióne sumpsit exórdium.

Te Déum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Pater, venit hora, clarífica Fílium tuum claritáte, quam hábui, priúsquam Mundus esset apud te, allelúja.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis; ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt, & te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum.



IN

[redacted]

IN ASCENSIONE DOMINI.

AD VESPERAS,

Antiphona. Viri Galilæi. *cum reliq. de L*[illegible]*59.*

Psalm. Dixit Dóminus. *cum reliq. de Dominica.* 119. *&* *loco ultimi.*

Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 123.

Capitulum. *Act.* 1.

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, ò Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, & docére, usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúmptus est.

Hymnus.

SAlútis humánæ Sator,
Jesu volúptas córdium,
Orbis redémpti Cónditor,
Et casta lux amántium.
Qua victus es cleméntia,
Ut nostra ferres crímina?
Mortem subíres innocens,
A morte nos ut tólleres?
Perrúmpis inférnum chaos,
Vinctis caténas détrahis,
Victor triúmpho nóbili
Ad déxteram Patris sedes.
Te cogat indulgéntia,
Ut damna nostra sárcias,
Tuíque vultus cómpotes
Dites beáto lúmine.
Tu dux ad astra & sémita,
Sis meta nostris córdibus,
Sis lacrymárum gáudium,
Sis dulce vitæ præmium.
Amen.

In aliis Hymnis ejusdem metri usque ad Pentecosten in fine dicitur:

Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum redis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allel. ℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona.

Pater, manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro Mundo, quia ad te vénio, allelúja.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus: ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus; ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

Ad Matutinum, Invitator.

Allelúja Christum Dóminum ascendéntem in cælum, * Veníte adorémus, allelúja.

Psalm. Veníte exultémus. 2.

Hymnus.

ÆTérne Rex altíssime,
Redémptor & fidélium,
Cui mors perémpta détulit,
Summæ triúmphum glóriæ.
Ascéndis orbes síderum,
Quo te vocábat cælitus
Collata, non humánitus,
Rerum potéstas ómnium.

Ut

[redacted]

rerum máchina-
m; terréstrium
órum cóndita,
genu jam súbdita.
vidéntes Angeli
vicem mortálium:
aro, mundat caro,
Deus Dei caro.
nostrum gáudium,
olympo præmium,
egis qui fábricam
vincens gáudia.
precántes quæsumus,
culpis ómnibus,
a sursum súbleva.
upérna grátia.
repénte cœperis
nube Júdicis,
repéllas débitas,
corónas pérditas.
sit glória,
or in cælum redis.
re, & almo Spíritu,
térna sæcula. Amen.
Noctur. Antiphona.
est magnificéntia tua
os Deus, allelúja.
Psalmus 8.
ne Dñs noster, *
m admirábile est no-
n in univérsa terra!
r eleváta est magni-
ia * super cælos.
infántium & lacténtium
fecísti laudem pro-
ícos tuos: * ut dé-
nícum & ultórem.
n vidébo cælos tuos,
gitórum tuórum: *
stellas, quæ tu fun-

homo, quod me-
jus? * ut filius hó-
uóniam vísitas eum?

Minuísti eum paullo minus ab Angelis, glória & honóre coronásti eum: * & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus: * oves & boves univérsas, ínsuper & pécora campi.

Vólucres cæli & pisces maris: * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster: * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Aña. Eleváta est magnificéntia tua super cælos Deus, allel.

Aña. Dóminus in templo sancto suo, Dñs in cælo, allel.

Psalmus 10.

IN Dómino confido: quómodo dicítis ánimæ meæ: * Tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagíttas suas in pháretra: * ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: * Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respíciunt: * pálpebræ ejus intérrogant filios hóminum.

Dóminus intérrogat justum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, & sulphur, & spí-

[redacted]

& spíritus procellárum, pars calícis eórum.

Quóniam justus Dóminus & justítias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus.

Aña. Dóminus in templo sancto suo, Dóminus in cælo, allelúja. *Aña.* A summo cælo egréssio ejus, & occúrsus ejus usque ad summum ejus, allelúja. *Psalmus* 18.

CÆli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum, * & ipse támquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam; * a summo cælo egréssio ejus.

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus; * nec est qui se abscóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi: * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum mul tum, * & dulcióra super me & favum.

Etenim servus tuus custódi ea: * in custodiéndis illis re tribútio multa.

Delícta quis intélligit? al occúltis meis munda me, & ab aliénis parce servo tuo

Si mei non fúerint domina ti, * tunc immaculátus ero & emundábor a delícto má ximo.

Et erunt ut compláceant eló quia oris mei, * & meditá tio cordis mei in conspéct tuo semper.

Dómine adjútor meus * & redémptor meus.

Aña. A summo cælo egréssio ejus, & occúrsus ejus usque ad summum ejus, allel

℣. Ascéndit Deus in jubila tióne, allelúja.

℟. Et Dóminus in voce tu bæ, allelúja.

Incipit liber Actuum Apo stolórum.

Lectio i. *Cap.* 1.

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, Theóphile, quæ cœpit Jesu fácere, & docére usque i diem, qua præcípiens Apó stolis per Spíritum Sanctum quos elégit, assúmptus est quibus & præbuit seípsum vivum post passiónem suam in multis arguméntis, pe dies quadragínta appáren eis, & loquens de regno Dei. Et convéscens præcé pit eis ab Jerosólymis n di-

[redacted]

lerent, sed expectárent
issiónem Patris, quam
is (inquit) per ós me
quia Joánnes quidem
ávit aqua, vos autem
abímini Spíritu Sancto
ost multos hos dies.
ost passiónem suam per
uadragínta appárens eis,
quens de regno Dei,
ja: * Et vidéntibus il-
evátus est, allelúja, &
suscépit eum ab óculis
, allelúja.
t convéscens præcépit
ab Jerosólymis ne di-
ent, sed expectárent
ssiónem Patris. Et.

Lectio ii.

ur qui convénerant,
errogábant eum, di-
: Dómine, si in tém-
hoc restítues regnum
? Dixit autem eis; Non
strum nosse témpora
oménta, quæ Pater pó-
a sua potestáte: sed ac-
is virtútem supervenién-
píritus Sancti in vos:
itis mihi testes in Jerú-
, & in omni Judæa &
ia, & usque ad últi-
terræ. Et cum hæc di-
, vidéntibus illis, ele
est, & nubes suscépit
b óculis eórum.
mnis pulchritúdo Dó-
exaltáta est super síde-
Spécies ejus in núbi-
eli, & nomen ejus in
um pérmanet, allel.
summo cælo egréssio
& occúrsus ejus usque
mum ejus. Spécies.

Lectio iii.

Cumque intueréntur in cælum eúntem illum, ecce duo viri astitérunt juxta illos in véstibus albis, qui & dixérunt: Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cælum, sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum. Tunc revérsi sunt Jerosólymam a monte, qui vocátur Olivéti, qui est juxta Jerúsalem, sábbati habens iter. Et cum introíssent in cœnáculum, ascendérunt, ubi manébant, Petrus, & Joánnes, Jacóbus, & Andréas, Philíppus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Jacóbus Alphæi, & Simon Zelótes, & Judas Jacóbi. Hi omnes erant perseverántes unanímiter in oratióne cum muliéribus, & María matre Jesu, & frátribus ejus.

℞. Exaltáre Dómine, allelúja; * In virtúte tua, allel.
℣. Eleváta est magnificéntia tua super cælos. In.
Glória Patri. In.

In secundo Nocturno, Ant. Exaltáre Dómine in virtúte tua: cantábimus, & psallémus, allelúja.

Psalmus 20.

Domine in virtúte tua lætábitur rex, * & super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quó-

[redacted]

Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis; * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit a te, * & tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in sæculum sæculi; * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino, * & in misericórdia Altíssimi, non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, * & semen eórum a fíliis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala; * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum: * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua, * cantábimus & psallémus virtútes tuas.

Aña. Exaltáre Dómine in virtúte tua, cantábimus, & psallémus, allelúja.

Aña. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me, allel.

Psalmus 29.

Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me: * nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus clamávi ad te, * & sanásti me.

Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam; * salvásti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino sancti ejus, * & confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus, * & vita in voluntáte ejus.

Ad vésperũ demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: * Non movébor in ætérnum.

Dñe in voluntáte tua, * præstitísti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam a me, * & factus sum conturbátus.

Ad te, Dñe, clamábo, * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in sánguine meo, * dum descéndo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & misértus est mei: * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi: * conscidísti saccum meum, & circumdedísti me lætítia.

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar: * Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

Aña.

xaltábo te Dómine,
i suscepísti me, allel.
céndit Deus in jubi-
& Dóminus in voce
lelúja.
Psalmus 46.
es Gentes pláudite
nibus: * jubiláte Deo
exultatiónis.
am Dóminus excélsus,
: * Rex magnus su-
em terram.
t pópulos nobis: * &
sub pédibus nostris.
nobis hæreditátem
* spéciem Jacob,
léxit.
it Deus in júbilo: *
nus in voce tubæ.
Deo nostro, psállite:
Regi nostro, psállite.
m Rex omnis terræ
psállite sapiénter.
it Deus super Gen-
Deus sedet super se-
ctam suam.
es populórum con-
sunt cum Deo Abra-
uóniam dii fortes ter-
nénter eleváti sunt.
céndit Deus in jubi-
& Dóminus in voce
lelúja.
adens Christus in al-
el. ℟. Captívam du-
vitátem, allelúja.
S. Leónis Papæ.
de Ascensione Do-
ni. Lectio iv.
eátam, & gloriósam
rrectiónem Dómini
su Christi, qua ve-
templum Judáica im-
esolútum, Divína in
tríduo poténtia suscitávit, quadragenárius hódie, dilectíssimi, sanctórum diérum explétus est númerus, sacratíssima ordinatióne dispósitus, & ad utilitátem nostræ eruditiónis impénsus; ut dum a Dómino in hoc spátio mora præséntiæ corporális exténditur, fides resurrectiónis documéntis necessáriis muniréturr. Mors enim Christi multum discipulórum corda turbáverat, & de supplício crucis, de emissióne spíritus, de exanimáti córporis sepultúra gravátis mœstitúdine méntibus, quidam diffidéntiæ torpor obrépserat.

℟. Tempus est ut revértar ad eum, qui me misit, dicit Dóminus: nolíte contristári, nec turbétur cor vestrum. * Rogo pro vobis Patrem, ut ipse vos custódiat, allel. allel.
℣. Nisi ego abíero, Paráclitus non véniet; cum assúmptus fúero, mittam vobis eum. Rogo.

Lectio v.

UNde beatíssimi Apóstoli, omnésque discípuli, qui & de éxitu crucis fúerant trépidi, & de Fide resurrectiónis ambígui, ita sunt veritáte perspícua roboráti, ut Dómino in cælórum eúnte sublímia, non solum nulla afficeréntur tristítia, sed étiam magno gáudio repleréntur. Et revéra magna, & ineffábilis erat causa gaudéndi, cum in conspéctu sanctæ multitúdinis super ómnium creaturárum cæléstium dignitá-

tem,

tem, humáni géneris natúra conscénderet, supergressúra Angélicos órdines, & ultra Archangelórum altitúdines elevánda: nec ullis sublimitátibus modum suæ provectiónis habitúra, nisi ætérni Patris recépta conséssu, illíus glóriæ sociarétur in throno, cujus natúræ copulabátur in Fílio. ℟. Non turbétur cor vestrum: ego vado ad Patrem & cum assúmptus fuero a vobis, mittam vobis, allelúja; * Spíritum veritátis, & gaudébit cor vestrum, allelúja. ℣. Ego rogábo Patrem, & álium Paráclitum dabit vobis. Spíritum.

Lectio vi.

Quia ígitur Christi ascénsio, nostra provéctio est, & quo præcéssit glória cápitis, eo spes vocátur & córporis: dignis, dilectíssimi, exultémus gáudiis, & pia gratiárum actióne lætémur. Hódie enim non solum paradísi posessóres firmáti sumus, sed étiam cælórum in Christo supérna penetrávimus: amplióra adépti per ineffábilem Christi grátiam, quam per diáboli amiserámus invídiam. Nam quos viruléntus inimícus primi habitáculi felicitáte dejécit, eos sibi concorporátos Dei Fílius ad déxteram Patris collocávit: cum quo vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum, Amen.

℟. Ascéndens Christus in altum, captívam duxit captivitátem, * Dedit dona homínibus, allelúja, allel. allelúja. ℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, & Dóminus in voce tubæ. Dedit. Glória. Dedit.

In tertio Nocturno, Ant. Nimis exaltátus est, allelúja, super omnes deos, allelúja.

Psalmus 96.

Dominus regnávit, exúltet terra, * lætentur ínsulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus: * justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à fácie Dómini: * à facie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justítiam ejus: * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília: * & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audívit & lætáta est Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ: * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas Sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux

[redacted]

ta est justo : * & re-
de lætítia.
i justi in Dómino, *
témini memóriæ san-
ónis ejus.
imis exaltátus est,
per omnes deos, allel.
óminus in Sion, allel.
, & excélsus, allel.
Psalmus 98.
minus regnávit, ira-
ántur pópuli : * qui
per Chérubim, mo-
terra.
Sion magnus, * &
super omnes pópulos.
eántur nómini tuo ma-
quóniam terríbile &
est ; * & honor re-
cium díligit.
ásti directiónes, * ju-
& justítiam in Jacob
i.
e Dñm Deum nostrum;
ite scabéllum pedum
quóniam sanctum est.
& Aaron in Sacer-
ejus, * & Sámuel
s, qui ínvocant no-
s.
bant Dñm, & ipse
bat eos : * in colúmna
oquebátur ad eos.
liébant testimónia e-
& præcéptum, quod
llis.
e Deus noster tu exau-
os : * Deus tu propítius
s, & ulcíscens in om
ventiónes eórum.
e Dñm Deum no-
& adoráte in monte
ejus, * quóniam San-
minus Deus noster.

Aña. Dóminus in Sion, allel-
lúja, magnus, & excélsus,
allel. *Aña.* Dóminus in cælo,
allel. parávit sedem suam,
allelúja. *Psalmus 102.*

Benedic ánima mea Dño, * & omnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.
Benedic ánima mea Dómino, * & noli oblivísci omnes retributiónes ejus.
Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis : * qui sanat omnes infirmitátes tuas.
Qui rédimit de intéritu vitam tuam : * qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus.
Qui replet in bonis desidérium tuum : * renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.
Fáciens misericórdias Dóminus, * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.
Notas fecit vias suas Moysi, * filiis Israel voluntátes suas.
Miserátor & miséricors Dóminus, * longánimis & multum miséricors.
Non in perpétuum irascétur, * neque in ætérnum comminábitur.
Non secúndum peccáta nostra fecit nobis : * neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.
Quóniam secúndum altitúdinem cæli a terra * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.
Quantum distat ortus ab occidénte * longe fecit a nobis iniquitátes nostras.
Quómodo miserétur pater filiórum, misértus est Dóminus timén-

[redacted]

timéntibus se, * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus: * homo sicut foenum dies ejus, tamquam flos agri sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, & non subsístet, * & non cognóscet ámplius locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno, * & usque in ætérnum super timéntes eum.

Et justítia illíus in filios filiórum * his, qui servant testaméntum ejus.

Et mémores sunt mandatórum ipsíus, * ad faciéndum ea.

Dóminus in cælo parávit sedem suam, * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dño omnes Angeli ejus: * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndã vocé sermónum ejus.

Benedícite Dómino omnes Virtútes ejus: * minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus: * in omni loco dominatiónis ejus, bénedic ánima mea Dómino.

Añ. Dóminus in cælo, allelúja; parávit sedem suam, allel. ℣. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, allel. ℟. Deum meum, & Deum vestrum, allelúja.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio vii. *Cap. 16. c*

IN illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus, & exprobrávit incredulitáte eórum, & durítiam cordi quia iis, qui víderant eu resurrexísse, non credid runt. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Pap

Homilia 29. in Evangel.

QUod resurrectiónem Dó mínicam discípuli tar credidérunt, non tam illó rum infírmitas, quam nostr ut ita dicam futúra firmit fuit. Ipsa námque resurrécti illis dubitántibus per mul arguménta monstráta est: qu dum nos legéntes agnóscimu quid áliud quam de illóru dubitatióne solidámur? Mi enim mihi María Magdalé præstitit, quæ cítius crédidi quam Thomas, qui diu d bitávit. Ille enim dubitánd vúlnerum cicatríces tétigit & de nostro péctore dubit tiónis vulnus amputávit.

℟. Ego rogábo Patrem, álium Paráclitum dabit vo bis, * Ut máneat vobíscu in ætérnum, Spíritum ver tátis, allel. ℣. Si enim no abíero, Paráclitus non véni ad vos; si autem abíero mittam eum ad vos. Ut.

Lectio viii.

AD insinuándam quoq veritátem Domínicæ r surrectiónis, notándum nob est, quid Lucas réferat, d cens: Convéscens præcép eis ab Jerosólymis ne disc derent. Et post pauca; Vidé tibus illis elevátus est, & nu bes suscépit eum ab óculis e rum. Notáte verba, signá my-

mystéria. Convéscens elevátus est. Comédit, ascéndit: ut vidélicet per efféctum comestiónis, véritas patésceret carnis. Marcus vero priúsquam cælum Dóminus ascéndat, eum de cordis, atque infidelitátis durítia increpásse discípulos mémorat, qua in re quid considerándum est, nisi quod idcírco Dóminus tunc discípulos increpávit, cum eos corporáliter relíquit, ut verba, quæ recédens dicéret, in corde audiéntium árctius impréssa remanérent?

℟. Ponis nubem ascénsum tuum, Dómine: * Qui ámbulas super pennas ventórum allel. ℣. Confessiónem & decórem induísti, amíctus lumen sicut vestiméntum. Qui. Glória Patri. Qui.

Lectio ix.

Increpáta ígitur eórum durítia, quid admonéndo dicat, audiámus. Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Numquid, fratres mei, sanctum Evangélium vel insensátis rebus, vel brutis animálibus fúerat prædicándum, ut de eo discípulis dicátur: Prædicáte omni creatúræ? Sed omnis creatúræ nómine signátur homo. Omnis autem creatúræ áliquid habet homo. Habet namque commúne esse cum lapídibus, vívere cum arbóribus, sentíre cum animálibus, intellígere cum Angelis. Si ergo commúne habet áliquid cum omni creatúra homo, juxta áliquid omnis creatúra est homo. Omni ergo creatúræ prædicátur Evangélium, cum soli hómini prædicátur. Te Deum. 16.

A D L A U D E S,

& per Horas, Aña.

Viri Galilæi, quid aspícitis in cælum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cælum, sic véniet, allelúja. *Psalm.* Dóminus regnávit, *cum reliq.* 17.

Aña. Cumque intueréntur in cælum eúntem illum, dixérunt, allel. *Aña.* Elevátis mánibus benedíxit eis, & ferebátur in cælum, allel.

Aña. Exaltáte Regem regum, & hymnum dícite Deo, allel.

Aña. Vidéntibus illis elevátus est, & nubes suscépit eum in cælo, allelúja.

Capitulum. *Act. 1.*

Primum quidem sermónem feci de ómnibus, ô Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, & docére, usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúmptus est.

Hymnus.

Salútis humánæ Sator,
Jesu volúptas córdium,
Orbis redémpti Cónditor,
Et casta lux amántium.
Qua victus es cleméntia,
Ut nostra ferres crímina?
Mortem subíres ínnocens,
A morte nos ut tólleres?
Perrúmpis inférnum chaos,
Vinctis caténas detrahis,
Victor triúmpho nóbili
Ad déxteram Patris sedes.

Te

[redacted]

Te cogat indulgéntia,
Ut damna nostra sárcias,
Tuíque vultus cómpotes
Dites beáto lúmine.
Tu dux ad astra & sémita,
Sis meta nostris córdibus,
Sis lacrymárum gáudium,
Sis dulce vitæ prœmiū. Amen.
℣. Dóminus in cælo, allel.
℟. Parávit sedem suam, allel.
Ad Benedictus, Antiphona. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum, allel.

Oratio.

CONcéde quæsumus omnipotens Deus; ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendisse crédimus; ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam, ℟. *br.* Christe Fili Dei vivi, miserére nobis, * Allel. allel. Christe Fili Dei. ℣. Qui scandis super sídera. Allel. allel. Glória. Christe. ℣. Exúrge Christe, ádjuva nos, allel. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum, allel.

Sic dicitur quotidie usque ad Pentecosten.

Ad Absol. Capitul. Lect. br. Viri Galilæi, *ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam, Antiphona. Cumque intueréntur.
Capitul. Primum quidem.
℟. *br.* Ascéndit Deus in jubilatióne, * Allel. allel. Ascéndit Deus. ℣. Et Dóminus in voce tubæ. Allelúja, allel. Glória Patri. Ascéndit.
℟. Ascéndens Christus in a[ltum], allel. ℟. Captívam du[xit] captivitátem, allelúja.

Ad Sextam, Antiphona. Elevátis mánibus.

Capitulum. *Act. 1.*

ET convéscens, præcépi[t] eis ab Jerosólymis ne d[is]scéderent, sed expectáren[t] promissiónem Patris, qua[m] audístis (inquit) per os meum: quia Joánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu Sanct[o] non post multos hos dies.

℟. *brev.* Ascéndens Christ[us] in altum, * Allelúja, alle[l]. Ascéndens. ℣. Captívam du[xit] captivitátem. Allel. alle[l]. Glória Patri. Ascendens.
℣. Ascéndo ad Patrem meum & Patrem vestrum, allelúj[a]. ℟. Deum meum, & Deu[m] vestrum, allelúja.

Ad Nonam, Antiphona. Vidéntibus illis.

Capitulum. *Act. 1.*

VIri Galilæi, quid stat[is] aspiciéntes in cælum? Hic Jesus, qui assúmptus e[st] a vobis in cælum, sic ve[niet], quemádmodum vidíst[is] eum eúntem in cælum.

℟. *br.* Ascéndo ad Patre[m] meum, & Patrem vestrum * Allelúja, allel. Ascéndo. ℣. Deum meum, & Deu[m] vestrum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Ascéndo.
℣. Dóminus in cælo, allel. ℟. Parávit sedem suam, a[l]lelúja.

Ad Vesp. Aña. Viri Galilæ[i] *cum reliq. de Laud.* 359.

Psal-

Pſalmi, Capitul. & Hymn. ut ſupr. in primis Veſp. 350.

℣. Dóminus in cælo, allelúja. ℟. Parávit ſedem ſuam, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona.

O Rex glóriæ, Dómine virtútum, qui triumphátor hódie ſuper omnes cælos aſcendíſti, ne derelínquas nos órphanos; ſed mitte promíſſum Patris in nos, Spíritum veritátis, allelúja.

Oratio. Concéde. 360.

Infra Octavam Aſcenſionis uſque ad Pentecoſten, quotidie fit Offic. de Aſcenſ. niſi occurrat feſtum ix. Lectionum. De feſtis vero trium Lect. fit tantum commem. cum ix. Lectionibus de eis.

FERIA SEXTA.

In primo Nocturno.

Incipit Epiſtola ſecúnda beáti Petri Apóſtoli.

Lectio i. *Cap.* 1.

SImon Petrus, ſervus & Apóſtolus Jeſu Chriſti, iis, qui coæquálem nobiſcum ſortíti ſunt Fidem in juſtítia Dei noſtri, & Salvatóris Jeſu Chriſti. Grátia vobis, & pax adimpleátur in cognitióne Dei, & Chriſti Jeſu Dómini noſtri: quómodo ómnia nobis Divínæ virtútis ſuæ, quæ ad vitam, & pietátem donáta ſunt, per cognitiónem ejus, qui vocávit nos própria glória, & virtúte, per quem máxima, & pretióſa nobis promíſſa donávit, ut per hæc efficiámini Divínæ consórtes natúræ; fugiéntes, ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcén tiæ corruptiónem.

℟. Poſt paſſiónem. 353.

Lectio ii.

VOs autem curam omnen ſubinferéntes, miniſtráte in Fide veſtra virtútem, in virtúte autem ſciéntiam, in ſciéntia autem abſtinéntiam in abſtinéntia autem patiéntiam, in patiéntia autem pietátem, in pietáte autem amórem fraternitátis, in amóre autem fraternitátis charitátem. Hæc enim ſi vobíſcum adſint & ſúperent, non vácuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Dómini noſtri Jeſu Chriſti cognitióne. Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliviónem accípiens purgatiónis véterum ſuórum delictórum.

℟. Omnis pulchritúdo. 353.

Lectio iii.

QUaprópter, fratres, magis ſatágite, ut per bona ópera certam veſtram vocatiónem, & electiónem faciátis: hæc enim faciéntes, non peccábitis aliquándo. Sic enim abundánter miniſtrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum Dómini noſtri & Salvatóris Jeſu Chriſti. Propter quod incípiam vos ſemper commonére de his, & quidem ſciéntes, & confirmátos vos in præſénti veritáte. Juſtum autem árbitror, quámdiu ſum in hoc tabernáculo ſuſcitáre vos in commonitióne; certus quod velox eſt deposítio tabernáculi mei, ſe-

secúndum quod & Dóminus noster Jesus Christus significávit mihi. Dabo autem óperam & frequénter habére vos post óbitum meum, ut horum memóriam faciátis.

℟. Exaltáre Dómine. 353.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Leónis Papæ.

Serm. 2. de Ascens. Domini.

Lectio iv.

SAcraméntum, dilectíssimi, salútis nostræ, quam prétio Sánguinis sui universitátis Cónditor æstimávit, a die corporális ortus usque ad éxitum passiónis per dispensatiónem humilitátis impletum est. Et licet multa, étiam in forma servi, Divinitátis signa radiáverint: próprie tamen illíus témporis áctio ad demonstrándam suscépti hóminis pertínuit veritátem. Post passiónem vero ruptis mortis vínculis, quæ vim suam in eum, qui peccáti erat néscius, incedéndo perdíderat, infírmitas in virtútem, mortálitas in immortalitátem, contumélia transívit in glóriam; quam Dóminus Jesus Christus in multis manifestísque documéntis, multórum declarávit aspéctibus, donec triúmphum victóriæ, quam reportáret á mórtuis, inférret & cælis.

℟. Tempus est. 355.

Lectio v.

SIcut ergo in solemnitáte Paschálí resurréctio Dómini fuit nobis causa lætándi; ita ascénsio ejus in cælos præséntium nobis est matéria gaudiórum, recoléntibus illum diem, & rite venerántibus, quo natúræ nostræ humílitas in Christo super omnem cæli milítiam, super omnes órdines Angelórum, & ultra ómnium altitúdinem Potestátum, ad Dei Patris est provécta conséssum. Quo órdine óperum Divinórum nos fundáti, nos ædificáti sumus: ut mirabílior fieret grátia Dei, cum remótis a conspéctu hóminum, quæ mérito reveréntiam sui sentiebántur indícere, Fides non defíceret, Spes non fluctuáret, Cháritas non tepéret.

℟. Non turbétur. 356.

Lectio vi.

MAgnárum hic vigor est méntium, & valde fidélium lumen est animárum, incunctánter crédere, quæ corpóreo non vidéntur intúitu, & ibi fígere desidérium, quo nequeas inférre conspéctum. Hæc autem píetas unde in nostris córdibus nascerétur, aut quómodo quisquam justificarétur per Fidem, si in iis tantum salus nostra consísteret, quæ obtútibus subjacérent? Unde & illi viro, qui de resurrectióne Christi videbátur ambígere, nisi in ipsíus carne vestígia passiónis & visu explorásset, & tactu: Quia vidísti me, inquit Dóminus, credidísti: beáti qui non vidérunt, & credidérunt.

℟. Ascéndens Christus. 356.

In

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio vii. *Cap. 16. c*

IN illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus; & exprobrávit incredulitátem eórum, & durítiam cordis; quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et réliqua.

De Homil. S. Gregórii Papæ.

Ex eadem Homilia 29.

QUi crediderit, & baptizátus fúerit, salvus erit: qui vero non credíderit, condemnábitur. Fortásse unusquísque apud semetípsum dicat: Ego jam crédidi, salvus ero. Verum dicit, si Fidem opéribus tenet. Vera étenim Fides est, quæ in hoc, quod verbis dicit, móribus non contradícit. Hinc est enim quod de quibúsdam falsis fidélibus Paulus dicit: Qui confiténtur se nosse Deum, factis autem negant. Hinc Joánnes ait: Qui dicit se nosse Deum, & mandáta ejus non custódit, mendax est. ℟. Ego rogábo. 358.

Lectio viii.

QUod cum ita sit, Fidei nostræ veritátem in vitæ nostræ consideratióne debémus agnóscere. Tunc enim veráciter fidéles sumus, si quod verbis promíttimus, opéribus complémus. In die quippe Baptísmatis, ómnibus nos antíqui hostis opéribus, atque ómnibus pompis abrenuntiáre promísimus. Itaque unusquísque vestrum ad consideratiónem suam mentis óculos redúcat, & si servat post Baptísmum, quod ante Baptísmum spopóndit, certus jam, quia fidélis est, gáudeat. ℟. Ponis nubem. 359.

Lectio ix.

SEd ecce, si quod promísit, mínime servávit, si ad exercénda prava ópera, ad concupiscéndas mundi pompas dilápsus est, videámus, si jam scit plángere, quod errávit. Apud misericórdem namque Júdicem nec ille fallax habétur, qui ad veritátem revértitur, étiam postquam mentítur, quia omnípotens Deus, dum libénter nostram pœniténtiam súscipit, ipse suo judício, hoc quod errávimus, abscóndit. Te Deum laudámus. 16.

SABBATO.

In primo Nocturno.

De Epístola secúnda beáti Petri Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 1.*

HAnc ecce vobis, charíssimi, secúndam scribo epístolam; in quibus vestram éxcito in commonitióne sincéram mentem; ut mémores sitis eórum, quæ prædixi, verbórum a sanctis Prophétis; & Apostolórum vestrórum, præceptórum Dómini & Salvatóris. Hoc primum sciéntes, quod vénient in novíssimis diébus in deceptióne illusóres, juxta próprias concupiscéntias ambulántes, dicéntes; Ubi est promíssio,

aut advéntus ejus? ex quo enim patres dormiérunt, ómnia sic persevérant ab initio creatúræ. Latet enim eos hoc voléntes, quod cæli erant prius, & terra, de aqua, & per aquam consistens Dei verbo; per quæ, ille tunc mundus aqua inundátus périit. Cæli autem, qui nunc sunt, & terra, eódem verbo repósiti sunt, igni reservári in diem judícii, & perditiónis impiórum hóminum.

℟. Post passiónem. 353.

Lectio ii.

Unum vero hoc non láteat vos, charíssimi, quia unus dies apud Dóminum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus. Non tardat Dóminus promissiónem suam, sicut quidam existimant; sed patiénter agit propter vos, nolens áliquos períre, sed omnes ad pœniténtiam revérti. Advéniet autem dies Dómini ut fur: in quo cæli magno ímpetu tránsient, eleménta vero calóre solvéntur, terra autem, & quæ in ipsa sunt ópera, exuréntur. Cum igitur hæc ómnia dissolvénda sint, quales opórtet vos esse in sanctis conversatiónibus, & pietátibus, expectántes, & properántes in advéntum diéi Dómini, per quem cæli ardéntes solvéntur, & eleménta ignis ardóre tabéscent? Novos vero cælos, & novam terram secúndum promíssa ipsius expectámus, in quibus justítia hábitat.

℟. Omnis pulcritúdo. 353.

Lectio iii.

Propter quod, charíssimi, hæc expectántes, satágite immaculáti, & invioláti ei inveníri in pace. Et Dómini nostri longanimitátem, salútem arbitrémini: sicut & charíssimus frater noster Paulus secúndum datam sibi sapiéntiam scripsit vobis, sicut & in ómnibus epístolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficília intelléctu, quæ indócti & instábiles depravant, sicut & céteras Scriptúras, ad suam ipsórum perditiónem. Vos ígitur, fratres, præsciéntes, custodíte, ne insipiéntium erróre tradúcti excidátis a propria firmitáte. Créscite vero in grátia, & in cognitióne Dómini nostri & Salvatóris Jesu Christi. Ipsi glória & nunc, & in diem æternitátis. Amen.

℟. Exaltáre Dómine. 353.

In secundo Nocturno.

De Sermóne S. Leónis Papæ.

Ex Sermone 2. de Ascens. Domini. *Lectio iv.*

Quod itaque Redemptóris nostri conspícuum fuit, in Sacraménta transívit, & ut Fides excelléntior esset ac firmior, visióni doctrína succéssit, cujus auctoritátem supérnis illumináta rádiis credéntium corda sequeréntur. Hanc Fidem ascensióne Dómini auctam, & Spíritus Sancti múnere roborátam, non víncula, non cárceres, non exília, non fames, non ignis, non laniátus ferárum,

nec

nec exquisita persequéntium crudelitátibus supplícia terruérunt. Pro hac Fide per univérsum mundum non solum viri, sed étiam féminæ: nec tantum impúberes púeri, sed étiam ténera vírgines usque ad effusiónem sui sánguinis decertárunt. Hæc Fides dæmónia ejécit, ægritúdines dépulit, mórtuos suscitávit. ℟. Tempus est. 355.

Lectio v.

Unde & ipsi beáti Apóstoli, qui tot miráculis confirmáti, tot sermónibus erudíti, atrocitátem tamen Domínicæ passiónis expáverant, & veritátem resurrectiónis ejus non sine hæsitatióne suscéperant, tantum de ascensióne Dómini profecérunt, ut quidquid illis prius intúlerat metum, verterétur in gáudium. Totam enim contemplatiónem ánimi in Divinitátem ad Patris déxteram confidéntis eréxerant: nec jam corpóreæ visiónis tardabántur objéctu, quo minus in id áciem mentis inténderent, quod nec a Patre descendéndo abfúerat, nec a discípulis ascendéndo discésserat. Tunc ígitur, dilectíssimi, fílius hóminis, Dei Fílius excelléntius sacratiúsque innótuit, cum in Patérnæ majestátis glóriam se recépit, & ineffábili modo cœpit esse Divinitáte præséntior, qui factus est humanitáte longínquior.

℣. Non turbétur. 356.

Lectio vi.

Tunc ad æquálem Patri Fílium eruditior Fides gressu mentis cœpit accédere, & contrectatiónes in Christo corpóreæ substántiæ, quæ Patre minor est, non egére; quóniam glorificáti córporis manénte natúra, eo Fides credéntium vocabátur, ubi non carnáli manu, sed spiritáli intelléctu par Genitóri Unigénitus tangerétur. Hinc illud est, quod post resurrectiónem suam Dóminus Maríæ Magdalénæ persónam Ecclésiæ geréntì, cum ad contáctum ipsius properáret accédere, dicit: Noli me tángere, nondum enim ascéndi ad Patrem meum; hoc est, Nolo ut ad me corporáliter vénias, nec ut me sensu carnis agnóscas; ad sublimióra te differo, majóra tibi præparo; cum ad Patrem ascéndero, tunc me perféctius, veriúsque palpábis, apprehensúra quod non tangis, & creditura quod non carnis.

℟. Ascéndens Christus. 356.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vii. *Cap. 16. c*

In illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus, & exprobrávit incredulitátem eórum, & durítiam cordis, quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et réliqua.

[redacted]

Homilia S. Gregórii Papæ.

Ex eadem Homilia 29.

SIgna autem eos, qui credituri sunt, hæc sequéntur: In nómine meo dæmónia ejícient, linguis loquéntur novis, serpéntes tollent: & si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, & bene habébunt. Numquídnam, fratres mei, quia ista signa non fácitis, mínime créditis? Sed hæc necessária in exórdio Ecclésiæ fuérunt. Ut enim ad Fidem crésceret multitúdo credéntium, miráculis fúerat nutriénda, quia & nos, cum arbústa plantámus, támdiu eis aquam infúndimus, quoúsque in terra jam coaluísse videámus, & si semel radícem fixerint, irrigátio cessábit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Linguæ in signum sunt non fidélibus, sed infidélibus.

℞. Ego rogábo. 358.

Lectio viii.

HAbémus de his signis atque virtútibus, quæ adhuc subtílius consideráre debeámus. Sancta quippe Ecclésia quotídie spirituáliter facit, quod tunc per Apóstolos corporáliter faciébat. Nam Sacerdótes ejus cum per exorcísmi grátiam manum credéntibus impónunt, & habitáre malígnos spíritus in eórum mente contradícunt, quid áliud fáciunt, nisi dæmónia ejíciunt? Et fidéles quique, qui jam vitæ véteris sæculária verba derelínquunt, sancta autem mystéria insónant, Conditóris sui laudes & poténtiam, quantum prævalent, narrant, quid áliud fáciunt, nisi novis linguis loquúntur? Qui dum bonis suis exhortatiónibus malítiam de aliénis córdibus áuferunt, serpéntes tollunt.

℞. Ponis nubem. 359.

Lectio ix.

ET dum pestíferas suasiónes áudiunt: sed tamen ad operatiónem pravam mínime pertrahúntur, mortíferum quidem est, quod bibunt, sed non eis nocébit. Qui quóties próximos suos in bono ópere infirmári conspíciunt, dum tota virtúte concúrrunt, & exémplo suæ operatiónis illórum vitam róborant, qui in própria actióne títubant, quid áliud fáciunt, nisi super ægros manus impónunt, ut bene hábeant? Quæ nimírum mirácula tanto majóra sunt, quanto spirituália: tanto majora sunt, quanto per hæc non córpora, sed ánimæ suscitántur.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Vesperas, Capitulum.

1. Petr. 4. b

CHaríssimi, Estóte prudéntes, & vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem mútuam in vobismetípsis charitátem contínuam habéntes; quia cháritas óperit multitúdinem peccatórum.

Hymn. Salútis humánæ. 360.

℣. Dóminus in cælo, allel.

℞. Parávit sedem suam, allel.

Ad

Magnificat, Antiphona. ...vénerit Paráclitus, quem mittam vobis Spíritum ...tis, qui a Patre procé... ille testimónium perhi... de me, allelúja.

Oratio.

...Mnípotens sempitérne Deus, fac nos tibi sem... & devótam gérere vo... tem, & majestáti tuæ ...ro corde servíre. Per ...inum nostrum.

...fit commem. de Ascensio...

...Ant. O Rex glóriæ, Dó... virtútum, qui triumphá... hódie super omnes cælos ...dísti, ne derelínquas nos ...nos, sed mitte promíſ... Patris in nos, Spíritum ...átis, allelúja.

...scéndit Deus in jubila... allelúja. ℟. Et Dómi... in voce tubæ, allel.

Oratio.

...Oncéde quæsumus omní... potens Deus; ut qui ho... a die Unigénitum tuum ...mptórem nostrum ad cæ... ...scendísse crédimus, ipsi ...ue mente in cæléstibus ...émus. Per eúmdem.

...OMINICA
...fra Octav. Ascensionis.

...um Officium fit de Ascen..., exceptis his, quæ hic ...tur propria.

...Lectiones i. Noctur. lecta ...pridie, quando scilicet ...abbato præcedenti occur... festum S. Joannis ante ...m Latinam, in Domini... ...gantur Lectiones Feriæ ...la sequentis.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola prima beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap. I.*

QUod fuit ab inítio, quod audívimus, quod vídimus óculis nostris, quod perspéximus, & manus nostræ contrectavérunt de verbo vitæ: & vita manifestáta est, & vídimus & testámur & annuntiámus vobis vitam ætérnam, quæ erat apud Patrem, & appáruit nobis: quod vídimus, & audívimus, annuntiámus vobis, ut & vos societátem habeátis nobíscum, & sócietas nostra sit cum Patre, & cum Fílio ejus Jesu Christo. Et hæc scríbimus vobis, ut gaudeátis, & gáudium vestrum sit plenum. Et hæc est annuntiátio, quam audívimus ab eo; & annuntiámus vobis: Quóniam Deus lux est, & ténebræ in eo non sunt ullæ. ℟. Post passiónem. 353.

Lectio ii.

SI dixérimus, quóniam societátem habémus cum eo & in ténebris ambulámus, mentímur, & veritátem non fácimus. Si autem in luce ambulámus, sicut & ipse est in luce, societátem habémus ad invicem, & Sanguis Jesu Christi Fílii ejus emúndat nos ab omni peccáto. Si dixérimus quóniam peccátum non habémus, ipsi nos sedúcimus, & véritas in nobis non est. Si confiteámur peccáta nostra, fidélis est & justus, ut remíttat nobis peccáta nostra, &

[redacted]

emúndat nos ab omni iniquitáte. Si dixérimus, quóniam non peccávimus, mendácem fácimus eum, & verbum ejus non est in nobis.

℟. Omnis pulchritúdo. 353.

Lectio iii. *Cap. 2.*

FIlíoli mei, hæc scribo vobis, ut non peccétis. Sed & si quis peccáverit, advocátum habémus apud Patrem, Jesum Christum justum & ipse est propitiátio pro peccátis nostris, non pro nostris autem tantum, sed étiam pro totíus mundi. Et in hoc scimus, quóniam cognóvimus eum, si mandáta ejus observémus. Qui dicit se nosse eum, & mandáta ejus non custódit, mendax est, & in hoc véritas non est. Qui autem servat verbum ejus, vera in hoc cháritas Dei perfécta est, & in hoc scimus, quóniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manére, debet, sicut ille ambulávit, & ipse ambuláre.

℟. Exaltáre. 353.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustíni Epísc.

Serm. 2. de Ascens. Dñi, qui est 175. de Temp. Lect. iv.

SAlvátor noster, dilectíssimi fratres, ascéndit in cælum, non ergo turbémur in terra. Ibi sit mens, & hic erit réquies. Ascendámus cum Christo ínterim corde: cum dies ejus promíssus advénerit, sequémur & córpore. Scire tamen debémus, fratres, quia cum Christo non ascéndit supérbia, non avarítia, non luxúria: nullum vítium nostrum ascéndit cum médico nostro. Et ídeo si post médicum desiderámus ascéndere, debémus vítia & peccáta depónere. Omnes enim quasi quibúsdam compédibus nos premunt, & peccatórum nos rétibus ligáre conténdunt: & ídeo cum Dei adjutório, secúndum quod ait Psalmísta, Dirumpámus víncula eórum: ut secúri possímus dícere Dño: Dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam láudis. ℟. Tempus est. 355.

Lectio v.

REsurréctio Dñi spes nostra est, ascénsio Dómini glorificátio nostra est. Ascensiónis hódie solémnia celebrámus. Si ergo recte, si fidéliter, si devóte, si sancte, si pie ascensiónem Dñi celebrámus, ascendámus cum illo, & sursum corda habeámus. Ascendéntes autem non extollámur, nec de nostris, quasi de própriis, méritis præsumámus. Sursum autem corda habére debémus ad Dóminum. Sursum enim cor non ad Dñm, supérbia vocátur: sursum autem cor ad Dóminum, refúgium vocátur. Vidéte, fratres, magnum miráculum. Altus est Deus; érigis te, & fugit a te: humílias te, & descéndit ad te. Quare hoc? Quia excélsus est, & humília réspicit, & alta a longe cognóscit. Humília de próximo réspicit, ut attóllat: alta, idest, supérba, de longe cognóscit, ut déprimat.

℟. Non turbétur. 356.

Le-

[redacted]

Lectio vi.

ixit enim Christus,
m nobis daret, quia
o, qui móritur; ne
desperarémus, &
tram in morte finí-
émus, secúros nos
lciti enim erámus
ima, & ille nobis
, de carnis resur-
dúciam dedit. Cre-
it mundéris. Prius
crédere, ut póstea
Deum mereáris af-
um enim vidére vis?
: Beáti mundo cor-
am ipsi Deum vidé-
ius ergo cógita de
dándo: quidquid
uod díspliceat Deo,
Ascéndens. 356.

rtio Nocturno.

ncti Evangélii se-
m Joánnem.

. *Cap. 15. d*

émpore: Dixit Je-
ípulis suis: Cum
ráclitus, quem ego
is a Patre, Spíri-
tis, qui a Patre pro-
: testimónium per-
. me. Et réliqua.

. Augustíni Epísc.
2. *in Joannem.*

us Jesus, in sermó-
uem locútus est di-
is post cœnam pró-
óni, tamquam itú-
túrus eos præséntia
cum ómnibus au-
sque in consumma-
uli futúrus præsén-
, exhortátus est eos
ndas persecutiónes

impiórum, quos mundi némi-
ne nuncupávit: ex quo tamen
mundo étiam ipsos discípulos
se elegísse dixit, ut scirent se
Dei grátia esse, quod sunt; suis
autem vítiis fuísse, quod fué-
runt. ℟. Et rogábo. 358.

Bñ. Divínum auxílium.

Lectio viii.

DEínde persecutóres & su-
os & ipsórum, Judæos
evidénter expréssit, ut omní-
no apparéret, étiam ipsos
mundi damnábilis appellatió-
ne conclúsos, qui persequún-
tur Sanctos. Cumque de illis
díceret, quod ignorárent eum,
a quo missus est, & tamen
odíssent & Fílium, & Patrem,
hoc est & eum, qui missus est,
& eum, a quo missus est (de
quibus ómnibus in áliis ser-
mónibus jam disserúimus) ad
hoc pervénit, ubi ait: Ut
adimpleátur sermo, qui in Le-
ge eórum scriptus est; Quia
ódio habuérunt me gratis.
℟. Si enim non abíero, Pa-
ráclitus non véniet ad vos:
si autem abíero, mittam eum
ad vos: * Cum autem véne-
rit ille, docébit vos omnem
veritátem, allelúja.
℣. Non enim loquétur a se-
metípso: sed quæcúmque áu-
diet loquétur: & quæ ventú-
túra sunt annuntiábit vobis.
Cum. Glória Patri. Cum.

Lectio ix.

DEínde tamquam conse-
quénter adjúnxit, unde
modo disputáre suscépimus.
Cum autem vénerit Paraclí-
tus, quem ego mittam vobis

a Patre, Spíritum veritátis, qui a Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me, & vos testimónium perhibébitis, quia ab inítio mecum estis. Quid hoc pértinet ad illud, quod díxerat: Nunc autem, & vidérunt, & odérunt & me & Patrem meum, sed ut impleátur sermo, qui in Lege eórum scriptus est: Quia ódio habuérunt me gratis? An quia Paráclitus quando venit Spíritus veritátis, eos, qui vidérunt, & odérunt, testimónio manifestióre convícit? Immo vero étiam áliquos ex illis, qui vidérunt, & adhuc óderant, ad Fidem, quæ per dilectiónem operátur, sui manifestatióne convértit. Te Deum. 16.

Ad Laudes, & per Horas, Aña. Viri Galilæi. 359.

Capitulum. *1. Petr. 4. b*

CHaríssimi, Estóte prudéntes, & vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem mútuam in vobísmetípsis charitátem contínuam habéntes: quia cháritas óperit multitúdinem peccatórum.

Hymn. Salútis humánæ. 350.
℣. Dóminus in cælo, allel.
℟. Parávit sedem suam, allel.

Ad Benedictus, Antiphona. Cum vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis Spíritum veritátis, qui a Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me, allelúja.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, fac nos tibi semper & devótam gérere voluntátem, & majestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dñm.

Et fit commem. de Ascensione, Aña. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum, allelúja.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúja. ℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

Oratio. Concéde. 367.

Ad Absolutionem Capit. ad Primam, Lect. brev. Si quis lóquitur. *ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam, Antiphona. Cumque intueréntur.

Capitul. Charíssimi, Estóte.
℟. *br.* Ascéndit Deus. 360.

Ad Sextam, Antiphona. Elevátis mánibus.

Capitulum. *1. Petr. 4. b*

HOspitáles ínvicem sine murmuratióne: unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, sicut boni dispensatóres multifórmis grátiæ Dei.
℟. *br.* Ascéndens. 360.

Ad Nonam, Antiphona. Vidéntibus illis.

Capitulum. *1. Petr. 4. b*

SI quis lóquitur, quasi sermónes Dei: si quis minístrat, tamquam ex virtúte, quam adminístrat Deus: ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum Dóminum nostrum. ℟. *br.* Ascéndo. 360.

Ad Vesperas, Antiphona. Viri Galilæi. *cum reliquis de Laudib. Psal.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica*, 219. *& loco ultim. Psalm.* Laudáte Dóminum omnes Gentes. 123.

Ca-

Capitulum & Hymnus, ut in primis Vesperis. 350.

℣. Dóminus in cælo, allel.

℟. Parávit sedem suam, allel.

Ad Magnificat, Antiphona. Hæc locútus sum vobis, ut cum vénerit hora eórum, reminiscámini quia ego dixi vobis, allelúja.

Oratio. Omnípotens. 370.

Et fit commemor. de Ascensione, Aña. O Rex glóriæ.

℣. Ascéndit Deus.

Oratio. Concéde. 367.

FERIA SECUNDA

post Dominicam infra Oct. Ascensionis.

In primo Nocturno.

De Epístola prima beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap.* 3.

Vidéte qualem charitátem dedit nobis Pater, ut fílii Dei nominémur & simus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Charíssimi, nunc filii Dei sumus, & nondum appáruit quid érimus. Scimus, quóniam cum apparúerit, símiles ei érimus: quóniam vidébimus eum sícuti est. Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctíficat se, sicut & ille sanctus est. Omnis, qui facit peccátum, & iniquitátem facit; & peccátum est iníquitas. Et scitis, quia ille appáruit ut peccáta nostra tólleret, & peccátum in eo non est. Omnis, qui in eo manet, non peccat; & omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognóvit eum.

℟. Post passiónem. 353.

Lectio ii.

Filíoli, nemo vos sedúcat. Qui facit justítiam, justus est, sicut & ille justus est. Qui facit peccátum, ex diábolo est: quóniam ab inítio diábolus peccat. In hoc appáruit Fílius Dei, ut dissólvat ópera diáboli. Omnis, qui natus est ex Deo, peccátum non facit: quóniam semen ipsíus in eo manet, & non potest peccáre, quóniam ex Deo natus est. In hoc manifésti sunt filii Dei & filii diáboli. Omnis, qui non est justus, non est ex Deo, & qui non díligit fratrem suum: quóniam hæc est annuntiátio, quam audístis ab inítio, ut diligátis altérutrum. Non sicut Cain, qui ex malígno erat, & occídit fratrem suum. Et propter quid occídit eum? Quóniam ópera ejus malígna erant, fratris autem ejus justa.

℟. Omnis pulchritúdo. 353.

Lectio iii.

Nolíte mirári, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quóniam transláti sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres. Qui non díligit, manet in morte: omnis, qui odit fratrem suum, homicída est. Et scitis, quóniam omnis homicída non habet vitam ætérnam in semetípso manéntem. In hoc cognóvimus charitátem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit, & nos debémus pro frátribus ánimas pónere. Qui habúerit substántiam hujus mundi, & víderit fratrem

[redacted]

suum necessitátem habére, & cláuserit víscera sua ab eo; quómodo cháritas Dei manet in eo? Filíoli mei, non diligámus verbo, neque lingua, sed ópere, & veritáte. ℟. Exaltáre Dómine. 353.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joánnis Chrys.

Serm. de Ascens. Dñi, tom. 3.

Lectio iv.

CHristus ascéndens in cælum, nostræ natúræ primítias óbtulit Patri, & oblátum donum mirátus est Pater, quod & tanta dígnitas offerébat: & quod offerebátur, nulla mácula fœdabátur; Nam & suis mánibus suscépit oblátum, & suæ sedis fecit esse partícipem, & quod plus est, ad partem suæ déxteræ collocávit. Cognoscámus, quis est ille qui audívit: Sede ad déxteram meam: quæ natúra est, cui Deus dixit: Esto meæ párticeps sedis. Illa natúra est, quæ audívit: Terra es, & in terram ibis.

℟. Tempus est. 355.

Lectio v.

NOn enim ad omnem glóriam cælos transíisse suffécerat, non cum Angelis stare: sed cælos transívit; supra Cherubim ascéndit, ultra Séraphim elevátur, nec ante stetit, nisi sedem Domínicam meruísset. Vide quo spátio cælū separátur a terra; immo terra quanto ab ínferis abest, & ipsum cælum quanto ab altióre cælo separátur, & de altióre cælo ad Angelos quantum spátii est, ad superióres étiam Potestátes, ad ipsam quoque Domínicam sedem. Super hæc ómnia natúra nostra eleváta est, ut homo, qui loco tam húmili tenebátur, ut descéndere non posset ultérius, ad tam excélsam sedem elevarétur, ut áltius non posset ascéndere. ℟. Non turbétur. 356.

Lectio vi.

ET hæc osténdens Paulus dicébat: Qui descéndit ipse est, qui ascéndit. Et iterum; Descéndit ad inferióra terræ, & ascéndit super omnes cælos. Díscite ígitur quisnam ascéndit, & quæ natúra eleváta est. In hoc enim cúpio remorári sermóne, ut humáni géneris commemoratióne, Divínam cleméntiam cum omni admiratióne discámus, quæ summum honórem magnámque glóriam nostræ natúræ largíta est, quæ ómnibus hodiérna die méruit excélsior reperíri. Hódie Angeli, atque Archángeli natúram nostram in sede Domínica immortáli glória fulgéntem vidérunt. ℟. Ascéndens Christus. 356.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio vii. *Cap. 16. c*

IN illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus: & exprobrávit incredulitátem eórum, & durítiam cordis; quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et réliqua.

De-

De Homília S. Gregórii Papæ.

Ex eadem Homilia 29.

ET Dóminus quidem Jesus, postquam locútus est eis, assúmptus est in cælum & sedet a dextris Dei. In véteri Testaménto cognóvimus, quod Elías sit raptus in cælum. Sed áliud est cælum aéreum, áliud æthéreum. Cælum quippe aéreum terræ est próximum: unde & aves cæli dícimus, quia eas volitáre in áere vidémus. In cælum itaque aéreum Elías sublevátus est, ut in secrétam quamdam terræ regiónem repénte ducerétur: ubi in magna jam carnis, & spíritus quiéte víveret, quoúsque ad finem mundi rédeat, & mortis débitum solvat. Ille étenim mortem distulit, non evásit. Redémptor autem noster, quia non dístulit, superávit, eámque resurgéndo consúmpsit, & resurrectiónis suæ glóriam ascendéndo declarávit. ℟. Ego rogábo. 358.

Lectio viii.

NOtándum quoque est, quod Elías in curru légitur ascendísse: ut vidélicet apérte demonstrarétur, quia homo purus adjutório indigébat aliéno. Per Angelos quippe facta illa, & osténsa sunt adjuménta; quia nec in cælum quidem aéreum per se ascéndere póterat, quem natúræ suæ infírmitas gravábat. Redémptor autem noster non curru, non Angelis sublevátus légitur: quia is, qui fécerat ómnia, nimírum super ómnia sua virtúte ferebátur. Illo étenim revertebátur, ubi erat: & inde redíbat, ubi remanébat; quia cum per humanitátem ascénderet in cælum, per Divinitátem suam, & terram páriter continébat & cælum. ℟. Ponis nubem. 359.

Lectio ix.

SIcut autem Joseph a frátribus vénditus, venditiónem Redemptóris nostri figurávit: sic Henoch translátus, atque ad cælum aéreum Elías sublevátus, ascensiónem Domínicam utérque designávit. Ascensiónis ergo suæ Dóminus prænúntios, & testes hábuit, unus ante Legem, álium sub Lege: ut quandóque veníret ipse, qui veráciter cælos penetráre potuísset. Unde & ipse ordo in eórum quoque utrorúmque sublevatióne per quædam increménta distínguitur. Nam Henoch translátus, Elías vero ad cælum subvéctus esse memorátur: ut veníret póstmodum, qui nec translátus, nec subvéctus, cælum æthéreum sua virtúte penetráret. Te Deum. 16.

FERIA TERTIA.

In primo Nocturno.

De Epístola prima B. Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 4.*

CHaríssimi, nolíte omni spirítui crédere, sed probáte spíritus, si ex Deo sint: quóniam multi pseudoprophétæ exiérunt in mundum. In hoc cognóscitur spíritus Dei: omnis spíritus qui confitétur

tétur Jesum Christum in carne venísse, ex Deo est; & omnis spíritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Antichrístus, de quo audístis quóniam venit, & nunc jam in mundo est. Vos ex Deo estis filíoli, & vicístis eum, quóniam major est, qui in vobis est, quam qui in mundo. Ipsi de mundo sunt; ídeo de mundo loquúntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognóscimus Spíritum veritátis, & spíritum erróris. ℟. Post passiónem. 353.

Lectio ii.

CHaríssimi, diligámus nos ínvicem: quia cháritas ex Deo est. Et omnis, qui díligit, ex Deo natus est, & cognóscit Deum. Qui non díligit, non novit Deum: quóniam Deus cháritas est. In hoc appáruit cháritas Dei in nobis, quóniam Fílium suum Unigénitum misit Deus in mundum ut vivámus per eum. In hoc est cháritas: non quasi nos dilexérimus Deum, sed quóniam ipse prior diléxit nos, & misit Fílium suum propitiatiónem pro peccátis nostris. Charíssimi si sic Deus diléxit nos, & nos debémus alterútrum dilígere. Deum nemo vidit umquam. Si diligámus ínvicem, Deus in nobis manet, & cháritas ejus in nobis perfécta est. In hoc cognóscimus quóniam in eo manémus, & ipse in nobis: quóniam de Spíritu

suo dedit nobis. E
dimus & testificám
niam Pater misit Fil
Salvatórem mundi.
℟. Omnis pulchrit

Lectio iii.

QUisquis confésse
quóniam Jesus
Dei, Deus in eo
ipse in eo. Et nos
mus, & credídimus
quam habet Deus i
Deus cháritas est, &
net in charitáte, in
net, & Deus in eo
perfécta est cháritas
bíscum, ut fidúcia
mus in díe judícii,
cut ille est, & nos
hoc mundo. Timor
charitáte: sed perf
ritas foras mittit timó
niam timor pœnam ha
autem timet, non est
in charitáte. Nos erg
mus Deum, quóni
prior diléxit nos. Si
xerit quóniam diligo
& fratrem suum óde
dax est. Qui enim
git fratrem suum, qu
Deum, quem non vi
modo potest dilígere
mandátum habémus
ut qui díligit Deum
& fratrem suum.
℟. Exaltáre Dómine

In secundo Nocti

Sermo S. Máximi

Homil. 43. quæ est 2. asc. ante med. Le

MEminit sánctita
quod áquilæ
Psaltério, cujus in

[redacted]

juventútem légimus, comparávenim Salvatórem. Est enim similitúdo non parva. Sicut enim áquila humília déserit, alta petit, cælórum vicína conscéndit: ita & Salvátor humília inférni deséruit, paradísi altióra pétiit, cælórum fastígia penetrávit. Et sicut áquila relíctis terrénis sórdibus, sublíme volans, purióris áeris salubritáte perfrúitur, ita & Dóminus terrenórum fæcem déferens peccatórum, in Sanctis suis vólitans, purióris vitæ simplicitáte lætátur. ℟. Tempus est. 355.

Lectio v.

PEr ómnia ígitur áquilæ comparátio convénit Salvatóri. Sed quid fácimus, quod áquila prædam frequénter dirípit, tollit frequénter aliénum? Nec in hoc tamen dissímilis est Salvátor. Prædam enim quodámmodo sústulit, cum hóminem, quem suscépit, inférni raptum faúcibus portávit in cælum, & aliénæ dominatiónis, idest, diabólicæ potestátis servum de captivitáte érutum duxit ad altióra captívum, sicut scriptum est in Prophéta: Ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem, dedit dona homínibus.

℟. Non turbétur. 356.

Lectio vi.

AScéndit, inquit, in altum, captívam duxit captivitátem. Quam bene triúmphum Dómini Prophéta descríbit! Solébat, sicut dicunt, regum triumphántium currus captivórum pompa præcédere. Ecce Dóminum éuntem ad cælos non præcédit, sed comitátur gloriósa captívitas; non ante vehículum dúcitur, sed ipsa évehit Salvatórem. Quodam enim mystério, dum Fílius Dei fílium hóminis sústulit ad cælum, ipsa captívitas portátur, & portat. ℟. Ascéndens Christus. 356.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio vii. *Cap. 16. c*

IN illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus: & exprobrávit incredulitátem eórum & durítiam cordis; quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et réliqua.

De Homil. S. Gregórii Papæ.

Ex eadem Homilia 29.

COnsiderándum vero nobis est, quid est quod Marcus ait: Sedet a dextris Dei; & Stéphanus dicit: Vídeo cælos apértos, & Fílium hóminis stantem a dextris Dei. Quid est quod hunc Marcus sedéntem, Stéphanus vero stantem se vidére testátur? Sed scitis, fratres, quia sedére judicántis est, stare vero pugnántis, vel adjuvántis. ℟. Ego rogábo. 358.

Lectio viii.

QUia ergo Redémptor noster assúmptus in cælum, & nunc ómnia júdicat; & ad extrémum judex ómnium

nium véniet, hunc post assumptiónem Marcus sedére descríbit, quia post Ascensiónis suæ glóriam judex in fine vidébitur; Stéphanus vero hunc in labóre certáminis pósitus stantem vidit, quem adjutórem hábuit: quia ut iste in terra persecutórum infidelitátem vínceret, pro illo de cælo illíus grátia pugnávit.

℟. Ponis nubem. 359.

Lectio ix.

SEquitur: illi autem profécti prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, & sermónem confirmánte sequéntibus signis. Quid in his considerándum est, quid memóriæ commendándum, nisi quod præcéptum obediéntia, obediéntiam vero signa secúta sunt? Sed quia auctóre Deo bréviter lectiónem Evangélicam exponéndo transcúrrimus; restat, ut áliquid de ipsa tantæ consideratióne solemnitátis dicámus. Te Deum. 16.

FERIA QUARTA.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola secúnda beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio i. *Cap.* 1.

SEnior Eléctæ dóminæ & natis ejus, quos ego diligo in veritáte, & non ego solus, sed & omnes, qui cognovérunt veritátem, propter veritátem, quæ pérmanet in nobis, & nobíscum erit in ætérnum. Sit vobíscum grátia, misericórdia, pax a Deo Patre, & a Christo Jesu Fílio Patris, in veritáte & charitáte. Gavísus sum valde, quóniam invéni de fíliis tuis ambulántes in veritáte, sicut mandátum accépimus a Patre. Et nunc rogo te dómina, non tamquam mandátum novum scribens tibi, sed quod habúimus ab inítio, ut diligámus altérutrum.

℟. Post passiónem. 353.

Lectio ii.

ET hæc est cháritas, ut ambulémus secúndum mandáta ejus. Hoc est enim mandátum, ut quemádmodum audístis ab inítio, in eo ambulétis, quóniam multi seductóres exiérunt in mundum qui non confiténtur Jesum Christum venísse in carne: hic est sedúctor & Antichrístus. Vidéte vosmetípsos, ne perdátis quæ operáti estis: sed ut mercédem plenam accipiátis: Omnis, qui recédit, & non pérmanet in doctrína Christi, Deum non habet: qui pérmanet in doctrína, hic & Patrem, & Fílium habet.

℟. Omnis pulchritúdo. 353.

Lectio iii.

SI quis venit ad vos, & hanc doctrínam non affert, nolíte recípere eum in domum, nec Ave ei dixéritis. Qui enim dicit illi Ave, commúnicat opéribus ejus malígnis. Plura habens vobis scríbere, nólui per chartam & atraméntum, spero enim me futúrum apud vos, & os ad os loqui, ut gáudium vestrum plenum sit. Salútant te fílii sorórís tuæ Eléctæ.

℟. Exaltáre Dómine. 353.

In

ndo Nocturno.
ìregórii Nisséni.
Ascens. Domini.
ctio iv.
ıam celebritátem
per se magnam,
ávid majórem ef
lli gáudium e Psal-
:. Hinc enim ex-
héta supra seípsum
tamquam córporis
prematur, infert
s Potestátibus, &
n nobis expónit,
ım redeúnte Dñm
ántes, Angelis,
ur in terris, qui-
ımánam vitam in-
míssus est, impe-
: modum: Tóllite
ncipes, vestras, &
›ortæ æternáles,
: Rex glóriæ.
est. 355.
ectio v.
ıniam ubicúmque
ille, qui in seípso
tinet, pro susci-
ptu seípsum dime-
ııe enim solum in-
homo fit, verum
nter Angelos ver-
llórum vocem se-
ı idcírco janitóres
: Qui est iste Rex
spóndent ipsi, de-
ıe fortem & po-
rælio, qui pugna-
:ontra illum, qui
mánam in servi-
ívam detinébat,
ı eum, qui mortis
›érium, ut gravís-
superáto, genus

hóminum in libertátem, & pacem vindicáret.
℟. Non turbétur. 356.

Lectio vi.

OCcúrrunt ei custódes & portas jubent reclúdi ut in ipsis rursum glóriam asse-quátur. Verum non agnóscunt eum, qui sórdidam vitæ nostræ stolam indútus est, cujus rubra sunt vestiménta ex humanórum malórum torculári. Itaque rursus cómites ejus vócibus illis interrogántur: Quis est iste Rex glóriæ? Respondétur autem non ámplius, Fortis & potens in prælio, sed, Dóminus virtútum, qui mundi principátum obtínuit, qui summátim ómnia in se collégit, qui prístinum in statum cuncta restítuit: ipse est Rex glóriæ.
℟. Ascéndens. 356.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Marcum.

Lectio vii. *Cap. 16. c*

IN illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus: & exprobrávit incredulitátem eórum, & durítiam cordis; quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et réliqua.

De Homilía S. Gregórii Papæ.

Ex eadem Homilia 29.

HOc autem nobis primum quæréndum est, quidnam sit, quod nato Dómino apparuérunt Angeli, & tamen non legúntur in albis véstibus apparuísse: ascendénte

[redacted]

te autem Dómino, missi Angeli in albis legúntur véstibus apparuísse. Sic étenim scriptum est; Vidéntibus illis elevátus est, & nubes suscépit eum ab óculis eórum. Cumque intueréntur in cælum eúntem illum, ecce duo viri stetérunt juxta illos in véstibus albis. In albis autem véstibus gáudium & solémnitas mentis osténditur. Quid est ergo, quod nato Dómino, non in albis véstibus, ascendénte autem Dómino, in albis véstibus Angeli appárent, nisi quod tunc magna solémnitas Angelis facta est, cum cælum Deus homo penetrávit? Quia nascénte Dómino videbátur Divínitas humiliáta, ascendénte vero Dómino est humánitas exaltáta. Albæ étenim vestes exaltatióni magis cóngruunt, quam humiliatióni. ℟. Ego rogábo. 358.

Lectio viii.

In ascensióne ergo ejus Angeli in albis véstibus vidéri debuérunt: quia qui in nativitáte sua appáruit Deus húmilis, in ascensióne sua osténsus est homo sublímis. Sed hoc nobis magnópere, fratres charíssimi, in hac solemnitáte pensándum est, quia delétum est hodiérna die chirógraphum damnatiónis nostræ, mutáta est senténtia corruptiónis nostræ. Illa enim natúra, cui dictum est, Terra es, & in terram ibis, hódie in cælum ivit. Pro hac ipsa namque carnis nostræ sublevatióne, per figúram beátu Job Dóminum avem vocat. Quia enim ascensiónis eju mystérium Judæam non intel lígere conspéxit, de infide litáte ejus per figúram beáti Job senténtiam prótulit, di cens: Sémitam ignorávit avis. ℟. Ponis nubem. 359.

Lectio ix.

Avis enim recte appellá tus est Dóminus, qui corpus cárneum ad æther librávit. Cujus avis sémitam ignorávit quisquis eum a cælum ascendísse non crédi dit. De hac solemnitáte pe Psalmístam dícitur: Elevát est magnificéntia tua supe cælos. De hac rursus ait Ascéndit Deus in jubilatió ne, & Dóminus in voce tu bæ. De hac íterum dicit, As céndens in altum, captivá duxit captivitátem, dedit do na homínibus. Ascéndens quippe in altum, captívam duxit captivitátem, quia co ruptiónem nostram virtúte su incorruptiónis absórbuit. De dit vero dona homínibus quia misso désuper Spíritu álii sermónem sapiéntiæ, ál sermónem sciéntiæ, álii gr tiam virtútum, álii grátia curatiónum, álii génera lingu rum, álii interpretatiónem tr buit sermónum. Te Deum. i

Ad Vesp. Duplex, omnia a in i. Vesp. Festi. 350.

IN OCTAVA

Ascensionis.

Omnia sicut in die, præt Lect. quæ leguntur ut infra

In

[redacted]

In primo Nocturno.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Lectio i. *Cap.* 4.

OBsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut igne ambulétis vocatióne, a vocáti estis, cum omni umilitáte, & mansuetúdine, m patiéntia, supportántes vicem in charitáte, sollici- serváre unitátem spíritus i vínculo pacis. Unum cor- s & unus spíritus, sicut vo- cti estis in una spe vocatió- is vestræ. Unus Dóminus, a Fides, unum Baptísma. nus Deus, & Pater óm- um, qui est super omnes, per ómnia, & in ómni- s nobis. Unicuíque autem strum data est grátia secún- m mensúram donatiónis hristi. Propter quod dicit: scéndens in altum, captí- m duxit captivitátem, de- it dona homínibus.

℟. Post passiónem. 353.

Lectio ii.

QUod autem ascéndit, quid est, nisi quia & scéndit primum in inferió- s partes terræ? Qui de- éndit, ipse est & qui ascen- it super omnes cælos, ut im- léret ómnia. Et ipse dedit osdam quidem Apóstolos, osdam autem Prophétas, ios vero Evangelístas, álios tem Pastóres, & Doctóres l consummatiónem Sanctó- m in opus ministérii, in ificatiónem córporis Chri- ; donec occurrámus omnes in unitátem Fídei, & agni- tiónis Fílii Dei, in virum perféctum, in mensúram æ- tátis plenitúdinis Christi: ut jam non simus párvuli fluctuántes, & circumferámur omni vento doctrínæ in ne- quítia hóminum, in astútia ad circumventiónem erróris.

℟. Omnis pulchritúdo. 353.

Lectio iii.

VEritátem autem faciéntes in charitáte, crescámus in illo per ómnia, qui est caput, Christus: ex quo to- tum corpus compáctum, & connéxum per omnem junctúram subministratiónis, secúndum operatiónem in mensúram uniuscujúsque membri, augméntum córporis facit in ædificatiónem sui in charitáte. Hoc ígitur dico & testíficor in Dómino, ut jam non ambulétis, sicut & Gentes ámbulant in vanitáte sensus sui, ténebris obscurátum habéntes intelléctum; alienáti a viis Dei per ignorántiam, quæ est in illis, propter cæcitátem cordis ipsórum, qui despe- rántes, semetípsos tradidérunt inpudicítiæ, in operatiónem immundítiæ omnis, in avarítiam. Vos autem non ita didicístis Christum, si tamen illum audístis, & in ipso edócti estis.

℟. Exaltáre. 353.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustíni Episc.

Serm. 3. de Ascens. Dñi, qui est 176. de Temp. *Lect. iv.*

OMnia, charíssimi, quæ Dñs Jesus Christus in hoc

[redacted]

hoc mundo sub fragilitáte nostra mirácula édidit, nobis proficiunt: qui dum humánam conditiónem sidéribus importávit, credéntibus cælum patére posse monstrávit: & dum victórem mortis in cæléstia elevávit, victóribus quo sequántur, osténdit. Ascénsio ergo Dómini Cathólicæ Fidei confirmátio fuit, ut secúri in pósterum crederémus miráculi illíus donum, cujus jam in præsénti percepissémus effectum; & fidélis quisque cum jam tanta percéperit, per ea, quæ cognóscit præstita, discat speráre promíssa, ac Dei sui prætéritam præsentémque bonitátem, quasi futurórum téneat cautiónem.

℟. Tempus 355.

Lectio v.

Super excélsa ergo cæli terrénum corpus impónitur: ossa intra sepúlcri angústias paulo ante conclúsa, Angelórum cœtibus inferúntur; in grémium immortalitátis mortális natúra transfúnditur; & ídeo sacra Apostólicæ lectiónis testátur históriа: Cum hæc dixísset, inquit, vidéntibus illis, elevátus est. Dum audis elevátum, agnósce milítiæ cæléstis obséquium; unde hodiérna festívitas, hóminis nobis & Dei sacraménta manifestávit. Sub una eadémque persóna, in eo qui élevat, Divínam poténtiam; in eo autem qui elevátur humánam cognósce substántiam.

℟. Non turbétur. 356.

Lectio vi.

Ideóque omnímode detestánda sunt venéna Orientális erróris, qui ímpia novitáte præsúmit asségere, Filium Dei, ac Filium hóminis uníus esse natúræ. In altérutra enim parte, vel qui solum hóminem fuísse díxerit, negábit Conditóris glóriam; vel qui solum Deum, negábit misericórdiam Redemptóris. Quo in génere non fácile Ariánus Evangélicam póterit habére veritátem, ubi Fílium Dei nunc æquálem légimus, nunc minórem. Qui enim uníus natúræ Salvatórem nostrum mortífera persuasióne credíderit, sólum hóminem, aut solum Deum cogétur dícere crucifíxum. Sed non ita est. Mortem enim nec solus Deus sentíre; nec solus homo superáre potuísset.

℟. Ascéndens. 358.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio vii. *Cap. 16. b*

In illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus: & exprobrávit incredulitátem eórum & durítiam cordis, quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non crediderunt. Et réliqua.

De Homilía S. Gregórii Papæ.

Ex eadem Homilia 29.

De hac Ascensiónis ejus glória étiam Hábacuc ait: Elevátus est sol, & luna stetit in órdine suo. Quis enim

solis

[redacted]

ılis nómine, nisi Dóminus; : quæ lunæ nómine nisi Ecésia designátur? Quoúsque ıim Dóminus ascéndit ad ɛlos, sancta ejus Ecclésia ɩvérsa mundi omnímodo ɔrmidávit; at postquam ejus 'censióne roboráta est, apér: prædicávit, quod occúlte rédidit. Elevátus est ergo ɔl, & luna stetit in órdine ɔo: quia cum Dóminus cæɪm pétiit, sancta ejus Ecésia in auctoritáte prædicaıónis excrévit.

℟. Ego rogábo. 358.

Lectio viii.

Hinc ejúsdem Ecclésiæ voce per Salomónem dícitr: Ecce iste venit sáliens ı móntibus, transíliens colɪs. Considerávit namque tanórum óperum cúlmina & it: Ecce iste venit sáliens ı móntibus. Veniéndo quipe ad redemptiónem nostram uosdam, ut ita dicam, salus dedit. Vultis, fratres chassimi, ipsos ejus saltus agnócere? De cælo venit in úteum, de útero venit in præépe, de præsépe venit in rucem, de cruce venit in seúlcrum, de sepúlcro rédiit n cælum. Ecce ut nos post e cúrrere fáceret, quosdam ɔro nobis saltus manifestáta er carnem Véritas dedit, uia exultávit ut gigas ad curéndam viam suam, ut nos ei icerémus ex corde; Trahe ɔs post te; currémus in odóem unguentórum tuórum.

℟. Ponis nubem. 359.

Lectio ix.

Unde, fratres, charíssimi, opórtet ut illuc sequámur corde, ubi eum córpore ascendísse crédimus. Desidéria terréna fugiámus: nihil nos jam deléctet in infimis, qui Patrem habémus in cælis. Et hoc nobis est magnópere perpendéndum, quia is, qui plácidus ascéndit, terríbilis redíbit; & quidquid nobis cum mansuetúdine præcépit, hoc a nobis cum districtióne éxiget. Nemo ergo indúlta pœniténtiæ témpora parvipéndat, nemo curam sui, dum valet agere, négligat: quia Redémptor noster tanto tunc in judícium distríctior venit, quanto nobis ante judícium magnam patiéntiam prorogávit. Te Deum. 16.

In ii. Vesp. non fit commem. Officii sequentis diei.

Duobus sequentibus diebus Officium fit sicut infra Oct. Ascensionis: exceptis Lectionibus, quæ habentur propria, & ℟. viii. Capitulis, Añæ ad Benedictus & Magnificat & Oratione, quæ dicuntur de Dominica infra Oct. Ascensionis, supra. 370. Et non dicuntur Preces ad Primam, & Completorium.

Si vero Feria sexta occurrat festum ix. Lect. etiam translatum, fit de festo cum commemorat. Officii ejusdem diei, nisi illud festum fuerit ex solemnioribus, ut dicitur in Rubr. de Commemorationibus.

FE-

FERIA SEXTA
post Octavam Ascensionis.
In primo Nocturno.

Incipit Epíst. iii. B. Joánnis Apóstoli. *Lectio i.*

SEnior Gajo charíssimo, quem ego díligo in veritáte. Charíssime, de ómnibus oratiónem fácio próspere te ingredi, & valére, sicut próspere agit ánima tua: Gavísus sum valde veniéntibus frátribus, & testimónium perhibéntibus veritáti tuæ, sicut tu in veritáte ámbulas. Majórem horum non hábeo grátiam, quam ut áudiam filios meos in veritáte ambuláre. ℟. Post passiónem suam.

Lectio ii.

CHaríssime, fidéliter facis, quidquid operáris in fratres, & hoc in peregrínos, qui testimónium reddidérunt charitáti tuæ in conspéctu Ecclésiæ: quos, benefáciens, dedúces digne Deo. Pro nómine enim ejus profécti sunt, nihil accipiéntes a Géntibus. Nos ergo debémus suscípere hujúsmodi, ut cooperatóres simus veritáti. Scripsíssem fórsitan Ecclésiæ, sed is, qui amat primátum gérere in eis, Diotrephes, non récipit nos. Propter hoc si vénero, commonébo ejus ópera, quæ facit, verbis malígnis gárriens in nos; & quasi non ei ista sufficiant, neque ipse súscipit fratres, & eos, qui suscípiunt, próhibet, & de Ecclésia éjicit. ℟. Omnis pulchritúdo.

Lectio iii.

CHaríssime, noli imitári malum, sed quod bonum est. Qui bene facit, ex Deo est: Qui male facit, non vidit Deum. Demétrio testimónium rédditur ab ómnibus, & ab ipsa veritáte, sed & nos testimónium perhibémus; & nosti, quóniam testimónium nostrum verum est. Multa hábui tibi scríbere, sed nólui per atraméntum, & cálamum scríbere tibi. Spero autem prótinus te vidére, & os ad os loquémur. Pax tibi. Salútant te amíci. Salúta amícos nominátim. ℟. Exaltáre Dómine.

In secundo Nocturno.

De Serm. S. Augustíni Epísc. *Ex eodem Ser. 176. in fine.*

Lectio iv.

SAlvátor noster, charíssimi, si non in nostra carne diábolum triumphávit, se exércuit, non nobis vicit. Si non in nostro córpore resurréxit, conditióni nostræ resurgéndo nihil cóntulit. Hæc qui dicit, suscéptæ, & assúmptæ carnis non intélligit ratiónem, confúndit órdinem, evácuat utilitátem. Si non in nostra carne perégit medicínam, solam ergo ex hómine nascéndi elégit injúriam. Recédat a sénsibus nostris tam periculósa persuásio. De nostro est quod appéndit, de suo est quod donávit. Meum testor esse quod cécidit, ut meum sit quod resurréxit. Meum testor esse quod jácuit in-

ntra túmulum, ut meum sit
quod ascéndit in cælum.
℟. Tempus est ut revértar.

Lectio v.

IN illo itaque nostri géneris córpore nos Christi mors vivificávit, nos resurréctio eréxit, nos ascénsio conseravit. In illo nostræ originis córpore cæléstibus regnis arrham nostræ conditiónis imposuit. Elaborémus ergo, charíssimi, ut quemádmodum Dóminus in hac die nostro cum córpore ad supérna conscendit, ita nos post illum, quómodo póssumus, spe ascendámus, & corde sequámur. Ipso affectu páriter & proféctu scendámus post illum, étiam ut vítia ac passiónes nostras. ... útique unusquísque nostrum súbdere eas sibi stúdeat, ac super eas stare consuéscat, ... ipsis sibi gradum cónstruit, quo possit ad superióra conscéndere. Elevábunt nos, si fúerint infra nos.
℟. Non turbétur.

Lectio vi.

DE vítiis nostris scalam nobis fácimus, si vítia ipsa calcámus. Nam cum bonitátis auctóre non ascéndit malítia, nec cum Fílio Vírginis libído atque luxúria. Non, inquam, ascéndunt vítia post virtútum paréntem, nec peccáta post justum, nec infirmitátes ac morbi possunt ... post médicum. Igitur si ... intráre ipsius médici regnum ... vólumus, prius vúlnera nostra curémus. Ordinémus, & custodiámus in nobis statum utriúsque substántiæ, ne ánimam, nobilióre m útique hóminis portiónem, tártaro pars devólvat inférior; sed secum pótius cælo sanctificátum corpus acquírat natúra glorióſior: ipso adjuvánte, qui vivit & regnat in sæcula sæculórum. Amen.
℟. Ascéndens Christus.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vii. *Cap. 15. d*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Cum vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spíritum veritátis, qui a Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me. Et réliq.
Homilía S. Augustíni Epísc.
Tract. 92. in Joann. circa med.

VEnit die Pentecóstes Spíritus Sanctus in centum vigínti hómines congregátos, in quibus & Apóstoli omnes erant; qui illo adimpléti, cum linguis ómnium Géntium loqueréntur, plures ex his, qui áderant, tanto miráculo stupefácti (quandóquidem vidérunt, loquénte Petro, tam magnum atque Divínum testimónium perhibéri de Christo, ut ille, qui occísus ab eis inter mórtuos deputabátur, resurrexísse, & vívere probarétur) compúncti corde convérsi sunt, & tanti sánguinis, tam ímpie, atque immániter fusi, indulgéntiam percepérunt, ipso redém-

démpti Sánguine, quem fudérunt. ℟. Ego rogábo. 358.

Lectio viii.

CHristi enim Sánguis sic in remissiónem peccatórum ómnium fusus est, ut ipsum étiam peccátum posset delére, quo fusus est. Hoc ergo íntuens Dóminus dicébat: Odio habuérunt me gratis; cum autem vénerit Paráclitus, ille testimónium perhibébit de me. Tamquam díceret: Odio me habuérunt, & occidérunt vidéntes: sed tale de me Paráclitus testimónium perhibébit, ut eos fáciat in me crédere non vidéntes. Et vos inquit, testimónium perhibébitis, quia ab inítio mecum estis. Perhibébit Spíritus Sanctus; perhibébitis & vos. Quia enim ab inítio mecum estis, potéstis prædicáre quod nostis: quod ut modo non faciátis, illíus Spíritus plenitúdo nondum adest vobis.

℟. Si enim non abíero. 369.

Lectio ix.

ILle ergo testimónium perhibébit de me, & vos testimónium perhibébitis; dabit enim vobis fidúciam testimónium perhibéndi cháritas Dei diffúsa in córdibus vestris per Spíritum Sanctum, qui dábitur vobis. Quæ útique Petro adhuc défuit, quando mulíeris ancíllæ interrogatióne pertérritus, non pótuit verum testimónium perhibére, sed contra suam pollicitatiónem timóre magno compúlsus est ter negáre. Timor autem iste non est in charitáte, sed perfécta cháritas foras mittit timórem. Dénique ante passiónem Dómini, servílis timor ejus interrogátus est a fémina servitútis; post resurrectiónem vero Dómini, liberális ejus amor ab ipso príncipe libertátis; & ideo ibi turbabátur, hic tranquillabátur: ibi quem diléxerat, negábat: hic quem negáverat, diligébat. Sed adhuc étiam tunc amor ipse infirmus fúerat, & angústus, donec eum roboráret & dilatáret Spíritus Sanctus.

Te Deum laudámus. 16.

SABBATO

in Vigilia Pentecostes.

Ab hac die usque ad festum Trinitatis inclusive, si occurrat festum ix. Lect. transfertur post prædictum festum Trinit.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola Cathólica B. Judæ Apóstoli.

Lectio i.

JUdas Jesu Christi servus, frater autem Jacóbi, his, qui sunt in Deo Patre, diléctis, & Christo Jesu conservátis, & vocátis. Misericórdia vobis & pax & cháritas adimpleátur. Caríssimi, omnem solicitúdinem fáciens scribéndi vobis de commúni vestra salúte, necésse hábui scríbere vobis: déprecans super certári semel tráditæ sanctis Fidei. Subintroiérunt enim quidam hómines (qui olim præscripti sunt in hoc judícium) impii, Dei nostri grátiam transferéntes

tes in luxúriam, & solum Dominatórem & Dóminum nostrum Jesum Christum negántes. ℟. Post Passiónem. 353.

Lectio ii.

COmmonére autem vos volo, sciéntes semel ómnia, quóniam Jesus pópulum de terra Ægypti salvans, secúndo eos, qui non credidérunt, pérdidit: ángelos vero, qui non servavérunt suum principátum, sed dereliquérunt suum domicílium, in judícium magni diéi vínculis ætérnis sub calígine reservávit. Sicut Sódoma & Gomórrha, & finítimæ civitátes símili modo exfornicátæ, & abeúntes post carnem álteram, factæ sunt exémplum, ignis ætérni pœnam sustinéntes. Simíliter & hi carnem quidem máculam, dominatiónem autem spernunt, majestátem autem blasphémant.

℟. Omnis pulchritúdo. 353.

Lectio iii.

CUm Míchael Archángelus cum diábolo disputans altercarétur de Móysi córpore, non est ausus judícium inférre blasphémiæ, sed dixit: Imperet tibi Dóminus. Hi autem quæcúmque quidem ignórant, blasphémant; quæcúmque autem naturáliter, tamquam muta animália norunt, in his corrumpúntur, Væ illis, quia in via Cain abiérunt, & erróre Bálaam mercéde effúsi sunt, & in contradictióne Core periérunt. Hi sunt in épulis suis máculæ, convivántes sine timóre, semetípsos pascéntes, nubes sine aqua, quæ a ventis circumferúntur, árbores autumnáles, infructuósæ, bis mórtuæ, eradicátæ, fluctus feri maris, despumántes suas confusiónes, sídera errántia: quibus procélla tenebrárum serváta est in ætérnum.

℟. Exaltáre Dómine. 353.

In secundo Nocturno.

Ex Tractátu S. Augustini Episcopi de Symbolo ad Catechúmenos.

Libro 4. cap. 1. tom. 9.

Lectio iv.

DUm per sacratíssimum crucis signum vos suscépit in útero sancta mater Ecclésia, quæ sicut & fratres vestros cum summa lætítia spirituáliter páriet, nova proles futúra tantæ matris, quoúsque per lavácrum sanctum regenerátos veræ luci restítuat, cóngruis aliméntis eos, quos portat, pascat in útero, & ad diem partus sui lætos læta perdúcat; quóniam non tenétur hæc senténtia Hevæ, quæ in tristítia, & gémitu parit filios, nec ipsos gaudéntes, sed pótius flentes. Hæc enim solvit, quod illa ligavérat: ut prolem, quam per inobediéntiam sui, morti donávit, hæc per obediéntiam restítuat vitæ. Omnia sacraménta, quæ acta sunt, & agúntur in vobis per ministérium servórum Dei, exorcísmis, oratiónibus, cánticis spirituálibus, insufflatiónibus, cilício, inclinatióne cervícum, humilitáte pedum, pavor ipse omni securitáte appeténdus: hæc

hæc ómnia, ut dixi, escæ sunt, quæ vos refíciunt in útero, ut renátos ex Baptísmo hílares vos mater exhíbeat Christo. ℟. Tempus est. 355.

Lectio v.

ACcepístis & Symbolum, protectiónem parturiéntis contra venéna serpéntis. In Apocalypsi Joánnis Apóstoli scriptum est hoc, quod staret draco in conspéctu mulíeris, quæ paritúra erat, ut cum peperísset, natum ejus comédere. Dracónem diábolum esse n'ullus vestrum ignórat. Mulíerem illam, vírginem Maríam, significásse, quæ Caput nostrum íntegra íntegrum péperit, quæ étiam ipsa figúram in se sanctæ Ecclésiæ demonstrávit: ut quómodo fílium páriens, virgo permánsit; ita & hæc omni témpore membra ejus páriat, & virginitátem non amíttat. Ipsas senténtias sacratíssimi Symboli adjuvánte Dómino exponéndas suscépimus, ut, quid síngulæ contíneant, vestris sénsibus intimémus. Paráta sunt corda vestra, quia exclúsus est inimícus de córdibus vestris.
℟. Non turbétur. 356.

Lectio vi.

HUic vos renuntiáre proféssi éstis; in qua professióne, non homínibus, sed Deo, & Angelis ejus conscribéntibus dixístis: Renúntio. Renuntiáte non solum vócibus, sed étiam móribus: non tantum sono linguæ, sed & actu vitæ: nec tantum lábiis

sonántibus, sed opéri
nuntiántibus. Scitóte
cállido, antíquo & v
inimíco suscepísse ce
non in vobis post ren
nem invéniat ópera s
jure vos áttrahat in se
suam. Deprehénderis
detégeris Christiáne
áliud agis, & áliud pr
fidélis in nómine, á
mónstrans in ópere,
nens promissiónis tuæ
modo ingrédiens E
oratiónes fúndere, p
dicum in spectáculis
striónibus impudíce c
Quid tibi cum pompi
li, quibus renuntiásti
℟. Ascéndens Christu

In tertio Noctur

Léctio sancti Evangéli
dùm Joánnem

Lectio vii. *Ca*

IN illo témpore: I
sus discípulis suis
ligitis me, mandáta
váte. Et ego rogábo
& álium Paráclitum d
bis. Et réliqua.
Homilía S. Augustíni E
Tract. 74. in Joan
finem, & 75.

QUod ait, Rogábo
& álium Parácli
bit vobis; osténdit &
esse Paráclitum. P
enim Latíne dícitur
tus; & dictum est de
Advocátum habémus
Jesum Christum justu
autem mundum dixit n
accípere Spíritum S
sicut étiam dictum es

nis inimíca est Deo;
ı Dei non est subjé-
ıim potest: velut di-
ıjustítia justítia esse
t. Mundum quippe
co,. mundi signífi-
tóres: quæ diléctio
Patre. Et ideo di-
ujus mundi, de qua
, ut minuátur, &
ır in nobis, contrá-
éctio Dei, quæ dif-
in córdibus nostris
:um Sanctum, qui
ıobis.
ɔgábo. 358.

ectio viii.

ius ergo eum accí-
'e non potest, quia
: eum, neque scit
ı enim habet invisí-
los mundána dilé-
quos vidéri Spíritus
ɔtest, qui vidéri, nisi
:r non potest. Vos
ıquit, cognoscétis
ı apud vos manébit,
is erit. Erit in eis,
:, non manébit, ut
est enim esse alícubi,
ıére. Sed ne putá-
d dictum est: Apud
ıit, ita dictum, que-
n apud hóminem ho.
liter manére consué-
··it quid díxerit, A-
ian..it, cum adjún-
xit: In vobis erit.
n non ·bíero. Pa-
ɔn véniet ad vos: si
:ro, mittam ·ım ad
ım autem vénerit il-
it vos omnem veri-

tátem, allelúja. ℣. Non enim loquétur a semetípso: sed quæcúmque áudiet, loquétur: & quæ ventúra sunt, annuntiábit vobis. Cum autem.

Glória Patri. Cum autem.

Lectio ix.

Ergo invisíbiliter vidétur. Nec, si non sit in nobis, potest esse in nobis ejus sciéntia; sic enim a nobis vidétur in nobis, & nostra consciéntia. Nam fáciem vidémus altérius, nostram vidére non póssumus; consciéntiam vero nostram vidémus, altérius non vidémus. Sed consciéntia numquam est nisi in nobis: Spíritus autem Sanctus potest esse étiam sine nobis. Datur quippe ut sit & in nobis, sed vidéri, & sciri, quemádmodum vidéndus, & sciéndus est, non potest a nobis, si non sit in nobis. Post promissiónem Spíritus Sancti, ne quisquam putáret, quod ita eum Dóminus datúrus fúerit velut pro seípso, ut non & ipse cum eis esset futúrus, adjécit, atque ait: Non relínquam vos órphanos, véniam ad vos. Quamvis ergo nos Fílius Dei suo Patri adoptáverit fílios, & eúmdem Patrem nos volúerit habére per grátiam, qui ejus Pater est per natúram: tamen étiam ipsa circa nos patérnum afféctum quodámmodo demónstrat, cum dicit: Non relínquam vos órphanos.

Te Deum laudámus. 16.



IN FESTO

NTECOSTES.

VESPERAS,

Antiphona.

pleréntur. *ut infra* 395. *Psalm.* Dixit s, *cum reliquis de Do-* 119. *& loco ultimi*, audáte Dóminum om- 123.

Act. 2.

compleréntur dies ntecóstes, erant om- es discípuli páriter in óídem loco: & factus ate de cælo sonus adveniéntis spíritus is, & replévit to- um, ubi erant se-

Hymnus.

Creátor Spíritus,
um visita,
grátia,
creásti, péctora.
Paráclitus,
donum Dei,
, ignis, cháritas
únctio.
múnere,
dexteræ,
promíssum Patris,
ditans gúttura.
lumen sénsibus,
amórem córdibus.
nostri córporis
firmans pérpeti.
repéllas lóngius,
dones prótinus,
sic te prævio
omne nóxium.
ciámus da Patrem,
us atque Fílium,
Teque utriúsque Spíritum,
Credámus omni témpore.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni usque ad Vesper. Sabbati sequentis.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allel. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona.

Nos vos relínquam órphanos, allelúja, vado & vénio ad vos, allelúja; & gaudébit cor vestrum, allelúja.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum. in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

DOMINICA

Pentecostes.

Ad Matutinum, Invitator.

ALlelúja, Spíritus Dómini replévit orbem terrárum; * Veníte, adorémus allelúja. *Psalm.* Veníte. 2.

Hymnus.

JAm Christus astra ascénderat,
Revérsus unde vénerat:
Patris fruéndum múnere
Sanctum datúrus Spíritum.
Solémnis urgébat dies
Quo mystico septémplici

[redacted]

Orbis volútus sépties,
Signat beáta témpora;
Cum lucis hora tértia
Repénte mundus íntonat,
Apóstolis orántibus
Deum veníre núntiat.
De Patris ergo lúmine
Decórus ignis almus est,
Qui fida Christi péctora
Calóre Verbi cómpleat.
Impléta gáudent víscera,
Affláta Sancto Spíritu,
Vocésque divérsas sonant,
Fantur Dei magnália.
Notíque cunctis Géntibus,
Græcis, Latínis, Bárbaris,
Simúlque demirántibus,
Linguis loquúntur ómnium.
Judæa tunc incrédula,
Vesána torvo spíritu,
Madére musto sóbrios,
Christi fidéles íncrepat.
Sed éditis miráculis
Occúrrit & docet Petrus,
Falsum profári pérfidos,
Joéle teste cómprobans.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Ad Nocturnum, Antiphona. Factus est repénte de cælo sonus adveniéntis spíritus veheméntis, allelúja, allel.

Psalmus 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis, * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne univérsæ terræ mons Sion: * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur; * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt; * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: * justítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exúltent fíliæ Judæ * propter judícia tua Dómine.

Circúmdate Sion, & complectímini eam: * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus, * & distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, & in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Ãña. Factus est repénte de cælo sonus adveniéntis spíritus veheméntis, allelúja, allel.

Ãña. Confirma hoc Deus quod operátus es in nobis: a templo sancto tuo, quod est in Jerusalem, allelúja, allel.

Psal.

[redacted]

Psalmus 67.
at Deus & dissipén-
inimici ejus, * &
ui odérunt eum, a
s.
éficit fumus, defi-
sicut fluit cera a fá-
, sic péreant pecca-
ácie Dei.
epuléntur, & exúl-
conspéctu Dei, * &
ur in lætítia.
Deo, psalmum díci-
ii ejus: * iter fácite
ascéndit super occá-
minus nomen illi.
e in conspéctu ejus: *
tur a fácie ejus, pa-
ianórum, & júdicis
i.
i loco sancto suo: *
qui inhabitáre facit
oris in domo.
úcit vinctos in for-
* símiliter eos, qui
it, qui hábitant in
s.
um egrederéris in
u pópuli tui, * cum
res in desérto:
nota est; étenim cæ-
ivérunt a fácie Dei
a fácie Dei Israel.
i voluntáriam segre-
us hæreditáti tuæ: *
ita est, tu vero per-
m.
ia tua habitábant in
paráfti in dulcédine
eri Deus.
oit verbum evangeli-
, * virtúte multa.
útū diléćti dilećti: * &
omus dividére spólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ, * & posterióra dorsi ejus in pallóre auri.

Dum discérnit cæléstis reges super eam, nive dealbabúntur in Selmon: * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: * ut quid suspicámini montes coagulátos?

Mons, in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo: * étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus multiplex, míllia lætántium: * Dñs in eis in Sina in sancto.

Ascendísti in altum, cepísti captivitátem, * accepísti dona in homínibus.

Etenim non credéntes, * inhabitáre Dóminum Deum.

Benedíctus, Dóminus die quotídie: * prósperum iter fáciet nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciéndi, * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confringet cápita inimicórum suórum, * vérticem capílli perambulántium in delíctis suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convértam, * convértam in profúndum maris.

Ut intingátur pes tuus in sanguine: * lingua canum tuórum ex inimícis ab ipso.

Vidérunt ingréssus tuos Deus, * ingréssus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto.

Prævenérunt príncipes conjúncti psalléntibus, * in mé-

dio juvenculárum tympanistriárum.

In Ecclésiis benedícite Deo Dómino * de fóntibus Israel.

Ibi Bénjamin adolescéntulus * in mentis excéssu.

Príncipes Juda, duces eórum: * príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Manda Deus virtúti tuæ: * confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsalem * tibi ófferent reges múnera.

Íncrepa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum: * ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.

Díssipa Gentes, quæ bella volunt: vénient legáti ex Ægypto: * Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ cantáte Deo: * psállite Dómino.

Psállite Deo, * qui ascéndit super cælum cæli ad Oriéntem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtútis, date glóriam Deo super Israel: * magnificéntia ejus, & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit virtútem, & fortitúdinem plebi suæ: * benedíctus Deus.

Aña. Confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis, a templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem, allelúja, allel.

Aña. Emítte Spíritum tuum & creabúntur: & renovábis fáciem terræ, allel. allel.

Psalmus 103.

BEnedic ánima mea Dómino: * Dómine Deus meus magnificátus es veheménter.

Confessiónem & decórem induísti: * amíctus lúmine sicut vestiménto.

Exténdens cælum sicut pellem: * qui tegis aquis superióra ejus.

Qui ponis nubem ascénsum tuum: * qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis ángelos tuos, spíritus, * & minístros tuos, ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam: * non inclinábitur in sæculum sæculi.

Abyssus, sicut vestiméntum amíctus ejus: * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient: * a voce tonítrui tui formidábunt.

Ascéndunt montes, & descéndunt campi * in locum, quem fundasti eis.

Términum posuísti, quem non transgrediéntur: * neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertransíbunt aquæ.

Potábunt omnes béstiæ agri: * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea vólucres cæli habitábunt: * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superióribus suis: * de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

Prodúcens fœnum juméntis, * & herbam servitúti hóminum.

Ut edúcas panem de terra: * & vi-

& vinum lætíficet cor hóminis.
Ut exhílaret fáciem in óleo, * & panis cor hóminis confírmet.
Saturabúntur ligna campi, & cedri Líbani, quas plantávit, * illic pásseres nidificábunt.
Heródii domus dux est eórum: * montes excélsi cervis: petra refúgium herináciis.
Fecit lunam in témpora: * sol cognóvit occásum suum.
Posuísti ténebras & facta est nox: * in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ silvæ.
Cátuli leónum rugiéntes ut rápiant, * & quærant a Deo escam sibi.
Ortus est sol, & congregáti sunt, * & in cubílibus suis collocabúntur.
Exíbit homo ad opus suum, * & ad operatiónem suam usque ad vésperum.
Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine: * ómnia in sapiéntia fecísti: impléta est terra possessióne tua.
Hoc mare magnum, & spatiósum mánibus: * illic reptília, quorum non est númerus.
Animália pusílla cum magnis: * illic naves pertransíbunt.
Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei; * ómnia a te expéctant, ut des illis escam in témpore.
Dante te illi, cólligent: * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte.
Averténte autem te fáciem, turbabúntur: * áuferes spíritum eórum, & deficient, & in púlverem suum reverténtur.
Emítte Spíritum tuum, & creabúntur: * & renovábis fáciem terræ.
Sit glória Dómini in sæculum: * lætábitur Dóminus in opéribus suis.
Qui réspicit terram; & facit eam tremere: * qui tangit montes, & fúmigant.
Cantábo Dómino in vita mea: * psallam Deo meo quamdiu sum.
Jucúndum sit ei elóquium meum: * ego vero delectábor in Dómino.
Deficiant peccatóres a terra, & iníqui ita ut non sint: * benedic ánima mea Dómino.
Ant. Emítte Spíritum tuum & creabúntur: & renovábis fáciem terræ, allelúja, allel.
℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja.
℟. Et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja. Pater noster.
Absolut. Exáudi Dómine.
℣. Jube domne benedícere.
Bno. Evangélica léctio.
Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.
Lectio i. *Cap.* 14. *c*
IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Si quis díligit me, sermónem meum servábit, & Pater meus díliget eum, & ad eum veniémus, & mansiónem apud eum faciémus. Et réliqua.
Homilia S. Gregórii Papæ.
Homil. 30. *in Evangel.*
LIbet fratres charíssimi, Evangélicæ verba lectió-

 nis

nis sub brevitáte transcúrrere; ut post diútius líceat in contemplatióne tantæ solemnitátis immorári. Hódie namque Spíritus Sanctus repentíno sónitu super discípulos venit, mentésque carnálium in sui amórem permutávit, & foris apparéntibus linguis ígneis, intus facta sunt corda flammántia: quia dum Deum in ignis visióne suscepérunt, per amórem suáviter arsérunt. Ipse namque Spíritus Sanctus amor est; unde & Joánnes dicit: Deus cháritas est. Qui ergo mente íntegra Deum desíderat, profécto jam habet, quem amat. Neque enim quisquam posset Deum dilígere: si eum, quem díligit, non habéret.

℟. Cum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes páriter in eódem loco, allelúja, & súbito factus est sonus de cælo, allelúja, * Tanquam spíritus veheméntis, & replévit totam domum, allelúja, allelúja. ℣. Dum ergo essent in unum discípuli congregáti propter metum judæórum, sonus repénte de cælo venit super eos. Tamquam.

Bñd. Divínum auxílium.

Lectio ii.

SEd ecce, si unusquísque vestrum requirátur, an díligat Deum, tota fidúcia & secúra mente respóndet, Díligo. In ipso autem lectiónis exórdio audístis, quid Véritas dicit: Si quis díligit me, sermónem meum servábit. Probátio ergo, dilectióni exhibítio est óperis. Hin in Epístola sua idem Joánnes dicit: Qui dicit, Díligo Deum, & mandáta ejus non custódit, mendax est. Vere étenim Deum diligimus, & mandáta ejus custódimus, si nos a nostris voluptátibus coarctámus. Nam qui adhuc per illícita desidéria díffluit, profécto Deum non amat, quia ei in sua voluntáte contradícit.

℟. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, & cœpérunt loqui, prout Spíritus Sanctus dabat elóqui illis: * Et convénit multitúdo dicéntium allelúja. ℣. Loquebántur váriis linguis Apóstoli magnália Dei. Et. Glória Patri. Et.

Bñd. Ad societátem.

Lectio iii.

ET Pater meus díliget eum & ad eum veniémus & mansiónem apud eum faciémus. Pensáte fratres charíssimi, quanta sit ista dígnitas, habére in cordis hospítio advéntum Dei. Certe si domum nostram quisquam dives, aut præpotens amícus intráret, omni festinántia domus tota mundarétur, ne quid fortásse esset, quod óculos amíci intrántis offénderet. Tergat ergo sordes pravi óperis, Deo præparet domum mentis. Sed vidéte quid véritas dicat: Veniémus, & mansiónem apud eum faciémus. In quorúmdam étenim cor-

[redacted]

venit, & mansiónem
icit; quia pur compun-
:ur quidem Dei respé-
:percípiant, sed tenta-
tempore hoc ipsum,
ompúncti fúerant, obli-
itur: sicque ad perpe-
i peccáta rédeunt, ac si
nínime planxissent.
eum laudámus. 16.

L A U D E S,

per Horas, Aña.

Im compleréntur dies
Pentecóstes, erant om-
áriter in eódem loco,
ja. *Psalm.* Dóminus re-
t. *cum reliquis.* 17.
Spíritus Dómini replé-
bem terrárum, allel.
Repléti sunt omnes Spí-
ancto, & cœpérunt lo-
allelúja, allelúja.
Fontes & ómnia, quæ
ntur in aquis, hymnum
Deo, allelúja.
Loquebántur váriis lin-
Apóstoli magnália Dei,
ija, allelúja, allel.
tulum. *Act.* 2.
Um compleréntur dies
Pentecóstes, erant om-
iscípuli páriter in eódem
: & factus est repénte
elo sonus, tamquam ad-
ntis spíritus vehemén-
& replévit totam do-
, ubi erant sedéntes.

Hymnus.

áta nobis gáudia
Anni redúxit órbita;
n Spíritus Paráclitus
sus est Apóstolis.
vibránte lúmine
uæ figúram détulit,
Verbis ut essent próflui,
Et charitáte férvidi.
Linguis loquúntur ómnium:
Turbæ pavent Gentílium:
Musto madére députant,
Quos Spíritus repléverat.
Patráta sunt hæc mystice,
Paschæ peracto témpore,
Sacro diérum círculo,
Quo Lege fit remíssio.
Te nunc Deus piíssime
Vultu precámur cérnuo,
Illápsa nobis cælitus
Largíre dona Spíritus.
Dudum sacráta péctora
Tua replésti grátia:
Dimítte nostra crímina
Et da quiéta témpora.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.
℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúja. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Ad Benedictus, Antiphona. Accípite Spíritum Sanctum: quórum remiséritis peccáta, remittúntur eis, allelúja.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum. in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Ad Primam. ℟. *br.* Christe Fili Dei vivi, miserére nobis, * Allelúja, allelúja. Christe Fili Dei. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris. Allelúja, allel. Glória Patri. Christe Fili.

℣. Exúrge Christe, ádjuva nos, allel. ℣. Et líbera nos propter nomen tuum, allel.

Ad Tertiam, Hymn. Veni, Creátor Spíritus. *ut supr. in Vesper. 389. qui dicitur ad Tertiam per totam Oct. loco Hymni,* Nunc sancte. 38.

Antiphona. Spíritus Dómini.

Capitul. Cum compleréntur.

℟. *br.* Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, * Allelúja, allelúja. Spíritus.

℣. Et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis. Allelúja, allelúja.

Glória Patri. Spíritus.

℣. Spíritus Paráclitus, allel. ℟. Docébit vos ómnia, allel.

Ad Sextam, Antiphona. Repléti sunt omnes.

Capitulum. Act. 2.

FActa autem hac voce, convénit multitúdo, & mente confúsa est, quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes.

℟. *br.* Spíritus Paráclitus, * Allelúja, allelúja. Spíritus.

℣. Docébit vos ómnia. Allel. allel. Glória Patri. Spíritus.

℣. Repléti sunt omnes spíritu Sancto, allel. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Ad Nonam, Antiphona. Loquebántur.

Capitulum. Act. 2. b

JUdæi quoque, & Prosélyti, Cretes, & Arabes, audívimus eos loquéntes nostris linguis magnália Dei.

℟. *br.* Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, * Allelúja, allelúja. Repléti. ℣. Et cœpérunt loqui. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Repléti.

℣. Loquebántur váriis linguis Apóstoli, allelúja.

℟. Magnália Dei, allelúja.

Ad Vesperas, Antiphona. Cum compleréntur. *ut supra in Laudib. 395. Psalm.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica, 119. qui dicuntur quotidie per Octavam.*

Capitul. Cum compleréntur.

Hymn. Veni Creátor. 389.

℣. Loquebántur váriis linguis Apóstoli, allelúja.

℟. Magnália Dei, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Hódie compléti sunt dies Pentecóstes, allelúja, hódie Spíritus Sanctus in igne discípulis appáruit, & tribuit eis charísmatum dona: misit eos in univérsum mundum prædicáre & testificári: qui credíderit & baptizátus fúerit, salvus erit, allelúja. *Oratio.* Deus, qui hodiérna die. 395.

Infra Octav. Pentec. fit Offic. sicut in die, exceptis ℣. *ad Noct. Lectionibus,* ℟℟. *Ant. ad Benedictus & ad Magnificat & Orationibus.*

Si infra Oct. occurrat festum ix. Lect. transfertur post Oct. De Simplici autem in hoc triduo nulla fit commemor.

FERIA SECUNDA.

℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allel. ℟. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allel.

Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.

Bño. Evangélica léctio.

Lé-

[redacted]

Lectio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. *Cap. 3. b*

IN illo témpore: Dixit Jesus Nicodémo: Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non péreat; sed hábeat vitam ætérnam. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Epíscopi.

Tract. 12. in Jo: sub fin.

QUantum in médico est, sanáre venit ægrótum. Ipse se intérimit, qui præcépta médici observáre non vult. Venit Salvátor in mundum. Quare Salvátor dictus est mundi, nisi ut salvet mundum, non júdicet mundum? Salvári non vis ab ipso, ex te judicáberis. Et quid dicam, judicáberis? Vide quid ait: Qui credit in eum non judicátur. Qui autem non credit, quid dictúrum sperábas, nisi, judicátur? Quod ait: Jam, inquit, judicátus est: nondum appáruit judícium, & jam factum est judícium.

℟. Jam non dicam vos servos, sed amícos meos, quia ómnia cognovístis, quæ operátus sum in médio vestri, allelúja: * Accípite Spíritum Sanctum in vobis Paráclitum: ille est, quem Pater mittet vobis, allelúja. ℣. Vos amíci mei estis, si fecéritis, quæ ego præcípio vobis. Accípite. *Bened.* Divínum auxílium.

Lectio ii.

NOvit enim Dóminus, qui sunt ejus: novit qui permáneant ad corónam qui permáneant ad flammam. Novit in área sua tríticum, novit & páleam: novit ségetem, novit & zizánia. Jam judicátus est qui non credit. Quare judicátus? Quia non crédidit in nómine unigéniti Fílii Dei. Hoc est autem judícium; quia lux venit in mundum, & dilexérunt hómines magis ténebras, quam lucem, erant enim mala ópera eórum. Fratres mei, quorum ópera bona invénit Dóminus? Nullórum. Omnium ópera mala invénit. Quómodo ergo quidam fecérunt veritátem, & venérunt ad lucem? Et hoc enim séquitur: Qui autem facit veritátem, venit ad lucem.

℟. Spíritus Sanctus procédens a throno, Apostolórum péctora invisibíliter penetrávit novo sanctificatiónis signo, * Ut in ore eórum ómnium génera nasceréntur linguárum, allel. ℣. Advénit ignis Divínus, non combúrens, sed illúminans, & tríbuit eis charísmatum dona. Ut in ore. Glória Patri. Ut in ore. *Benedictio.* Ad societátem.

Lectio iii.

SEd dilexérunt, inquit, ténebras magis, quam lucem. Ibi pósuit vim. Multi enim dilexérunt peccáta sua: multi conféssi sunt peccáta sua, quia qui confitétur peccáta sua, & accúsat peccáta sua, jam cum Deo facit. Accúsat Deus peccáta tua; si & tu accúsas, conjúngeris Deo. Quasi duæ res sunt,

sunt, homo, & peccátor. Quod audis, homo, Deus fecit: quod audis, peccátor, ipse homo fecit. Dele quod fecísti, ut Deus salvet quod fecit. Opórtet, ut óderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cum autem cœperit tibi displícere quod fecísti, inde incípiunt bona ópera tua, quia accúsas mala ópera tua. Inítium óperum bonórum, conféssio est óperum malórum. Te Deum. ℣.

Ad Benedictus, Antiphona. Sic Deus diléxit mundum, ut Filium suum Unigénitum daret: ut omnis, qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam, allel.

Oratio.

DEus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum: concéde plebi tuæ piæ petitiónis afféctum; ut quibus dedísti Fidem, largiáris & pacem. Per Dóminum. in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnificat, Antiphona. Si quis díligit me, sermónem meum servábit: & Pater meus díliget eum, & ad eum veniémus, & mansiónem apud eum faciémus, allelúja.

Oratio ut supra.

FERIA TERTIA.

℣. Spíritus Paráclitus, allel. ℟. Docébit vos ómnia, allel. Pater noster. *Absolut.* Ipsíus píetas. *Bño.* Evangélica léctio. Léctio S. Evangélii secúndùm Joánnem. *Lectio i. Cap.* 10.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Amen, Amen dico vobis: qui n trat per óstium in ovíle ó sed ascéndit aliúnde, i est & latro. Qui aut trat per óstium, past óvium. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni

Tract. 45. in Jo: post.

DOminus de grege & de óstio, quo in ad ovíle, similitúdiner pósuit in hodiérna le Dicant ergo Pagáni: B vimus. Si per óstium n trant, quid prodest eis gloriántur? Ad hoc en bet unicuíque prodéss vívere, ut detur illi vívere: nam cui non semper vívere, quid bene vívere? Quia ne vívere dicéndi sunt, nem bene vivéndi vel táte nésciunt, vel inf contémnunt. Non est cuiquam spes vera & semper vivéndi, nisi a vitam, quod est Chris per jánuam intret in c ℟. Apparuérunt Apóst spertítæ linguæ, ta ignis, allelúja: * Sedi pra síngulos eórum S Sanctus, allelúja, alle ℣. Et cœpérunt loqui linguis, prout Spíritus dabat éloqui illis. Sed *Bño.* Divínum auxíliur

Lectio ii.

QUærunt ergo pler tales hómines étia suadére homínibus, u vivant, & Christiáni n Per áliam partem vol

céndere, rápere & occídere, non ut bonus pastor conservváre, atque salváre. Fuérunt ergo quidam philósophi de virtútibus & vítiis subtília multa tractántes, dividéntes, definiéntes, ratiocinatiónes acutíssimas concludéntes, libros impléntes, suam sapiéntiam buccis crepántibus ventilántes, qui étiam dícere audérent homínibus: Nos sequímini, sectam nostram tenéte si vultis beáte vivere. Sed non intrábant per óstium: pérdere volébant, mactáre, & occídere.

℟. Loquebántur váriis linguis Apóstoli magnália Dei: * Prout Spíritus Sanctus dabat elóqui illis, allelúja.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, & cœpérunt loqui. Prout. Glória. Prout.

Bño. Ad societátem.

Lectio iii.

QUid de istis dicam? Ecce ipsi Pharisæi legébant, & in eo quod legébant Christum sonábant, ventúrum sperábant, & præséntem non agnoscébant. Jactábant se étiam ipsi inter vidéntes, hoc est: inter sapiéntes, & negábant Christum, & non intrábant per óstium. Ergo & ipsi, si quos forte sedúcerent, mactándos & occidéndos, non liberándos sedúcerent. Et hos dimittámus: videámus illos, si forte ipsi intrant per óstium, qui ipsíus Christi nómine gloriántur. Innumerábiles enim sunt, qui se Vidéntes non solum jactant, sed a Christo illumínatos vidéri volunt: sunt autem hærétici. Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum óstium, dicit Dóminus; per me si quis introíerit, salvábitur, & páscua invéniet, allelúja. *Oratio.*

ADsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíritus sancti: quæ & corda nostra cleménter expúrget, & ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum. in unitáte ejúsdem.

Ad Magnificat, Antiphona. Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: non quómodo mundus dat, ego do vobis, allelúja.

FERIA QUARTA

Quatuor Temporum.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúja. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Pater noster. *Absolut.* A vínculis. *Bño.* Evangélica léctio. Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio i. *Cap. 6. c*

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Nemo potest veníre ad me nisi Pater, qui misit me, tráxerit eum. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Epísc.

Tract. 26. in Jo: post init.

NOli cogitáre te invítum trahi; tráhitur ánimus & amóre. Nec timére debémus, ne ab homínibus, qui verba perpéndunt, & a rebus máxime Divínis intellí-

gén-

nis dulcis est ille cæléstis. Porro si Poétæ dícere lícuit: Trahit sua quemque volúptas; non necéssitas, sed volúptas; non obligátio, sed delectátio: quanto fórtius nos dícere debémus, trahi hóminem ad Christum, qui delectátur veritáte, delectátur beatitúdine, delectátur justítia, delectátur sempitérna vita, quod totum Christus est? An vero habet córporis sensus voluptátes suas, & ánimus desséritur a voluptátibus suis? Si ánimus non habet voluptátes suas, unde dícitur, Fílii autem hóminum sub tégmine alárum tuárum sperábunt: Inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ, & torrénte voluptátis tuæ potábis eos: Quóniam apud te est fons vitæ, & in lúmine tuo vidébimus lumen?

dicam. Si autem frig
quor, nescit quid l
Tales erant illi, qui
murmurábant. Pater,
quem tráxerit, venit.
Quid est autem, Pate
tráxerit, cum ipse
trahat? Quare vóluit
Pater quem tráxerit?
héndi sumus, ab illo
mur, cui dicit quæd
díligit: Post odórem
tórum tuórum currém
quid intélligi vóluit,
támus fratres, &
póssumus, capiámus.
Pater ad Fílium eos,
ptérea credunt in
quia eum cógitant Pa
bére Deum. Deus e
ter æquálem sibi gé
lium, & qui cógitat
in Fide sua sentit
nat, æquálem esse Pat
in quem crédidit, ip
hit Patrem ad Fílium

... linguis loquéntur ... serpéntes tollent. Qui. ... Patris ... ad sociétatem.

Lectio iii.

...lius crédidit creatúram: ...non eum traxit Pater, ...non consíderat Patrem, ...llum non credit æquá... Quid dicis, o Ari? ...dicis hærétice? quid ...is? Quid est Christus? ...inquit; Deus verus, ...em fecit Deus verus. ...te traxit Pater, non ...intellexísti Patrem cujus ... negas. Aliud cógitas; ...st ipse Fílius: nec a ...tráheris, nec ad Fílium ...is. Aliud est enim Fí... aliud quod tu dicis. ...us dicit: Homo solum ...stus, non est & Deus. ...ic credit, non Pater ...axit. Quem traxit Pa... ...llum qui dicit: Tu es ...s Fílius Dei vivi. Ra... ...víridem osténdis ovi, ...illam. Nuces pue... ...monstrántur, & tráhi... ...do quando currit, trá... ...amándo tráhitur, sine ... córporis tráhitur, ... vínculo tráhitur. Si ...sta, quæ inter delícias ...uptátes terrénas reve... ... amántibus trahunt, ...m verum est: Trahit ...émque volúptas; non ...revelátus Christus a ...? Quid enim fórtius ...at ánima, quam ve... ...t. Tuam ...um laudámus; 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum panis vivus, dicit Dóminus; qui de cælo descéndit, allel. allelúja.

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus Dómine, Paráclitus, qui a te procédit, illúminet, & indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem. Qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Ad Magnificat, Antiphona. Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, allelúja.

FERIA QUINTA.

℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja.
℟. Et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allel. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.
Bño. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio i. *Cap. 9.* 6.

In illo témpore; Convocátis Jesus duódecim Apóstolis, dedit illis virtútem & potestátem super ómnia dæmónia, & ut languóres curárent. Et réliqua.

Homilía S. Ambrósii Epísc.

Lib. 6. in cap. 9. Lucæ.

Qualis débeat esse qui evangelízat regnum Dei, præcéptis Evangélicis designátur, ut sine virga, sine pera, sine calceaménto, sine pane, sine pecú-

Pecúnia, hoc est subsídii sæculáris adminícula non requírens, fidéque totus puter sibi quo minus ea requírat, magis posse suppétere. Quæ possunt, qui volunt, ad eum deriváre tractátum; ut spirituálem tantúmmodo locus iste formáre videátur affectum. qui velut induméntum quoddam videátur córporis exuísse, non solum potestáte rejécta, contemptísque divítiis; sed étiam carnis ipsíus illécebris abdicátis. Quibus primo ómnium datur pacis atque constántiæ generále mandátum, ut pacem ferant, constántiam servent, hospitális necessitúdinis jura custódiant; aliénum a prædicatóre regni cæléstis ástruens cursitáre per domos, & inviolábilis hospítii jura mutáre.

℟. Advénit ignis divínus, non combúrens, sed illúminans; non consúmens, sed lucens, & invénit corda discipulórum receptácula munda: * Et tríbuit eis charísmatum dona, allelúja, allel.

℣. Invénit eos concórdes charitáte, & collustrávit eos inúndans grátia Deitátis. Et.

Bñe. Divínum auxílium.

Lectio ii.

Sed ut hospítii grátia deferénda censétur; ita étiam si non recipiántur, excutiéndum púlverem, & egrediéndum de civitáte mandátur. Quo non mediócris bonis remunerátio docétur hospítii, ut non solum pacem tribuámus hospítibus, verum étiam, si qua eos terréna obúmbrant delicta levitátis, recéptis Apostólicæ prædicatiónis vestígiis auferántur. Nec otióse secúndum Matthæum, domus, quam ingrediántur Apóstoli, eligénda decérnitur, ut mutándi hospítii, necessitudinísque violándæ causa non suppétat. Non tamen éadem cáutio receptúri mandátur hospítii, ne, dum hospes elígitur, hospitálitas ipsa minuátur.

℟. Spíritus Sanctus replévit totam domum, ubi erant Apóstoli, & apparuérunt illis dispertítæ linguæ tamquam ignis, sedítque supra síngulos eórum; * Et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, & cœpérunt loqui váriis linguis, prout Spíritus Sanctus dabat éloqui illis, allel. allel. allelúja.

℣. Dum ergo essent in unum discípuli congregáti propter metum Judæórum, sonus repénte de cælo venit super eos. Et. Glória Patri. Et.

Bñe. Ad societátem.

Lectio iii.

Sed hæc, ut secúndum lítteram de hospítii religióne venerábilis est forma præcépti; ita étiam de mystério senténtia cæléstis arrídet. Etenim cum domus elígitur, dignus hospes inquíritur. Videámus ígitur, ne forte Ecclésia præferénda designétur, & Christus. Quæ enim dígnior domus Apostólicæ prædicatiónis ingréssu, quam san-

sancta Ecclésia? aut quis præferéndus magis ómnibus vidétur esse, quam Christus, qui pedes suis laváre consuévit hospítibus, & quoscúmque sua recéperit domo, pollútis non patiátur habitáre vestígiis, sed maculósos licet vitæ prióris, in relíquum tamen dignátur mundáre procéssus? Hic est ígitur solus, quem nemo debet desérere, nemo mutáre. Cui bene dícitur: Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ ætérnæ habes, & nos crédimus.

Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona. Convocátis Jesus duódecim discípulis suis, dedit illis virtútem & potestátem super ómnia dæmónia, & ut languóres curárent; & misit illos prædicáre regnum Dei, & sanáre infírmos, allelúja.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eodem Spíritu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum nostrum. In unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Ad Magnificat, Antiphona. Spíritus, qui a Patre procédit, allelúja: ille me clarificábit, allelúja, allelúja.

FERIA SEXTA.

Quatuor Temporum.

℣. Spíritus Paráclitus, allelúja.

℟. Docébit vos ómnia, allelúja. Pater noster.

Absolutio. Ipsíus piétas.

Bñ. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio i. *Cap. 5. d*

IN illo témpore: Factum est in una diérum, & Jesus sedébat docens. Et erant Pharisæi sedéntes, & Legis doctóres, qui vénerant ex omni castéllo Galilææ & Judææ & Jerúsalem; & virtus Dómini erat ad sanándum eos. Et réliqua.

Homilía sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 5. in cap. 5. Lucæ, post initium.

NOn otiósa hujus paralytici, nec angústa medicína est, quando Dóminus & orásse præmíttitur; non útique propter suffrágium, sed propter exémplum. Imitándi enim spécimen dedit, non precándi ámbitum requisívit. Et conveniéntibus ex omni Galilæa & Judæa & Jerúsalem Legis doctóribus, inter ceterórum remédia debílium, paralytici istíus medicína descríbitur. Primum ómnium, quod ante díximus, unusquísque æger peténdæ precatóres salútis debet adhibére, per quos nostræ vitæ compágo resolúta, actuúmque nostrórum clauda vestígia, verbi cæléstis remédio reformméntur.

℟. Non vos me elegístis, sed ego elégi vos, & pósui vos:

vos; * Ut eátis, & fructum afferátis, & fructus vester máneat, allelúja, allelúja.
℣. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Ut eátis.
Bño. Divínum auxílium.

Lectio ii.

SInt igitur áliqui monitóres mentis, qui ánimum hóminis, quamvis exterióris córporis debilitáte torpéntem, ad superióra érigant. Quorum rursus adminículis & attóllere & humiliáre se fácilis ante Jesum locétur, Domínico vidéri dignus aspéctu. Humilitátem enim réspicit Dóminus: quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ. Quorum Fidem ut vidit, dixit: Homo, remittúntur tibi peccáta tua. Magnus Dóminus, qui aliórum mérito ignóscit áliis, & dum álios probat, áliis reláxat erráta. Cur apud te, o homo, collége non váleat, cum apud Deum servus & interveniéndi méritum, & jus hábeat impetrándi?
℟. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum: * Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja, allel. ℣. Omnium est enim ártifex, omnem habens virtútem, ómnia prospíciens. Et hoc quod.
Glória Patri. Et hoc quod.
Benedictio. Ad societátem.

Lectio iii.

DIsce qui júdicas, ignóscere; disce qui æger es, impetráre. Si grávium peccatórum diffidis véniam, ádhibe precatóres, ádhibe Ecclésiam, quæ pro te precétur, cujus contemplatióne, quod tibi Dóminus negáre posset, ignóscat. Et quamvis históriæ fidem non debeámus omíttere, ut vere paralytici istíus corpus credámus esse sanátum, cognósce tamen interióris hóminis sanitátem, cui peccáta donántur. Cum Judæi ásserunt peccáta a solo Deo posse concédi, Deum útique eum confiténtur: suóque judício perfidiam suam produnt, qui opus ástruunt, ut persónam negent.
Te Deum laudámus. 16.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dixit Jesus: Ut sciátis autem, quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta, ait paralytico: Tibi dico, surge; tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, allelúja.

Oratio.

DA, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus: ut Sancto Spíritu congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur. Per Dóminum nostrum. in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnificat, Antiphona.
Paráclitus autem Spíritus Sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia, & súggeret vobis ómnia, quæcúmque díxero vobis, allelúja.

SAB-

SABBATO

Quatuor Temporum.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúja.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúja. Pater noster.
Absolutio. A vínculis.
Bño. Evangélica léctio.
Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio i. *Cap. 4. g.*

IN illo témpore: Surgens Jesus de synagóga, introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis fébribus. Et réliqua.

Homilía sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 4. in cap. 4. Lucæ, sub finem.

VIde cleméntiam Dómini Salvatóris: nec indignatióne commótus, nec scélere offénsus, nec injúria violátus Judæam déserit: quin étiam immemor injúriæ, memor cleméntiæ, nunc docéndo, nunc liberándo, nunc sanándo, infidæ plebis corda demúlcet. Et bene sanctus Lucas virum ab spíritu nequítiæ liberátum ante præmísit, & subdit féminæ sanitátem. Utrúmque enim sexum Dóminus curatúrus advénerat: sed prior sanári débuit, qui prior creátus est: nec prætermítti illam, quæ nobilitáte magis ánimi, quam gravitáte peccáverat.
℟. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, & cœpérunt loqui, prout Spíritus Sanctus dabat éloqui illis: * Et convénit multitúdo dicéntium, allelúja. ℣. Loquebántur váriis linguis Apóstoli magnália Dei. Et convénit.
Bño. Divínum auxílium.

Lectio ii.

SAbbato medicínæ Domínicæ ópera cœpta significat, ut inde nova creatúra cœperit, ubi vetus creatúra ante desívit: nec sub Lege esse Dei Fílium, sed supra Legem in ipso princípio designáret; nec solvi Legem, sed impléri. Neque enim per Legem, sed verbo factus est mundus, sicut légimus: Verbo Dómini cæli firmáti sunt. Non sólvitur ergo Lex, sed implétur, ut fiat renovátio hóminis jam labéntis. Unde & Apóstolus ait: Expoliántes vos véterem hóminem, indúite novum, qui secúndum Deum creátus est.
℟. Jam non dicam vos servos, sed amícos meos: quia ómnia cognovístis, quæ operátus sum in médio vestri, allelúja: * Accípite Spíritum Sanctum in vobis Paráclitum; ille est, quem Pater mittet vobis, allelúja. ℣. Vos amíci mei estis, si fecéritis quæ ego præcípio vobis. Accípite. Glória Patri. Accípite.
Bño. Ad societátem.

Lectio iii.

ET bene sábbato cœpit, ut ipsum se osténderet creatórem, qui ópera opéribus intéxeret, & prosequerétur opus, quod ipse jam cœ-

[redacted]

cœperat; ut si domum faber renováre dispónat, non a fundaméntis, sed a culmínibus incipit sólvere vetustátem. Itaque ibi prius manum ádmovet, ubi ante desierat; deínde a minóribus íncipit, ut ad majóra pervéniat. Liberáre a dæmone & hómines, sed in verbo Dei, possunt: resurrectiónem mórtuis imperáre, Divínæ solíus est potestátis. Fortássis étiam in typo mulíeris illíus socrus Simónis & Andreæ, váriis críminum fébribus caro nostra languébat, & diversárum cupiditátum immódicis æstuábat illécebris. Nec minórem febrem amóris esse díxerim, quam calóris. Itaque illa ánimam, hæc corpus inflámmat. Febris enim nostra, avarítia est: febris nos do est: febris nost ria est: febris nostr tio est: febris nost cúndia est.

Te Deum laudámus.

Ad Benedictus, A

Cháritas Dei diffús córdibus nostris pe tántem Spíritum eju bis, allelúja.

Oratio.

MEntibus nostri sumus Dómin ritum Sanctum bení fúnde: cujus & cónditi sumus, & p tia gubernámur. Pe num nostrum in uni dem Spíritus Sancti

Post Nonam, celebr sa, terminatur tem chale.



ROPRIUM SANCTORUM.

FESTA FEBRUARII.

DIE VIII. FEBRUARII.

Festo S. Joannis de Matha Confess. Duplex.

mnia de Communi Confess non Pontificis, exceptis, quæ hic sunt propria: i & in similibus servatur de Apostolis quam de rtyribus & Virginibus, ac Virginibus nec Martyrib. aliud assignetur.

Hymno. Iste Conféssór. *utur.:* Hac die lætus méruit rémos laudis honóres.

Oratio.

Deus, qui per sanctum Joánnem Ordinem Sanlimæ Trinitátis ad rediménn de potestáte Saracenórum tívos cælitus instituére diıtus es: præsta, quæsumus; ejus suffragántibus méritis, captivitáte córporis & áni: , te adjuvánte, liberér. Per Dóminum.

primo Nocturno, in Quagef. Lectiones. Beátus vir. *Communi Confessoris non tificis.* lxxxvii.

ii. Nocturno, Lectio iv.

Joánnes de Matha Ordinis Sanctíssimæ Trinitátis renptiónis captivórum instior, Falcóne in Provincia us est, paréntibus pietáte nobilitáte conspícuis. Sturum caussa Aquas Séxtias, mox Parísios proféctus, confectóque Theologíæ currículo, Magistérii láuream adéptus, doctrínæ & virtútum splendóre enítuit. Quibus motus Parisiénsis Antístes, ad sacrum Presbyterátus órdinem præ humilitáte reluctántem promóvit, eo consílio, ut in ea civitáte cómmorans, sapiéntia & móribus studiósæ juventúti prælucéret. Cum autem in sacéllo ejúsdem Epíscopi, ipso cum áliis astánte, primum Deo sacrum offérret; cæléstí favóre méruit recreári. Nam Angelus cándida & fulgénti veste indútus, cui in péctore Crux rúbei & cærúlei colóris assúta erat, bráchiis cancellátis, & super duos captívos ad látera pósitos, Christiánum unum, álterum Maurum, exténsis, appáruit. Qua visióne in éxtasim raptus, intelléxit prótinus vir Dei, se ad rediméndos ab infidélibus captívos destinári.

℟. Honéstum fecit. lxxxiii.

Lectio v.

QUo vero maturius in re tanti moménti procéderet, in solitúdinem secéssit, ibíque divíno nutu factum est, ut Felícem Valésium in ipsa erémo jam multis annis degéntem repérerit, cum quo ínita societáte, se per triénnium in oratióne & contempla-

platióne, omniúmque virtútum stúdio exércuit. Cóntigit autem, ut dum secum de rebus divínis prope fontem colloqueréntur, cervus ad eos accésserit, Crucem inter córnua gerens, rúbei & cærúlei colóris. Cumque Felix ob rei novitátem miraréтur, narrávit ei Joánnes visiónem in prima Missa hábitam, & exínde fervéntius oratióni incumbéntes, ter in somnis admóniti, Romam proficísci decrevérunt, ut a summo Pontífice novi Ordinis pro rediméndis captívis institutiónem impetrárent. Eléctus fúerat eo témpore Innocéntius tértius, qui illis benígne accéptis, dum secum de re propósita delíberat, in festo sanctæ Agnétis secúndo, Lateráni intra Missárum solémnia ad sacræ Hóstiæ elevatiónem, Angelus ei cándida veste, Cruce bicolóri, spécie rediméntis captívos appáruit. Quo viso Póntifex Institútum approbávit, & novum Ordinem Sanctíssimæ Trinitátis redemptiónis captivórum vocári jussit, ejúsque professóribus albas vestes cum Cruce rúbei & cærúlei colóris præbuit.

℟. Amávit eum. lxxxiv.

Lectio vi.

Sic stabilíto Ordine sancti Fundatóres in Gálliam rediérunt: primóque cœnóbio Cervi Frígidi in Diœcési Meldénsi constrúcto, ad ejus régimen Felix remánsit, & Joánnes Romam cum áliquot só-

ciis revérsus est, ubi
céntius domum, Eccl
& hospitále sancti Tho
Formis in monte Cæ
donávit cum multis red
& possessiónibus. Dati
que lítteris ad Miram
regem Marróchii, opus
ptiónis felíci auspício i
tum fuit. Tum ad Hisp
sub jugo Saracenórum
ex parte oppréssas, J
proféctus est, Regúmque
cipum, atque aliórum fi
ánimos ad captivórum
perum commiseratióne
móvit. Monastéria ædi
hospitália eréxit, ma
lucro animárum plures
vos redémit. Romam
revérsus, sanctísque o
incúmbens, assíduis lab
attrítus, & morbo con
ardentíssimo Dei & p
amóre exæstuans, ad
mum devénit. Quare
bus convocátis, eísque
redemptiónis cælitus p
strátum efficáciter coh
obdormívit in Dómino
décimo Kaléndas Januá
no salútis millésimo
tésimo decimotértio
corpus in ipsa Ecclésia
Thómæ de Formis co
honóre tumulátum fui
℟. Iste homo. lxxxiv.

In tertio Nocturno,
S. Gregorii Papæ in
Sint lumbi vestri. *ut*
muni Conf. non Pontif.
Nona Lectio de Homi
ria occurrentis; & d
commemor. in Laudibus

DIE IX. FEBRUARII.

In festo S. Apolloniæ Virginis & Martyris.

Antiphona. Veni sponsa. ℣. Spécie tua.

Oratio. Deus, qui inter cætera. xcv.

Lectio tertia de Communi Virginum.

Ad Laudes, Antiph. Símile est regnum. ℣. Diffúsa. cv.

DIE X. FEBRUARII.

In festo S. Scholasticæ Virginis Duplex. Oratio.

Deus, qui ánimam beátæ Virginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecísti: da nobis ejus méritis & précibus, ita innocénter vívere, ut ad ætérna mereámur gáudia perveníre. Per Dñm.

Deinde fit commem. Feriæ.

In primo Nocturno, Lect. De Virgínibus. *ut in Communi Virginum.* xcviii.

In secundo Nocturno.

Ex libro secundo Dialogórum sancti Gregórii Papæ.

Lectio iv. *Cap.* 33.

Scholástica Venerábilis Patris Benedícti soror, omnipoténti Dómino ab ipso infántiæ témpore dedicáta, ad eum semel per annum veníre consuéverat; ad quam vir Dei non longe extra jánuam in possessióne Monastérii descendébat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum discípulis venerábilis ejus descéndit frater, qui totum diem in Dei láudibus sacrísque collóquiis ducéntes, incumbéntibus jam noctis ténebris, simul accepérunt cibum. Cúmque adhuc ad mensam sedérent, & inter sacra collóquia tardior se hora protráheret, éadem sanctimoniális fémina soror ejus eum rogávit, dicens: Quæso te, ut ista nocte me non déseras, ut usque mane de cæléstis vitæ gáudiis loquámur. Cui ille respóndit: Quid est quod lóqueris, soror? manére extra cellam nullátenus possum. Tanta vero erat cæli sérénitas, ut nulla in áere nubes apparéret. Sanctimoniális autem fémina, cum verba fratris negántis audivísset, insértis dígitis manus super mensam pósuit, & caput in mánibus omnipoténtem Dóminum rogatúra declinávit. Cumque leváret de mensa caput, tanta coruscatiónis, & tonítrui virtus, tántaque inundátio plúviæ erúpit, ut neque venerábilis Benedíctus, neque fratres, qui cum eo áderant, extra loci limen, quo consséderant, pedem movére potúerint.

℟. Propter veritátem. ci.

Lectio v.

Sanctimoniális quippe fémina caput in mánibus declinans, lacrymárum flúvium in mensam fúderat, per quas serenitátem áeris ad plúviam traxit. Nec paullo tárdius post oratiónem inundátio illa secúta est: sed tanta fuit conveniéntia oratiónis & inundatiónis, ut de mensa caput jam

Incipit Epístola prima beáti Petri Apóstoli.

Lectio i. *Cap.* 1.

PEtrus Apóstolus Jesu Christi eléctis ádvenis dispersiónis Ponti, Galátiæ, Cappadóciæ, Asiæ & Bithyniæ, secúndum præsciéntiam Dei Patris, in sanctificatiónem Spíritus, in obediéntiam & aspersiónem Sánguinis Jesu Christi: grátia vobis & pax multiplicétur. Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in hæreditátem incorruptíbilem, & incontaminátam & immarcescíbilem, conservátam in cælis in vobis, qui in virtúte Dei custodímini per fidem in salútem, parátam revelári in témpore novíssimo.

℟. Simon Petre, ántequam de navi vocárem te, novi te, & super plebem meam príncipem te constítui, * Et claves regni cælórum trádidi tibi. ℣. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis: & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis. Et claves.

Lectio ii.

IN quo exultábitis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatiónibus: ut probátio vestræ fidei multo pretiósior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem & glóriam & honórem, in revelatióne Jesu Christi: quem cum non vidéritis, dilígitis, in quem nunc quoque non vidéntes créditis, credéntes autem exultábitis lætítia inenarrábili & glorificáta, reportántes finem fidei vestræ, salútem animárum.

℟. Si díligis me, Simon Petre, pasce oves meas: Dómine, tu nosti quia amo te, * Et ánimam meam ponam pro te. ℣. Si oportúerit me mori tecum, non te negábo. Et ánimam.

Lectio iii.

DE qua salúte exquisiérunt, atque scrutáti sunt Prophétæ, qui de futúra in vobis grátia prophetavérunt: scrutántes in quod vel quale tempus significáret in eis Spíritus Christi: prænúntians eas, quæ in Christo sunt, passiónes & posterióres glórias: quibus revelátum est, quia non sibimetípsis, vobis autem ministrábant ea, quæ nunc nuntiáta sunt vobis per eos, qui evangelizavérunt vobis, Spíritu sancto misso de cælo, in quem desíderant Angeli prospícere.

℟. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, & portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam: * Et tibi dabo claves regni cælórum. ℣. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis; & quodcúmque sól-

[redacted]

VIII. FEBRUARII .
mundis Episcopi & Martyris ..
... Iste sanctus.
la & honóre. xxiii.
Infirmitátem.
udibus , Antiphona .
it. ℣. Justus. xxxii.
XXII. FEBRUARII .
thedra sancti Petri Antiochiæ .
Duplex majus .
speras , Antiphona , & Capitul. dicuntur muni Confess. Pontif. imis Vesperis .

Hymnus .

lcúmque in orbe né-
ibus revínxeris ,
vínctum , Petre , in
síderum :
d resólvit hic poté-
rádita ,
lútum cæli in alto
ce ,
Mundi judicábis sæ-
n .
eréńne sit per ævum
a ,
· laudes concinámus
tas ,
Nate , sit supérne
tus
tibi decúsque : san-
igiter
r omne Trínitas per
um . Amen .
s Petrus . ℟. Et su-
c petram ædificábo
a meam .
gnificat , Antiphona .
stor óvium , princeps
rum , tibi tráditæ sunt
gni cælórum .

Oratio .

DEus , qui beáto Petro Apóstolo tuo , collátis clávibus regni cæléstis , ligándi atque solvéndi Pontifícium tradidísti : concéde ; ut intercessiónis ejus auxílio , a peccatórum nostrórum néxibus liberémur : Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Deinde fit commem. S. Pauli , ante alias quascumque commemorationes etiam Festi duplicis , aut Dominicæ . Quod etiam servatur in commemor. sancti Petri , quæ fit in festo sancti Pauli , Antiphona . Sancte Paule Apóstole , prædicátor veritátis & Doctor Géntium , intercéde pro nobis ad Deum , qui te elégit . ℣. Tu es vas electiónis , sancte Paule Apóstole . ℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo . *Oratio .*

DEus , qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : da nobis , quæsumus ; ut cujus commemoratiónem cólimus , ejus apud te patrocínia sentiámus .

Deinde de Feria occurr.

Ad Matutinum , Invitator. Tu es Pastor óvium , Princeps Apostolórum : * Tibi trádidit Deus claves regni cælórum .

Psalm. Veníte , exultémus . 2.

Hymn. Quodcúmque. *ut supr.*

In primo Nocturno , Antiph. Beátus vir. *cum aliis Antiph. Psalmis & ℣. de Communi Confessoris Pontif.* lxi.

[redacted]

Homilía S. Leónis Papæ.

Serm. 3. in anniverf. Assumpt. suæ post initium.

Apóstolos Dóminus, quid de se hómines opinéntur, intérrogat, & támdiu sermo respondéntium commúnis est, quámdiu humánæ intelligéntiæ ambigúitas explicátur. At ubi quid hábeat sensus discipulórum exígitur, primus est in Dómini confessióne, qui primus est in Apostólica dignitáte. Qui cum dixísset: Tu es Christus Fílius Dei vivi; respóndit ei Jesus: Beátus es Simon Bar-Jóna, quia caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Idest, ídeo beátus es, quia Pater meus te dócuit, nec terréna opínio te feféllit, sed inspirátio cæléstis instrúxit: & non caro & sanguis, sed ille me tibi, cujus sum unigénitus Fílius, indicávit.

℟. Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? dixit Jesus discípulis suis. Respóndens Petrus, dixit: Tu es Christus Fílius Dei vivi: * Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. ℣. Beátus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis. Et ego.

Lectio viii.

Et ego, inquit, dico tibi, hoc est, sicut Pater meus tibi manifestávit divinitátem meam, ita & ego tibi notam fácio excelléntiam tuam: quia

tu es Petrus: idest,
sim inviolábilis petr
pis anguláris, qui f
que unum, ego fund
præter quod nemo p
pónere: tamen tu q
tra es, quia mea vi
dáris, ut quæ mihi
sunt própria, sint t
participatióne com
super hanc petram
Ecclésiam meam, &
feri non prævalébu
sum eam. Super ha
fortitúdinem ætérnu
templum: & Ecclési
lo inferénda sublími
jus fidei firmitáte c

℟. Elégit te Dómi
dótem sibi, ad sac
ei, * Hóstiam láud
℣. Immola Deo
laudis, & redde
vota tua. Hóstiam.
Glória Patri. Hósti

Nona Lectio erit
Feriæ occurrentis,
memor. de ea.

Ad Laudes, Ant
Capitul. dicuntur d
Confessor. Pontif.

Hymnus.

Beáte Pastor P
mens áccipe
Voces precántum
númque víncul
Verbo resólve, c
trádita,
Aperire terris cæl
tum cláudere.
Sit Trinitáti semp
ria,
Honor, potéstas,
bilátio,

[redacted]

... quæ gubérnat
...
... æternitátis fu-
...
... eum in Ecclésia
... Et in cáthedra
laudent eum.
... Antiphona.
... que ligáveris super
erit ligátum & in
quodcúmque sólve-
terram, erit solú-
... cælis, dicit Dó-
... óni Petro.

Oratio.

..., qui beáto Petro
... stolo tuo, collátis
regni cæléstis, li-
... ue solvéndi ponti-
... didísti: concéde, ut
... nis ejus auxílio, a
... m nostrórum néxi-
... mur. Qui vivis.
... commem. S. Pau-
... rà. 411.
... occurrentis.
... omnia dicuntur de
Confess. Pontif. præ-
... nem.
... Antiphona, Psalmi
... ut in ii. Vesp. de
Confess. Pontific.
... te Dóminus Sacer-
... ℟. Ad sacrificán-
... óstiam laudis.
... ificat, Antiphona.
... summus Póntifex,
... on métuit, sed ad
... egna gloriósus mi-
Oratio. Deus, qui
... ro. *ut suprà.*
... commem. S. Pauli
in i. Vesper. 411.
... Feria occurr.

DIE XXIII. *vel* XXIV.

Februarii anno Bissextili.

In Vigilia S. Mathiæ Apostol.
In Quadragesima nihil fit de Vigilia, nisi in Missa.

DIE XXIV. *vel* XXV.

Februarii anno Bissextili.

In festo S. Mathiæ Apostoli.

Duplex ii. Classis.

Oratio.

DEus, qui beátum Ma-
thíam Apostolórum nú-
rum collégio sociásti: tribue,
quæsumus; ut ejus interven-
tióne, tuæ circa nos pietátis
semper víscera sentiámus.
Per Dóminum nostrum.

Deinde fit commem. Feriæ.

In primo Nocturno.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. *Cap. 1.*

IN diébus illis: exúrgens Pe-
trus in médio fratrum di-
xit: (erat autem turba hómi-
num simul fere centum vigín-
ti;) Viri fratres, opórtet im-
pléri Scriptúram, quam præ-
dixit Spíritus Sanctus per os
David de Juda, qui fuit dux
eórum, qui comprehendérunt
Jesum: qui connumerátus erat
in nobis, & sortítus est sor-
tem minìstérii hujus. Et hic
quidem possédit agrum de
mercéde iniquitátis, & sus-
pénsus crépuit médius, & dif-
fúsa sunt ómnia víscera ejus.
℟. Ecce ego mitto. ℣.

Lectio ii.

ET notum factum est om-
nibus habitántibus Jerú-
salem, ita ut appellarétur ager
ille, lingua eórum Hacéldama,
hoc est, Ager Sánguinis.

Scriptum est enim in libro Psalmórum: Fiat commorátio eórum desérta, & non sit qui inhábitet in ea; & Episcopátum ejus accípiat alter. Opórtet ergo ex his viris, qui nobíscum sunt congregáti in omni témpore, quo intrávit & exívit inter nos Dóminus Jesus, incípiens a baptísmate Joánnis, usque in diem, qua assúmptus est a nobis, testem resurrectiónis ejus nobíscum fieri unum ex istis.

℞. Tóllite jugum meum. vi.

Lectio iii.

ET statuérunt duos, Joseph, qui vocabátur Bársabas, qui cognominátus est Justus, & Matthíam. Et orántes dixérunt: Tu Dómine, qui corda nosti ómnium, osténde quem elégeris, ex his duóbus unum, accípere locum ministérii hujus & Apostolátus, de quo prævaricátus est Judas, ut abíret in locum suum. Et dedérunt sortem eis: & cécidit sors super Matthíam, & annumerátus est cum úndecim Apóstolis. Dum stetéritis. vi.

In ii. Noctur. Lect. de Expositione S. Augustini Episcopi.

Fundaménta ejus in móntibus sanctis. *ut in Communi Apostolorum.* xv.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 11. *d.*

IN illo témpore: Respóndens Jesus dixit: Confíteor tibi Pater, Dómine cæli & terræ; quia abscondísti hæc a sapiéntibus, & prudéntibus, & revelásti ea párvulis. Et réliqua.

Homilía S. Augustíni Epísc. *Ser.* 10. *de Verbis Domini.*

VEníte ad me omnes, qui laborátis. Quare enim omnes laborámus, nisi quia sumus hómines mortáles, frágiles, infirmi, lutea vasa portántes, quæ fáciunt ínvicem angústias? Sed si angustiántur vasa carnis, dilaténtur spátia charitátis. Quid ergo dicit: Veníte ad me omnes, qui laborátis, nisi ut non laborétis? Dénique promíssio ejus in promptu est, quóniam laborántes vocávit. Quærent forte, qua mercéde vocáti sunt. Et ego vos, inquit, refíciam. Tóllite jugum meum super vos, & díscite a me, non mundum fabricáre, non cuncta visibília & invisibília creáre, non in ipso mundo mirabília fácere, & mórtuos suscitáre, sed, Quóniam mitis sum & húmilis corde.

℞. Isti sunt. xi.

Lectio viii.

MAgnus esse vis? a mínimo íncipe. Cógitas magnam fábricam constrúere celsitúdinis? de fundaménto prius cógita humilitátis. Et quantam quisque vult & dispónit superimpónere molem ædifícii, quanto erit majus ædifícium, tanto áltius fodit fundaméntum. Et fábrica, quidem cum constrúitur, in supérna consúrgit; qui autem fodit fundaméntum, ad ima de-

[redacted]

ur. Ergo & fábrica
situdinem humiliátur,
gium post humiliatió-
gitur.
sunt viri sancti. xi.
Lectio legitur de Ho-
feria occurrentis, &
t commemor.
udes & alias Horas,
le Communi Apostolor.

STA MARTII.

IV. MARTII.

S. Casimiri Confessor.
sidupl. *Oratio.*
s, qui inter regáles
lícias & mundi illé-
, sanctum Casimirum
constántiæ roborásti:
us: ut ejus intercef-
léles tui terréna def-
, & ad cæléstia semper
. Per Dóminum.
fit commem. Feria.
sancti Lucii Papæ &
Antiph. Iste sanctus
ia & honóre. xxiii.
Deus, qui nos beá-
. xxiii.
in Noct. in Quadrages.
. Justus si morte
pátus. *de Communi*
non Pontificis. lxxx.
secundo Nocturno.
Lectio iv.
mírus, patre Casimíro,
tre Elisabétha Austría-
óniæ régibus ortus, a
sub óptimis magístris,
& bonis ártibus instrú-
uveníles artus áspero
cilício & assíduis ex-
jejúniis. Régia spre-
nollítie, dura cubábat

humo, & clam intempésta nó-
cte præ fóribus templórum
pronus in terra divínam exo-
rábat cleméntiam. In Christi
contemplánda passióne assí-
duus, Missárum sollémniis
ádeo erécta in Deum mente
solébat adésse, ut extra se ra-
pi viderétur.
℟. Honéstum fecit. lxxxiii.

Lectio v.

Cathólicam promovére fi-
dem summópere stúduit;
& Ruthenórum schísma abolé-
re: quaprópter Casimírum pa-
trem indúxit, ut legem fer-
ret, ne schismátici nova tem-
pla constrúerent, nec vétera
collabéntia restauráren. Erga
páuperes, & calamitátibus
oppréssos benéficus, & misé-
ricors, Patris & defensóris
egenórum nomen obtínuit.
Virginitátem, quam ab incu-
nábulis servávit illæsam, sub
extrémo vitæ término fórti-
ter asséruit, dum gravi pres-
sus infirmitáte, mori pótius,
quam castitátis jactúram ex
medicórum consílio subíre,
constánter decrévit.
℟. Amávit eum. lxxxiii.

Lectio vi.

Consummátus in brevi,
virtútibus, & méritis
plenus, prænunciáto mortis
die, inter sacerdótum & re-
ligiosórum choros spíritum
Deo réddidit, anno ætátis vi-
gésimo quinto. Corpus Vil-
nam delátum multis claret
miráculis. Etenim, prætér-
quam quod puélla defúncta
vitam, cæci visum, claudi

 gres-

gressum, & várii infirmi sanitátem ad ejus sepúlcrum recuperárunt; Lithuánis exiguo número ad potentíssimi hostis inesperátam irruptiónem trepidántibus in aere appárens, insignem tríbuit victóriam. Quibus permótus Leo décimus, eúmdem Sanctórum catálogo adscripsit.

℟. Iste homo. lxxxiv.

In tertio Nocturno, Homilia Sint lumbi. *de Communi Confessor. non Pontif.* lxxxv.

Nona Lectio de Homilia Feria occurrentis: & de ea fit commem. in Laudibus.

Postea de sancto Lucio, Ant. Qui odit ánimam. ℣. Justus. *Oratio.* Deus, qui nos beáti Lúcii. xxxiii.

DIE VII. MARTII.

In festo S. Thomæ de Aquino Confess. & Ecclesiæ Doct.

Duplex.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Antiphona. O Doctor óptime. lxxiv.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ Confessóris tui mira eruditióne clarificas, & sancta operatióne fœcúndas: da nobis, quæsumus, & quæ dócuit intelléctu conspícere, & quæ egit imitatióne complére. Per Dñm.

Deinde fit commem. Feriæ.

Postea SS. Martyrum Perpetuæ & Felicitatis.

In Vesp. & Laudibus, Añа. Istárum est enim Regnum cælórum, quæ contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

℣. Glória & honóre coronásti eas Dómine. ℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum mártyrum tuárum Perpétuæ & Felicitátis palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones. Sapiéntiam ómnium antiquórum. *ut in Communi Doctorum.* lxxiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

THomas, Landúlpho Cómite Aquináte & Theodóra Neapolitána, nobílibus paréntibus natus, quintum annum agens, mónachis sancti Benedícti Cassinátibus custodiéndus tráditur. Inde Neápolim studiórum caussa missus, jam adoléscens Fratrum Prædicatórum Ordinem suscépit. Sed matre ac frátribus id indigne feréntibus, Lutétiam Parisiórum míttitur. Quem fratres in itínere per vim raptum, in arcem castri sancti Joánnis perdúcunt: ubi várie exagitátur, ut sanctum propósitum mutáret; mulíerem étiam, quæ ad labefactándam ejus constántiam introdúcta fúerat, titióne fugávit. Mox beátus júvenis flexis génibus

nibus ante signum Crucis orans, ibique somno corréptus, per quiétem sentíre visus est, sibi ab Angelis constríngi lumbos: quo ex témpore, omni póstea libídinis sensu cáruit, soróribus, quæ, ut eum a pio consílio removérent, in castrum vénerant, persuásit, ut contémptis curis sæculáribus, ad exercitatiónem cæléstis vitæ se conférrent.

℟. Honéstum fecit. lxxxiii.

Lectio v.

EMissus e castro per fenéstram, Neápolim redúcitur: inde Romam, póstea Parísium a fratre Joánne Theutónico, Ordinis Prædicatórum, Generáli Magístro ductus, Albérto Magno doctóre, Philosophíæ ac Theologíæ óperam dedit; vigintiquínque annos natus, magíster est appellátus, publicéque Philósophos ac Theólogos summa cum laude est interpretátus. Nunquam se lectióni aut scriptióni dedit nisi post oratiónem. In difficultátibus locórum sacræ Scriptúræ, ad oratiónem jejúnium adhibébat. Quin étiam sodáli suo fratri Regináldo dícere solébat, quidquid sciret, non tam stúdio aut labóre suo peperisse, quam divínitus tráditum accepísse. Neápoli, cum ad imáginem Crucifixi veheméntius oráret, hanc vocem audívit: Bene scripsísti de me Thoma: quam ergo mercédem accípies? Cui ille: Non áliam Dómine, nisi teípsum.

℟. Amávit eum. lxxxii.

Lectio vi.

NUllum fuit scriptórum genus, in quibus non esset diligentíssime versátus. Collatiónes Patrum assídue pervolutábat, nec tamen a prædicatióne Divíni verbi desistébat. Quod cum fáceret per Octávam Paschæ in Basílica sancti Petri, mulíerem, quæ ejus fimbriam tetígerat, a fluxu sánguinis liberávit. Scripta ejus, & multitúdine, & varietáte, & facilitáte explicándi res difficiles, ádeo excéllunt, ut ob eam caussam étiam nomen Doctóris Angélici jure sit adéptus. Ab Urbáno quarto Romam vocátus, addúci non pótuit, ut honóres accíperet. Archiepiscopátum Neapolitánum étiam deferénte Cleménte quarto Pontífice recusávit. Missus a Gregório décimo ad Concílium Lugdunénse, in Monastério Fossæ novæ in morbum íncidit, ubi ægrótus Cántica Canticórum explanávit. Ibidem óbiit quinquagenárius anno salútis millésimo ducentésimo septuagésimo quarto, nonis Martii: Miráculis & vivus & mórtuus flóruit. A Joánne vigésimo secúndo in Sanctórum númerum relátus est anno millésimo trecentésimo vigésimo tértio: cujus corpus póstea Urbáno quinto summo Pontífice Tolósam translátum est.

℟. Iste homo. lxxxiv.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangel. Vos estis. *ut in Communi Doctor.* lxxxvi.

Nona Lectio de Homilia Feriæ occurrentis.

In Laudib. fit commem. Feriæ, & Sanctarum, ut supr. 418.

Vesp. à Capitul. de seq. cum commem. præced. & Feriæ.

DIE VIII. MARTII.

In festo sancti Joannis de Deo Confessoris. Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Joánnem, tuo amóre succénsum, inter flammas innóxium incédere fecísti, & per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti; præsta, ipsius suffragántibus méritis, ut igne charitátis tuæ vítia nostra curéntur, & remédia nobis ætérna provéniant. Per Dñm.

Deinde fit commemor. sancti Thomæ.

Postea Feriæ occurr.

In primo Noctur. Lect. Beátus vir. *de Communi Confess. non Pontif. ii. loco.* lxxxviii.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

JOánnes de Deo, ex Cathólicis piísque paréntibus in óppido Montis Majóris junióris Regni Lusitániæ natus, quam sublímiter in sortem Dómini fúerit eléctus, insuétus splendor super ejus domo refúlgens, sonitúsque æris campáni sponte emíssus, ab ipso ejus nativitátis témpore, non obscúre prænuntiárunt. A laxióri vivéndi ratióne, divína operánte virtúte, revocátus, magnæ sanctitátis exhibére spécimen cœpit, & ob audítam prædicatiónem verbi Dei, sic ad melióra se excitátun ut jam ab ipso sanctió tæ rudiménto consum áliquid, perfectúmqu sit attigísse. Bonis ó in páuperes carcéribus sos erogátis, admirábi niténtiæ, suíque ipsíı témptus cuncto pópu ctáculum factus, a ple ceu demens, gráviter a in cárcerem améntibu nátum conjícitur. A nes cælésti Charitáte m cénsus, gémino atque valetudinário ex pióru mósynis in civitáte ténsi extrúcto, jactóqı Ordinis fundaménto, siam nova prole fœcı Fratrum Hospitalitátis mis præcláro animárı porúmque proféctu in tium, & longe laté Orbem diffusórum.

℟. Honéstum fecit. l

Lectio v.

PAupéribus ægrótis própriis quandóq meris domum deferéba la re ad ánimæ corpori lútem proficua deérat quoque extra nosocóm ritáte, indigéntibus bus víduis, & præcípı nibus periclitántibus c ménta subministrábat, que indeféssam adhibé carnis concupiscéntiar ximis hujúsmodi vítı nátis extermináret. (tem máximum in regic ténsi valetudinário e fuísset incéndium,

[redacted]

prosilit in ignem, ... currens, quousque ... firmos humeris ex... um lectulos e fené... tos ab igne vindi... mídiam horam in... , jam in imménsum ... es, versátus, exín... s incólumis, uni... bus admirántibus, ... chola caritátis édo... rem in eum fuisse ... foris ússerat, quam ... ccénderat.

... eum. lxxxiii.

Lectio vi.

... plici asperitátum gé... :, demissíssima óbe... trema paupertáte, ... io, rerum Diviná... mplatióne, ac in ... rginem pietáte mi... lluit, & lacrymá... enituit. Dénique ... o corréptus, ómni... iæ Sacraméntis rite ... eféctus, víribus li... us, própriis indú... e léctulo surgens, ... itus in génua, ma... le Christum Dómi... ce pendéntem per... octávo Idus Mártii ... ésimo quingentési... agésimo óbiit in os... ni, quem étiam mór... t, nec dimísit & in ... poris constitutióne ... r horas, quoúsque ... tus fuísset, tota ci... ectánte, mirabíliter ... , odórem mire fra... ffúndens. Quem an... bitú plúrimis mirá... culis clarum, Alexánder octávus Póntifex Máximus in Sanctórum númerum rétulit.

℟. Iste homo. lxxxiv.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 22. c*

IN illo témpore: Accessérunt ad Jesum Pharisæi: & interrogávit eum unus ex eis Legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandátum magnum in Lege? Et réliqua.

Homilía sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 72. in Matth.

SAdducæis confúsis, Pharisæi rursus aggrediúntur, cumque quiéscere oportéret, decertáre voluérunt; & Legis perítiam profiténtem præmíttunt, non díscere, sed tentáre cupiéntes, ac ita intérrogant: Quodnam primum mandátum in Lege sit. Nam cum primum illud sit, Díliges Dóminum Deum tuum: putántes caussas sibi allatúrum ad mandátum hoc corrigéndum, áliquid addéndo, quóniam Deum se faciébat, hoc modo intérrogant: Quid igitur Christus? Ut ostendat idcírco ad hæc eos venísse, quia nulla in eis esset cáritas, sed invídiæ livóre tabéscerent: Díliges, inquit, Dóminum Deum tuum: hoc primum & magnum mandátum est. Secúndum autem símile est huic: Díliges próximum tuum sicut teípsum.

℟. Iste est qui ante. lxxxvi.

Le-

[redacted]

Lectio viii.

QUamóbrem símile est huic ; quóniam hoc illud indúcit, & ab illo rursus munítur. Quicúmque enim male agit, ódio habet lucem, & non venit ad lucem. Et rursus: Dixit insípiens in corde suo: Non est Deus. Deinde séquitur: Corrúpti sunt, & abomінábiles facti sunt in stúdiis suis. Et íterum: Radix ómnium malórum avarítia est quam quidam appeténtes, erravérunt a Fide. Et, Qui díligit me, mandáta mea servábit: quorum caput & radix est, Díliges Dóminum Deum tuum, & próximum tuum sicut teípsum.

℟. Sint lumbi vestri. lxxxvi.

Nona Lectio dicitur de Homilia Feriæ occurrentis, & de ea fit commemor.

Vesp. a Capitul. de seq. cum commem. præced. & Feriæ.

DIE IX. MARTII.

In festo S. Franciscæ Viduæ Romanæ. Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátam Francíscam fámulam tuam inter cétera grátiæ tuæ dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti; concéde, quǽsumus; ut intercessiónis ejus auxílio, Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dñm.

Deinde fit commemor. sancti Joannis de Deo.

Postea Feriæ occurrentis.

In primo Noct. in Quadrages. Lect. Muliérem fortem. *ut in Communi non Virginum. cx.*

In ii. Nocturno. Lectio iv.

FRancísca nóbilis Matróna Romána ab ineúnte ætáte illústria dedit virtútum exémpla; étenim pueríles ludos, & illécebras Mundi réspuens, solitúdine & oratióne magnópere delectabátur. Undecim annos nata, virginitátem suam Deo consecráre, & monastérium íngredi propósuit. Paréntum tamen voluntáti humíliter obtémperans, Lauréntio de Pontiánis júveni æque díviti ac nóbili nupsit. In matrimónio arctióris vitæ propósitum, quantum lícuit, semper rétinuit: a spectáculis, convíviis, aliísque hujúsmodi oblectaméntis abhórrens, lánea ac vulgári veste utens, & quidquid a domésticis curis supérerat témporis, oratióni, aut proximórum utilitáti tríbuens; in id vero máxima sollicitúdine incúmbens, ut Matrónas Románas a pompis Sǽculi, & ornátus vanitáte revocáret. Quapropter Domum Oblatárum, sub Regula sancti Benedícti, Congregatiónis Montis Olivéti adhuc viro alligáta, in Urbe instítuit. Viri exsílium, bonórum jactúram, ac univérsæ domus mœrórem non modo constantíssime tolerávit, sed grátias agens cum beáto Job illud frequénter usurpábat; Dóminus dedit, Dóminus ábstulit: sit nomen Dómini benedíctum.

℟. Propter veritátem. cxl.

Lectio v.

VIro defúncto ad prædíctam Oblatárum Domum convo-

olans, nudis pédibus, fune
d collum alligáto, humi pro-
ráta, suáfis cum lácrymis
árum número adscríbi sup-
líciter postulávit: voti com-
iós facta, licet esset ómnium
later, non álio tamen quam
ncillæ, vilissimæque féminæ,
& immundítiæ vásculi título
gloriabátur. Quam vilem sui
æstimatiónem, & verbo de-
clarávit, & exémplo: sæpe
enim e suburbána vínea revér-
tens, & lignórum fascem pró-
prio cápiti impósitum défe-
rens, vel eísdem onústum agens
per Urbem asélium, paupéri-
bus subveniébat, in quos étiam
largas eleemósynas erogábat:
ægrotantésque in Xenodochíis
visitans, non corporáli tan-
tum cibo, sed salutáribus mó-
nitis recreábat. Corpus suum
vigíliis, jejúniis, cilício, fér-
reo cíngulo, crebríssque fla-
géllis in servitútem redígere
jugiter satagébat. Cibum illi
semel in die herbæ & legú-
mina, aqua potum præbuit.
Hos tamen córporis cruciátus,
aliquándo Confessárii mandá-
to, a cujus ore nutúque pen-
débat, módice temperávit.

℞. Dilexísti justítiam. cxii.

Lectio vi.

Divína mystéria, præsér-
tim vero Christi Dómi-
ni passiónem, tanto mentis
ardóre, tantáque lacrymárum
vi contemplabátur, ut præ
dolóris magnitúdine pene cón-
fici viderétur. Sæpe étiam
cum oráret, máxime sumpto
sanctíssimæ Eucharístiæ Sacra-
ménto, spíritu in Deum ele-
váta, ac cæléstium contem-
platióne rapta immobílis per-
manébat. Quapropter humáni
géneris hostis váriis eam con-
tuméliis, ac verbéribus a pro-
pósito dimovére conabátur:
quem tamen illa impertérrita
semper elúsit, Angeli præsér-
tim præsídio, cujus familiá-
ri consuetúdine gloriósum de
eo triúmphum reportávit.
Grátia curatiónum, & pro-
phetíæ dono enítuit, quo &
futúra prædíxit, & córdium
secréta penetrávit. Non se-
mel aquæ vel per rivum de-
curréntes, vel e cælo labéntes
intáctam prorsus, dum Deo
vacáret, reliquérunt. Módi-
ca panis fragménta, quæ vix
tribus Soróribus reficiéndis
suíssent satis, sic ejus préci-
bus Dóminus multiplicávit,
ut quíndecim inde exsaturátis,
tantum superfúerit, ut caní-
strum impléverit: & aliquán-
do earúmdem Sorórum, extra
Urbem Mense Januário ligna
parántium, sitim recéntis uvæ
racémis ex vite in árbore pen-
déntibus mirabíliter obténtis
abúnde expléverit. Dénique
méritis, & miráculis clara,
migrávit ad Dóminum anno
ætátis suæ quinquagésimo sex-
to, quam Paulus quintus Pon-
tifex Máximus in Sanctórum
númerum rétulit.

℞. Fallax grátia. cxii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. Símile est regnum cælórum thesáuro. *de Communi nec Virg. nec Mart.* cxii.

Nona Lectio de Homilia Feria occurr. & de ea fit commemor.

In ii. Vesper. fit commemor. SS. Quadraginta Martyrum & Feria occurr.

DIE X. MARTII.

In festo SS. Quadraginta Martyrum. Semidupl.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui gloriósos mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus: pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Postea fit commem. Feriæ.

In primo Noct. Lect. Fratres debitóres sumus. *de Communi plurimor. Martyr.* xlix.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

LIcínio Imperatóre, & Agricoláo Præside, ad Sebásten Arméniæ urbem, quadragínta mílitum fides in Jesum Christum, & fortitúdo in cruciátibus perferéndis enítuit. Qui sæpius in horríbilem cárcerem detrúsi, vinculísque constrícti, cum ora ipsórum lapídibus contúsa fuíssent, hiemis tempore frigidíssimo nudi sub apérto áere supra stagnum rigens pernoctáre jussi sunt, ut frigore congeláti necaréntur. Una autem erat ómnium orátio: quadragínta in stádium ingréssi sumus, quadragínta item, Dómine, corónа donémur, ne una quidem huic número desit. Est in honóre hic númerus, quem tu quadragínta diérum jejúnio decorásti, per quem d lex ingréssa est in orbem rárum. Elías quadragínt rum jejúnio Deum quæ ejus visiónem consecútu Et hæc quidem illórum orátio.

℟. Sancti tui. ll.

Lectio v.

CEteris autem custó somno déditis, soli gilábat jánitor, qui & orántes, & luce cir fúsos, & quosdam e cæl scendéntes Angelos tam a Rege missos, qui co trigínta novem milítibu stribúerent, íntuens, it cum loquebátur: Qu gínta hi sunt; quadrag corónа ubi est? Quæ dum gitáret, unus ex illo n ro, cui ánimus ad frigu réndum defécerat, in p mum tepefáctum báli desíliens, Sanctos illos mo dolóre affécit. V Deus illórum preces fi esse non est passus; nar evéntum admirátus ján mox custódibus e somn citátis, detractísque sib stibus, ac se Christi esse clara voce prof Martyribus se adjúnxit. vero Præsidis satéllites tórem quoque Christi esse cognovíssent, b comminúta ómnium e crura fregérunt.

℟. Vérbera carníficum.

Lectio vi.

IN eo supplício mórtu omnes, præter Mel ne

nem, natu minimum. Quem :um præsens mater ejus, fra:tis crúribus adhuc vivéntem vidíffet, fic cohortáta eft: Fili, paulísper sústine: ecce Chriftus ad jánuam ftat ádjuvans te. Cum vero reliquórum córpora pláuftris impóni cérneret, ut in rogum inferréntur, ac filium fuum relínqui, quod fperáret impia turba, púerum fi vixíffet, ad idolórum cultum revocári poffe, ipfo in húmeros fubláto, fancta mater vehícula Mártyrum corpóribus onúfta ftrénuè profequebátur: in cujus ampléxu Mélithon fpíritum Deo réddidit, ejúfque corpus in eúmdem illum ceterórum Mártyrum rogum pia mater injécit: ut qui fide & virtúte conjunctíffimi fúerant, fúneris étiam focietáte copuláti,una in cælum pervenírent. Combúftis illis, eórum Relíquiæ projéctæ in profluéntem, :um mirabíliter in unum confluxíffent locum, falvæ & íntegræ repértæ, honorífico fepúlcro cónditæ funt.

℟. Tamquam áurum. lii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangel. Defcéndens Jefus de monte. *de Communi plurimorum Martyrum, fecundo loco.* lvi.

Nona Lectio dicitur de Homilia Feria occurr.

DIE XII. MARTII.

In festo fancti Gregorii Papæ Confess. & Eccles. Doctor.

Duplex.

Ad Magnificat in utrifque Vefperis, Antiphona. O Doctor óptime. lxxiv.

Oratio.

DEus, qui ánimæ fámuli tui Gregórii ætérnæ beatitúdinis præmia contulífti: concéde propítius, ut qui peccatórum noftrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus fublevémur. Per Dóminum noftrum.

Et fit commem. Feriæ.

In primo Nocturno, Lection. Sapiéntiam ómnium. *de Communi Doctorum.* lxxiv.

In ii. Nocturno, Lectio iv.

GRegórius Magnus, Románus, Gordiáni Senatóris filius, adoléfcens Philofophíæ óperam dedit, & Prætório officio functus, patre mórtuo, fex Monaftéria in Sicília ædificávit, Romæ féptimum fancti Andreæ nómine in fuis ædibus prope Basílicam fanctórum Joánnis & Pauli ad clívium Scáuri: ubi Hilarióne ac Maximiáno Magíftris, mónachi vitam proféffus, póftea Abbas fuit. Mox Diáconus Cardinális creátus, Conftantinópolim a Pelágio Pontífice ad Tibérium Conftantínum Imperatórem Legátus míttitur: apud quem memorábile étiam illud efféci, quod Eutychium Patriárcham, qui fcrípferat contra veram ac tractábilem córporum refurrectiónem, ita convícit, ut ejus librum Imperátor in ignem injíceret. Quare Eutychius paullo poft cum in morbum incidíffet, inftánte

te morte, pellem manus suæ tenébat multis præséntibus, dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgémus.
℟. Invéni David. lxxv.

Lectio v.

Romam rédiens, Pelágio pestiléntia subláto, summo ómnium consénsu Póntifex elígitur, quem honórem ne accíperet, quámdiu pótuit, recusávit. Nam aliéno vestítu in spelúnca delítuit: ubi deprehénsus indício ígneæ colúmnæ, ad sanctum Petrum consecrátur. In Pontificátu: multa succefsóribus doctrínæ ac sanctitátis exémpla relíquit. Peregrínos quotídie ad mensam adhibébat; in quibus & Angelum, & Dóminum Angelórum peregríni fácie accépit. Páuperes & urbános & extérnos, quorum númerum descríptum habébat, benígne sustentábat. Cathólicam Fidem multis locis labefactátam restítuit. Nam Donatístas in Africa, Ariános in Hispánia représsit, Agnoítas Alexandría ejécit. Pállium Syágrio Augustodunénsi Epíscopo dare nóluit, nisi Neóphytos hæréticos expélleret ex Gállia. Gothos hæresim Ariánam relínquere coégit. Missis in Británniam doctis & sanctis viris Augustíno & áliis mónachis, ínsulam ad Jesu Christi Fidem convértit, vere a Beda Presbytero, Angliæ vocátus Apóstolus. Joánnis Patriárchæ Constantinopolitáni audáciam fregit, qui sibi universális Ecclésiæ Epíscopi nomen arrogábat, Mauríttium Imperatórem, eos qui mílites fuíssent, mónachos fieri prohibéntem, a senténtia detérruit.
℟. Pósui adjutórium. lxxv.

Lectio vi.

Ecclésiam ornávit sanctíssimis institútis & légibus. Apud sanctum Petrum, coácta Synodo, multa constítuit: in iis, Ut in Missa Kyrie eléison nóvies repeterétur: Ut extra id tempus quod continétur Septuagésima & Pascha, Allelúja dicerétur; ut adderétur in Cánone, Diésque nostros in tua pace dispónas. Litanías, Statiónes, & Ecclesiásticum Officium auxit. Quátuor Concíliis, Nicæno, Constantinopolitáno, Ephesíno, & Chalcedonénsi, tamquam quatuor Evangéliis honórem habéri vóluit. Epíscopis Sicíliæ, qui ex antíqua Ecclesiárum consuetúdine Romam síngulis triénniis conveniébant, quinto quoque anno semel veníre indúlsit. Multos libros confécit: quos cum dictáret, testátus est Petrus Diáconus, se Spíritum Sanctum colúmbæ spécie in ejus cápite sæpe vidísse. Admirabília sunt, quæ dixit, fecit, scripsit, decrévit, præsértim infírma semper & ægra valetúdine. Qui dénique multis éditis miráculis, Pontificátus anno decimotértio, mense sexto, die décimo, quarto Idus Martii, qui dies fe-

ftus à Græcis étiam propter
signem hujus Pontíficis sa-
éntiam ac sanctitátem præ-
puo honóre celebrátur, ad
déstem beatitúdinem vocá-
s est. Cujus Corpus sépul-
m est in Basílica sancti Pe-
i, prope Secretárium.
. Iste est, qui ante. lxxvi.

In tertio Nocturno.

ectio sancti Evangélii secún-
dum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 5. b*

N illo témpore; Dixit Je-
sus discípulis suis: Vos
tis sal terræ. Quod si sal
vanúerit, in quo saliétur?
t réliqua.

omilía S. Gregórii Papæ.

Ex Homil. 17. in Luc. 10.

ante medium.

Onsiderándum nobis est,
ut qui una eadémque
hortatiónis voce non súf-
cit simul cunctos admoné-
, stúdeat singulos, in quan-
im valet, instrúere, privátis
ocutiónibus ædificáre. De-
émus namque pensáre con-
ínuo quod sanctis Apóstolis
icitur, & per Apóstolos no-
is: Vos estis sal terræ. Si
rgo sal sumus, condíre men-
s fidélium debémus. Vos ígi-
ur, qui Pastóres estis, pen-
ite quia Dei animália páscí-
s, de quibus profécto ani-
álibus Deo per Psalmístam
icitur, Animália tua habitá-
unt in ea: Et sæpe vidémus,
uod petra salis brutis animá-
bus antepónitur, ut ex eá-
, salis petra lámbere dé-
ant, & melioráti. Quasi er-
go inter bruta animália petra
salis debet esse Sacérdos in
pópulis. Curáre namque Sa-
cerdótem necésse est, quæ sin-
gulis dicat, unumquémque
quáliter admóneat, ut quis-
quis Sacerdóti júngitur, quasi
ex salis tactu ætérnæ vitæ
sapóre condiátur.

℟. Amávit eum. lxxvi.

Lectio viii.

SAl étenim terræ non su-
mus, si corda audiéntium
non condímus, quod profécto
condiméntum ille veráciter
próximo impéndit, qui prædi-
catiónis verbum non súbtrahit.
Sed tunc vere áliis recta præ-
dicámus, si dicta rebus &
exémplis osténdimus. Nullum
puto, fratres caríssimi, ab áliis
május præjudícium, quam a
Sacerdótibus tólerat Deus:
quando eos, quos ad aliórum
correctiónem pósuit, dare de
se exémpla pravitátis cernit:
quando ipsi peccámus, qui
compéscere peccáta debúimus.
nulla animárum lucra quærí-
mus, ad nostra quotídie stú-
dia vacámus: terréna concu-
píscimus, humánam glóriam
inténta mente captámus. Et
quia eo ipso, quo céteris præ-
láti sumus, ad agénda quæli-
bet majórem licéntiam habé-
mus, suscéptæ benedictiónis
ministérium vértimus ad ambi-
tiónis arguméntum: Dei caus-
sam relínquimus, ad terréna
negótia vacámus, locum san-
ctitátis accípimus, & terrénis
áctibus implicámur.

℟. In médio Ecclésiæ. lxviii.

[redacted]

Lectio nona dicitur de Homilia Feriæ occurrentis.

DIE XVII. MARTII.

In festo S. Patritii Episcopi & Confessoris. Duplex.

Oratio.

DEus, qui ad prædicándam Géntibus glóriam tuam beátum Patrítium Confessórem atque Pontíficem míttere dignátus es: ejus méritis & intercessióne concéde; ut quæ nobis agénda præcípis, te miseránte adimplére possímus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit.

Deinde fit commemorat. Feriæ.

In primo Nocturno, in Quadragesima, Lectiones. Fidelis sermo. *de Communi Confessoris Pontificis,* lxiii. *alias de Scriptura occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

PAtrítius, Hiberniæ dictus Apóstolus, Calphúrnio patre, matre Conchéssa sancti Martíni Turonénsis Epíscopi, ut pérhibent, consanguínea, majóri in Británia natus, puer in Barbarórum sæpius íncidit captivitátem. Eo in statu pascéndis grégibus præpósitus jam tum futúræ sanctitátis spécimen præbuit. Fídei namque, Divinique timóris & amóris spíritu replétus, antelucáno témpore per nives, gelu, ac plúvias ad preces Deo fundéndas ímpiger consurgébat, sólitus cénties intérdiu, centiésque noctu Deum oráre. A servitúte tértio exémptus, & inter Cléricos relátus, in Divínis lectiónibus longo se témpore exércuit. Gálliis, Itália, Insulísque Tyrrhéni maris labóre summo peragrátis, Divíno tandem mónitu ad Hibernórum salútem advocátur, & facta a beáto Cæléstino Papa Evangélii nuntiándi potestáte consecratúsque Epíscopus, in Hibérniam perréxit.

℟. Invéni David. lxvi.

Lectio v.

EO in múnere mirum quot vir Apostólicus mala, quot ærúmnas & labóres, quot pertúlerit adversários. Verum Dei afflánte benignitáte, terra illa, idolórum ántea cúltrix, eum mox prædicánte Patrítio fructum dedit, ut Sanctórum Insula deínde fúerit appelláta. Frequentíssimi ab eo pópuli sacro sunt regeneráti lavácro; Epíscopi Clericíque plúrimi ordináti, Vírgines ac Víduæ ad continéntiæ leges institútæ. Armachánam Sedem, Románi Pontíficis auctoritáte, totíus Ínsulæ príncipem Metrópolim constítuit, Sanctorúmque Relíquiis ab Urbe relátis decorávit. Supérnis visiónibus, prophetíæ dono, ingentibúsque signis & prodígiis a Deo exornátus ádeo refúlsit, ut longe latéque celébrior Patrítii se fama diffúderit.

℟. Pósui adjutórium.

Le-

Lectio vi.

er quotidiánam Ecclé-
rum sollicitúdinem ,
n ab oratióne spíritum
n relaxábat . Ajunt
ntegrum quotídie Psal-
uná cum Cánticis &
, ducentísque oratió-
consuevísse recitáre ,
es per síngulos dies
énibus Deum adorá-
in quálibet hora diéi
ca céntics se Crucis
nuníre . Noctem tria
a distríbuens, primum
um Psalmis percur-
& bis céntics genu-
o ; álterum in réli-
uinquagínta Psalmis ,
aquis immérsus , ac
óculis manibúsque ad
eréctis absolvéndis in-
, tértium vero super
lápidem stratus ténui
uiéti. Humilitátis exí-
ultor, Apostólico mo-
inuum suárum labóre
tínuit. Assíduis tan-
ris pro Ecclésia con-
s, verbo & ópere cla-
extréma senectúte Di-
ystériis reféctus, ob-
it in Dómino, sepul-
est apud Dunum in
a Christiána salúte
quinto .
est, qui ante. lxvii.
tio Nocturno, Homilia
ngel. Homo péregre
cens. *de eodem Com-*
lxviii.
Lectio de Homilia Fe-
rrenti ... & de ea fit
. in Laudibus.

DIE XIX. MARTII.

In festo sancti Joseph Sponsi B. Mariæ Virg. Confessor.

Duplex ii. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona.

JAcob autem génuit Joseph virum Maríæ, de qua natus est Jesus , qui vocátur Christus .

Psalm. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Domínica*, 119. *& loco ult. Psalm.* Laudáte Dóminum omnes Gentes. 123.

Aña. Missus est Angelus Gábriel a Deo ad Vírginem desponsátam viro , cui nomen erat Joseph de domo David, & nomen Vírginis María .

Aña. Cum esset desponsáta Mater Jesu María Joseph , ántequam convenírent , invénta est in útero habens de Spíritu Sancto .

Aña. Joseph vir ejus , cum esset justus , & nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam .

Aña. Angelus Dómini appáruit Joseph , dicens : Joseph fili David, noli timére accípere Maríam Cónjugem tuam, quod enim in ea natum est , de Spíritu Sancto est; páriet autem filium ; & vocábis nomen ejus Jesum .

Capitulum . Prov. 28. & 27.

VIr fidélis multum laudábitur. Et qui Custos est Dómini sui, glorificábitur.

Hymnus.

TE, Joseph , célebrent ágmina Cælitum,
Te cuncti résonent Christiadum Chori :

Qui

Qui clarus méritis, junctus es inclytæ
Casto fœdere Vírgini.
Almo cum túmidam Gérmimine Cónjugem
Admírans, dúbio tángeris ánxius,
Affláctu súperi Fláminis Angelus
Concéptum púerum docet.
Tu natum Dóminum stringis, ad éxteras
Ægypti prófugum tu séqueris plagas,
Amíssum Sólymis quæris & ínvenis
Miscens gáudia flétibus.
Post mortem réliquos mors pia cónsecrat,
Palmámque eméritos glória súscipit,
Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior.
Nobis, summa Trias, parce precántibus,
Da Joseph méritis sídera scándere:
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim
Gratum prómere cánticum.
Amen.

℣. Constítuit eum Dóminum domus suæ. ℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ.

Ad Magnificat, Antiphona. Exúrgens Joseph a somno fecit, sicut præcépit ei Angelus Dómini, & accépit Cónjugem suam.

Oratio.

SAnctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur; ut quod possibílitas nostra no óbtinet, ejus nobis interce sióne donétur: Qui vivis regnas cum Deo Patre.

In Quadragesima fit comm mor. Feriæ.

Ad Matutinum, Invitato Christum Dei, Fílium, qu putári dignátus est Fílius Jo seph, * Veníte adorémus.

Psalm. Veníte, exultémus.

Hymnus.

CÆlitum Joseph decus átque nostræ
Certa spes vitæ, columénque mundi,
Quas tibi læti cánimus, benígnus
Súscipe láudes.
Te Sator rerum státuit pudicæ
Vírginis sponsum, voluítque Verbi
Te patrem dici, dedit & miníſtrum
Esse salútis.
Tu Redemptórem stábulo jacéntem,
Quem chorus Vatum cécinit futúrum,
Aspicis gáudens, humilísque natum,
Numen adóras.
Rex Deus regum, Dominátor orbis,
Cujus ad nutum tremit inferórum
Turba, cui pronus famulátur æther,
Se tibi subdit.
Laus sit excélsæ Tríadi perénnis,
Quæ tibi præbens súpero honóres,

Det

nobis méritis beátæ
idia vitæ. Amen.

Nocturno, *Antiph.*
Ioseph a Galilæa de
ázareth, in Judæam,
em David, quæ vo-
hlehem, ut profite-
Maria.
eátus vir. *cum reli-*
Communi Confessoris
feis. lxxvi.
érunt pastóres festi-
& invenérunt Ma-
Joseph, & Infán-
um in præsépio.
e Angelus Dómini
in somnis Joseph,
urge, & áccipe Púe-
latrem ejus, & fu-
yptum.
tuit eum Dóminum
e. ℟. Et príncipem
ssessiónis suæ.
libro Génesis.

Cap. 39.

igitur ductus est in
um, emítque eum
Eunúchus Pharaó-
ceps Exércitus, vir
, de manu Ismaeli-
quibus perdúctus
tque Dóminus eum
erat vir in cunctis
agens: habitavítque
dómini sui, qui
verat Dóminum es-
o, & ómnia, quæ
b eo dirigi in ma-
Invenítque Joseph
coram dómino suo,
ibat ei, a quo præ-
mnibus, gubernábat
sibi domum, & uni-
uæ ei trádita fúe-
rant: benedixítque Dóminus dómui Ægyptii propter Joseph.

℟. Fuit Dóminus cum Joseph, & dedit ei grátiam in conspéctu príncipis cárceris: * Qui trádidit in manu illius univérsos vinctos.
℣. Quidquid fiebat, sub ipso erat: Dóminus enim erat cum illo, & ómnia ópera ejus dirigébat. Qui trádidit.

Lectio ii. *Genes. c.* 41.

PLácuit Pharaóni consílium Joseph, & cunctis minístris ejus: locutúsque est ad eos: Num invenire potérimus talem virum, qui spíritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia osténdit tibi Deus ómnia, quæ locútus es, numquid sapientiórem, & consímilem tui inveníre pótero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris impérium cunctus pópulus obédiet; uno tantum regni sólio te præcédam.

℟. Esuriénte terra Ægypti clamávit pópulus ad Regem aliménta petens. Quibus ille respóndit: Ite ad Joseph, & quidquid vobis díxerit, fácite. ℣. Crescébat quotídie fames, in omni terra: aperuítque Joseph univérsa hórrea; & vendébat Ægyptiis. Ite ad Joseph.

Lectio iii.

DIxítque rursus Phárao ad Joseph: Ecce constítui te super univérsam terram Ægypti. Tulítque ánnulum de manu sua, & dedit

eum

eum in manu ejus; vestivítque eum stola byssina, & collo torquem áuream circumpósuit. Fecítque eum ascéndere super currum suum secúndum, clamánte præcóne, ut omnes coram eo genufléćterent, & præpósitum esse scirent univérsæ terræ Ægypti. Dixítque Rex ad Joseph: Ego sum Phárao: absque tuo império non movébit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

℞. Fecit me Dóminus quasi Patrem Regis, & dóminum univérsæ domus ejus: nolíte pavére: * Pro salúte enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.

℣. Veníte ad me, & ego dabo vobis ómnia bona Ægypti, & comedétis medúllam terræ. Pro salúte.

Glória Patri. Pro salúte.

In secundo Nocturno, Antiph. Consúrgens Joseph accépit Púerum & Matrem ejus nocte, & secéssit in Ægyptum, & erat ibi usque ad óbitum Heródis.

Aña. Defúncto Heróde Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph in Ægypto, dicens: Surge, & áccipe Púerum & Matrem ejus, & vade in terram Israel: defúncti sunt enim, qui quærebant ánimam Púeri.

Aña. Accépit Joseph Púerum & Matrem ejus, & venit in terram Israel.

℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.

℞. Glóriam & magnum
decórem impónes super eu
Sermo S. Bernárdi Abbá
Homil. 2. super Missus, p
pe finem. Lectio iv.

QUis & qualis homo f
rit beátus Joseph, c
jice ex appellatióne, qua,
cet dispensatória, méruit
norári ádeo, ut pater
& dictus & créditus sit: c
jice & ex próprio vocábu
quod augméntum non dú
tas interpretári. Simul &
ménto magni illíus quon
Patriarchæ vénditi in Æ
pto, & scito ipsíus ist
non solum vocábulum fu
sortítum, sed & castimóni
adéptum, innocéntiam a
cútum & grátiam.

℞. Ascéndit Joseph a G
læa de civitáte Názareth
Judæam, in civitátem Dav
quæ vocátur Béthlehen
* Eo quod esset de dom
& família David.

℣. Ut profiterétur cum
ría desponsáta sibi Uxó
Eo quod esset.

Lectio v.

SIquidem ille Joseph,
térna ex invídia vén
tus & ductus in Ægyptu
Christi venditiónem præfi
rávit. Iste Joseph, Hero
nam invídiam fúgiens, C
stum in Ægyptum portáv
Ille dómino suo fidem
vans dóminæ nóluit com
sceri; iste Dóminam sua
Dómini sui matrem, vi
nem agnóscens, & ipse c
tinens, fidéliter custodív
Ill

ıta est intelligéntia in
riis somniórum: isti da-
st consciúm fieri atque
ipem cæléstium Sacra-
rum.
rge, & áccipe Púerum
trem ejus, & fuge in
tum, * Et esto ibi,
dum dicam tibi.
adimplerétur quod di-
est a Dómino per Pro-
n dicéntem: Ex Ægy-
ocávi Fílium meum.
o.

Lectio vi.

fruménta servávit non
, sed omni pópulo: iste
ı vivum e cælo servánr
ccépit tam sibi, quam
undo. Non est dúbium,
oonus & fidélis homo
iste Joseph, cui mater
ısáta est Salvatóris. Fi-
inquam, servus & pru-
, quem constituit Dó-
suæ Matris solátium,
roís nutrícium, solum
ıe in terris magni consi-
djutórem fidelíssimum.
m indúcerent púerum
Paréntes ejus, ut fáce-
ecúndum consuetúdinem
oro eo: * Accépit eum
ı in ulnas suas, & be-
t Deum. ℣. Et erant
ejus & Mater mirántes
ıis, quæ dicebántur de
Accépit.
Patri. Accépit.
tio Noctur. Antiphona.
ıs Joseph quod Arche-
egnáret in Judæa pro
patre suo, tímuit
e.
Verna.

Ant. Admónitus in somnis Joseph secéssit in partes Galilææ, & véniens habitávit in civitáte, quæ vocátur Názareth, ut adimplerétur quod dictum est per Prophétas; Quóniam Nazaræus vocábitur.

Ant. Erant Pater Jesu & Mater mirántes super his, quæ dicebántur de illo, & benedíxit illis Símeon.

℣. Justus germinábit sicut lílium. ℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 1. c*

Cum esset desponsáta mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto. Et réliqua.

Homilía sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in cap. 1. Matthæi.

Quare non de símplici Vírgine, sed de desponsáta concípitur? Primum, ut per generatiónem Joseph orígo Maríæ monstrarétur; secúndo, ne lapidarétur a Judæis ut adúltera: tértio, ut in Ægyptum fúgiens habéret solátium. Martyr Ignátius étiam quartam áddidit causam, cur a desponsáta concéptus sit: Ut partus, ínquiens, ejus celarétur diábolo, dum eum putat non de vírgine, sed de uxóre generátum.

℟. Dixit Mater Jesu ad illum: Fili

[redacted]

Fili, quid fecisti nobis sic? * Ecce Pater tuus, & ego doléntes quærebámus te.
℣. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebátis? nesciebátis quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse? Ecce.

Lectio viii.

ANtequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu Sancto. Non ab álio invénta est nisi a Joseph, qui pene licéntia maritáli futúræ uxóris ómnia nóverat. Quod autem dícitur: Antequam convenírent, non séquitur ut póstea convénerint, sed Scriptúra quod factum non sit, osténdit.
℟. Descéndit Jesus cum eis, & venit Názareth: * Et erat súbditus illis. ℣. Proficiébat sapiéntia & ætáte & grátia apud Deum & hómines. Et. Glória Patri. Et.

Nona Lect. de Homil. Feriæ occurr. si celebretur in Quadrages. & de ea fit commem. in Laudib. *Lectio ix.*

JOseph autem vir ejus cum esset justus, & nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam. Si quis fornicáriæ conjúngitur, unum corpus efficitur: & in lege præcéptum est, non solum reos, sed & cónscios críminum obnóxios esse peccáti: quómodo Joseph cum crimen celáret uxóris, justus scríbitur? Sed hoc testimónium Maríæ est, quod Joseph sciens illíus castitátem, & admírans quod evénerat, celat silén-

tio, cujus mystérium [...]
bat. Te Deum. 16.

A D L A U D [...]
& per Horas, Añ[...]

IBant Paréntes Jesu [...]
nes annos in Jerúſ[...]
in die solémni Pascha[...]
Psalm. Dóminus reg[...]
cum reliq. de Dominic[...]
Aña. Dum redírent, [...]
sit Puer Jesus in Jerúſ[...]
& non cognovérunt [...]
tes ejus. *Aña.* Non in[...]
tes Jesum, regréssi [...]
Jerúsalem, requiréntes
& post tríduum inve[...]
illum in Templo se[...]
in médio Doctórum [...]
tem & interrogántem
Aña. Dixit Mater ejus
lum: Fili quid fecisti
sic? Ecce Pater tuus,
doléntes quærebámus [...]
Aña. Descéndit Jesus c[...]
& venit Názareth, [...]
súbditus illis.

Capitul. *Prov.* 28

VIr fidélis multum [...]
bitur. Et qui cu[...]
Dómini sui, glorificá[...]

Hymnus.

ISte, quem læti [...]
fidéles,
Cujus excélsos cánin[...]
úmphos,
Hac die Joseph mé[...]
rénnis
Gáudia vitæ.
O nimis felix, nimis o[...]
Cujus extrémam víg[...]
horam
Christus & Virgo sin[...]
térunt
Ore seréno!

[redacted]

ſtygis victor, láqueo
:us
s, ad ſedes plácido
re
t æthéreas, rutilíſque
it
émpora ſertis.
regnántem flagitémus
es,
ut nobis, veniámque
ris,
ens culpis, tríbuat ſu-
æ
únera pacis.
bi plauſus, tibi ſint
óres,
qui regnas Deus, &
nas
s ſervo tríbuis fidéli
mne per ævum. Amen.
juſti meditábitur ſa-
m. ℟. Et lingua ejus
ır judícium.
nedictus, *Antiphona*.
ſus erat incípiens quaſi
m trigínta, ut puta-
ilius Joſeph.

Oratio.

iſſimæ Genitrícis tuæ
onſi, quæſumus Dómi-
éritis adjuvémur: ut
oſſibílitas noſtra non
, ejus nobis interceſ-
onétur. Qui vivis &
cum Deo Patre.
adrag. ſit comm. Fer.
ertiam, *Antiphona*.
dſrent.
Vir fidélis. *ut ſupra*.
Conſtítuit eum * Dó-
domus ſuæ. Conſtí-
Et príncipem omnis
onis ſuæ. Dóminum.
Patri. Conſtítuit.

℣. Magna eſt glória ejus in ſalutári tuo.
℟. Glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum.

Ad Sextam, *Antiphona*.

Non inveniéntes.

Capitulum. *Eccli. 45.*

DIléctus Deo & homínibus, cujus memória in benedictióne eſt. In fide & lenitáte ipſius ſanctum fecit illum, & elégit eum ex omni carne.

℟. *br.* Magna eſt glória ejus; * In ſalutári tuo. Magna.
℣. Glóriam & magnum decórem impones ſuper eum. In ſalutári.
Glória Patri. Magna eſt.
℣. Juſtus germinábit ſicut lílium. ℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Ad Nonam, *Antiphona*.

Deſcéndit Jeſus.

Capitulum. *Sap. 10.*

PRofugum juſtum dedúxit Sapiéntia per vias rectas: & oſténdit illi regnum Dei, & dedit illi ſciéntiam Sanctórum: honeſtávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus.

℟. *brev.* Juſtus germinábit, * Sicut lílium. Juſtus.
℣. Et florébit in ætérnum ante Dóminum. Sicut.
Glória Patri. Juſtus.
℣. Plantátus in domo Dómini. ℟. In átriis domus Dei noſtri.

In ii. Veſp. Añ. Ibant Paréntes. *ut in Laudibus*. 454. *Pſalmi*, *Capitul.* & *Hymnus*, *ut in i. Veſperis*. 434.

 ℣. Gló-

DIE XXI. MARTII.

In festo S. Benedicti Abbatis. Duplex.

Oratio. Intercéssio.

In Quadrag. fit comm. Feriæ.

In i. Noctur. Lect. Laudémus viros gloriósos. *de Communi Confess. Pontif. ii. loco cum R. de Communi Confess. non Pontif.*

In ii. Nocturno. Lectio iv.

Benedíctus, Núrsiæ nóbili génere ortus, Romæ liberálibus disciplínis erudítus, ut totum se Jesu Christo daret, ad eum locum, qui Sublácus dícitur, in altíssimam speluncam penetrávit: in qua sic per triénnium delítuit, ut unus id sciret Románus mónachus, quo ad vitæ necessitátem minístro utebátur. Dum ígitur ei quodam die ardéntes ad libídinem faces a diábolo subjiceréntur, se in vépribus tándiu

S quotídie discípuli
nírent, duódecim mo
ædificávit, éaque san
légibus communívit.
Cassínum migrávit; u
lácrum Apóllinis, qu
ibi colebátur, comm
aram evértit, & luc
céndit, ibíque sancti
sacéllum, & sancti
ædículam extrúxit:
nos autem & íncola
stiánis præcéptis ímbu
re augebátur in die
Divína grátia Benedí
étiam prophético spír
túra prædíceret. Q
accépit Tótila Gothór
exploratúrus an res i
spathárium suum rég
tu, & comitátu pra
qui se regem simuláret
ut ille vidit; Depón
quit, fili, depóne q
ris: nam tuum non e
tilæ vero prædíxit a

noritúrus , ac sepúl-
in quo suum corpus
vellet, sex diébus án-
i eo inferrétur , ape-
ssit : sextóque die de-
vóluit in Ecclésiam :
npta Eucharistía, sub-
n cælum óculis orans,
natus discipulórum ef-
ánimam : quam duo
bi eúntem in cælum
is pállio ornátam pre-
no , circum eam ful-
is lampádibus, & cla-
& graviſſima spécie
stantem supra caput
dicéntem audiérunt :
t via , qua diléctus
i Benedíctus in cælum
t.
homo. lxxxvii.
i. Noctur. Homilia in
Ecce nos relíquimus
ut in Communi Ab-
lxxxvii.
Lectio de Homilia Fe-
urrentis , si celebretur
adragesima.
XXV. MARTII.
Annuntiationis bea-
Mariæ Virginis.
Duplex.
festum venerit in Do-
privilegiata transfe-
erit ad Feriam secun-
nmediate sequentem ,
que Festo etiam æqua-
n tamen altioris ritus
ncidente ; si vero occur-
n Hebdomada majori ,
schali , transferendum
ari cum privilegio) in
secundam post Domi-
in Albis.

Ad Vesperas , Antiphona.
Missus est Gábriel Angelus.
cum reliq. de Laudib. 441.
Psalm. Dixit Dóminus. *cum*
reliq. ut in Officio parvo B.
Mariæ. cxli.
Capitulum. *Isaiæ 7. c*
ECce virgo concípiet, & páriet filium, & vocábitur nómen ejus Emmánuel: Butyrum & mel cómedet, ut sciat reprobáre malum , & elígere bonum.
Hymn. Ave maris. cxxxvii.
℣. Ave María, grátia plena.
℟. Dóminus tecum.
Ad Magnificat, Antiphona.
Spíritus Sanctus in te descéndet María, & Virtus Altíſſimi obumbrábit tibi. *Oratio.*
DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : præsta supplícibus tuis ; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.
In Quadrag. fit comm. Feriæ, in utrisque Vesp. & Laud.
Ad Completorium , & per Horas in fine Hymnorum dicitur, Jesu , tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine.
Ad Matutinum , Invitator. Ave María , grátia plena , * Dñs tecum. *Psal.* Veníte, exultémus 2. *Hymn.* Quem terra. *Item Aña , Psalm. & ℣. Noct. ut in Offic. parvo B. Mariæ.* cxxxvi. *excepta nona Aña.* Post partum, *cujus loco dicitur.*

Aña. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ, & concépit de Spíritu Sancto.

In primo Nocturno.

De Isaía Prophéta.

Lectio i. *Cap. 7. b*

ET adjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum inférni, sive in excélsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo domus David: Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia moléſti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet, & páriet filium, & vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum & mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, & elígere bonum.

℟. Missus est Gábriel Angelus ad Maríam Vírginem desponsátam Joseph, núntians ei verbum, & expavéscit Virgo de lúmine: Ne tímeas María; invenísti grátiam apud Dóminum: Ecce concípies & páries, & vocábitur Altíssimi Fílius.

℣. Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus, & regnábit in domo Jacob in ætérnum. Ecce.

Lectio ii. *Cap. 11.*

ET egrediétur virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini: Spíritus sapiéntiæ & intelléctus, spíritus consílii & fortitúdinis, spíritus sciéntiæ & pietátis, & replébit eum spíritus timóris Dómini. Non secúndum visiónem oculórum judicábit, neque secúndum audítum áurium árguet; sed judicábit in justítia páuperes, & árguet in æquitáte pro mansuétis terræ; & percútiet terram virga oris sui, & spíritu labiórum suórum interfíciet ímpium. Et erit justítia cíngulum lumbórum ejus, & fides cinctórium renum ejus.

℟. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: * Spíritus Sanctus supervéniet in te, & Virtus Altíssimi obumbrábit tibi: quod enim ex te nascétur Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

℣. Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus dixit ei. Spíritus.

Lectio iii. *Cap. 35.*

LÆtábitur desérta & ínvia, & exultábit solitúdo, & florébit quasi lílium. Gérminans germinábit, & exultábit lætabúnda & laudans; glória Líbani data est ei: decor Carméli & Saron; ipsi vidébunt glóriam Dómini, & decórem Dei nostri. Confortáte manus dissolútas, & génua debília roboráte. Dícite pusillánimis; Confortámini, & nolíte timére; ecce Deus vester ultiónem addúcet retributiónis. Deus ipse veniet, & salvábit vos.

Tunc

Tunc aperiéntur óculi cæcórum, & aures surdórum patébunt. Tunc sáliet sicut cervus claudus, & apérta erit lingua mutórum: quia scissæ sunt in desérto aquæ, & torréntes in solitúdine. Et quæ erat árida, erit in stagnum, & sítiens in fontes aquárum.

℟. Súscipe verbum virgo María, quod tibi a Dómino per Angelum transmíssum est: concípies & páries Deum páriter & hóminem: * Ut benedícta dicáris inter omnes mulíeres. ℣. Paries quidem fílium, & virginitátis non patiéris detriméntum; efficiéris grávida, & eris mater semper intácta. Ut. Glória Patri. Ut.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Leónis Papæ.

Serm. 2. de Nativitate Dñi.

Lectio iv.

DEus omnípotens & clemens, cujus natúra bónitas; cujus volúntas poténtia; cujus opus misericórdia est; statim ut nos diabólica malígnitas venéno suæ mortificávit invídiæ, prædestináta renovándis mortálibus suæ pietátis remédia inter ipsa mundi primórdia præsignávit, denúntians serpénti futúrum semen mulíeris, quod nóxii cápitis elatiónem sua virtúte contéreret, Christum scílicet in carne ventúrum, Deum hominémque, signans, qui natus ex Vírgine, violatórem humánæ propáginis incorrúpta nativitáte damnáret.

℟. Ecce virgo concípiet, & páriet fílium, dicit Dóminus: * Et vocábitur nomen ejus Admirábilis, Deus, Fortis. ℣. Super sólium David, & super regnum ejus sedébit in ætérnum. Et.

Lectio v.

NAm quia gloriabátur diábolus, hóminem sua fraude decéptum Divínis caruísse munéribus, & immortalitátis dote nudátum, duram mortis subiísse senténtiam, seque in malis suis quoddam de prævaricatóris consórtio invenísse solátium: Deum quoque justæ severitátis exigénte ratióne, erga hóminem, quem in tanto honóre condíderat, antíquam mutásse senténtiam; opus fuit, dilectíssimi, secréti dispensatióne consílii, ut incommutábilis Deus (cujus volúntas non potest sua benignitáte privári) primam pietátis suæ dispositiónem sacraménto occultióre compléret: & homo diabólicæ iniquitátis versútia actus in culpam, contra Dei propósitum non periret.

℟. Egrediétur virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet: * Et erit justítia cíngulum lumbórum ejus, & fides cinctórium renum ejus.

℣. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini, Spíritus sapiéntiæ, & intelléctus, Spíritus

ritus, consilii, & fortitúdinis. Et erit.

Lectio v.

ADveniéntibus ergo tempóribus, dilectíssimi, quæ redemptióni hóminum fúerant præstitúta, ingréditur hæc ínfima Jesus Christus Dóminus noster, de cæléstí sede descéndens, & a patérna glória non recédens novo órdine, nova nativitáte generátus; novo órdine, quia invisíbilis in suis, visíbilis factus est in nostris: incomprehensíbilis, vóluit comprehéndi: ante témpora manens, esse cœpit ex témpore: universitátis Dóminus, servílem formam obumbráta majestátis suæ dignitáte suscépit, impassíbilis Deus, non dedignátus est homo esse passíbilis, & immortális, mortis légibus subjacére.

℟. Sancta & immaculáta virgínitas, quibus te láudibus éfferam, néscio: * Quia quem cæli cápere non póterant, tuo grémio contulísti.

℣. Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus Fructus ventris tui. Quia.

Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vii. *Cap. 1. d*

IN illo témpore: Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen vírginis María. Et réliqua.

Homilía S. Ambrósii Episc.

Lib. 2. in Lucam.

LAtent quidem Divína mystéria, nec fácile, juxta prophéticum dictum, quis quam hóminum potest scire consílium Dei. Sed tamen ex céteris factis atque præceptis Dómini Salvatoris póssumus intellígere, & hoc propensióris fuísse consilii, quod ea potíssimum electa est, ut Dóminum páreret, quæ erat desponsáta viro. Cur autem non ántequam desponsarétur, impléta est? Fortásse ne dicerétur, quod concéperat ex adultério.

℟. Congratulámini mihi omnes, qui dilígitis Dóminum, quia cum essem párvula, plácui Altíssimo, * Et de meis viscéribus génui Deum & hóminem. ℣. Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam húmilem respéxit Deus. Et. Bñó. Cujus festum cólimus, ipsa Virgo vírginum.

Lectio viii.

ET ingréssus ad eam Angelus. Disce vírginem móribus, disce vírginem verecúndia, disce oráculo, disce mystérium. Trepidáre vírginum est, & ad omnes viri ingréssus pavére, omnes viri affátus veréri. Discant mulíeres propósitum pudóris imitári. Sola in penetrálibus, quam nemo virórum víderit, solus Angelus repérerit, sola sine cómite, sola

teste, ne quo degé-
varétur afflátu, ab
bilitátur.
de María virgo, cun-
ceses sola interemi-
iæ. Gabriélis Archán-
dis credidisti, * Dum
Deum & hóminem ge-
& post partum Vir-
oláta permansisti.
a es, quæ credidisti
rfécta sunt ea, quæ
nt tibi a Dño. Dum.
Patri. Dum.

*Festum celebretur in
gesima, nona Lectio di-
Homilia Feriæ occur-
& de ea fit commem.*

Lectio ix.

iti namque mandáti
ystérium non hómi-
, sed Angeli ore pro-
n. Hódie primum au-
Spíritus Sanctus super-
in te. Et audítur, &
r. Dénique, Ecce,
ancilla Dómini, con-
mihi secúndum ver-
um. Vide humilitá-
ide devotiónem. An-
se dicit Dómini, quæ
eligitur, nec repenti-
ktáta promisso est.
um laudámus. 16.

L A U D E S,

r Horas, Antiphona.
ssus est Gábriel An-
gelus ad Maríam Vir-
desponsátam Joseph.
Dóminus regnávit.
lquis. 17.
ve María, grátia ple-
óminus tecum: Bene-
a in muliéribus.

Aña. Ne tímeas María: Inve-
nísti grátiam apud Dóminum:
ecce concípies & páries fi-
lium. *Aña.* Dabit ei Dómi-
nus sedem David patris ejus,
& regnábit in ætérnum.
Aña. Ecce ancílla Dómini, fiat
mihi secúndum verbum tuum.
Capitul. Ecce virgo. 437.
Hymnus. O gloriósa Vírgi-
num. cxxxvii.
℣. Ave María, grátia plena.
℟. Dóminus tecum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Quómodo fiet istud, Angele
Dei, quóniam virum non co-
gnósco? Audi María virgo:
Spíritus Sanctus supervéniet
in te, & Virtus Altíssimi
obumbrábit tibi.
Oratio. Deus, qui de beátæ
Maríæ Vírginis. 438.

*Ad primam, in ℟. brev. di-
citur*, ℣. Qui natus es de
María Vírgine.

Ad Tertiam, Antiphona.
Ave María.
Capitul. Ecce virgo. 437.
℟. *br.* Spécie tua * Et pul-
chritúdine tua. Spécie.
℣. Inténde, próspere procéde
& regna. Et pulchritúdine.
Glória Patri. Spécie.
℣. Adjuvábit eam Deus vul-
tu suo. ℟. Deus in médio
ejus, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.
Ne tímeas María.

Capitulum. *Luc.* 1. *d*

DAbit illi Dóminus Deus
sedem David patris ejus,
& regnábit in domo Jacob
in ætérnum, & regni ejus
non erit finis.

[redacted]

℟. br. Adjuvábit eam * Deus vultu suo. Adjuvábit.
℣. Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus.
Glória Patri. Adjuvábit.
℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre fácit eam.

Ad Nonam, Antiphona.
Ecce ancílla Dómini.

Capitulum. *Isaiæ* 11.
EGrediétur virga de radíce Jesse. & flos de radíce ejus ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.
℟. *brev.* Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit.
℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit.
Glória Patri. Elégit.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

In ii. Vesp. dicuntur omnia ut in primis. 438.

Ad Magnificat, Antiphona. Gábriel Angelus locútus est Maríæ, dicens: Ave grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus.

Oratio ut supra. 438.

FERIA SEXTA.

post Dominicam Passionis celebratur Officium Septem Dolorum B. Mariæ Virginis. [*Duplex.*

Si hac Feria Sexta impedita fuerit Festo altioris ritus seu dignitatis, tunc prædictum Festum Septem Dolorum transferendum erit ad Sabbatum immediate sequens; non obstante quod dicta die occurrat aliquod Officium alterius Sancti, dummodo non sit altioris ritus, tunc enim de Septem Doloribus eo anno nihil erit ciendum.

Ad Vesperas, Antiphona Vadam ad montem, cum reliquis de Laudibus. 447.

Psalm. Crédidi. *cum reliquis ut in Vesp. Feria v. in C... Domini.* 247.

Capitulum. *Isaiæ.* 5...
QUis crédidit audítui nostro? Et bráchium Dómini cui revelátum est? ascéndit sicut virgúltum coram eo, & sicut radix de terra sitiénti.

Hymnus.
STabat Mater dolorósa
Juxta Crucem lacrymósa
Dum pendébat Fílius.
Cujus ánimam geméntem,
Contristátam & doléntem
Pertransívit gládius.
O quam tristis & afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti!
Quæ mœrébat & dolébat
Pia mater, dum vidébat
Nati pœnas ínclyti.
Quis est homo qui non fleret
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplício?
Quis non posset contristári
Christi Matrem contemplári
Doléntem cum Fílio?
Pro peccátis suæ gentis,
Vidit Jesum in torméntis
Et flagéllis súbditum.
Vidit suum dulcem Natum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.
Eja mater fons amóris,
Me sentíre vim dolóris,
Fac ut tecum lúgeam.

Fac

[redacted]

leat cor meum
o Christum Deum,
mpláceam. Amen.
o nobis Virgo do-
i.
gni efficiámur pro-
s Christi.
ificat, *Antiphona*.
us ánimam (ait ad
meon) pertransi-
s.
Oratio.
in cujus passióne
ndum Simeónis pro-
dulcíssimam ánimam
Virginis & Matris
lóris gládius per-
concéde propítius;
nsfixiónem ejus &
venerándo recóli-
iósis méritis & pré-
ium Sanctórum Cru-
r astántium inter-
, passiónis tuæ
felícem consequá-
i vivis & regnas
Patre.
mmem. Feria.
letorium, *& per*
fine Hymnorum di-
u, tibi sit glória,
es de Vírgine.
tinum, *Invitator.*
loriósæ recoléntes
Dóminum pro no-
, * Veníte, ado-
alm. Veníte. 2.
Hymnus.
Mater istud agas,
ixi fige plagas
eo válide.
vulneráti,
náti pro me pati,
ecum dívide.

Fac me tecum pie flere,
Crucifixo condolére,
Donec ego víxero.
Juxta Crucem tecum stare,
Et me tibi sociáre
In planctu desídero. Amen.
In primo Nocturno, *Antiph.*
Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.
Psalm. Quare fremuérunt. 4.
Aña. Voce mea ad Dóminum clamávi, & exaudívit me de monte sancto suo.
Psalm. Dómine, quid. 4.
Aña. Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei.
Psal. Usquequo Dómine. 9.
℣. Pósuit me desolátam.
℟. Tota die mœróre conféctã.
De Isaía Prophéta.
Lectio i. *Cap.* 53.

QUis crédidit audítui nostro? Et bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, & sicut radix de terra sitiénti: non est spécies ei, neque decor: & vídimus eum, & non erat aspéctus, & desiderávimus eum. Despéctum, & novíssimum virórum, virum dolórum, & sciéntem infirmitátem, & quasi abscónditus vultus ejus & despéctus, unde nec reputávimus eum. Vere languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portávit, & nos putávimus eum quasi leprósum, & percússum a Deo & humiliátum. Ipse autem

vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra: disciplína pacis nostræ super eum, & livóre ejus sanáti sumus.

℟. Diléctus meus cándidus & rubicúndus, & totus desiderábilis. * Omnis enim figúra ejus amórem spirat, & ad redamándum próvocat, caput inclinátum, manus expánsæ, pectus apértum.

℣. Piis, o Virgo spectas eum óculis, contémplans in eo non tam vúlnerum livórem, quam mundi salútem. Omnis.

Lectio ii.

OMnes nos quasi oves errávimus, unusquísque in viam suam declinávit, & pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrum. Oblátus est quia ipse vóluit, & non apéruit os suum: sicut ovis ad occisiónem ducétur, & quasi agnum coram tondénte se obmutéscet, & non apériet os suum. De angústia & de judício sublátus est: generatiónem ejus quis enarrábit? quia abscíssus est de terra vivéntium. Propter scelus pópuli mei percússi eum. Et dabit ímpios pro sepultúra, & dívitem pro morte sua: eo quod iniquitátem non fécerit, neque dolus fúerit in ore ejus.

℟. Manus ejus tornátiles, clavórum cúspide terebrátæ, * Humánæ salútis prétio quasi hyacínthis refértæ.

℣. Córnua in mánibus ejus: ibi abscóndita est fortitúdo ejus: sunt enim manus ejus Humánæ.

Lectio iii.

ET Dóminus vóluit co[nteré]re eum in infirmit[a]te, si posúerit pro peccát[o] ánimam suam, vidébit seme[n] longævum, & volúntas D[ó]mini in manu ejus dirigétur pro eo quod laborávit áni[]ma ejus, vidébit & saturábi[]tur; in sciéntia sua justificábi[t] ipse justus servus meus mul[]tos, & iniquitátes eórum ips[e] portábit. Ideo dispértiam e[i] plúrimos, & fórtium divide[t] spólia, pro eo quod trádidi[t] in mortem ánimam suam, & cum sceleratis reputátus est, & ipse peccáta multórum tulit, & pro transgressóribus rogávit.

℟. Diligebat Jesus Joánnem, quóniam speciális prærogatíva castitátis amplióri dilectióne fécerat dignum: * Quia virgo eléctus ab ipso, virgo in ævum permánsit.

℣. In cruce dénique moritúrus, huic matrem Vírginem vírgini commendávit. Quia Glória Patri. Quia.

In secundo Nocturno, *Aña.* Inimíci mei dixérunt mal[a] mihi: Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Psal. Beátus, qui intélligit. 6[]

Aña. Deus vitam meam annu[n]tiávi tibi: posuísti lácryma[s] meas in conspéctu tuo.

Psalm. Miserére mei. 71.

Aña. Filii hóminum, dente[s] eórum arma & sagíttæ, & lingua eórum gládius acútus

Psalm. Miserére mei Deus miserére mei. 72.

℣. Fá-

. Fácies mea intúmuit a
ætu.... ℣. Et pálpebræ meæ
lligavérunt.
ermo S. Bernárdi Abbátis.
Ex Sermone II. *de stellis.*

Lectio iv.

MArtyrium Virgínis, tam
in Simeónis prophe-
t, quam in ipsa Domínicæ
ssiónis históría commendá-
r. Pósitus est hic (ait san-
us Senex de púero Jesu)
signum, cui contradicétur,
tuam ipsius ánimam (ad
aríam autem dicébat) per-
ansíbit gládius. Vere tuam,
beáta Mater, ánimam per-
ansívit; alióquin non nisi
m pertránsiens, carnem Fí-
i tui penetráret. Et quidem
ostquam emísit spíritum tuus
le Jesus, ipsíus plane non
tigit ánimam crudélis lán-
a, quæ ipsíus apéruit la-
s, sed tuam útique ánimam
ertransívit. Ipsius nimírum
ima jam ibi non erat, sed tua
lane inde nequíbat avélli.
. Ténebræ factæ sunt, cum
rucifixíssent Jesum Judæi,
circa horam nonam excla-
ávit Jesus voce magna:
eus meus, ut quid dereli-
ísti me? * Et inclináto cá-
te emísit spíritum.
. Quis tibi nunc sensus,
m cernis tália, Virgo?
inclináto.

Lectio v.

QUam ergo pertransívit
ánimam vis dolóris,
plusquam Mártyrem non
mérito prædicémus, in
a nimírum corpóreæ sen-
sum passiónis excésserit com-
passiónis afféctus. An non
tibi plusquam gládius fuit
sermo ille, revéra pertrán-
siens ánimam, & pertíngens
usque ad divisiónem ánimæ
& spíritus: Múlier, ecce
filius tuus? O commutatió-
nem! Joánnes tibi pro Jesu
tráditur, servus pro Dómi-
no, discípulus pro Magístro,
filius Zebedæi pro Fílio Dei,
homo purus pro Deo vero.
Quómodo non tuam affe-
ctuosíssimam ánimam pertran-
síret hæc audítio, quando
& nostra, licet sáxea, li-
cet férrea péctora, sola re-
cordátio scindit?
℟. Pássio Dómini * Ipsam
ejus Matrem carnáli orbitáte
gráviter percússam, vehemen-
tíssime contristávit.
℣. Ferrum lánceæ militáris
latus quidem Salvatóris, áni-
mam vero transívit Vírginis
Matris. Ipsam.

Lectio vi.

NOn mirémini, fratres,
quod María Martyr in
ánima fuísse dicátur. Miré-
tur, qui non memínerit, se
audivísse Paulum inter má-
xima Géntium crímina me-
morántem, quod sine affe-
ctióne fuíssent. Longe id fuit
a Maríæ viscéribus, longe
sit a sérvulis ejus. Sed for-
te quis dicat: Numquid non
eum præscíerat moritúrum?
Et indubitánter. Numquid
non sperábat contínuo resur-
rectúrum? Et fidéliter. Su-
per hæc dóluit crucifixum?
Et

nemo habuit : fecit & hoc cháritas , cui post illam símilis áltera non fuit.

℟. Quis mihi det te fratrem meum sugéntem úbera matris meæ, & inhæréndo láteri tuo , ut sánguis tuus sánguinem meum tangat, & tergat: Ut fons aquæ tuæ de scaturígine recti cordis, per venas boni óperis in finem ætérnæ felicitátis exsíliat ?

℣. Filii tui de longe vénient, & filiæ tuæ de látere surgent. Ut. Glória Patri. Ut.

In tertio Noctur. Antiphona. Intendérunt arcum rem amáram , ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Psalm. Exáudi Deus. 75.

Aña. Factus sum sicut homo sine adjutório inter mórtuos liber. *Psalm.* Dñe Deus. 87.

Aña. Replévit me amaritúdine, inebriávit me absynthio. *Psalm.* Deus laudem. 114.

℣. Deus vitam meam annuntiávi tibi. ℟. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vii. Cap. 19.

IN illo témpore : Stabat juxta Crucem Jesu mater ejus , & soror matris ejus

nit hora mea . Hanc horam prædíxerat , qua nondum vénerat, in q béret agnóscere morit de qua fúerat mortálit tus. Tunc ergo divína rus, non divinitátis , i firmitátis matrem velu cógnitam repellébat . autem humána jam pát ex qua fúerat factus ho afféctu commendábat l no ; morális igitur infir locus . Facit quod facie ádmonet ; & exémplo suos minístros instrúxit. céptor bonus , ut a filii impendátur cura parén tamquam lignum illud fixa erant membra m tis , étiam cáthedra Magístri docéntis.

℟. Dóleo super te f Jesu decórus nimis & bilis super amórem r rum : * Sicut enim únicum díligit filium, te diligébam.

℣. Defécit in dolór mea , & anni mei in tibus . Sicut.

Lectio viii.

EX hac sane doctri dícerat Paulus A lus , quod docébat , q

[redacted]

cébat: Si quis autem suis, máxime domésticis non óvidet, fidem negávit, & infidéli detérior. Quid tem tam cuíque doméstim, quam paréntes filiis, t paréntibus filii? Hujus que salubérrimi præcépti se Magíster Sanctórum de pso constituébat exémum; quando non ut fámu- Deus, quam creáverat, regébat; sed ut matri ho-), de qua creátus fúerat quam relinquébat, álte- m pro se quodámmodo fi- m providébat.

. Eja mater fons amóris, : nos sentíre vim dolóris, tecum lugeámus, * Et omínicæ passiónis fructum tiámus.

Et sicut filius tuus Jesus o nobis mórtuus est, & surréxit: ita & nos com- órtui cum eódem resurgá- us. Et. Glória Patri. Et.

... Lectio legitur de Ho- ilia Feria occurr. & de ea commem. 220.

AD LAUDES,

& per Horas, Aña.

Adam ad montem myr- rhæ, & ad collem thuris.

...lm. Dóminus regnávit. *... reliq. de Dominica.* 17.

...a. Diléctus meus cándi- s, & rubicúndus: comæ itis ejus sicut púrpura Re- vincta canálibus.

...a. Quo abiit diléctus tuus. pulchérrima mulíerum? o diléctus tuus declinávit?

...a. Fasciculus myrrhæ dilé- ctus meus mihi, inter úbera mea commorábitur.

Aña. Fulcíte me flóribus, stipáte me malis, quia amóre lángueo.

Capitul. Quis crédidit. 443.

Hymnus.

Virgo vírginum præclára,
Mihi jam non sis amára,
Fac me tecum plángere.
Fac ut portem Christi mor-
tem,
Passiónis fac consórtem,
Et plagas recólere.
Fac me plagis vulnerári,
Fac me Cruce inebriári,
Et cruóre Fílii.
Flammis ne urar succénsus,
Per te Virgo sim defénsus
In die judícii.
Christe, cum sit hinc exíre,
Da per Matrem me veníre
Ad palmam victóriæ.
Quando corpus moriétur
Fac ut ánimæ donétur
Paradísi glória. Amen.

℣. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cum vidísset Jesus Matrem stantem juxta Crucem, & discípulum, quem diligébat, dicit Matri suæ: Múlier, ecce filius tuus. Deinde dicit discípulo: Ecce Mater tua.

Oratio. Deus, in cujus passióne. 443.

Deinde fit commem. Feriæ.

Ad Primam, Antiphona.

Vadam ad montem.

In ℟. brevi dicitur ℣. Qui passus es pro hómine.

Ad

Ad Tertiam, Antiphona.
Diléctus meus.
Capitul. Quis crédidit. 443.
℟. *br.* Pósuit me * Desolátam. Pósuit. ℣. Tota die mœróre conféctam. Desolátam. Glória Patri. Pósuit.
℣. Fácies mea intúmuit a fletu. ℟. Et pálpebræ meæ caligavérunt.

Ad Sextam, Antiphona.
Quo ábiit.
Capitulum. *Isaiæ 53.*
IPse vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. Disciplína pacis nostræ super eum, & livóre ejus sanáti sumus.
℟. *br.* Fácies mea * Intúmuit a fletu. Fácies mea.
℣. Et pálpebræ meæ caligavérunt. Intúmuit.
Glória Patri. Fácies mea.
℣. Deus vitam meam annuntiávi tibi. ℟. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Ad Nonam, Antiphona.
Fulcíte me flóribus.
Capitulum. *Isaiæ 53.*
GEneratiónem ejus quis enarrábit? quia abscíssus est de terra vivéntium; propter scelus pópuli mei percússi eum.
℟. *br.* Deus vitam meam * Annuntiávi tibi. Deus.
℣. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo. Annuntiávi.
Glória Patri. Deus.
℣. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

In secundis Vesperis ut in primis.
Ad Magnificat, An
Cum vidísset Jesus stantem juxta Crucem discípulum, quem di dicit Matri suæ: Múl filius tuus. Deínde discípulo: Ecce Mater
Oratio. Deus in cu sióne. 443.
Et fit commem. Feri

FESTA APRI

DIE II. APRI
In festo S. Francisci a Confessoris. Dup
Oratio.
DEus humílium do, qui beátu císcum Confessórem rum tuórum glória stí; tribue, quæsum ejus méritis & imit promíssa humílibus felíciter consequámu Dóminum nostrum.
Deinde fit commemo in Quadragesima.
In primo Nocturno, de Scriptura occurrent
In Quadrages. vero vir. de Communi C non Pontificis. lxxxv.
In secundo Noctur
Lectio iv.
FRancíscus Paulæ est Calábriæ op loco húmili natus est paréntes cum diu pr ruíssent voto facto Francísci précibus runt. Is adoléscens ardóre succénsus, in

[redacted]

; ubi annis sex victu
, sed meditatiónibus
us suávem vitam du-
ed cum virtútum ejus
ngius manáret, mul-
d eum pietátis stúdio
rerent, fratérnæ chari-
ussa e solitúdine egrés-
cléfiam prope Paulam
it, ibíque prima sui
fundaménta jecit.
éstum fecit. lxxvi.

Lectio v.

: in eo miríficа lo-
éndi grátia: perpé-
rginitátem servávit,
item sic cóluit, ut se
mínimum díceret,
alúmnos Mínimos ap-
voluerit. Rudi amí-
dis pédibus incédens,
bábat. Cibi abstinén-
admirábilis: semel
ost solis occásum re-
ur, & ad panem &
um, vix áliquid ejús-
sónii adhibébat, quo
Quadragésima licet;
onsuetúdinem ut Fra-
toto anni témpore
nt, quarto eos voto
it.
vit eum. lxxxvi.

Lectio vi.

ltis miráculis Servi
ui sanctitátem Deus
óluit: quorum illud
s célebre, quod a
ejéctus, Sicíliæ fre-
o super flúctibus pál-
m sócio transmísit,
iam futúra prophéti-
u prædixit. A Lu-
ndécimo Francórum

rege expetítus, magnóque in honóre est hábitus. Dénique annum primum & nonagésimum agens, Turónis migrávit ad Dóminum, anno salútis millésimo quingentésimo séptimo: cujus corpus dies úndecim insepúltum, ita incorrúptum permánsit, ut suávem étiam odórem efflåret. Eum Leo Papa décimus in Sanctórum númerum rétulit. ℟. Iste homo. lxxxvii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangel. Nolíte timére. *ut in Communi Confessoris non Pontificis.* lxxxvii.

In Quadragesf. ix. Lectio de Homil. Fer. occurr. & in Laudib. fit de ea commemor.

DIE IV. APRILIS.

In festo S. Isidori Episc. Conf. & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex.

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis, Antiphona. O Doctor óptime.

Oratio. Deus, qui pópulo tuo.

Et fit commemor. Feriæ, in Quadragesima.

In primo Nocturno, Lectiones. Sapiéntiam ómnium antiquórum. *de Communi Doctorum.* lxxi.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

ISidórus natióne Hispánus Doctor egrégius, ex nova Carthágine Severiáno patre Provínciæ Duce natus, a sanctis Epíscopis Leándro Hispalénsi, & Fulgéntio Carthaginénsi frátribus suis pie & libe-

liberáliter educátus, Latínis, Græcis, & Hebráicis lítteris, Divinísque, & humánis légibus instrúctus, omni sciéntiárum; atque Christianárum virtútum génere præstantíssimus evásit. Adhuc adoléscens hærésim Ariánam, quæ gentem Gothórum Hispániæ latíssime dominántem jampridem inváserat, tanta constántia palam oppugnávit, ut parum abfúerit, quin ab Hæréticis necarétur. Leándro vita functo ad Hispalénsem Cáthedram invítus quidem, sed urgénte in primis Reccarédo Rege, magnóque étiam Cleri Populíque consénsu assúmitur, ejúsque electiónem sanctus Gregórius Magnus, nedum auctoritáte Apostólica confirmásse, sed & eléctum, transmísso de more pállio decorásse, quin étiam suum & Apostólicæ Sedis in univérsa Hispánia Vicárium constituísse perhibétur.

℟. Invéni David. lxxii.

Lectio v.

IN Episcopátu quantum fúerit constans, húmilis, pátiens, miséricors, in Christiána & Ecclesiástica disciplína instauránda sollícitus, eáque verbo & scriptis stabiliénda indeféssus, atque omni demum virtútum ornaménto insígnitus, nullius linguæ enarráre sufficeret: Monástici quoque institúti per Hispániam promótor & amplificátor exímius, plura constrúxit Monastéria; Collégia ítidem ædificávit, ub[...] diis sacris & lectiónib[...] cans, plúrimos discíp[...] qui ad eum confluébant [...] rudívit, quos inter Sa[...] defónsus Toletánus, & [...] lio Cæsaraugustánus E[...] pi emicuérunt. Coáct[...] spali Concílio, Acæp[...] rum hæresim Hispánia[...] minitántem, acri & el[...] ti disputatióne fregit [...] contrívit. Tantam apu[...] nes sanctitátis & do[...] famam adéptus est, u[...] pso vix ab ejus óbitu [...] décimo anno; univérs[...] letána Synodo duórum [...] pra quinquagínta Epi[...] rum plaudénte, ipsóq[...] tiam sancto Ildefónsi[...] fragánte, Doctor egre[...] Cathólicæ Ecclésiæ n[...] mum decus, in sæcu[...] fine doctíssimus, & c[...] veréntia nominándus [...] lári merúerit; eúmqu[...] ctus Bráulio non mod[...] gório Magno compará[...] sed & erudiéndæ Hi[...] loco Jacóbi Apóstoli [...] datus esse censúerit.

℟. Pósui adjutórium. [...]

Lectio vi.

SCripsit Isidórus [...] Etymologiárum, [...] Ecclesiásticis Officiis, [...] que quamplúrimos Ch[...] næ, & Ecclesiásticæ di[...] næ ádeo útiles, ut [...] Leo Papa quartus ad E[...] pos Británniæ scribens [...] dubitáverit, sicut Hier[...] & Augustíni, ita Isidó[...]

... retinénda esse, ubi contígerit ... negótium, quod per Cánones mínime definíri possit. Plures étiam ex ejúsdem scriptis senténtiæ inter Canónicas Ecclésiæ leges relátæ conspiciúntur. Præfuit Concílio Toletáno quarto: ómnium Hispániæ celeberrimo. Dénique cum ab Hispánia Ariánam hæresim eliminásset, morte sua, & regni vastatióne a Saracénorum armis públice prænunciáta, postquam quadragínta fériter annos suam rexísset Ecclésiam, Hispali migrávit in cælum anno sexcentésimo trigésimo sexto. Ejus corpus inter Leándrum fratrem, & Floréntinam sorórem, ut ipse mandáverat, primo cónditum, Ferdinándus primus, Castéllæ & Legiónis Rex, ab ... Saracéno Híspali dominánte magno prétio redémptum, Legiónem tránstulit, ubi ejus honórem Templum ædificátum est, ubi miráculis ... magna pópuli devotióne cólitur.

℟. Iste est, qui ante. lxxiii.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 5. b*

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, & conculcétur ab homínibus. Et reliqua ...

Ex libro 2. Officiorum ad S. Fulgentium, cap. 5.

Qui in erudiéndis atque instituéndis ad virtútem pópulis præerit, necésse est, ut in ómnibus sanctus sit, & in nullo reprehensíbilis habeátur. Qui enim álium de peccátis árguit, ipse a peccáto debet esse aliénus. Nam qua fronte subjéctos argúere póterit, cum illi statim possit corréctus ingérere, ante doce te quæ recta sunt? Prímitus quippe semetípsum corrígere debet, qui álios ad bene vivéndum admónere studet, ita ut in ómnibus semetípsum formam vivéndi præbeat, cunctósque ad bonum opus, & doctrína & ópere próvocet. Cui étiam sciéntia Scripturárum necessária est. Quia si Epíscopi tantum sancta sit vita, sibi soli prodest sic vivens. Porro si & doctrína & sermóne fúerit erudítus, potest céteros quoque instrúere, docére suos, & adversários repercútere, qui nisi refutári fúerint atque convícti, fácile possunt simplícium corda pervértere.

℟. Amávit eum. lxxiii.

Lectio viii.

Hujus sermo debet esse purus, simplex, apértus, plenus gravitátis & honestátis, plenus suavitátis & grátiæ, tractans de mystério Legis, de doctrína fidei, de virtúte continéntiæ, de disciplína justítiæ: unumquémque

que ádmonens divérsa exhortatióne, juxta professiónem, morúmque qualitátem; scilicet ut prænóscat quid, cui, quando, vel quómodo próferat. Cujus præ céteris speciále officium est, Scriptúras légere, percúrrere Cánones, exémpla Sanctórum imitári, vigíliis, jejúniis, oratiónibus incúmbere, cum frátribus pacem habére, nec quemquam de membris suis discérpere; nullum damnáre, nisi comprobátum, nullum excommunicáre, nisi discússum. Quique ita humilitáte páriter & auctoritáte præésse debet, ut neque per nímiam humilitátem suam subditórum vítia convaléscere fáciat, neque per immoderántiam severitátis potestátem exérceat, sed tanto cáutius erga commíssos sibi, quanto durius a Christo indagári formidat.

℟. In médio Ecclésiæ. lxxiv.

In Quadrages. Lectio ix. de Homilia Feria occurr. cum ejus commem. in Laudib.

Lectio ix.

TEnébit quoque illam supereminéntem donis omnibus charitátem, sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim castitátis cháritas, locus autem hujus custódis humílitas. Habébit etiam inter hæc ómnia castitátis eminéntiam: ita ut mens Christo dédita, ab omni inquinaménto carnis sit munda & líbera. Inter hoc oportébit eum sollícita dispensatióne curam páuperum gérere, esuriéntes páscere, vestíre nudos, suscípere peregrínos, captívos redímere, víduas ac pupíllos tuéri, pervígilem in cunctis exhibére curam, providéntiam habére distributióne discréta: in quo étiam hospitálitas ita erit præcípua, ut omnes cum benignitáte & charitáte suscípiat. Si enim omnes fidéles illud Evangélii audíre desíderant: Hospes fui, & suscepístis me, quanto magis Epíscopus, cujus divérsórium cunctórum debet esse receptáculum.

Te Deum laudámus. 16.

Vesp. a Capitul. de seq. commemor. præced. & Feria si venerit in Quadragesima.

DIE V. APRILIS.

In festo S. Vincentii Ferrerii Confessoris. Duplex.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Vincéntii Confessóris tui méritis & prædicatióne illustráre dignátus es; concéde nobis fámulis tuis; ut & ipsíus instruámur exémplis, & ab ómnibus ejus patrocínio liberémur advérsis. Per Dóminum.

Deinde fit commemor. sancti Isidori, ac Feriæ.

In i. Noct. Lect. de Script. occ.

In Quadrages. Beátus vir. *de Communi Confessoris non Pontificis.* lxxx.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

VIncéntius honésta stirpe Valéntiæ in Hispánia natus, ab ineúnte ætáte ces

gessit

fexisse. Qui dum cali- | hujus sæculi lábilem | i. pro ingénii sui mó- | onsideráret, Religiónis | ... in Ordine Prædica- | décimo octávo ætátis | mo suscépit, & emíssa | ... Professióne; Sacris | ls sédulo incúmbens, | ogiæ Lauream summa | laude consecútus est. | obténta a Superióribus | a, verbum Dei prædi | Judæórum perfidiam ar- | , Saracenórum erróres | áre tanta virtúte & ef- | cœpit, ut ingéntem | m. infidélium multitú- | ad Christi Fidem per- | t, & multa Christianó- | millia a peccátis ad pœ- | iam, a vítiis ad virtú- | vocáverit. Eléctus enim | , ut mónita salútis in | gentes, tribus, & lin- | diffúnderet, & extrémi | iníque Judícii diem ap- | quáre osténderet; óm- | auditórum ánimos ter- | ónctússos, atque a ter- | affectibus avúlsos, ad | hórem excitábat. | inéstuni fecit lxxxvi.

Lectio v.

hoc autem Apostólico | nere hic vitæ ejus te- | erpétuus fuit. Quotí- | ssam summo mane cum | celebrávit, quotídie ad | m conciónem hábuit, | ibile semper jejúnium, | gens adésset necéssitas, | it. Sancta & recta con- | ulli denegávit, carnes numquam comédit, nec vestem líneam índuit, populórum júrgia sedávit, diffidéntia regna pace compósuit; & cum vestis inconsútilis Ecclésiæ diro schísmate scinderétur, ut uniréur, & uníta servarétur, plúrimum laborávit. Virtútibus ómnibus cláruit, suósque detractóres & persecutóres, in simplicitáte & humilitáte ámbulans, cum mansuetúdine recépit, & ampléxus est.

℟. Amávit eum. lxxxvii.

Lectio vi.

PEr ipsum divína virtus, in confirmatiónem vitæ & prædicatiónis ejus, multa signa & mirácula fecit. Nam frequentíssime super ægros manus impósuit, & sanitátem adepti sunt, spíritus immúndos e corpóribus éxpulit; surdis audítum, mutis loquélam, cæcis visum restítuit, leprósos mundávit, mórtuos suscitávit. Sénio tandem & morbo conféctus infatigábilis Evangélii præco, plúrimis Európæ provínciis cum ingénti animárum fructu peragrátis, Venétiæ in Británia minóri prædicatiónis & vitæ cursum felíciter consummávit, anno salútis millésimo quadringentésimo décimo nono, quem Callíxtus tértius Sanctórum número adscrípsit.

℟. Iste homo. lxxxvii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangel. Sint lumbi vestri præcíncti. lxxxvii.

Nona

[redacted]

Nona Lectio dicitur de Homilia Feriæ occurr. & de ea fit commem. in Quadrages.

DIE XI. APRILIS.

In festo S. Leonis I. Papæ Conf. & Ecclesiæ Doctor. Duplex.

Antiphona ad Magnificat in utrisque Vesper. O Doctor óptime. lxx.

Oratio. Exáudi.

In Quadrag. fit comm. Feriæ in utrisque Vesp. & Laud.

In primo Nocturno.

Incipit Epístola i. beáti Petri Apóstoli.

Lectio i. *Cap. 1.*

PEtrus Apóstolus Jesu Christi, eléctis ádvenis dispersiónis Ponti, Galátiæ, Cappadóciæ, Asiæ & Bithyniæ, secúndum præsciéntiam Dei Patris, in sanctificatiónem Spíritus, in obediéntiam & aspersiónem Sanguinis Jesu Christi: grátia vobis & pax multiplicétur. Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in hæreditátem incorruptíbilem, & incontaminátam & immarcescíbilem, conservátam in cælis in vobis, qui in virtúte Dei custodímini per fidem in salútem, parátam reveláti in témpore novíssimo.

℞. Euge serve bone. lxxi.

Lectio ii.

IN quo exultabítis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatió bus: ut probátio vestræ fi multo pretiósior auro (qu per ignem probátur) in niátur in laudem & gl riam & honórem, in re latióne Jesu Christi: qu cum non vidéritis, dili tis, in quem nunc quoq non vidéntes créditis, c déntes autem exultábitis l títia inenarrábili & glori cáta, reportántes finem dei vestræ, salútem anim rum. De qua salúte exq siérunt atque scrutáti fu Prophétæ, qui de futúra vobis grátia prophetavérun scrutántes in quod, vel qu le tempus significáret in Spíritus Christi: prænúntia eas, quæ in Christo fu passiónes & posterióres gl rias: quibus revelátum es quia non sibimetípsis, vob autem ministrábant ea, q nunc nuntiáta sunt vobis p eos, qui evangelizavéru vobis, Spíritu Sancto mi de cælo, in quem desid rant Angeli prospícere.

℞. Ecce Sacérdos. lxxi.

Lectio iii.

PRopter quod succínc lumbos mentis vestræ sóbrii perfécte speráte eam, quæ offértur vobis, gr tiam, in revelatiónem Je Christi: quasi filii obedié tiæ, non configuráti prió bus ignorántiæ vestræ desid riis, sed secúndum eum qui vocávit vos, Sanctum & ipsi in omni conversati

ne

i filii, quóniam scri-
ti: Sancti éritis, quó-
go Sanctus sum. Et si
i invocátis eum, qui
ceptióne personárum
secúndum uniuscu-
opus, in timóre in-
vestri témpore con-
ini. Sciéntes quod
rruptibílibus auro vel
i redémpti estis de va-
ra conversatióne pa-
traditiónis; sed pre-
inguine quasi Agni im-
i Christi & incontá-
: præcógniti quidem
undi constitutiónem,
láti autem novíssimis
ibus propter vos,
ipsum fidéles estis in
qui suscitávit eum a
, & dedit ei gló-
ut fides vestra &
set in Deo.
ivit Dóminus. lxxii.
Nocturno. Lectio iv.
primus, Etrúscus,
témpore præfuit Ec-
, cum rex Hunnórum
, cognoménto Flagél-
ei, in Itáliam invá-
Aquiléjam triénnii ob-
captam dirípuit &
t; unde cum Romam
furóre raperétur,
cópias, ubi Mincius
um influit, trajícere
, occúrrit ei Leo ma-
Itáliæ impendéntium
órdia permótus: cu-
ína eloquéntia per-
est Attilæ, ut re-
tur. Qui interrogá-
uis, quid esset quod

præter consuetúdinem tam humíliter Románi Pontíficis imperáta fáceret; respóndit, se adstántem quendam álium, illo loquénte, sacerdotáli hábitu véritum esse, sibi stricto gládio minitántem mortem, nisi Leóni obtemperáret. Quare in Pannóniam reversus est.

℟. Invéni Dávid. lxxii.

Lectio v.

LEo autem Romæ singulári ómnium lætítia excéptus, paullo post invadénti urbem Genseríco eádem eloquéntiæ vi & sanctitátis opinióne persuásit, ut ab incéndio, ignomíniis ac cædibus abstinéret. Sed cum Ecclésiam a multis hærésibus oppugnári, maximéque a Nestoriánis & Eutychiánis exagitári vidéret; ad eam purgándam, & in fide Cathólica confirmándam, Concílium Chalcedonénse indíxit. Ubi sexcéntis trigínta coáctis Epíscopis, & Eútyches, & Dióscorus, & íterum Nestórius condemnáti sunt; ejusdémque Concílii decréta sua auctoritáte confirmávit.

℟. Pósui adjutórium. lxxii.

Lectio vi.

HIs actis, sanctus Póntifex se ad reficiéndas, & ædificándas Ecclésias convértit. Cujus suasu Demétria pia fémina, sancti Stéphani Ecclésiam constrúxit in suo fundo via Latína, tértio ab Urbe milliário: ipse via Appia sub nómine sancti

Cor-

Cornélii álteram cóndidit. Multas prætérea & sacras ædes, & sacra eárum vasa restítuit. In tribus Basílicis, Petri, Pauli, & Constantiniána, cámeras extrúxit: ædificávit Monastérium vicínum Basílicæ sancti Petri: sepúlcris Apostolórum custódes adhíbuit, quos cubiculários appellávit. Státuit, ut in actióne mystérii dicerétur, Sanctum Sacrificium, immaculátam Hóstiam. Sanxit, ne mónacha benedíctum cápitis velámen recíperet, nisi quadragínta annórum virginitátem probásset. His & áliis præcláre gestis, cum multa sancte & luculénter scripsísset, tértio Idus Aprílis obdormívit in Dómino. Sedit in Pontificátu annos vigínti, menses decem, dies vigínti octo.

℟. Iste est, qui ante. lxxii.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 16. b*

IN illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi, & interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? Et réliqua.

Homilía S. Leónis Papæ.

Serm. 2. in anniversf. assumpt. suæ, ante medium.

CUm, sicut Evangélica lectióne referátum est, interrogásset Dóminus discípulos, quem ipsum (multis divérsa opinántibus) créderent: respondissétque beátus Petrus, dicens: Tu es Christus Fílius Dei vivi: Dóminus ait: Beátus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam; & portæ inferi non prævalébunt advérsus eam; & tibi dabo claves regni cælórum: & quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis; & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis. Manet ergo dispositio veritátis, & beátus Petrus in accépta fortitúdine petræ persevérans, suscépta Ecclésiæ gubernácula non relíquit.

℟. Amávit eum. lxxiii.

Lectio viii.

IN univérsa namque Ecclésia, Tu es Christus Fílius Dei vivi, quotídie Petrus dicit: & omnis lingua quæ confitétur Dóminum, magistério hujus vocis imbúitur. Hæc fides diábolum vincit, & captivórum ejus víncula dissólvit. Hæc érutos mundo ínserit Cælo, & portæ inferi advérsus eam prævalére non possunt. Tanta enim divínitus soliditáte munita est, ut eam neque hærética unquam corrúmpere právitas, nec pagána potúerit superáre perfídia. His ítaque modis, dilectíssimi,

[redacted]

mi., rationábili obséquio celebrátur hodiérna festívitas: ut in persóna humilitátis meæ ille intelligátur, ille honorétur, in quo & ómnium Pastórum sollicitúdo, cum commendatárum sibi óvium custódia persevérat, & cujus étiam dignitas in indígno hærede non déficit.

℟. In médio Ecclésiæ. lxxiv.

Lectio ix. in Quadrages. de Homil. Feria occurrent. & fit commemor. de ea in Laudibus, alias.

Lectio ix.

CUm ergo cohortatiónes nostras áuribus vestræ sanctitátis adhibémus, ipsum vobis, cujus vice fúngimur, loqui crédite: quia & illius vos afféctu monémus, & non aliud vobis, quam quod dócuit, prædicámus; obsecrántes, ut succíncti lumbos mentis vestræ, castam & sóbriam vitam in Dei timóre ducátis. Coróna mea, sicut Apóstolus ait, & gáudium vos estis, si fides vestra, quæ ab initio Evangélii in univérso mundo prædicáta est, in dilectióne & sanctitáte permánserit. Nam licet omnem Ecclésiam, quæ in toto est orbe terrárum, cunctis opórteat floróre virtútibus: vos tamen præcípue inter céteros pópulos decet méritis pietátis excéllere, quos in ipsa Apostólicæ Petræ arce fundátos, & Dóminus noster Jesus Christus cum ómnibus redémit, & beátus Apóstolus Petrus præ ómnibus erudívit.

Te Deum laudámus. 16.

DIE XIII. APRILIS.

In festo sancti Hermenegildis Martyr. Semidupl.

Si in primis Vesper. hujus Festis, sequens Hymn. Regáli sólio, *dicendus non sit, tunc ponatur ad Matutinum, & Hymnus Matutini,* Nulli te génitor, *substituendus est in Laudibus.*

In utrisq. Vesp. & Laudib.

Hymnus.

REgáli sólio fortis Ibériæ
Hermenegílde jubar, glória Mártyrum,
Christi quos amor almis
Cæli cœtibus ínserit.
Ut perstas pátiens pollícitum Deo
Servans obséquium! quo pótius tibi
Nil propónis, & arces
Cautus nóxia, quæ placent.
Ut motus cóhibes, pábula qui parant
Surgéntis vítii, non dúbios agens
Per vestígia gressus,
Quo veri via dírigit.
Sit rerum Dómino jugis honor Patri,
Et Natum célebrent ora precántium;
Divinúmque suprémis
Flamen láudibus éfferant.
Amen.

Oratio.

DEus, qui beátum Hermenegíldum Mártyrem tuum cæléstí regno terrénum post-

postpónere docuísti: da, quæsumus nobis, ejus exémplo cadúca despícere, atque ætérna sectári. Per Dóminum.

In Quadragesima, fit commemoratio Feriæ in utrisque Vesper. & Laudibus.

Ad Matutinum.

Hymnus.

NUlli te génitor blandítiis trahit,
Non vitæ cáperis dívitis ótio
Gemmarúmve nitóre,
Regnandíve cupídine.
Diris non ácies te gládii minis,
Nec terret périmens carnificis furor:
Nam mansúra cadúcis
Præfers gáudia Cælitum.
Nunc nos e Súperum prótege sédibus
Clemens, atque preces, dum cánimus tua
Quæsitam nece palmam,
Pronis áuribus éxcipe.
Sit rerum Dómino jugis honor Patri,
Et Natum célebrent ora precántium,
Divinúmque suprémis
Flamen láudibus éfferant.
Amen.

In primo Noct. in Quadrag. Fratres, debitóres. *de Communi plurim. Martyr.* xlvii.

Post Pascha, Lectiones de Scriptura occurr.

In secundo Nocturno.

Ex libro Dialogórum sancti Gregórii Papæ.

Lib. 2. cap. 31. Lectio iv.

HErmenegíldus Rex, Leovigíldi Regis Visigothórum filius, ab Ariána hæresi ad fidem Cathólicam viro reverendíssimo Leándro Hispalénsi Epíscopo, dudum mihi in amicítiis familiáriter juncto, prædicánte, convérsus est. Quem pater Ariánus, ut ad eámdem hæresim redíret, & præmiis suadére, & minis terrére conátus est. Cumque ille constantíssime respondéret, nunquam se veram fidem posse relínquere, quam semel agnovísset; irátus pater eum privávit regno, rebúsque expoliávit ómnibus. Cumque nec sic virtútem mentis illíus emollíre valuísset, in arcta illum custódia conclúdens, collum manúsque illíus ferro ligávit. Cœpit itaque Hermenegíldus Rex júvenis terrénum regnum despícere, & forti desidério cæléste quærens, in cilíciis vinculátus jacens, omnipoténti Deo ad confortándum se preces effúndere: tantóque sublímius glóriam transeúntis Mundi despícere, quanto & religátus agnóverat nihil fuísse, quod potúerit auférri.

℟. Honéstum fecit. xxviii.

Tempore Paschali ℟. Lux perpétua. xxxviii.

Lectio v.

SUperveniénte autem Paschális festivitátis die, intempéstæ noctis siléntio ad eum pérfidus pater Ariánum Epíscopum misit, ut ex ejus manu sacrílegæ consecratiónis Communiónem percíperet,

ret, atque per hoc ad patris grátiam redíre mererétur. Sed vir Deo déditus, Ariáno Epíscopo veniénti exprobrávit, ut débuit, ejúsque a se perfidiam dignis increpatiónibus répulit: quia etsi extérius jacébat ligátus, apud se tamen in magno mentis cúlmine stabat secúrus. Ad se ítaque revérso Epíscopo, Ariánus pater infrémuit, statímque suos apparitóres misit, qui constantíssimum Confessórem Dei illic ubi jacébat, occíderent: quod & factum est. Nam mox, ut ingréssi sunt, secúrim cérebro ejus infigéntes, vitam córporis abstulérunt; hocque in eo valuérunt perímere, quod ipsum quoque qui perémptus est, in se constíterat despexísse. Sed pro ostendénda vera ejus glória, supérna quoque non defuére mirácula. Nam cœpit in noctúrno siléntio psalmódiæ cantus ad corpus ejúsdem Regis & Mártyris audíri: atque ídeo veráciter Regis, quia & Mártyris. ℟. Desidérium. xxviii.

Tempore Paschali. ℟. In servis suis. xxxviii.

Lectio vi.

QUidam étiam ferunt, quod illic noctúrno témpore accénsæ lámpades apparébant. Unde & factum est, quátenus corpus illíus, ut vidélicet Mártyris, jure a cunctis fidélibus venerári debuísset. Pater vero pérfidus & parricída commótus pœniténtia, hoc fecisse dóluit, nec tamen usque ad obtinéndam salútem pœnítuit. Nam quia vera esset Cathólica fides, agnóvit; sed Gentis suæ timóre pertérritus, ad hanc perveníre non méruit. Qui, obórta ægritúdine, ad extréma perdúctus est, & Leándro Epíscopo, quem prius veheménter afflíxerat, Reccarédum Regem filium suum, quem in sua hæresi relinquébat, commendáre curávit, ut in ipso quoque tália fáceret, quália & in fratre suis exhortatiónibus fecísset. Qua commendatióne expléta, defúnctus est: Post cujus mortem Reccarédus Rex non patrem pérfidum, sed fratrem Mártyrem sequens, ab Ariánæ hæresis pravitáte convérsus est, totámque Visigothórum Gentem ita ad veram perdúxit fidem, ut nullum in suo regno militáre permítteret, qui regni Dei hostis exístere per hæréticam pravitátem non timéret. Nec mirum, quod veræ fidei prædicátor factus est, qui frater est Mártyris; cujus hunc quoque mérita ádjuvant, ut ad omnipoténtis Dei grémium tam multos redúcat.

℟. Stola jucunditátis. xxix.

Tempore Paschali. ℟. Filiæ Jerúsalem. xxxviii.

In tertio Nocturno, etiam tempore Paschali, Homilia in Evangel. Si quis venit ad me. *de Communi unius Martyris.* xxx.

In Quadrages. nona Lectio de Homilia Feria occurr.

Tempore Paschali, omnia dicuntur ut in Communi unius Martyr. tempore Paschali, præter Orationem propriam, cum Hymnis & Evangelio ut supra.

In secundis Vesperis commemoratio sequentis.

COMMUNE

SS. Martyrum tempore Paschali habetur cum aliis Communibus infra. xxxvi.

DIE XIV. APRILIS.

SS. Martyrum Tiburtii, Valeriani & Maximi.

Antiphona. Istórum est.

℣. Lætámini. xliv.

Tempore Paschali, Antiph. Lux perpétua.

℣. Sancti & justi. xxxvi.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus: ut qui Sanctórum Mártyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni, & Máximi solémnia cólimus, eórum étiam virtútes imitémur. Per Dóminum.

Lectio ii.

VAleriánus Románus nobili génere ortus, Alexándro Sevéro Imperatóre, hortátu beátæ Cæcíliæ Vírginis, quam sibi pari nobilitáte uxórem despónderat, una cum Tibúrtio fratre a sancto Urbáno Papa baptizátur. Quos ubi præféctus Urbis Almáchius Christiános esse cognóvit, & património paupéribus distribúto, Christianórum córpora sepelíre, accersítos gráviter [...] dit: atque ubi Chri[...] um constánter con[...] deos autem dæmoni[...] nia simulácra prædic[...] det, virgis cædi jub[...]

Lectio iii.

SEd cum verbéri[...] non possent, ut [...] mulácrum veneraréi[...] mo fortes in fide[...] permanére, ad qua[...] Urbe lápidem se[...] riúntur. Quórum [...] admirátus Máximus [...] cubiculárius, qui eis [...] plícium perdúxerat, [...] num se esse proféssus [...] multis prætérea Præ[...] nístris: qui paullo p[...] bátis contúsi, omnes [...] boli Minístris, Ch[...] mini Mártyres eváse[...] Te Deum laudámus [...]

DIE XVII. APR[...]

Sancti Aniceti Pa[...] Martyris.

Oratio. Deus, qui [...] ti Anicéti, *de Com[...] Mart. ii. loco.*

Lectio iv.

ANicétus Syrus [...] ratóre Marco [...] Antoníno, præfuit E[...] Decrévit, ne cléric[...] nutrírent. Quínqui[...] Decémbri ordinávit [...] teros decem & septe[...] conos quátuor, E[...] per divérsa loca no[...] xit in Pontificátu [...] cto, menses octo, d[...] ti quátuor. Propte[...] fidem Martyrio co[...]

[redacted]

via Aopia in
uod póstea Cal-
n est, décimo
as Majas.
dámus. 16.
APRILIS.
Anselmi Episcopi
& Ecclesiæ
. *Duplex*.
n utrisq. Vesper.
or óptime.
qui pópulo tuo.
Sapiéntiam ó-
Communi Docto-

no. Lectio vi.
Augústæ Præ-
a finibus Itá-
oho & Ermem-
ibus & Cathó-
ous natus, a
assíduo litte-
atque perfectió-
ério, non ob-
e sanctitátis &
imen dedit. Et
ardóre aliquán-
illécebras trahe-
tamen in prísti-
vocátus, pátria
ibus derelíctis,
m Beccénse Or-
enedícti se cón-
ssa regulári Pro-
Herluíno Abbá-
ssimo, & Lan-
octíssimo, tanto
& jugi stúdio
virtútibus alle-
fecit, ut mirum
nquam sanctitá-
næ exémplar ab
rétur.
vid. lxxii.

Lectio v.

ABstinéntiæ & continéntiæ tantæ fuit, ut assiduitáte jejúnii omnis pene cibórum sensus in eo viderétur extínctus. Diúrno enim témpore in exercítiis monásticis docéndo & respondéndo váriis de Religióne quæsítis, eménso, quod réliquum erat noctis, somno subtrahébat, ut Divínis meditatiónibus, quas perénni lacrymárum imbre fovébat, mentem recreáret. Eléctus in Priórem Monastérii ínvidos Fratres ita charitáte, humilitáte, & prudéntia lenívit, ut quos æmulos accéperat, sibi & Deo amícos, máximo cum reguláris observántiæ emoluménto rédderet. Mórtuo Abbáte, & in ejus locum, (licet invítus) suffécłus, tanta doctrínæ & sanctitátis fama ubíque refúlsit, ut non modo Régibus & Epíscopis veneratióni esset, sed sancto Gregório septimo étiam accéptus; qui tunc magnis persecutiónibus agitátus, lítteras amóris plenas ad eum dedit, quibus se & Ecclésiam Cathólicam ejus oratiónibus commendábat.

℟. Pósui adjutórium super poténtem. lxxii.

Lectio vi.

DEfúncto Lanfránco Archiepíscopo Cantuariénsi ejus olim præceptóre, Ansélmus, urgénte VVillélmo Angliæ rege, & instántibus clero ac pópulo, ipso tamen

men repugnánte, ad ejúsdem Ecclésiæ régimen vocátus, statim (ut corrúptos pópuli mores reformáret) verbo & exémplo prius, dein scriptis & Concíliis celebrátis, prístinam pietátem & Ecclesiásticam disciplínam redúxit. Sed cum mox idem VVillélmus rex vi & minis Ecclésiæ jura usurpáre tentásset, ipse sacerdotáli constántia réstitit, bonorúmque direptiónem & exílium passus, Romam ad Urbánum secúndum se cóntulit, a quo honorífice excéptus, & summis láudibus ornátus est; cum in Barénsi Concílio Spíritum Sanctum étiam a Fílio procedéntem contra Græcórum errórem innúmeris Scripturárum & sanctórum Patrum testimóniis propugnásset. E vivis VVillemo subláto, ab Henríco rege ejus fratre in Angliam revocátus obdormívit in Dómino: famam non solum miraculórum & sanctitátis (præcípue ob insígnem devotiónem erga Dómini nostri Passiónem, & beátam Vírginem ejus Matrem) assecútus, sed étiam doctrínæ, quam ad defensiónem Christiánæ Religiónis, animárum profécťum, & ómnium Theologórum, qui Sacras Lítteras scholástica méthodo tradidérunt, normam cælitus hausísse ex ejus libris ómnibus appáret.

℟. Iste est, qui ante. lxxiii.

In tertio Noctu

Léctio sancti Evangé

dùm Matthæu

Lectio vii.

IN illo témpore: D discípulis suis: V terræ. Quod si sal e in quo saliétur? Et

Homilía S. Hilárii

Comment. in Matth

post initium

VOs estis sal ter si sal infatuátu ad níhilum valet, i liétur. Sal, ut árbit ræ nullum est: quó go Apóstolos sal t cupávit? Sed prop quæréndæ dictórum Apostolórum officiu sius salis natúra mo Sal est in se uno aquæ & ignis elemé hoc ex duóbus est u

℟. Amávit eum. lxx

Lectio viii.

HIc ígitur in o sum humáni g féctus, incorruptió póribus, quibus s spérsus, impértit omnem sensum co póris aptíssimus est. li autem sunt reru stium prædicatóres, nitátis velut satóres, talitátem ómnibus bus, quibus eóru aspérsus fúerit, con Meríto ígitur sal te cupáti sunt, per doc tútem, saliéndi mod táti córpora reservá

℟. In médio Ecclési

[redacted]

ix.
falis femper
nec immutá-
)teft . Verum
ıi homo fúb-
beátus, qui uf-
n ómnibus Dei
ınferit ; ídeo
ıncupátos mo-
fibi poteftátis
e, ne infatuá-
, & ipfi fenfu
amiffo, vivi-
non poffint ,
Ecclésiæ prom-
is, quos falfe-
incedéntium

ámus. 16.
fperis fit com-
s.
APRILIS.
teris & Caji
& martyr.
iplex.
ux perpétua.
fti.
io.
ırtyrum, pa-
ontíficum So-
os, quæfumus
tueántur, &
det orátio ve-
)óminum.
rno, Lectiones
urrente.
. *Lectio iv.*
in Campá-
fancívit, ne
vafa facra ,
gerent , ne-
ftério in Ec-
. Idem fta-
li corpus in

Cœna Dómini fumerétur ab ómnibus , iis excéptis, qui propter grave peccátum id fácere prohiberéntur . Sedit in Pontificátu annos tres, menfes úndecim, dies decem & octo: Martyrio coronátur fub Marco Aurélio Imperatóre, & in Cœmetério, quod póftea Callífti dictum eft, fepelítur, more majórum; menfe Decémbris creátis Presbyteris decem & octo, Diáconis novem, Epífcopis per divérfa loca úndecim. ℟. Lux perpétua. 38.

Lectio v.

CAjus Dálmata , ex génere Diocletiáni Imperatóris , conftítuit , ut his Ordinum & honórum grádibus in Ecclésia ad Epifcopátum afcenderétur , Oftiárii , Lectóris , Exorcíftæ , Acolythi, Subdiáconi, Diáconi, Presbyteri . Hic Diocletiáni crudelitátem in Chriftiános fúgiens , aliquándiu in fpelúnca delítuit : verum octo poft annis , una cum Gabino fratre, Martyrii corónam confecútus eft ; cum fedíffet annos duódecim, menfes quátuor, dies quinque, creátis menfe Decémbri Presbyteris vigintiquínque, Diáconis octo , Epífcopis quinque . Sepúltus eft in cœmetério Callífti décimo Kálendas Maji . Ejus memóriam Urbánus octávus in Urbe renovávit, dirutam Ecclésiam reftítuit , Título , Statióne , & ipfius Relíquiis decorávit .
℟. In fervis fuis. xxxviii.

Lectio vi. de Sermone S. Ambrosii Episc. Dignum, & congruum est, *de Comm. Mart. tempore Paschali*. ℟. Fíliæ Jerúsalem. xxxviii.

In iii. Nocturno, Homil. in Evang. Ego sum vitis, vos pálmites, *de Comm. Mart. tempore Paschali*. xlii.

In secundis Vesperis a Capitulo fit de sancto Georgio cum commem. præced.

DIE XXIII. APRILIS.

In festo S. Georgii Mart. Semiduplex. *Oratio.*

DEus, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis & intercessióne lætíficas: concéde propítius; ut qui tua per eum beneficia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio SS. Soteris, & Caji, Antiphona. Sancti & justi. ℣. Pretiósa. *Or.* Beatórum Martyrum. 463.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In ii. Noct. Lectiones ex Epistola S. Cypriani. Quibus ego vos láudibus. xli.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium. Ego sum vitis vera, *de Communi Martyrum tempore Paschali*. xxxix.

Vesp. de seq. commemoratio præcedentis.

DIE XXIV. APRILIS.

In festo S. Fidelis a Sigmaringa Martyris. Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Fidélem Seráphico spíritus ardóre succénsum in veræ fidei propagatióne Martyrii palma, & gloriósis miráculis decoráre dignátus es: ejus quæsumus méritis & intercessióne, ita nos per grátiam tuam in fide & charitáte confirma, ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio sancti Georgii Martyr.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

FIdélis in Oppido Sveviæ Sigmarínga ex honesta Reyórum família natus, ab ineúnte ætáte singuláribus natúræ, & grátiæ donis ornátus præfúlsit. Egrégiam quippe sortítus índolem, morúmque óptima imbútus disciplína, dum Fribúrgi, Philosophíæ & Juris utriúsque láuream emémeruit, in schola étiam Christi ad perfectiónis ápicem sédulo virtútum exercítio conténdere cœpit. Nobílium exínde Virórum várias Európæ Províncias lustrántium comes adscítus, eos ad Christiánam pietátem sectándam tam verbis, quam opéribus excitáre non déstitit. Quinímmo in eódem itinere crebris austeritátibus desidéria carnis mortificáre, ita seípsum régere stúduit, ut in tanta rerum vicissitúdine nullo unquam visus fúerit iræ motu perturbári. Juris prætérea,

justítiæ strénuus pro-
...or post réditum in
...aniam, célebre sibi no-
...acquisivit in Advocáti
...ere: in quo tamen cum
...perícula esset expértus,
...brem ætérnæ salútis viam
...edi deliberávit, & su-
...a vocatióne illustrátus
...lo post Ordini Séraphi-
...ter Fratres Minóres Ca-
...nos adscribi pétiit.
...ux perpétua. xxxviii.

Lectio v.

... petitiónis compos
...éditus, mundi, sui-
...contémptor insignis in
...statim tyrocínio: ma-
... cum solémnis Pro-
...is vota in gaudio spí-
... Dómino nuncupásset,
...gulári observántia óm-
... admiratióni fuit, ac
...lo. Oratióni máxime,
...ris lítteris vacans, in
... quoque ministério sin-
... grátia excéllens, ne-
...Cathólicus ad meliórem
...n, verum étiam Hete-
...os ad veritátis cogni-
...n attráxit. Plúribus in
... Cœnóbii Præféctus con-
...s, prudéntia, justítia,
...etúdine, discretióne,
...militáris laude, munus
...emandátum exércuit.
...simæ paupertátis zelá-
...régitus, quidquid vel
... necessárium videré-
... Cœnóbio pénitus eli-
...it. Inter austéra jejú-
...igílias, & flagélla sa-
... seípsum prósequens
... in álios amórem, quasi
mater in fílios, osténdit. Cum pestífera febris Austríacas militátes cópias dire affligeret, ipse in extrémis infirmórum indigéntiis ad assídua charitátis officia toto spíritu incúbuit. In componéndis étiam animórum dissídiis, alíisque Próximi necessitátibus sublevándis consílio, & ópere, ádeo præcláre se gessit: ut Pater Pátriæ merúerit appellári.

℟. In servis suis. xxxviii.

Lectio vi.

DEiparæ Vírginis, & Rósarii Cultor exímius, illius præcípue, aliorúmque Sanctórum patrocínio a Deo postulávit, ut in Cathólicæ fidei obséquium vitam sibi & sánguinem fúndere licéret. Cumque ardens hoc desidérium in quotidiána Sacri devóta celebratióne magis accenderétur, mira Dei Providéntia factum est, ut fortis Christi Athléta Præses eligerétur illárum Missiónum, quas Congregátio de Propagánda Fide pro Rhætia tunc témporis instítúerat. Quod árduum munus prompto, hilaríque ánimo suscípiens, tanto fervóre execútus est, ut plúribus Hæréticis ad Orthodóxam fidem convérsis, spes non módica effúlserit totíus illíus gentis Ecclésiæ, & Christo reconciliándæ. Prophetíæ dono prǽditus futúras Rhætiæ calamitátes, suíque necem ab hæréticis inferendam sæpius

prædixit. Postquam vero insidiárum probe cónscius, impendénti agóni se præparásset; die vigésima quarta Aprilis anno milléssimo sexcentéssimo vigéssimo secúndo ad Ecclésiam loci, Sevísium nuncupáti, se cóntulit: ubi ab Hæréticis, qui prídie conversiónem simulántes eum dolóse ad prædicándum invitáverant, concióne tumultuárie interrúpta, per vérbera, & vúlnera eídem crudéliter inflícta, gloriósam mortem magno & álacri corde perpéssus, primítias Mártyrum memorátæ Congregatiónis próprio sánguine consecrávit: plúribus signis, & miráculis exínde clarus, præsértim Curiæ, & Veldkirchii, ubi summa pópuli veneratióne illíus Relíquiæ asservántur.

℟. Fíliæ Jerúsalem. xxxviii.

In iii. Noct. Hom. in Evan.

Ego sum vitis vera. xxxiv.

Vesper. de seq. commemoratio præcedentis.

DIE XXV. APRILIS.

In festo sancti Marci Evangelistæ. Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Marcum Evangelístam tuum, Evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: tríbue quæsumus, ejus nos semper & eruditióne profícere, & oratióne deféndi. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Fidelis a Sigmaringa Mart.

In primo Nocturno leguntur Lectiones Ezechielis Prophetæ, posita in Communi Evangelistarum cum ℟. tempore Pasch.

In secundo Nocturno.

Ex libro sancti Hierónymi Presbyteri, de Scriptóribus Ecclesiasticis.

Lectio iv.

MArcus, discípulus & intérpres Petri, juxta quod Petrum referéntem audíerat, rogátus Romæ a frátribus, breve scrípsit Evangélium. Quod cum Petrus audísset, & probávit, & Ecclésiæ legéndum sua auctoritáte dedit. Assúmpto ítaque Evangélio, quod ipse conféceratt, perréxit in Ægyptum, & primus Alexandríæ Christum annúntians, constítuit Ecclésiam tanta doctrína, & vitæ continéntia, ut omnes sectatóres Christi ad exémplum sui cógeret.

℟. Lux perpétua. xxi.

Lectio v.

DEnique Philo, disertíssimus Judæórum, videns Alexandríæ primam Ecclésiam adhuc judaizántem, quasi in laudem Gentis suæ librum super eórum conversatióne scripsit. Et quómodo Lucas narrat, Jerosólymæ credéntes ómnia habuísse commúnia: sic & ille, quod Alexandríæ sub Marco fieri doctóre cernébat, memóriæ trádidit. Mórtuus est autem octávo Nerónis anno, & sepúltus Alexandríæ, succedénte sibi Aniáno.

℟. Virtúte magna. xxi.

Lectio vi. De Expositione S. Gregorii Papæ. Sancta quátuor animália, *ut in com. Evangelistarum.*

℟. Isti sunt agni.

In tertio Noct. Homilia in Evang. Designávit Dóminus, *de Comm. Evangelistarum.*

℟. *vii.* Ego sum vitis.

℟. *viii.* Cándidi facti sunt.

Hodie qui non intersunt Processioni Litaniarum, dicant illas privatim post Matutinum cum suis Precibus, & Orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus, etiam si hoc Festum transferatur in aliam diem.

Si Litaniæ majores occurrent in die Paschatis, transferantur, in Feriam tertiam sequentem.

In secundis Vesp. fit commemoratio Festi sequentis.

DIE XXVI. APRILIS.

In festo sanctorum Cleti & Marcellini Pontificum & Mart. Semid.

Aña. Lux perpétua.

℣. Sancti & justi.

Oratio.

BEatórum Mártyrum paritérque Pontíficum Cleti & Marcellíni nos Dómine fóveat pretiósa conféssio, & pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

Si hoc Festum celebretur Feria secunda Rogationum Lectiones primi Nocturni sumuntur ex Communi plurimorum Martyr. extra tempus Paschale ut infra, xlvii. *& nona Lectio legitur de Homilia Feriæ.*

Similiter si aliquod ex sequentibus Festis occurrat dicta Feria secunda, aut in Vigilia Ascensionis, in primo Noct. leguntur Lectiones quæ habentur in Communi illius Sancti extra tempus Pasch. nisi propriæ assignentur, vel ponendum sit initium alicujus Epist. præced. Dominicæ, quod omissum sit ob aliud Fest. in ea celebratum, in quo propriæ Lectiones assignatæ sint.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

CLetus Románus patre Æmiliáno, de regióne quinta, e vico Patrítio, Imperatóribus Vespasiáno & Tito, Ecclésiam gubernávit. Is ex præcépto Príncipis Apostolórum in Urbe vigintiquinque Presbyteros ordinávit. Primus in lítteris verbis illis usus est: Salútem & Apostólicam benedictiónem. Qui Ecclésia óptime constitúta, cum ei præfuísset annos duódecim, menses septem, dies duos, Domitiáno Imperatóre, secúnda post Nerónem persecutióne, Martyrio coronátus est, & in Vaticáno juxta corpus beáti Petri sepúltus.

℟. Lux perpétua. xxxviii.

Lectio v.

MArcellínus Románus in immáni illa Diocletiáni Imperatóris persecutióne terróre pertérritus, deórum simulácris thus adhíbuit; cujus peccáti mox il-

lum tantópere pœnituit, ut Sinuéssam ad Concílium plurimórum Episcopórum vénerit cilício indútus, ubi lácrymis profúsis scelus suum palam conféssus est. Quem tamen damnáre ausus est nemo, sed omnes una voce clamárunt: Tuo te ore, non nostro judício júdica, nam prima Sedes a némine judicátur. Petrum quoque propter eamdem ánimi infirmitátem deliquísse, & a Deo simílibus lácrymis véniam impetrásse. ℟. In servis suis. xxxviii.

Lectio vi.

MArcellínus Romam revérsus Imperatórem adit, gráviter eum accúsans, quod se ad tantam impietátem impulísset. Quamóbrem ille Marcellínum una cum tribus áliis Christiánis, Cláudio, Cyrino, & Antoníno cápite plecti jubet. Quórum projécta córpora, cum triginta sex dies jussu Imperatóris sepultúra caruíssent, beátus Marcéllus a sancto Petro in somnis admónitus, Presbyteris & Diáconis, hymnis & lumínibus adhíbitis, honorífice sepeliénda curávit in cœmetério Priscíllæ, via Salária. Rexit Ecclésiam annos septem, menses úndecim, dies vigínti tres, quo témpore fecit Ordinatiónes duas mense Decémbri, quibus creávit Presbyteros quátuor, Epíscopos per divérsa loca quinque.

℟. Fíliæ Jerúsalem. xxxviii.

In iii. Noct. Homil. in Evangel. Ego sum vitis, vos pálmites. *de Communi Martyr. temp. Paschali.* xliii.

DIE XXVIII. APRILIS.

S. Vitalis Martyris.

Oratio. Præsta, ut qui. *de Communi Martyr.*

Lectio iii.

VItális miles, sanctórum Gervásii & Protásii pater, una cum Paulíno júdice Ravénnam ingréssus, cum vidísset Ursicínum médicum ob Christiánæ fidei confessiónem ductum ad supplícium, paúllulum in torméntis titubáre, exclamávit: Ursicíne médice, qui álios curáre sólitus es, cave ne te mortis ætérnæ jáculo confícias. Qua voce confirmátus Ursicínus, Martyrium fórtiter subívit. Quare Paulínus incénsus Vitálem comprehéndi jubet, & equúleo tortum, atque in profúndam fóveam demérsum, lapídibus óbruit. Quo facto quidam Apóllinis sacérdos, qui Paulínum in Vitálem incitárat, oppréssus a dæmone, clamáre cœpit: Tu me nimium Vitális Christi Martyr incéndis; & illo æstu jactátus, se præcipitávit in flumen.

Te Deum laudámus. 16.

DIE XXIX. APRILIS.

In festo S. Petri Martyr.

Duplex. *Oratio.*

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut beáti Petri Mártyris tui fidem cóngrua devotióne sectémur: qui

pro

pro ejúsdem fidei dilatatióne, Martyrii palmam méruit obtinére. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurr.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

PEtrus, Verónæ paréntibus Manichæórum hæresi inféctis, natus, ab ipsa pene infántia contra hæreses pugnávit. Puer annórum septem, cum scholas frequentáret, aliquándo a pátruo hærético interrogátus, quid tandem in iis didicísset, Christiánæ fidei Symbolum se didicísse respóndit; neque ullis unquam patris, patrusve blandítiis aut minis a fidei constántia dimovéri pótuit. Adoléscens Bonóniam studiórum caussa venit, ubi a Spíritu Sancto ad sublimióris vitæ formam vocátus, Ordinis Prædicatórum institútum suscépit.

℟. Lux perpétua. xxxviii.

Lectio v.

MAgno virtútum splendóre in Religióne elúxit, corpus & ánimam ab omni impuritáte ita custodívit, ut nullíus mortíferi peccáti labe se inquinátum unquam sénserit. Carnem jejúniis & vigíliis macerábat; mentem Divínis contemplatiónibus exercébat. In salúte animárum procuránda assídue versabátur; peculiáris grátiæ dono hæréticos ácriter confutábat. Tantam in conciónando vim hábuit, ut innumerábilis hóminum multitúdo ad eum audiéndum conflúeret, multíque ad pœniténtiam converteréntur.

℟. Fíliæ Jerúsalem. xxxviii.

Lectio vi.

TAnto fidei ardóre incénsus erat, ut pro ea mortem subíre optáret, eámque a Deo grátiam eníxe precarétur. Itaque hærétici necem, quam is páullo ante conciónando prædixerat, illi intulérunt. Nam cum sanctæ Inquisitiónis munus géreret, illum Como Mediolánum redeúntem, ímpius sicárius semel atque íterum in cápite gládio vulnerávit; jamque pene mórtuus, Symbolum fidei quam infans viríli fortitúdine conféssus fúerat, in ipso suprémo spíritu pronuntiávit: iterúmque látera mucróne transverberátus, ad Martyrii palmam migrávit in cælum, anno salútis milléssimo ducentésimo quinquagésimo secúndo: quem multis illústrem miráculis Innocéntius quartus anno sequénti sanctórum Mártyrum número adscrípsit.

℟. Fíliæ Jerúsalem. xxxviii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. Ego sum vitis vera. *de Communi Martyr. tempore Paschali, ut infra.* xxxix.

Vesp. a Capitulo de S. Catharina cum commem. S. Petri.

DIE XXX. APRILIS.

In festo S. Catharinæ Senensis Virginis. Duplex.

Oratio.

DA, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui beá-

dúcent hi? Is accépto Spíritu Sancto, cum ei Scythia, ad prædicándum Evangélium, obtigísset; omnem fere illam gentem ad Christiánam fidem convértit. Postrémo cum Hierápolim Phrygiæ venísset, pro Christi nómine cruci affíxus, lapidibúsque óbrutus est Kaléndis Maji. Ejus corpus ibídem a Christiánis sepúltum, póstea Romam delátum, in Basílica duódecim Apostolórum una cum córpore beáti Jacóbi Apóstoli cónditum est.

℟. Lux perpétua. xxi.

Lectio v.

Jacóbus frater Dómini, cognoménto Justus, ab ineúnte ætáte vinum & síceram non bibit, carne abstínuit, nunquam tonsus est, nec unguénto nec bálneo usus. Huic uni licébat ingrédi in Sancta Sanctórum. Idem líneis véstibus utebátur: cui étiam assidúitas orándi ita callum génibus obdúxerat, ut durítie caméli pellem imitarétur. Eum post Christi ascensiónem Apóstoli Jerosolymórum Epíscopum creavérunt, ad quem étiam Princeps Apostolórum misit, qui nuntiáret se e cárcere ab Angelo edúctam fuísse. Cum autem in Concílio Jerosólymis controvérsia esset orta de Lege & Circumcisióne, Jacóbus Petri senténtiam secútus, ad fratres hábuit conciónem, in qua vocatiónem Géntium probávit: fratribúsque absentíbus scribéndum esse dixit, ne Géntibus jugum Mosáicæ Legis impónerent. De quo & lóquitur Apóstolus ad Gálatas: Alium autem Apostolórum vidi néminem, nisi Jacóbum fratrem Dómini.

℟. Virtúte magna. xxi.

Lectio v.

Tanta autem erat Jacóbi vitæ sánctitas, ut fímbriam vestiménti ejus certátim hómines cúperent attíngere. Nam is nonagínta sex annos natus, cum trigínta annis illi Ecclésiæ sanctíssime præfuísset, Christum Dei Fílium constantíssime prædicans, lapídibus primum appétitur, mox in altíssimum templi locum addúctus, inde præcipitátus est. Qui confráctis crúribus, jacens semivívus, manus tendébat ad cælum, Deúmque pro illórum salúte deprecabátur his verbis: Ignósce eis Dómine, quia nésciunt quid fáciunt. Quo in oratióne, gráviter ejus cápite fullónis fuste percússo, ánimam Deo réddidit, séptimo Nerónis anno, & juxta templum ubi præcipitátus fúerat, sepúltus est. Unam scripsit Epístolam, quæ de septem Cathólicis est.

℟. Isti sunt agni. xxi.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vii. *Cap.* 14.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Non tur-

[redacted]

urbétur cor vestrum. Crédi-
is in Deum, & in me cré-
ite. In domo Patris mei
iansiónes multæ sunt. Et
éliqua.

Homilía S. Augustíni Episc.
Tract. 67. in Joannem.

E Rigénda est nobis, fratres, ad Deum major inténtio, ut verba sancti Evangélii quæ modo in nostris áuibus sonuérunt, étiam mene cápere utcúmque possimus. Ait enim Dóminus Jesus: Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum, & in me crédite. Ne mortem tamquam hómines timérent, & ideo urbaréntur, consolátur eos, tiam se Deum esse contéstans. Créditis, inquit, in Deum, & in me crédite. Consequens st enim ut si in Deum créditis, & in me crédere debeátis: quod non esset cónsequens, si Christus non esset Deus. ℞. Ego sum. xxi.

Lectio viii.

C Réditis in Deum, & in eum crédite, cui natú est, non rapína, esse æquálem Deo: semetípsum enim xinanívit, non tamen formam Dei amíttens, sed formam servi accípiens. Mortem metúitis huic formæ ser i; non turbétur cor vestrum; suscitábit illam forma Dei. Sed quid est quod séquitur: In domo Patris mei mansiónes multæ sunt: nisi quia & sibi metuébant? Unde audíre debuérunt: Non turbétur cor vestrum. Quis enim eórum non metúeret, cum Petro dictum esset, fidentióri atque promptióri: Non cantábit gallus, donec ter me neges? ℞. Cándidi facti sunt. xx.

Lectio ix.

T Anquam ergo essent ab illo peritúri, mérito turbabántur; sed cum áudiunt: In domo Patris mei mansiónes multæ sunt; si quo minus dixíssem vobis: Quia vado paráre vobis locum; a perturbatióne recreántur, certi ac fidéntes, étiam post perícula tentatiónum, se apud Deum cum Christo esse mansúros; quia etsi álius est álio fórtior, álius álio sapiéntior, álius álio júltior, álius álio sánctior, in domo Patris mei mansiónes multæ sunt. Nullus eórum alienábitur ab illa domo, ubi mansiónem pro suo quísque acceptúrus est mérito. Te Deum laudámus. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Aña.

D Omine, osténde nobis Patrem, & sufficit nobis, allelúja.

Psalm. Dóminus regnávit. *cum reliquis.* 17.

Aña. Philíppe, qui videt me, videt & Patrem meum, allelúja. *Aña.* Tanto témpore vobíscum sum, & non cognovístis me? Philíppe, qui videt me, videt & Patrem meum, allelúja.

Aña. Si cognovíssétis me, & Patrem meum útique cognovíssétis, & ámodo cognoscétis

ris eum, & vidístis eum, allelúja, allelúja, allelúja,

Aña. Si dilígitis me, mandata mea serváte, allelúja, allelúja, allelúja.

Capitul. Hymnus, & ℣. ut in Communi Apostol. temp. Pasch.

Ad Benedictus, Antiph. Ego sum via, véritas, & vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me, allelúja.

Oratio. Deus qui nos. 472.

Ad Horas Capit. ℟. br. & ℣. ut in Comm. Apostol. temp. Pasch.

In ii. Vesp. Aña. Dómine osténde nobis. *cum rel. de Laud. Psalmi, ut in ii. Vesp. de Comm. Apostol. Capit. Hymn. & ℣. de Comm. temp. Paschali.*

Ad Magnificat, Antiphona. Si mansériitis in me, & verba mea in vobis mánserint, quodcúmque petiéritis, fiet vobis, allel. allel. allel.

Oratio. Deus, qui nos, 472.

Deinde fit commemoratio S. Athanasii, ut infra.

DIE II. MAJI.

In festo S. Athanasii Episc. Conf. & Eccl. Doct.

Duplex.

Aña. O Doctor óptime.

Oratio. Exaudi quæsumus.

In primo Nocturno, Lectiones de Script. occurrente.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

ATHanásius Alexandrínus, Cathólicæ Religiónis propugnátor acérrimus, ab Alexándro Epíscopo Alexandríno Diáconus factus est, in cujus locum succéssit; quem étiam ántea secútus fúerat ad Nicænum Concílium; ubi cum Arii impietátem repressísset, tantum ódium Arianórum suscépit, ut ex eo témpore ei insídias molíri nunquam destíterint. Nam coácto ad Tyrum Concílio magna ex parte Arianórum Episcopórum, subornárunt mulíerculam, quæ accusáret Athanásium, quod hospítio accéptus sibi stuprum per vim intulísset. Introdúctus igitur est Athanásius, & una cum eo Timótheus Présbyter, qui símulans se esse Athanásium: Ego ne, inquit, múlier, apud te sum diversátus? ego te violávi? Cui illa petulánter: Tu mihi vim attulísti; idque jurejurándo affírmans, júdicum fidem obtestabátur, ut tantum flagítium vindicárent. Qua cógnita fraude, rejécta est mulíeris impudéntia.

℟. Invéni David. lxxiii.

Lectio v.

ARsénium quoque Epíscopum ab Athanásio interféctum Ariáni pervulgárunt: quem dum occúlte détinent, manum mórtui déferunt in judícium, ab Athanásio ad usum mágicæ artis Arsénio amputátam criminántes. At Arsénius noctu aufúgiens, cum se in conspéctu totíus Concílii statuísset, Athanásii inimicórum impudentíssimum scelus apéruit. Quod illi nihilóminus mágicis ártibus

ibus Athanásii tribuéntes, vitæ ejus insidiári non desisté-bant. Quamóbrem in exsílium actus, in Gállia apud Trévi-ros exulávit. Grávibus de-inceps ac diutúrnis sub Con-stántio Imperatóre, Arianórũ fautóre, tempestátibus jactá-tus, & incredíbiles calamitá-tes perpéssus, magnam orbis terræ partem peragrávit; ac sæpe e sua Ecclésia ejéctus, sæpe étiam in eándem & Júlii Románi Pontíficis auctori-táte, & Constántii Impe-ratóris, Constántii fratris, patrocínio, decrétis quoque Concílii Sardicénsis ac Jero-solymitáni restitútus est; A-riánis intérea illi semper in-féstis: quorum pertinácem iram & summum vitæ discrí-men fúgiens, in sicca cistér-na quinque annis se ábdidit, ejus rei tantum cónscio quo-dam Athanásii amíco, qui eum clam sustentábat.

℟. Pósui adjutórium. lxxii.

Lectio vi.

Constántio mórtuo, cum Juliánus Apóstata, qui ei in Império succéssit éxules Epíscopos ad suas Ecclésias redíre permisísset, Athaná-sius Alexandriã revérsus sum-mo honóre excéptus est. Sed non multo post, iísdem Ariá-nis impelléntibus, a Juliáno exagitátus, rursus discédere cógitur. Cumque ab ejus sa-tellítibus ad necem conquire-rétur, qua fugiébat navícula convérsa in contráriam flu-minis partem, iis, qui se in-sequebántur, ex indústria occúrrit: & quæréntibus, quantum inde abésset Atha-násius, respóndit eum non longe abésse: itaque illos con-trárium tenéntes cursum effú-git, atque Alexandríam ré-diens, ibídem usque ad Ju-liáni óbitum occúltus per-mánsit. Qui paullo post Ale-xandríæ alia exórta tempe-státe, quátuor menses in pa-térno sepúlcro delítuit. Ac dénique ex tot tantísque perí-culis divínitus eréptus, Ale-xandríæ mórtuus est in suo léctulo sub Valénte: cujus vita & mors magnis nobili-táta est miráculis. Multa pie & ad illustrándam Cathóli-cam fidem præcláre scripsit, sexque & quadragínta annos in summa témporum varie-táte Alexandrínam Ecclesiam sanctíssime gubernávit:

℟. Iste est, qui ante. lxxiii.

In tertio Nocturno.

Léctio S. Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. c. 10. c

In illo témpore: Dixit Je-sus discípulis suis: Cum persequéntur vos in civitáte ista, fúgite in áliam. Et réliqua.

Homilia S. Athanásii Epísc.

In Apolog. de fuga sua, ante medium.

In lege præcéptum erat ut constitueréntur civitá-tes refugiórum, ut qui quo-modocúnque ad necem quæ-reréntur, servári possent. In consummatióne porro se-culó-

Daniélem Prophétam, consisténtem in Loco sancto (qui legit, intélligat) tunc qui in Judæa sunt, fúgiant ad montes: & qui in tecto est, ne descéndat tóllere áliquid de domo sua: & qui in agro est, non revertátur tóllere túnicam suam.

℟. Amávit eum. lxxiii.

Lectio viii.

HÆc cum scirent Sancti, ejúsmodi tenuérunt suæ conversatiónis institútum. Quæ enim nunc præcépit Dóminus, éadem quoque ante suum in carne advéntum locútus est in Sanctis: & hoc institútum hómines ad perfectiónem ducit. Nam quod Deus jússerit, id omníno faciéndum est. Ideóque & ipsum Verbum propter nos homo factum, non indígnum putávit, cum quærerétur, quemádmodum & nos, abscón-

ti sibi a Divína prov
témporis finem ignor
nolébant insidiántibus
mere trádere: sed c
cum scirent, quod s
est, in mánibus Dei e
minum sortes, & Dó
mortificáre & vivificár
tius in finem usque p
rábant, circumeúntes
Apóstolus, in melótis
libus caprínis, egént
gustiáti, in solitudíni
rántes, & in spelúnci
vérnis terræ laténtes,
vel definítum mortis
veníret, vel qui tem
sum definíerat Deus,
loquerétur, & insidiár
hibéret, aut certe per
ribus eos tráderet, ut
illi placuísset. Te De

Vesper. de seq. cum
præcedentis.

DIE III. MA

In festo Inventionis S.

lum. *Philipp. 2.*
tes, Hoc enim sentí-
in vobis, quod & in
Jesu: qui cum in for-
esset, non rapínam
us est, esse se æquá-
: sed semetípsum exi-
, formam servi accí-
in similitúdinem hómi
ctus, & hábitu invén-
homo. *Hymnus.*
illa Regis pródeunt,
lget Crucis mystérium,
ita mortem pértulit,
rte vitam prótulit.
ilneráta lánceæ
ne diro, críminum
s laváret sórdibus,
it unda & sánguine.
sunt quæ cóncinit
fidéli cármine,
lo natiónibus:
vit a ligno Deus.
decóra & fúlgida,
a Regis púrpura,
digno stípite
ncta membra tángere.
cujus bráchiis
n pepéndit sæculi,
facta córporis,
ae prædam tártari.
, ave spes única,
le quæ fers gáudium
dáuge grátiam,
e dele crímina.
ns salútis Trínitas,
idet omnis Spíritus:
s Crucis victóriam
is, adde præmium.
en.
: signum Crucis erit
, allelúja.
Dóminus ad judicán-
nerit, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. O crux, splendídior cunctis astris, Mundo célebris, homínibus multum amábilis, sánctior univérsis, quæ sola fuísti digna portáre taléntum Mundi: dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: salva præséntem catérvam in tuis hódie láudibus congregátam, allelúja, allelúja.

Oratio.

DEus, qui in præclára salutíferæ Crucis inventióne passiónis tuæ miráculà suscitásti: concéde; ut vitális ligni prétio, ætérnæ vitæ suffrágia consequámur: Qui vivis & regnas.

Et fit commem. sancti Athanasii, Antiphona. O Doctor.

Ad Matutinum, Invitator. Christum Regem crucifixum, * Veníte, adorémus, allel. *Psalm.* Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

PAnge lingua gloriósi
Láuream certáminis,
Et super Crucis trophæo
Dic triúmphum nóbilem:
Quáliter Redémptor orbis
Immolátus vícerit.
De paréntis protoplásti
Fraude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális
In necem morsu ruit,
Ipse lignum tunc notávit,
Damna ligni ut sólveret.
Hoc opus nostræ salútis
Ordo depopóscerat,
Multifórmis proditóris
Ars ut artem fálleret,
Et medélam ferret inde,
Hostis unde læserat.

Quan-

Quando venit ergo sacri
Plenitúdo témporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis Cónditor;
Atque ventre Virgináli
Carne amíctus pródiit.
Vagit infans inter arcta
Cónditus præsépia:
Membra pannis involúta,
Virgo Mater álligat:
Et Dei manus pedésque
Stricta cingit fáscia.
Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri; Filióque,
Par decus Paráclito:
Unius Trinísque nomen
Laudet univérsitas.
Amen.

In primo Nocturno, Antiph. Invéntæ Crucis festa recólimus, cujus præcónium univérsum per orbem micánti lúmine fulget, allelúja.

Psalmi. Beátus vir, qui non ábiit. Quare fremuérunt. Dómine quid multiplicáti. *ut in Communi Confessoris Pontificis.* lix.

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, allelúja.

℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit, allelúja.

De Epístola B. Pauli Apóstoli ad Gálatas.

Lectio i. *Cap. 3. b*

QUicúmque ex opéribus legis sunt, sub maledícto sunt. Scriptum est enim: Maledíctus omnis, qui non permánserit in ómnibus, quæ scripta sunt in Libro legis, ut fáciat ea. Quóniam autem in lege nemo justificátur apud Deum, maniféstum est, quia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed, Qui fécerit ea, vivet in illis. Christus nos redémit de maledícto legis, factus pro nobis maledíctum: quia scriptum est: Maledíctus omnis, qui pendet in ligno; ut in Géntibus benedíctio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitatiónem Spíritus accipiámus per fidem.

℟. Glorióſum diem sacra venerátur Ecclésia, dum triumphále referátur lignum, * In quo Redémptor noster mortis víncula rumpens, cállidum áspidem superávit, allelúja, allelúja, allelúja.

℣. In ligno pendens nostræ salútis sémitam Verbum Patris invénit. In quo.

De Epístola ad Philippénses.

Lectio ii. *Cap. 2.*

HOc enim sentíte in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, & infernórum: & omnis lingua

confiteántur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

℟. Crux fidélis, inter omnes arbor una nóbilis: nulla silva talem profert, fronde, flore, gérmine: * Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustínuit, allelúja.

℣. Super ómnia ligna cedrórum tu sola excélsior. Dulce lignum.

De Epístola ad Colossénses.

Lectio iii. *Cap. 2. b*

IN Christo inhábitat omnis plenitúdo Divinitátis corporáliter, & estis in illo repléti, qui est caput omnis principátus & potestátis: in quo & circumcísi estis circumcisióne non manufácta in expoliatióne córporis carnis, sed in circumcisióne Christi: consepúlti ei in Baptísmo, in quo & resurrexístis per fidem operatiónis Dei, qui suscitávit illum a mórtuis. Et vos cum mórtui essétis in delíctis & præpútio carnis vestræ, convivificávit cum illo, donans vobis ómnia delícta: delens quod advérsus nos erat chirógraphum decréti, quod erat contrárium nobis, & ipsum tulit de médio, affigens illud cruci: & expólians principátus & potestátes, tradúxit confidénter, palam triúmphans illos in semetípso.

℟. Hæc est arbor digníssima, in paradísi médio situáta, * In qua salútis auctor própria morte mortem ómnium superávit, allelúja, allelúja.

℣. Crux præcellénti decóre fúlgida, quam Hélena Constantíni mater concupiscénti ánimo requisívit. In qua. Glória Patri. In qua.

In secundo Nocturno, Antiph. Felix ille triúmphus fit salus ægris, vitæ lignum, mortis remédium, allelúja.

Psalmi. Cum invocárem. Verba mea áuribus. Dómine Dóminus noster. *ut in eodem Communi.* lxi.

℣. Adorámus te Christe, & benedícimus tibi, allel.

℟. Quia per Crucem tuam redemísti Mundum, allel.

Lectio iv.

POst insígnem victóriam quam Constantínus Imperátor, divínitus accépto signo Domínicæ Crucis, ex Maxéntio reportávit, Hélena Constantíni mater in somnis admónita, conquiréndæ Crucis stúdio Jerosólymam venit: ubi marmóream Véneris státuam in Crucis loco a Géntibus collocátam ad tolléndam Christi Dómini Passiónis memóriam, post centum círciter octogínta annos everténdam curávit. Quod item fecit ad Præsépe Salvatóris, & in loco Resurrectiónis, inde Adónidis, hinc Jovis sublàto simulácro.

℟. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi, in quo est salus, vita, & resurréctio nostra; * Per quem salváti, & liberáti sumus, allelúja.

℣. Tuam

℣. Tuam Crucem adorámus Dómine, & recólimus tuam gloriósam passiónem. Per quem salváti.

Lectio v.

ITaque loco Crucis purgáto alte defóssæ tres cruces érutæ sunt, repertúsque seórsum ab illis Crucis Domínicæ títulus, qui cum ex tribus cui affixus fuísset, non apparéret, eam dubitatiónem sústulit miráculum. Nam Mácarius Jerosolymórum Epíscopus factis Deo précibus, síngulas cruces cuídam féminæ gravi morbo laboránti admóvit, cui cum reliquæ nihil profuíssent, adhíbita tertia Crux statim eam sanávit.

℟. Dum sacrum pignus cælitus revelátur, Christi fides roborátur: * Adsunt prodígia Divína in virga Moysi prímitus figuráta, allel. allel. ℣. Ad crucis contactum resúrgunt mórtui, & Dei magnália referántur. Adsunt prodígia.

Lectio vi.

HElena, salutári Cruce invénta magnificentíssimam ibi extrúxit Ecclésiam, in qua partem Crucis relíquit thecis argénteis inclúsam. partem Constantíno filio détulit, quæ Romæ repósita fuit in Ecclésia sanctæ Crucis in Jerúsalem, ædificáta in ædibus Sessoriánis Clavos étiam áttulit fílio, quibus sanctíssimum Jesu Christi corpus fixum fúerat. Quo ex témpore Constantínus legem sancívit, ne crux ad supplícium cuíquam adhiberétur: ita res, quæ antea homínibus probro ac ludíbrio fúerat, veneratióni & glóriæ esse cœpit.

℟. Hoc signum Crucis erit in cælo, cum Dóminus ad judicándum vénerit: * Tunc manifésta erunt abscóndita cordis nostri, allelúja, allelúja. ℣. Cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, & cœperit judicáre sæculum per ignem. Tunc. Glória Patri. Tunc.

In tertio Nocturno, Antiphona. Adorámus te, Christe, & benedícimus tibi, quia per crucem tuam redemísti mundum, allelúja.

Psalm. Cantáte Dómino cánticum novum, cantáte. Dominus regnávit, exultet terra. Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabília fecit, *cum reliquis de Communi Virginum.* xcix.

℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi, allelúja. ℟. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine, allelúja.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vii. *Cap. 3.*

IN illo témpore: Erat homo ex Pharisæis, Nicodémus nómine, princeps Judæórum. Hic venit ad Jesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venísti magíster, Et reliqua.

Ho-

omilia S. Augustini Episc. *Tract.* 11. *in Jo:* *post init.*

Nicodémus ex his erat, qui credíderant in nómine Jesu, vidéntes signa & prodígia quæ faciébat. Supé- ius enim hoc dixit; cum autem esset Jerosólymis in Pascha in die festo, multi credidérunt in nómine ejus. Quare credidérunt in nómine ejus? Séquitur, & dicit: Vidéntes signa ejus, quæ faciébat. Et de Nicodémo quid dicit? Erat princeps Judæórum, nómine Nicodémus. Hic venit ad eum nocte, & ait illi: Rabbi, scimus, quia a Deo venisti magíster. Et iste ergo credíderat in nómine ejus. Et unde credíderat? Séquitur: Nemo enim potest hæc signa fácere, quæ tu facis, nisi fúerit Deus cum eo.

℟. Dulce lignum, dulces clavos: dulce pondus sustínuit: Quæ sola digna fuit portáre prétium hujus sæculi, allel. ℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, cum Dóminus ad judicándum vénerit. Quæ. ℣. Divínum auxílium.

Lectio viii.

Si ergo Nicodémus de illis multis erat, qui credíderat in nómine ejus, jam in isto Nicodémo attendámus, quare Jesus non se credébat eis. Respóndit Jesus, & dixit ei; Amen, amen dico tibi, nisi quis renátus fúerit dénuo, non potest vidére regnum Dei. Ipsis ergo se credit Jesus, qui nati fúerint dénuo. Ecce illi credíderant in eum, & Jesus non se credébat eis. Tales sũt omnes Catechúmeni: ipsi jam credunt in nómine Christi; sed Jesus non se credit eis. ¶ Inténdat & intélligat cháritas vestra. Si dixérimus Catechúmeno: Credis in Christum? Respóndet, Credo, & signat se Cruce Christi: portat in fronte, & non erubéscit de Cruce Dómini sui. Ecce credit in nómine ejus. Interrogámus eum; Mandúcas Carnem Fílii hóminis, & bibis Sánguinem Fílii hóminis? Nescit quid dícimus, quia Jesus non se crédidit ei.

℟. Sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto, ita exaltári opórtet Fílium hóminis, * Ut omnis qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam, allelúja. ℣. Non misit Deus Fílium suum in mundum, ut júdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum. Ut. Glória Patri. Ut.

Pro SS. Alexandro, Eventio, & Theodulo Martyrib. ac Juvenale Episc. & Confessore.

Lectio ix.

Alexánder Románus, Adriáno Imperatóre regens Ecclésiam, magnam partem Románæ nobilitátis ad Christum convértit. Is constítuit, ut tantúmmodo panis & vinum in Mystério offerrétur: vinum autem aqua mi-

nes. Sedit annos decem, menses quinque, & dies viginti, vitæ sanctitáte & salutáribus institútis illústris. Martyrio coronátus est una cum Evéntio & Theódulo Presbyteris, sepultúsque est via Nomentána, tértio ab Urbe lápide, eódem in loco ubi secúri percússus fúerat, creátis divérso témpore mense Decémbri Presbyteris sex, Diáconis duóbus, & Epíscopis per divérsa loca quinque. Eórum córpora póstea in Urbem transláta, in Ecclésia sanctæ Balbínæ cóndita sunt. In eúndem diem íncidit beáta mors sancti Juvenális Narniénsis Epíscopi, qui cum plúrimos in ea urbe sanctitáte & doctrína Christo peperísset, clarus miráculis in pace quiévit, ibíque honorífice sepúltus est.

Te Deum laudámus. 16.

Si hoc festum inciderit in

Psalm. Dóminus re[...]
cum reliq. 17.

Aña. Salva nos Chr[...] vátor per virtútem [...] qui salvásti Petrum i[...] miserére nobis, allel[...]

Aña. Ecce Crucem [...] fúgite partes advérsæ[...] leo de tribu Juda, r[...] vid, allelúja.

Aña. Nos autem gloriá[...] tet in Cruce Dómin[...] Jesu Christi, allelúja[...]

Aña. Per signum C[...] inimícis nostris líb[...] Deus noster, allelúja[...]

Capitulum. Ph[...]

FRatres, Hoc eni[...] te in vobis, qu[...] Christo Jesu: qui cu[...] ma Dei esset, non [...] arbitrátus est esse se [...] Deo: sed semetípsum[...] nívit, formam ser[...] piens, in similitúdin[...] minum factus, & h[...] véntus ut homo.

[redacted]

idus stípite.
is ecce lánguet,
lavi, láncea
pus perforárunt,
mat & cruor;
pontus, astra,

ántur flúmine!
is, inter omnes
na nóbilis:
em nulla profert,
flore, gérmine:
ferrum, dulce li-

ondus sústinent.
nos arbor alta,
xa víscera,
lentéscat ille,
edit natívitas:
ni membra Regis
viti stípite.
a tu fuisti
mdi Víctimam:
ortum præparáre
ndo náufrago,
cer Cruor perúnxit,
gni córpore.
a sit beátæ
glória,
tri, Filióque,
s Paráclito:
rinique nomen
niversitas. Amen.
mus te Christe, &
ius tibi, allelúja.
per Crucem tuam
mundum, allel.
lictus, Antiphona.
nia ligna cedrórum
célsior, in qua vi
pepéndit, in qua
triumphávit, &
rtem superávit in
allelúja.

Oratio. Deus, qui in præclára. 478.

Commemorat. SS. Alexandri & Soc. in Laudib. tantum.

Ant. Fíliæ Jerúsalem, veníte, & vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitátis & lætítiæ, allelúja, allel.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allel. ℟. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui Sanctórum tuórum Alexándri, Evéntii, Theóduli, atque Juvenális natalítia cólimus; a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona. Salva nos.

Capitul. Fratres, Hoc. 483.

℟. *br.* Hoc signum Crucis erit in cælo, * Allel. allel. Hoc. ℣. Cum Dóminus ad judicándum vénerit. Allel. allel. Glória Patri. Hoc signum.

℣. Adorámus te Christe, & benedícimus tibi, allelúja.

℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum, allelúja.

Ad Sextam, Antiphona. Ecce Crucem Dómini.

Capitulum. *Galat. 6. d*

Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

℟. *br.* Adorámus te Christe, & benedícimus tibi, * Allel. allelúja. Adorámus.

HUmiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

℟. *br.* Omnis terra adóret te & psallat tibi, * Allelúja, allel. Omnis. ℣. Psalmum dicat nómini tuo Dómine, Allelúja, allel. Glória Patri. Omnis. ℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, allel.

℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit, allel.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Antiphona. Crucem sanctam subiit, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allel.

Oratio, ut suprà. 478.

Et fit commem. S. Monicæ.

DIE IV. MAJI.

M duplíciter mate
eum & mundo & cæl
rit; marito mórtuo, c
nectúte conféctum Jes
sto conciliávit, castam
ribus misericódiæ ex
viduitátem agébat; in
vero ad Deum oratióni
filio, qui in Manichæ
ctam incíderat, lácry
fundébat: quem etiam
lánum secúta est: ub
frequénter hortabátur
Epíscopum Ambrósium
férret. Quod cum ill
set, ejus & públicis co
bus & privátis collóq
thólicæ fidei veritáte
ctus, ab eódem ba
est. ℟. Propter verit

Lectio v.

MOx in Africam
tes, cum ad C
berína constitísset, in
febrem. Quo in mor
eam quodam die ánin

e Aureæ sepúltum
ftea Martíno quin-
Pontífice Romam
in Ecclésia sancti
ionoríficè cóndi-

justítiam. cxii.
Conf. cap. 12.
ctio vi.
ro Augustínus de
morte dísserens:
n decére arbitra-
is illud quæstubus
gemitibúsque ce-
illa illa nec míse-
níno moriebátur:
tuméntis morum
: non ficta, ratío-
ertis tenebámus.
paullátim redu-
prístinum sensum
am, conversatio-
s piam in te &
in nos blandam
jeram, qua súbi-
s sum, & líbuit
& pro illa: &
cátum invénerit,
matrem meam exí-
ræ, matrem ócu-
órtuam, quæ me
s fléverat, ut ócu-
erem, non irrí-
ótius si est gran-
pro peccátis meis
l te Patrem óm-
m Christi tui.
grátia. cxli.
tio Nocturno.
i Evangélii secùn-
Lucam.
Cap. 7. b
mpore: Ibat Je-
vitátem, quæ vo-
cátur Naim, & ibant cum eo discípuli ejus, & turba copiósa. Et reliqua.

Homilía S. Augustíni Epísc.

Serm. 44. de Verbis Domini circa initium.

De júvene illo resuscitáto gavísa est mater vidua: de homínibus in spíritu quotídie suscitátis gáudet mater Ecclésia. Ille quidem mórtuus erat córpore: illi autem mente. Illíus mors visíbilis visibíliter plangebátur: illórum mors invisíbilis nec quærebátur, nec videbátur. Quæsivit ille, qui nóverat mórtuos. Ille solus nóverat mórtuos, qui póterat fácere vivos. Nisi enim ad mórtuos suscitándos venísset, Apóstolus non díceret: Surge, qui dormis, & exúrge a mórtuis, & illuminábit te Christus.

℟. Os suum. cxiii.

Lectio viii.

Tres autem mórtuos invenímus a Dómino resuscitátos visibíliter, míllia invisibíliter. Quot autem mórtuos visibíliter suscitáverit, quis novit? Non enim ómnia, quæ fecit, scripta sunt. Joánnes hoc dicit: Multa ália fecit Jesus, quæ si scripta essent, árbitror totum mundum non posse libros capere. Multi ergo sunt álii sine dúbio suscitáti, sed non frustra tres commemoráti. Dóminus enim noster Jesus Christus, ea quæ faciébat corporáliter, etiam spi-

piritáliter volébat intélligi. Neque enim tantum mirácula propter mirácula faciébat: sed ut illa, quæ faciébat, mira essent vidéntibus, vera essent intelligéntibus.

℟. Regnum mundi. cx.

Lectio ix.

Quemádmodum qui videt lítteras in códice óptime scripto, & non novit légere, laudat quidem antiquárii manum, admírans ápicum pulchritúdinem; sed quid sibi velint, quid indicent illi ápices, nescit; & est óculis laudátor, mente non cógnitor. Alius autem & laudat artifícium, & capit intelléctum; ille útique, qui non solum vidére, quod commúne est ómnibus, potest, sed étiam légere; quod qui non dídicit, non potest. Ita qui vidérunt Christi mirácula, & non intellexérunt quid sibi vellent, & quid intelligéntibus quodámmodo innúerent, miráti sunt tantum quia facta sunt: álii vero & facta miráti, & intelléćta assecúti. Tales nos in schola Christi esse debémus.

Te Deum laudámus. 16.

Vesp. a Capit. de seq. cum commem. præc.

DIE V. MAJI.

In festo S. Pii quinti Papæ & Confess. Dupl.

In Hymn. mutatur iii. Versus.

Oratio.

Deus, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, & ad Divínum cultum reparándum, Pium Pontíficem Máximum elígere dignátus es: fac nos ipsíus deféndi præsídiis, & ita tuis inhærére obséquiis, ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætémur. Per Dóminum.

Et fit commem. S. Monicæ.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In ii. Nocturno, Lectio iv.

Pius in óppido Insúbriæ, quod Boschum vocant, natus, sed a Bonónia oriúndus ex nóbili Ghisleriórum família, cum quatuórdecim esset annórum, Ordinem Prædicatórum ingréssus est. Erat in eo admirábilis patiéntia, profúnda humílitas, summa vitæ austéritas, contínuum oratiónis stúdium, & reguláris observántiæ, ac Divíni honóris ardentíssimus zelus. Philosophíæ vero ac Theologíæ incúmbens, ádeo in iis excélluit, ut illas docéndi munus magna cum laude per multos annos exercúerit. Sacras conciónes plúribus in locis cum ingénti auditórum fructu hábuit. Inquisitóris offícium inviolábili ánimi fortitúdine diu sustínuit; multásque civitátes, non sine vitæ discrímine, ab hæresi tunc grassánte immúnes servávit.

℟. Invéni David. lxiii.

Lectio v.

A Paulo quarto, cui ob exímias virtútes caríssimus erat, ad Nepesínum & Sutrínum Episcopátum promó-

ôrum; & post biénnium in- æ Románæ Ecclésiæ Pres- yterot Cardinália adſcríptus it. Tum ad Ecclésiam Mon- s Regális in Subalpínis a io quarto translátus, cum lusus in eam abúſus irrepsíſ- cognovíſſet, totam Diœ- ſim instrávit, rebúſque com- ſitis Romam revérſus, gra- íſſimis expediéndis negótiis pplicátus, quod justum erat, postólica libertáte & con- ántia decernébat. Mortuo utem Pio, prætet ómnium spectatiónem eléctus Pón- fex, nihil in vitæ ratióne, xcépto exterióri hábitu, mmutávit. Fuit in eo Reli- iónis propagándæ perpétuum údium, in Ecclesiástica di- ciplína restituénda indeféſ- us labor, in extirpándis er- óribus aſsídua vigilántia, n ſublevándis egéntium ne- eſſitátibus indeficiens bene- céntia, in Sedis Apostóli- æ júribus vindicándis robur nvíctum.

℟. Posui adjutórium. lxiii.

Lectio vi.

Elátum Turcárum tyrán- num multis elátum victó- iis, ingénti comparáta claſ- e, ad Echínadas ínſulas non m armis, quam fuſis ad eum précibus devícit. Quam ictóriam ea ipſa hora, qua btenta fuit, Deo revelán- e, cognóvit, fuíſſque fami- liáribus indicávit. Dum vero óvam in ipſos Turcas ex- editiónem molirétur, in avem morbum íncidit, & acerbíſſimis dolóribus patien- tíſſime tolerátis, ad extré- ma devéniens, cum Sacra- ménta de more ſuſcepíſſet, ánimam Deo placidíſſime red- didit, anno millésimo quin- gentésimo septuagésimo ſe- cúndo, ætátis ſuæ ſexagéſi- mo octávo; cum ſedíſſet an- nos ſex, menſes tres, dies vigínti quátuor. Corpus ejus in Baſílica sanctæ Maríæ ad Præsépe ſumma Fidélium ve- neratióne cólitur, multis a Deo ejus intercessióne patrá- tis miráculis. Quibus rite probátis, a Clemente undé- cimo Pontífice Máximo Sanc- tórum número adſcríptus eſt. ℟. Iſte eſt. lxiv.

In iii. Noctur. Homilia in Evangel. Homo péregre. *ut in Communi Confeſſor. Pon- tificis.* lxv.

Veſpera de S. Joanne ante portam Latinam, cum com- mem. S. Pii.

DIE VI. MAJI.

In feſto S. Joannis ante por- tam Latinam. Dupl.

Ad Magnificat, in utriſque Veſper. Aña. In ferventis ólei dólium miſſus beátus Joán- nes Apóstolus, Divína ſe protegénte grátia illæſus exí- vit, allelúja.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis quia nos úndique mala no- stra pertúrbant: præſta quæ- ſumus, ut beáti Joánnis, Apóstoli tui & Evangelíſtæ intercéſſio gloriósa nos pró- tegat. Per Dóminum.

Deinde fit commem. Sancti Pii, Antiphona. Dum esset summus Póntifex.
℣. Justum dedúxit Dóminus.
In i. Noct. legitur initium Epistolæ primæ B. Joannis, ut in Dominica infra Octavam Ascensionis. 367. nisi eo tempore legatur de libro Apocalypsis, vel de ejus Epistola, tunc enim ponuntur Lect. eo die occurrentes.

In secundo Nocturno.

Ex libro S. Hierónymi Presbyteri, contra Joviniánum.

Lib. 1. Lectio iv.

JOánnes Apóstolus unus ex discípulis Dómini, qui mínimus natu tráditur fuísse inter Apóstolos, & quem fides Christi vírginem repérerat, virgo permánsit: & ídeo plus amátur a Dómino, & recúmbit super pectus Jesu: & quod Petrus, qui uxórem habúerat, interrogáre non audet, illum rogat, ut intérroget, & post resurrectiónem, nuntiánte María Magdaléne, quod Dóminus resurrexísset, utérque cucúrrit ad sepúlcrum, sed ille prævénit; cumque essent in navi, & piscaréntur in lacu Genésareth, Jesus stabat in líttore, nec sciébant Apóstoli quem vidérent: solus virgo vírginem agnóscit, & dicit Petro: Dóminus est.
℟. Lux perpétua xxi.

Lectio v.

FUit autem Joánnes & Apóstolus, & Evangelísta & Prophéta. Apóstolus, quia scripsit ad Ecclésias ut Magister: Evangelísta, quia librum Evangélii cóndidit, quod excépto Matthæo, álii ex duódecim Apóstolis non fecérunt; Prophéta, vidit enim in Patmos ínsula, in qua fúerat a Domitiáno Príncipe ob Dómini martyrium relegátus, Apocalypsim, infiníta futurórum mystéria continéntem. Refert autem Tertulliánus, quod Romæ missus in fervéntis ólei dólium, púrior & vegétior exíverit, quam intráverit.
℟. Virtúte magna. xxi.

Lectio vi.

SEd & ipsum ejus Evangélium multum distat a céteris. Matthæus quasi de hómine íncipit scríbere: Liber generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham: Lucas a sacerdótio Zachariæ; Marcus a Prophetís Malachíæ & Isaíæ. Primus habet fáciem hóminis, propter genealogíam: secúndus fáciem vítuli, propter sacerdótium: tértius fáciem leónis, propter vocem clamántis in desérto: Paráte viam Dómini; rectas fácite sémitas ejus. Joánnes vero noster quasi áquila ad supérna volat & ad ipsum Patrem pervénit, dicens: In princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
℟. Isti sunt agni novélli, qui. xxi.

In

In III. nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 20. c*

IN illo témpore: Accéssit ad Jesum mater filiórum Zebedæi cum filiis suis, adórans, & petens áliquid ab eo. Et réliqua.

Homilía S. Hierónymi Presb. *Lib. 3. Comment. in Matthæum, cap. 20.*

Unde opiniónem regni habet mater filiórum Zebedæi, ut cum Dóminus díxerit: Fílius hóminis tradétur princípibus sacerdótum & scribis, & condemnábunt eum morte, & tradent Géntibus ad illudéndum, & flagellándum, & crucifigéndum, & ignomíniam passiónis timéntibus discípulis nuntiáret, illa glóriam póstulet triumphántis? Hac, ut reor, ex caussa, quia post ómnia díxerat Dóminus: Et tértia die resúrget; putávit eum múlier, post resurrectiónem, íllico regnatúrum, & hoc, quod in secúndo advéntu promíttitur, in primo esse compléndum, & aviditáte feminea præséntia cupit, immemor futurórum. ℟. Ego sum vitis. xxi.

Lectio viii.

MAter póstulat, & Dóminus discípulis lóquitur: intélligens preces ejus ex filiórum descéndere voluntáte; Potéstis bíbere cálicem, quem ego bibitúrus sum? Cálicem in Scriptúris Divínis passiónem intellígimus, juxta illud: Pater, si possíbile est, tránseat a me calix iste. Et in Psalmo: Quid retríbuam Dómino pro ómnibus, quæ retríbuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo. Statímque infert quis iste sit calix: Pretiósa in conspéctu Dñi, mors Sanctórum ejus. ℟. Cándidi facti sunt. xxi.

Lectio ix.

QUæritur quómodo cálicem Martyrii filii Zebedæi, Jacóbus vidélicet & Joánnes bíberent; cum Scriptúra narret, Jacóbum tantum Apóstolum ab Heróde cápite truncátum, Joánnes autem propria morte vitam finíerit. Sed si legámus Ecclesiásticas histórias, in quibus fertur, quod & ipse propter Martyrium sit missus in fervéntis ólei dólium, & inde ad suscipiéndam corónam Christi athléta procésserit, statímque relegátus in Patmos ínsulam sit: vidébimus Martyrio ánimum non defuísse, & bibísse Joánnem cálicem confessiónis, quem & tres púeri in camíno ignis bibérunt, licet persecútor non súderit sánguinem.

Te Deum laudámus. 16.

In ii. Vesper. fit commemor. S. Stanislai.

DIE VII. MAJI.

In festo S. Stanislai Episcopi, & Martyr. Duplex.

Oratio.

DEus pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum oc-

cúbuit: præsta quæsumus, ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

STanisláus Polónus, apud Cracóviam nóbili génere natus, ex piis paréntibus, qui ántea per annos trigínta stériles, illum a Deo précibus impetrárunt, ab ineúnte ætáte futúræ sanctitátis spécimen dedit. Adoléscens bonis ártibus óperam navávit, multúmque in sacra Canónum & Theologíæ doctrína profécit. Paréntibus mórtuis, amplum patrimónium paupéribus distríbuit, vitæ monásticæ desidério. Sed Dei providéntia Canónicus Cracoviénsis & Concionátor factus a Lampérto Epíscopo, in ejus póstea locum, quamvis invítus, sufficitur. Quo in múnere, ómnium pastorálium virtútum laude, & præcipue misericórdia in páuperes enítuit.

℟. Lux perpétua. xxxviii.

Lectio v.

ERat tum Polóniæ rex Bolesláus, quem gráviter offéndit, quod illíus notam libídinem públice arguébat. Quare in solémni regni convéntu Stanisláum per calúmniam in judícium coram se vocári curat, tanquam pagum occupáret, quem Ecclésiæ suæ nómine coémerat. Quod cum neque tábulis probáre posset, & testes veritátem dícere timérent, spondet Epíscopus, se Petrum pagi venditórem, qui triénnio ante obíerat, intra tres dies in judícium adductúrum. Conditióne cum risu accépta, vir Dei totum id tempus in assíduo jejúniis & oratióni incúmbit: ipso sponsiónis die, post oblátum Missæ Sacrifícium, Petrum e sepúlcro súrgere jubet: qui statim redivívus, Epíscopum ad régium tribúnal eúntem séquitur, ibíque rege & céteris stupóre attónitis, de agro a se véndito, & prétio rite sibi ab Epíscopo persolúto testimónium dicit, atque íterum in Dómino obdormívit.

℟. In servis. xxxviii.

Lectio vi.

AT Bolesláum frustra sæpe admónitum, Stanisláus tandem a Fidélium communióne rémovet. Ille iracúndia furens, mílites in Ecclésiam immíttit, ut sanctum Epíscopum confódiant: qui ter conáti occúlta vi, tértio divínitus sunt depúlsi. Postrémo ímpius rex Sacerdótem Dei hóstiam immaculátam ad altáre offeréntem sua manu obtrúncat; corpus membrátim concísum, & per agros projéctum áquilæ a feris mirabíliter defendunt. Mox Canónici Cracoviénses sparsa membra noctúrni de cælo splendóris indício cólligunt,

& suis

locis apte dispónunt:
pito ita inter se co-
ünt, ut nulla vúlne-
lígia extárent. Mul-
érea miráculis servi
ctitátem Deus decla-
ost ejus mortem, qui-
ermótus Innocéntius
summus Póntifex il-
Sanctórum númerum

e Jerúsalem.
io Noctur. Homilia in
Ego sum vitis vera.
muni Martyr. tempore
. xxxix.
e seq. cum commemor.

VIII. MAJI.
ritione S. Michaelis
hangeli. Duplex.
speras, Antiphona.
Angelus juxta. cum
Laudib. 496.
Dixit Dóminus. cum
Dominica. 119. &
mi.
. Laudáte Dóminum
Gentes. 123.
lum. Apoc. 1.
icávit Deus, quæ
rtet fieri cito, lo-
er Angelum suum ser-
Joánni: qui testimó-
erhíbuit verbo Dei,
mónium Jesu Christi,
que vidit.

Hymnus.

splèndor & virtus Pa-
ris,
a, Jesu córdium,
e qui pendent tuo,
nus inter Angelos.
lle densa míllium
Ducum coróna mílitat:
Sed éxplicat victor Crucem
Míchael salútis Sígnifer.
Dracónis hic dirum caput
In ima pellit tártara,
Ducémque cum rebéllibus
Cæléſti ab arce fúlminat.
Contra ducem supérbiæ
Sequámur hunc nos Principé
Ut detur ex Agni throno
Nobis coróna glóriæ.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi, allelúja.

℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Dum sacrum mystérium cérneret Joánnes, Archángelus Míchael tuba cécinit: Ignósce Dómine Deus noster, qui áperis librum, & solvis signácula ejus, allelúja.

Oratio.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per.

Et fit commem. S. Stanislai, Antiphona. Sancti & justi in Dómino gaudéte, allel. vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúja.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja.

℟. Mors Sanctórum ejus, all

Oratio. Deus, pro cujus honóre. 490.

Ad Matutinum, Invitator. Regem Archangelórum Dóminum, * Veníte, adorémus, allelúja. *Psal.* Veníte. 2.

Hymn. Te spléndor. *ut supr.*

In primo Nocturno, Aña. Concússum est mare, & contrémuit terra, ubi Archángelus Míchael descendébat de cælo, allelúja.

Psalmi Nocturnorum dicuntur sub una tantum Antiph.

Psal. Dómine Dóminus noster. 6.

In Dómino confído: quómodo dícitis ánimæ meæ. 8.

Dómine, quis habitábit. 9.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi, allelúja.

℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua, allelúja.

Ex Daniéle Prophéta.

Lectio i. *Cap. 7. c*

ASpiciébam, donec throni pósiti sunt, & antíquus diérum sedit: vestiméntum ejus cándidum quasi nix & capílli cápitis ejus quasi lana munda: thronus ejus flammæ ignis; rotæ ejus ignis accénsus. Flúvius ígneus rapidúsque egrediebátur a fácie ejus. Míllia míllium ministrábant ei: & décies míllies centéna míllia assistébant ei: judícium sedit, & libri apérti sunt. Aspiciébam propter vocem sermónum grándium, quos cornu illud loquebátur, & vidi, quóniam interfécta esset béstia, & periísset corpus ejus, & tráditum esset ad comburéndum igni.

℟. Factum est siléntium in cælo, dum committeret bellum draco cum Michaéle Archángelo: * Audíta est vox míllia míllium dicéntium: Salus, honor, & virtus omnipoténti Deo, allelúja.

℣. Míllia míllium ministrábant ei, & décies centéna míllia assistébant ei. Audíta.

Lectio ii. *Cap. 10.*

DIe autem vigésima & quarta mensis primi eram juxta flúvium magnum, qui est Tigris. Et levávi óculos meos, & vidi: & ecce vir unus vestítus líneis, & renes ejus accíncti auro obrízo, & corpus ejus quasi chrysólithus, & fácies ejus velut spécies fúlguris, & óculi ejus ut lampas ardens: & bráchia ejus, & quæ deórsum sunt usque ad pedes, quasi species æris candéntis, & vox sermónum ejus ut vox multitúdinis. Vidi autem ego Daniel solus visiónem: porro viri, qui erant mecum, non vidérunt: sed terror nímius irruit super eos, & fugérunt in abscónditum. Ego autem relíctus solus vidi visiónem grandem hanc; & non remánsit in me fortitúdo, sed & spécies mea immutáta est in me, & emárcui, nec hábui quidquam vírium.

℟. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua; & data sunt ei incénsa multa: * Et ascéndit fumus aromatum de manu Angeli in conspéctu Dómini, allelúja.

℣. In conspéctu Angelórum psal-

[redacted]

tibi, & adorábo ad
n sanctum tuum, &
or nómini tuo Dó-
Et ascéndit.

Lectio iii.

audívi vocem sermó-
m ejus: & áudiens ja-
consternátus super fá-
eam, & vultus meus
terræ. Et ecce manus
ne, & eréxit me su-
ua mea, & super ar-
mánuum meárum. Et
me: Dániel vir desi-
m, intéllige verba,
loquor ad te, & sta
tuo: nunc enim sum
d te. Cumque dixís-
i sermónem istum,
mens. Et ait ad me:
etúere Dániel: quia
primo, quo posuísti
n ad intelligéndum,
fligeres in conspéctu
, exaudíta sunt verba
ego veni propter ser-
uos. Princeps autem
ersárum réstitit mihi
& uno diébus, & ec-
ael, unus de princí-
rimis, venit in adju-
eum, & ego remánsi
a regem Persárum.
tem ut docérem te,
túra sunt pópulo tuo
ssimis diébus, quó-
huc vísio in dies.
onspéctu Angelórum
tibi, & adorábo ad
sanctum tuum, * Et
or nómini tuo Dó-
llelúja.
r misericórdia tua &
tua: quóniam ma-
gnificásti super nos nomen sanctum tuum. Et.
Glória Patri. Et.

In ii. Nocturno, Antiphona.
Míchael Archángele, veni in adjutórium pópulo Dei, allelúja.
Psalm. Cæli enárrant. 14.
Dómini est terra. 30.
Benedícam Dóminum. 52.
℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini, allelúja.
℟. De manu Angeli, allel.

Lectio iv.

BEátum Michaélem Archángelum sæpius homínibus apparuísse, & sacrórum Librórum auctoritáte, & véteri Sanctórum traditióne comprobátur. Quamobrem multis in locis facti memória celebrátur. Eum ut olim synagóga Judæórum, sic nunc custódem & patrónum Dei venerátur Ecclésia. Gelásio autem primo Pontífice Máximo in Apúlia in vértice Gargáni montis, ad cujus radíces íncolunt Sipontíni, Archángeli Michaélis fuit illústris apparítio.
℟. Hic est Míchael Archángelus, princeps milítiæ Angelórum: * Cujus honor præstat beneficia populórum, & orátio perdúcit ad regna cælórum, allel. ℣. Archángelus Míchael, præpósitus paradísi, quem honoríficant Angelórum cives. Cujus.

Lectio v.

FActum est enim, ut ex grégibus armentórum Gar-

set , ut ad eam spelúncam própius accédere nemo audéret , Sipontíni Epíscopum cónsulunt : qui , indícto trium diérum jejúnio & oratióne , rem a Deo respóndit quæri oportére .

R. Venit Míchael Archángelus cum multitúdine Angelórum , cui trádidit Deus ánimas Sanctórum , * Ut perdúcat eas in paradísum exultatiónis , allel. ℣. Emítte Dómine Spíritum Sanctum tuum de cælis , spíritum sapiéntiæ & intelléctus . Ut.

Lectio vi.

Post tríduum Míchael Archángelus Epíscopū monet , in sua tutéla esse eum locum , eóque indício demonstrásse , velle ibi cultum Deo in sui & Angelórum memóriam adhibéri. Quare Epíscopus una cum cívibus ad eam spelúncam ire pergit. Quam

quale non fuit , ex q[...] tes esse cœpérunt us[...] illud , allel. ℣. In t[...] illo salvábitur pópul[...] omnis , qui invéntus scriptus in libro vitæ Glória Patri. Et.

In tertio Noctur. *Ant*[...] Angelus Archángelus [...] Dei núntius pro an[...] justis , allelúja , allelúj[...] *Psal.* Cantáte Dómin[...] Dóminus regnávit. Io[...] Benedic ánima mea. [...] ℣. In conspéctu Ang[...] psallam tibi Deus me[...] lelúja .

R. Adorábo ad templu[...] ctum tuum & confitéb[...] mini tuo , allelúja .

Léctio sancti Evangéli[...] dum Matthæum

Lectio vii. C[...]

In illo témpore : A[...] runt discípuli ad[...] dicéntes : Quis , puta[...]

[redacted]

mortificat vitia corporum nostrorum animasque revocantia. Pueros autem, credentes omnes per audientiæ fidem nuncupavit. Hi enim matrem sequuntur, matrem amant, proximo velle malum nesciunt, curam opum negligunt: non insolescunt, non oderunt, non mentiuntur, dictis credunt; & quod audiunt, verum habent. Revertendum igitur est ad simplicitatem infantium: quia in ea collocati, speciem humilitatis Dominicæ circumferemus.

Ꝝ. In conspectu Gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adorate & timete Dominum: * Angelus enim ejus vobiscum est, allelúja. ℣. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Angelus enim.

Lectio viii.

VÆ huic Mundo ab scandalis. Humilitas passionis scandalum mundo est. In hoc enim maxime ignorantia detinetur humana, quod sub deformitate crucis, æternæ gloriæ Dominum noluit accipere. Et quid mundo tam periculosum, quam non recepisse Christum? Ideo vero necesse esse ait, venire scandala: quia ad sacramentum reddendæ nobis æternitatis, omnis in eo passionis humilitas esset explenda.

Ꝝ. Michael Archangelus venit in adjutorium populo Dei, * Stetit in auxilium pro animabus justis, allelúja. ℣. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Stetit. Glória Patri. Stetit.

Lectio ix.

VIdéte ne contemnatis unum de pusillis istis qui credunt in me. Aptissimum vinculum mutui amoris imposuit, ad eos præcipue, qui vere in Domino credidissent. Pusillorum enim Angeli quotidie Deum vident; quia Filius hominis venit salvare quæ perdita sunt. Ergo & filius hominis salvat, & Deum Angeli vident, & Angeli pusillorum præsunt fidelium orationibus. Præesse Angelos absoluta auctoritas est. Salvatorum igitur per Christum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculose ille contemnitur, cujus desideria ac postulationes ad æternum & invisibilem Deum ambitioso Angelorum famulatu ac ministerio pervehuntur. Te Deum laudamus. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

STetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua, allel. *Psalm.* Dominus regnavit, *cum reliq.* 17.

Aña. Dum præliaretur Michael Archangelus cum dracone, audita est vox dicentium: Salus Deo nostro, allel.

Aña. Archangele Michael, constitui te principem super

per omnes ánimas suscipiéndas, allelúja.

Aña. Angeli Dómini Dñm benedícite in ætérnum; allel.

Aña. Angeli, Archángeli Throni, & Dominatiónes, Principátus, & Potestátes, Virtútes cælórum, laudáte Dóminum de cælis, allel.

Capitulum. *Apoc.* I.

SIgnificávit Deus, quæ opórtet fieri cito, lóquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, & testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidít.

Hymnus.

CHriste, Sanctórum decus Angelórum,
Gentis humánæ Sator & Redémptor,
Cælitum nobis tríbuas beátas
Scándere sedes.

Angelus pacis Míchael in ædes
Cælitus nostras véniat, serénæ
Auctor ut pacis lacrymósa in orcum
Bella reléget.

Angelus fortis Gábriel, ut hostes
Pellat antíquos, & amíca cælo,
Quæ triumphátor státuit per Orbem,
Templa revísat.

Angelus nostræ médicus salútis
Adsit e cælo Ráphael, ut omnes
Sanet ægrótos, dubiósq; vitæ
Dirigat actus.

Virgo Dux pacis Genitríxque lucis,

Et sacer nobis Ch
gelórum
Semper assístat,
micántis
Régia cæli.

Præstet hoc nobi
beáta
Patri, ac Nati,
Sancti
Spíritus cujus ré
omnem
Glória mundum

℣. Stetit Angelus j
templi, allelúja.

℟. Habens thursb
reum in manu sua,

Ad Benedictus, *A*
Factum est siléntium
dum draco commít
lum, & Míchael pug
eo, & fecit victóri

Oratio. Deus, qui
dine. 492.

Ad Tertiam, *Ant*
Dum præliarétur.

Capitul. Significávit

℟. *br.* Stetit Ange
aram templi, * Al
Stetit. ℣. Habens t
aureum in manu su
allelúja. Glória Pat

℣. Ascéndit fumus
in conspéctu Dómi

℟. De manu Angel

Ad Sextam, *Ant*
Archángele Míchael

Capitulum.

AUdívi vocem A
multórum in
throni, & animálium
rum, & erat númer
míllia míllium, vo
dicéntium: Salus De

℟. *br.* Ascéndit fu

natum in conspéctu Dómini, * Allel. allel. Ascéndit.
℣. De manu Angeli, allelúja, allelúja.
Glória Patri. Ascéndit.
℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus, allel.
℞. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo, allel.

Ad Nonam, Antiphona.
Angeli, Archángeli.

Capitulum. Apoc. 12. b

FActum est prælium magnum in cælo: Michael, & Angeli ejus præliabántur cum dracóne, & draco pugnábat & ángeli ejus: & non prævaluérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in cælo.

℞. *br.* In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus, Allel. allel. In conspéctu.
℣. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo. Allel. allel.
Glória Patri. In conspéctu.
℣. Adoráte Deum, allel.
℞. Omnes Angeli ejus allel.

In ii. Vesp. Aña. Stetit Angelus, *cum rel. de Laud.* 496. *Psalm.* Dixit Dóminus, *cum rel. de Dominica.* 119. *& loco ult. Psalm.* Confitébor tibi Dómine in toto corde meo, * quóniam audísti. 132. *Capitul.* Significávit Deus. *Hymn.* Te splendor, *ut sup. in i. Vesp.* 491.
℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus, allel.
℞. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo, allel.

Ad Magnif. Aña. Princeps gloriosíssime, Míchael Archángele, esto memor nostri; hic & ubique semper precáre pro nobis Fílium Dei, allel. allel. *Orat.* Deus, qui miro, *ut supra.* 492.

Deinde fit comm. seq. Festi.

DIE IX. MAJI.

In festo S. Gregorii Nazianzeni Episc. Conf. & Eccles. Doct. Dupl.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Aña. O Doctor óptime. *Oratio* Deus, qui populo tuo.

In i. Noct. Lect. de Scr. occ.

In. ii. Nocturno. Lectio iv.

GRegórius, nóbilis Cáppadox, ex singulári Divinárum Litterárum sciéntiæ Theólogi cognómen consecútus; Naziánzi in Cappadócia natus, Athénis in omni disciplinárum génere una cum sancto Básilio eruditus, ad stúdia sacrárum Litterárum se convértit; in quibus se in Cœnóbio per aliquot annos exercuérunt, illárum senténtiam non ex próprio ingénio, sed ex Majórum ratióne, & auctoritáte interpretántes. Qui cum doctrína & vitæ sanctitáte florérent, vocáti ad munus prædicándæ Evangélicæ veritátis, plúrimos Jesu Christo filios peperérunt.
℞. Invéni David.

Lectio v.

GRegórius ígitur aliquándo domum revérsus, pri-

bebat, multorum paravit in
vídiam. Itaque cum inter
Epíscopos magna proptéreá
esset facta sedítio, sponte
cedens Episcopátui, illud
Prophétæ dictum usurpávit:
Si propter me commóta est
ista tempéstas, dejícite me in
mare, ut vos jactári desinátis.
Quare Naziánzum revérsus,
cum illi Ecclésiæ Eulálium
præficiéndum curásset;
totum se ad contemplatiónem
& scriptiónem Divinárum
rerum contulit. ℟. Pósui adjutórium.

Lectio vi.

Scripsit autem multa & soluta
oratióne & vérsibus,
mirábili pietáte & eloquéntia,
quibus doctórum hóminum
sanctorúmque judício id
assecútus est, ut nihil in illis,
nisi ex vera pietátis & Cathólicæ
Religiónis régula reperiátur:
nemo quidquam jure
vocáre possit in dúbium. Consubstantialitátis
Fílii fuit antí...

& Conf. Semidup

Oratio.

Sancti Antoníni, D...
Confessóris tui,
Pontíficis méritis adju...
ut sicut te in illo mi...
prædicámus; ita in...
sericórdem fuisse glo...
Per Dóminum.

*Pro commem. SS. G...
& Epimachi Martyrum*
Aña. Lux perpétua...
℣. Sancti & justi...

Oratio.

Da, quæsumus o...
tens Deus, ut...
tórum Mártyrum tuórum
diáni & Epímachi f...
cólimus, eórum apud
tercessiónibus adjuv...
Per Dóminum.

In Hymn. mutatur ...
In i. Noct. Lect. de Scr...
In ii. Nocturno. Lect...

Antonínus Florént...
néstis paréntibus
ab ipsa jam pueríti...

... somnum primus ... precibus aderat, ... reliquum ... noctis orationibus, ... lectioni & scriptio... tribuebat; & ... importunior fessis ... somnus obreperet, ... páululum decli... capite, ac tantisper ... somno, mox sacras ... avidius repetebat.
... David.

Lectio v.

... disciplinæ Regularis sui ... sius severissimus exa... carnes, nisi in gravi ... ne, numquam edit ... aut in nudo tabulato ...; cilicio semper usus, ... dum zona ferrea ad ... cutem incinctus, vir... m integerrime semper

In explicandis con... ... dexteritatis fuit, ... núni elogio Antoni... ... filiorum diceretur. ... utem in eo humilitas ... ut etiam Cœnobiis, ... nciis præfectus ab... ... Monasterii officia ... sime obiret. Ab Eu... ... uarto Florentinus Ar... ... opus renuntiatus. ... e tandem, nec nisi ... icis minis perterrefa... ... ut Episcopatum acci... ... cquievit.
... adjutorium.

Lectio vi.

... munere vix dici po... ... quantum prudentia, ... charitate, mansuetu... ... sacerdotali zelo ex... celluerit. Illud mirandum, tantum ingenio valuisse, ut omnes ferme scientias per se nullo adhibito præceptore absolutissime didicerit. Tandem post multos labores, multis etiam editis insignis doctrinæ libris, sacra Eucharistia & Unctione percepta, complexus Crucifixi imaginem, mortem lætus aspexit sexto Nonas Maji, millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Miraculis vivens, & post mortem conspicuus, Sanctorum numero adscriptus est ab Adriano sexto, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimotertio.

℟. Iste est, qui.

In. tertio Nocturn. Homil. in Evangel. Homo peregre. *de Communi Conf. Pontif.* lxv.

Pro SS. Martyrib. Gordiano & Epimacho. Lectio ix.

GOrdianus judex, cum ad eum Januarius Presbyter, ut condemnaretur, sub Juliano Apostata ductus esset, ab eodem in Christiana fide instructus, cum uxore & quinquaginta tribus aliis ex eadem familia Romæ baptizatur. Quare Præfectus, relegato Januario, Gordianum a Clementiano Vicario includi jubet in carcerem, qui postea eumdem Gordianum vinctum catenis ad se accersitum, cum a fidei proposito deterrere non posset, plumbatis diu cæsum, capite plecti imperat. Cujus corpus ante Apollinis templum cani-bus

In Laudibus pro commem. SS. Gordiani & Epimachi Martyr. Ant. Fíliæ Jerúsalem, veníte. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini. xl.

Oratio, Da, quæsumus, *ut supra*.

DIE XII. MAJI.

In festo SS. Nerei, Achillei, & Domitillæ Virg. atq. Pancratii Martyr. Semiduplex.

Oratio.

SEmper nos Dómine Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei, Domitíllæ, atque Pancrátii fóveat, quæsumus, beáta solemnitas, & tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

In primo Noct. Lectiones de Scriptura occurrente.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

NEreus & Achílleus fratres, eunúchi Fláviæ Domitíllæ, a beáto Petro, una cum ipsa, ejúsque matre Plautílla baptizáti, cum Do-

Auspício, eorum di
& Domitíllæ educatóre
mam deláta, via Ar
sepúlta sunt.

℟. Lux perpétua. xli.

Lectio v.

FLávia Domitílla
Romána, Titi &
tiáni Imperatórum n
cum sacrum Virginitá
lámen a beáto Clemén
pa accepísset, ab Au
sponso, Titi Aurélii
lis filio, deláta quod
stiána esset, a Domitiá
peratóre in ínsulam P
est deportáta ubi in c
longum Martyrium
Demum Tarracínam
cta, íterum Christum c
sa; cum semper const
apparéret, sub Traján
peratóre, Júdicis jussu
so ejus cubículo, un
Theodóra & Euph
Virgínibus & collac
suis, gloriósi Martyrii

ártyrum Basílicam, tituli asciólæ, restitúta sunt.
℟. In servis suis. xlii.

Lectio vi.

PAncrátius in Phrygia nóbili génere natus, puer quatuórdecim annórum Romam venit Diocletiáno & Maximiáno Imperatóribus: ubi a Pontífice Románo baptizátus, & in fide Christiána erudítus ob eándem paulo post comprehénsus, cum diis sacrificáre constánter renuísset, virili fortitúdine ... cervícibus, illústrem martyrii corónam consecútus est, cujus corpus Octavilla matróna noctu súbstulit, & unguéntis delibútum ... Aurélia sepelívit.
℟. Filiæ Jerúsalem. xlvii.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangélii secúndum Joánnem. *Lect. vii. C. 4, f*

IN illo témpore: Erat quidam Régulus, cujus filius infirmabátur Caphárnaum, & réliqua.

Homilia S. Gregórii Papæ.
Homilia 28. habita in Basilica beatorum SS. Martyrum in die natalis eorum.

QUid est quod Régulus Dóminum rogat, ut ad filium véniat, & tamen corporáliter recúsat, ad servum vero Centuriónis non [illegible], & tamen se corporáliter ire pollicétur? Régulus filio per corporálem præséntiam non dignátur adésse, Centuriónis servo non dedignátur occúrrere. Quid est hoc, nisi quod supérbia nostra retúnditur, qui in homínibus non natúram, qua ad imáginem Dei facti sunt, sed honóres & divítias venerámur? Redémptor vero noster, ut osténderet quia quæ alta sunt hóminum, despiciénda sunt, & quæ despécta sunt hóminum, despiciénda non sunt: ad filium Réguli ire nóluit ad servum Centuriónis ire parátus fuit.
℟. Ego sum vitis. xliii.

Lectio viii.

INcrepáta est ergo supérbia nostra, quæ nescit pensáre hómines propter hómines. Sola, ut díximus, quæ circúmstant homínibus, pensat, natúram non áspicit, honórem Dei in homínibus non agnóscit. Ecce ire non vult Fílius Dei ad filium Reguli, & tamen venire parátus est ad salútem servi. Certe si nos cujúspiam servus rogáret, ut ad eum ire deberémus, prótinus nobis nostra supérbia in cogitatióne tácita respondéret, dicens: Non eas, quia temetípsum degéneras, honor tuus despícitur, locus viléscit. Ecce de cælo venit, qui servo in terra occúrrere non déspicit: & tamen humiliári in terra contémnimus, qui de terra sumus.
℟. Cándidi facti. xliii.

Lectio ix.

NOlíte ergo intra vosmetípsos pensáre quod habétis, sed quid estis. Ecce mundus qui dilígitur, fugit. Sancti isti, ad quorum túmbam

áruit, & adhuc in córdibus noſtris floret. Ubique mors, ubíque luctus, ubíque deſolátio, úndique percútimur, úndique amaritudínibus replémur; & tamen cæca mente carnális concupiſcéntiæ ipſas ejus amaritúdines amámus, fugiéntem ſéquimur, labénti inhærémus.

Te Deum laudámus. 16.

DIE XIV. MAJI.

Sancti Bonifacii Martyr.

Oratio.

DA, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui beáti Bonifácii Mártyris tui ſolémnia cólimus: ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Lectio ii.

BOnifácius, civis Románus, quod cum Aglae nóbili matróna impudíce verſátus eſſet, tanto illíus intemperántiæ dolóre captus eſt, ut pœniténtiæ cauſſa ſe ad con- cruciátibus ea vox Bonifácii audiebátur tias tibi ago Dómi Chriſte, Fili Dei.

Lectio iii.

MOx in ollam picis, demiſſ conjéctus eſt; unde violátus exíſſet, ira judex, eum ſecúri pé bet. Quo témpore ma ræmótus factus eſt; it ti infidéles ad Chriſt dem converteréntur ſequénti die quærént cum Martyrio afféct gnoviſſent, quingént ejus corpus redemér condítum unguéntis, que involútum, Rom tándum curárunt. Qu cum ab Angelo Agla na, quæ & ipſa pœnit opéribus addíxerat, c ſet, pródiens óbviar córpori, Eccléſiam ej

DIE XVI. MAJI.

In festo S. Ubaldi Episc. & Conf. Semid. Oratio.

AUxilium tuum nobis Dómine quæsumus, placátus impénde: & intercessióne beáti Ubáldi Confessoris tui atque Pontíficis contra omnes diáboli nequítias, déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

In i. Noct. Lect. de Scr. occ.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

UBáldus, Eugúbii in Umbria nóbili génere natus, a primis annis pietáte & lítteris egrégie est institútus; jamque adoléscens, ut uxórem dúceret, sæpe tentátus, nunquam tamen a propósito servándæ virginitátis recéssit. Sacérdos effectus, patrimónium suum paupéribus & Ecclésiis distríbuit, & Canonicórum Regulárium Ordinis sancti Augustíni institútum suscípiens, illud in pátriam tránstulit, atque in eo aliquándiu sanctíssime vixit. Cujus sanctitátis opinióne evulgáta, ab Honório secundo Summo Pontífice, Ecclésiæ Eugubínæ invítus præficitur, & Episcopális consecratiónis múnere decorátur, eo magis eminére cœpit, quo efficácius aliórum étiam salútem verbo & exémplo procuráret, factus forma gregis ex ánimo. Nam victu parco, vestítu moderáto, léctulo áspero & paupérrimo, Crucis mortificatiónem júgiter in suo córpore circumferébat, dum inexplébilis oratiónis stúdio spíritum quotídie recreáret. Hinc admirábilem illam mansuetúdinem est adéptus, qua gravíssimas injúrias & contumélias non modo æquanímiter tulit, verum étiam mirífico dilectiónis afféctu persecutóres suos omni benignitátis testimonio complectebátur.

℟. Invéni David.

Lectio v.

AD suam ítaque revértens Ecclésiam, cum de consuéta vivéndi ratióne nihil ádmodum immutásset, in omni tamen virtútum génere eo magis eminére cœpit, quo

℟. Pósui adjutórium.

Lectio vi.

BIénnio ántequam ex hac vita migráret, cum diutínis afflictarétur infirmitátibus, inter acerbíssimos córporis cruciátus, velut aurum in fornáce purgátum, Deo gratias indesinénter agébat. Adveniénte autem sacro Pentecóstes die, cum múltis annis Ecclésiam sibi commissam summa cum laude gubernásset, sanctis opéribus ac miráculis clarus quiévit in pace. Quem Cælestínus Papa tértius in Sanctórum númerum rétulit. Ejus virtus præcípue in effugándis spirítibus immúndis elúcet. Corpus vero per tot sæcula incorrúptum magna Fidélium veneratióne in pátria cólitur, quam non semel a præsénti discrímine liberávit.

℟. Iste est, qui ante.

In

pio cuncta Mundi despícere, & ad promíssa humílibus prǽmia pervenire felíciter mereámur. Per Dóminum.

Deinde fit commem. S. Venantii Martyr.

Postea S. Pudentianæ Virg. *Aña.* Veni sponsa. ℣. Spécie tua. *Oratio*. Exáudi nos. xcv.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

PEtrus a nómine, quo Póntifex est appellátus, Cæléstínus dictus, honéstis Catholicísque paréntibus Æsérniæ in Samnítibus natus, adolescéntiam vix ingréssus, ut ánimum a mundi illécebris custodíret, in solitúdinem secéssit. Ibi contemplatiónibus mentem nútriens, corpus in servitútem rédigens, férream caténam ad nudam carnem adhibébat. Congregatiónem, quæ póstea Cæléstinórum dicta est, sub Régula sancti Be-

Dómino: ejúsque p
mortem Crux præfúl
aere ante cubículi ósti
didit ámplius gloriós
ráculis multis tam vive
post óbitum cláruit; q
te examinátis, Cleme
tus, anno postquam
undécimo, Sanctórum
ro adscripsit.

℟. Invéni David.

Lectio v. & vi. ex l
ralium sancti Gregorii
Deridétur justi simp
de Communi Confesso
Pontif. secundo loco.

℟. *vii.* Pósui adjutóri
℟. *viii.* Iste est, qui

In tertio Noctu
Léctio sancti Evangéli
dum Matthæum

Lectio vii. *Cap*

IN illo témpore: D
trus ad Jesum: Ec
relíquimus ómnia, &
sumus te: quid ergo
bis? Et réliqua

[redacted]

équitur Christum :
iim thesáurum non
n in cælis. Unde
rogánte Petro, di-
; Jesus: Amen di-
quod vos qui se-
me, in regenera-
n séderit Fílius hó-
ede majestátis suæ,
& vos super sedes
, judicántes duóde-
Israel. In hac quip-
o ejus nómine la-
in ália præmium
cuit: idest, in re-
e, cum vidélicet in
nortálem fuérimus
regeneráti, qui
adúcam mortáliter
niti.
t eum. lxix.

Lectio viii.

a prorsus retribútio
ui hic pro Christo
glóriæ celsitúdinem
it, illic a Christo
orificáti singuláriter
sídeant, qui a se-
is vestígiis nulla ra-
rant avélli. Nemo
et duódecim tantum
, quia pro Juda præ-
Mathías eléctus est,
judicatúros, sicut
im solæ sunt tribus
cándæ: alióquin tri-
quæ tertiadécima
cáta recédet.
mbi vestri. lxix.

a Pudentiana Virg.

Lectio ix.

ána virgo, Pudén-
mání filia, parén-
ta, cum admirábili pietáte Christiánam Religiónem cóleret, una cum soróre Praxéde pecúniam ex véndito património redáctam paupéribus distríbuit, seque jejúniis & oratiónibus dedit. Cujus étiam ópera tota ejus família, in qua erant nonagínta sex hómines, a Pio Pontífice baptizáta est. Quod autem ab Antoníno Imperatóre sancítum erat, ne Christiáni públice Sacrificia fácerent, Pius Póntifex in ædibus Pudentiánæ cum Christiánis Sacra celebrábat. Quibus illa benígne accéptis, quæ ad vitam necessária essent, suppeditábat Itaque in his Christiánæ pietátis officiis migrávit e vita, & in sepúlcro patris ad cœmetérium Priscíllæ via Salária sepúlta est, decimoquárto Kaléndas Június.

Te Deum laudámus. 16.

Si hoc festum contingat transferri nona Lectio dicitur ut sequitur. *Lectio ix.*

ET Paulus, qui tertiusdécimus est Apóstolus, judicándi forte privábitur, cum ipse dicat: Nescítis quóniam ángelos judicábimus, quanto magis sæculária? Sciéndum namque est, omnes, qui ad exémplum Apostolórum sua reliquérunt ómnia, & secúti sunt Christum, júdices cum eo ventúros, sicut étiam omne mortálium genus esse judicándum. Quia enim duodenário sæpe número solet in Scriptúris univérsitas designári, per duódecim sedes Apo-

℣. Diffusa est gratia.
Oratio. Exáudi nos.
In ii. Vesper. ad Magnificat, *Aña*. Dum esset summus Póntifex. lxxi. *cum commemor. S. Bernardini*, *ut infrà*.

DIE XX. MAJI.

In festo S. Bernardini Confess. *Semiduplex*.

Oratio.

DOmine Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti Nóminis tui amórem tribuísti: ejus, quæsumus méritis & intercessióne, Spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde: Qui vivis & regnas.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurr.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

BErnardínus Albizésca, nóbili Senénsi família ortus, ab ineúnte ætáte non obscúra sanctitátis dedit indícia: nam a piis paréntibus honé-

tium cura, dum acu
léntia grassarétur, inc
caritáte sese exércuit
céteras autem virtút
tátem, egrégia form
gnánte, sanctíssime
vit, ádeo ut eo præs
mo unquam, ne imp
simus quidem, verbun
honéstum proférre au
℟. Honéstum fecit.

Lectio v.

GRavi morbo te
eóque ad quátuo
ses patientíssime tolerá
mum incólumis, de r
vitæ instítúto capessén
liberáre cœpit, quo
viam muniret, ædíci
extréma urbe condúx
quam cum sese abdidís
pérrimam omni ex p
tam trahébat, Deum
orans, ut quid sibi
dum esset, osténderet
divínitus factum est,
Francísci Ordinem pr

véniens séquitur Christum: habébit enim thesáurum non deficiéntem in cælis. Unde bene interrogánte Petro, dixit tálibus Jesus: Amen dico vobis, quod vos qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. In hac quippe vita pro ejus nómine laborántes, in ália præmium speráre dócuit: idest, in regeneratióne, cum vidélicet in vitam immortálem fuérimus resurgéndo regeneráti, qui in vitam cadúcam mortáliter erámus géniti.

℟. Amávit eum. lxix.

Lectio viii.

ET justa prorsus retribútio ut qui hic pro Christo humánæ glóriæ celsitúdinem neglexérunt, illic a Christo Júdices glorificáti singuláriter cum eo assídeant, qui a sequéndis ejus vestígiis nulla ratióne póterant avélli. Nemo autem putet duódecim tantum Apóstolos, quia pro Juda prævaricánte Mathías eléctus est, tunc esse judicatúros, sicut nec duódecim solæ sunt tribus Israel judicándæ: alióquin tribus Levi, quæ tertiadécima est, injudicáta recédet.

℟. Sint lumbi vestri. lxix.

Pro sancta Pudentiana Virg.

Lectio ix.

PUdentiána virgo, Pudéntis Románi fília, paréntibus orbáta, cum admirábili pietáte Christiánam Religiónem cóleret, una cum soróre Praxéde pecúniam ex véndito património redáctam paupéribus distríbuit, seque jejúniis & oratiónibus dedit. Cujus étiam ópera tota ejus família, in qua erant nonagínta sex hómines, a Pio Pontífice baptizáta est. Quod autem ab Antoníno Imperatóre sancítum erat, ne Christiáni públice Sacrificia fácerent, Pius Póntifex in ædibus Pudentiánæ cum Christiánis Sacra celebrábat. Quibus illa benígne accéptis, quæ ad vitam necessária essent, suppeditábat. Itaque in his Christiánæ pietátis offíciis migrávit e vita, & in sepúlcro patris ad cœmetérium Priscíllæ via Saláriæ sepúlta est, decimoquárto Kaléndas Június.

Te Deum laudámus. 16.

Si hoc festum contingat transferri nona Lectio dicitur ut sequitur. *Lectio ix.*

ET Paulus, qui tertiusdécimus est Apóstolus, judicándi sorte privábitur, cum ipse dicat: Nescítis quóniam ángelos judicábimus, quanto magis sæculária? Sciéndum namque est, omnes, qui ad exémplum Apostolórum sua reliquérunt ómnia, & secúti sunt Christum, júdices cum eo ventúros, sicut étiam omne mortálium genus esse judicándum. Quia enim duodenário sæpe número solet in Scriptúris univérsitas designári, per duódecim sedes Apo-

auctoritátem. Romam deínde proféctus, sub protectióne sancti Petri educátus est. Júvenis Ecclésiæ libertátem a láicis oppréssam, ac depravátos Ecclesiasticórum mores vehementius dolens; in Cluniacénsi Monastério, ubi sub Régula sancti Benedícti austerióris vitæ obsérvántia eo témpore máxime vigébat, Mónachi hábitum índuens, tanto pietátis ardóre Divínæ Majestáti deserviébat, ut a sanctis ejúsdem Cœnóbii Pátribus Prior sit eléctus. Sed Divína providéntia majóra de eo disponénte in salútem plurimórum, Cluníaco edúctus Hildebrándus, Abbas primum Monastérii sancti Pauli extra muros Urbis eléctus, ac póstmodum Románæ Ecclésiæ Cardinális creátus, sub Summis Pontificibus, Leóne nono, Victóre secúndo, Stéphano nono, Nicoláo secúndo, & Alexándro secundo, præcípuis munéribus, & legatiónibus perfúnctus est, sanctíssimi & puríssimi consílii vir a beáto Petro Damiáni nuncupátus. A Victóre Papa secúndo Legátus a látere in Gálliam missus, Lugdúni Epíscopum simoníaca labe inféctum ad sui críminis confessiónem miráculo adégit; Berengárium in Concílio Turonénsi ad iterátam hæresis abjuratiónem cómpulit. Cadolái quoque schísma sua virtúte compréssit.

℟. Invéni David servum meum. lxvi.

Lectio v.

MOrtuo Alexándro secúndo, invítus & mœrens unánimi ómnium consénsu, décimo Kaléndas Maji, anno Christi millésimo septuagésimo tértio, Summus Póntifex eléctus, sicut sol effúlsit in Domo Dei: nam potens ópere & sermóne, Ecclesiásticæ disciplínæ reparándæ Fídei propagándæ, libertáti Ecclésiæ restituéndæ, extirpándis erróribus & corruptélis tanto stúdio incúbuit, ut ex Apostolórum ætáte nullus Pontíficum fuísse tradátur, qui majóres pro Ecclésia Dei labóres molestiásque pertúlerit, aut qui pro ejus libertáte ácrius pugnáverit. Aliquot Províncias a simoníaca labe expurgávit. Contra Henríci Imperatóris ímpios conátus fortis per ómnia athléta impávidus permánsit, seque pro muro dómui Israel pónere non tímuit, ac eúmdem Henrícum in profúndum malórum prolápsum fidélium communióne, regnóque privávit, atque súbditos pópulos fide ei data liberávit.

℟. Pósui adjutórium.

Lectio vi.

DUm Missárum sollémnia perágeret, visa est viris piis colúmba e cælo delápsa húmero ejus dextro insídens alis exténsis caput ejus veláre, quo significátum est, Spíritus sancti afflátu, non humánæ prudéntiæ ratiónibus ipsum duci in Ecclésiæ régimi-

: . Cum ab iníqui Henríci
citu Roma gravi obsidió-
remerétur, excitátum ab
bus incéndium signo Cru-
extínxit. De ejus manu
rum a Robérto Guiscárdo
Northmánno eréptus
inum se cóntulit, atque
Salérnum ad dedicándam
siam sancti Matthæi Apó-
conténdit. Cum aliquán-
n ea civitáte sermónem
isset ad pópulum, ærúm-
conféctus in morbum in-
t, quo se interitúrum præ-
'it. Postréma moriéntis
górii verba fuére: Diléxi
títiam, & odívi iniquitá-
n, proptérea mórior in
ílio. Innumerábilia sunt,
e vel fórtiter sustínuit, vel
lis coáctis in urbe Syno-
sapiénter constítuit, vir
e Sanctus, críminum vin-
:, & acérrimus Ecclésiæ de-
sor. Exáctis ítaque in Pon-
cátu annis duódecim, mi-
vit in cælum anno salútis
lésimo octogésimo quinto,
ribus in vita & post mor-
i miráculis clarus, ejúsque
um Corpus in Cathedráli
ílica Salernitána est hono-
:e cónditum.

Iste est, qui ante Deum.

tertio Nocturno, Homilia *:vangel.* Vigiláte. *de Com-* *ni Confessor. Pontif. ex se-* *lo loco.* lxxxiii.

S. Urbano Papa & Martyr.

Lectio ix.

[U]Rbánus Románus, Ale-
xándro Sevéro Impera-
:, doctrína & vitæ sancti-
táte multos ad Christi Fidem convértit: in illis Valeriánum beátæ Cæcíliæ sponsum, & Tibúrtium Valeriáni fratrem, qui póstea Martyrium forti ánimo subiérunt. Hic de bonis Ecclésiæ attribútis scripsit his verbis: Ipsæ res fidélium, quæ Dómino offerúntur, non debent in álios usus, quam Ecclesiásticos, & Christianórum fratrum, vel indigéntium convérti: quia vota sunt fidélium, & prétia peccatórum, ac patrimónia páuperum. Sedit annos sex, menses septem, dies quátuor, ac Martyrio coronátus, sepúltus est in cœmetério Prætextáti, octávo Kaléndas Júnii. Ordinatiónibus quinque hábitis mense Decémbri, creávit Presbyteros novem, Diáconos quinque, Epíscopos per divérsa loca octo.

Te Deum laudámus. 16.

In Laudibus fit commemor. sancti Urbani, Antiphona. Fíliæ Jerúsalem.

℣. Pretiósa in conspéctu.

Oratio. Da quæsumus. 511.

Vesper. a Capitul. de S. Philippo Nerio, cum commemor. S. Gregorii, & S. Eleutherii Papæ & Martyris.

DIE XXVI. MAJI.

In festo sancti Philippi Nerii Confessoris. Duplex.

Oratio.

DEus qui beátum Philíppum Confessórem tuum, Sanctórum tuórum glória sublimásti: concéde propítius; ut cujus solemnitáte lætámur,

 ejus

ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Deinde fit commem. sancti Gregorii Papæ & Confessoris, Antiphona. Dum esset Summus Póntifex.

Deinde S. Eleutherii Papæ & Martyr. Aña. Lux perpétua. ℣. Sancti & justi.

Oratio. Infirmitátem.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

PHilíppus Nérius, piis honestísque paréntibus Floréntiæ natus, ab ipsa ineúnte ætáte non obscúra dedit futúræ sanctitátis indícia. Adoléscens, ampla pátrui hæreditáte dimíssa, Romam se cóntulit, ubi Philosophía ac sacris Lítteris eruditus totum se Christo dicávit. Ea fuit abstinéntia, ut sæpe jejúnus tríduum permánserit. Vigíliis & oratiónibus inténtus, septem Urbis Ecclésias frequénter vísitans, apud cœmetérium Callisti in cæléstium rerum contemplatióne pernoctáre consuévit. Sacérdos ex obediéntia factus, in animárum salúte procuránda totus fuit, & in Confessiónibus audiéndis ad extrémum usque diem persevérans, innúmeros pene filios Christo péperit: quos verbi Dei quotidiáno pábulo, Sacramentórum frequéntia, oratiónis assiduitáte, aliísque piis exercitatiónibus enutríri cúpiens: Oratórii Congregatiónem instítuit.

℟. Honéstum fecit.

Lectio v.

CAritáte Dei vulnerátus languébat júgiter, tantóque cor ejus æstuábat ardóre, ut, cum intra fines suos continéri non posset, illíus sinum, confráctis atque elátis duábus cóstulis, mirabíliter Dóminus ampliáverit. Sacrum vero fáciens, aut fervéntius orans, in áera quandoque sublátus, mira úndique luce fulgére visus fuit. Egénos & páuperes omni caritátis offício prosequebátur: dignus qui & Angelo in spécie páuperis eleemósynam erogáret, & dum egéntibus noctu panem deférret, in fóveam lapsus, inde páriter ab Angelo incólumis eriperétur. Humilitáti addíctus, ab honóribus semper abhórruit, atque Ecclesiásticas dignitátes, étiam primárias, non semel ultro delátas, constantíssime recusávit. ℟. Amávit eum.

Lectio vi.

PRophetíæ dono fuit illústris, & in animórum sénsibus penetrándis miríficè enítuit. Virginitátem perpétuo illibátam servávit: idque assecútus est, ut eos, qui puritátem cólerent, ex odóre; qui vero secus, ex fœtóre dignósceret. Absséntibus intérdum appáruit, iísque periclitántibus opem tulit. Ægrótos plúrimos & morti próximos sanitáti restítuit. Mórtuum quoque ad vitam revocávit. Cæléstium Spirítuum, & ipsíus Deíparæ Virginis fre-

quén-

iénter fuit apparitióne di-
iátus, ac plurimórum áni-
ias splendóre circumfúsas in
elum conscéndere vidit. Dé-
ique anno salútis millésimo
ingentésimo nonagésimo
iinto, Octávo Kaléndis Jú-
as, in quem diem incíde-
t Festum Córporis Christi,
icro máxima spíritus exul-
tióne peráđto, ceterísque
inctiónibus explétis, post
iédiam noctem, qua prædí-
erat hora, octogenárius ob-
ormívit in Dómino. Quem
iregórius decimusquíntus mi-
iculis clarum in Sanctórum
úmerum rétulit.
*. Iste homo.

*In tertio Nocturno, Homilia
Evangel.* Sint lumbi vestri
ræcíncti. *ut in Communi
onfess. non Pontif.* lxxxv.

*ro S. Eleutherio Papa & Mart.
Lectio ix.*

E Leuthérius Nicópoli in
Græcia natus, Anicéti
ontíficis Diáconus, Commo-
lo Imperatóre præfuit Ecclé-
iæ. Huic inítio Pontificátus
úpplices lítteræ venérunt a
úcio Britannórum rege, ut
e ac suos in Christianórum
úmerum recíperet. Quamó-
rem Fugátium & Damiánum
octos & pios viros misit in
iritánniam, per quos rex &
éliqui fidem suscíperent. Hoc
ontífice Irenæus Polycárpi
iscípulus Romam véniens,
b eo benígne accéptus est.
Quo témpore summa pace &
uiete fruebátur Ecclésia Dei:
c per totum Orbem terrá-
rum, máxime Romæ, fides
propagabátur. Vixit Eleuthé-
rius in Pontificátu annos quín-
decim, dies vigínti tres. Fe-
cit Ordinatiónes tres mense
Decémbri, quibus creávit Pres-
byteros duódecim, Diáconos
octo, Epíscopos per divérsa
loca quíndecim: sepultúsque
est in Vaticáno prope cor-
pus sancti Petri.
Te Deum laudámus. 16.

*In Laud. fit commem. S. Eleu-
therii, Aña.* Fíliæ Jerúsalem.
℣. Pretiósa in conspéctu.
Oratio. Infirmitátem nostram.
ut suprà.

*In secundis Vesper. fit com-
memor. seq.*

DIE XXVII. MAJI.

*In festo S. Mariæ Magdalenæ de
Pazzis Virg. Semidupl.
Oratio.*

DEus virginitátis amátor,
qui beátam Maríam Mag-
dalénam Vírginem tuo amó-
re succénsam, cæléstibus do-
nis decorásti: da, ut quam
festíva celebritáte venerámur,
puritáte & caritáte imitémur.
Per Dóminum.

*In Italia fit commem. sancti
Philippi Nerii Confess.*

*Deinde fit commem. S. Joan-
nis Papæ, & Martyr. Antiph.*
Lux perpétua. ℣. Sancti &c.
Oratio. Deus, qui nos beá-
ti Joánnis.

*In primo Nocturno, Lectiones
de Scriptura occurrente.*

In ii. Nocturno. Lectio iv.

MAría Magdaléna illu-
stríori Pazziórum gé-
nere Floréntiæ nata, fere ab
in-

incunábulis iter perfectiónis arrípuit. Decénnis perpétuam virginitátem vovit, susceptóque hábitu in Monastério sanctæ Maríæ Angelórum Ordinis Carmelitárum, se ómnium virtútum exémplar exhíbuit. Adeo casta fuit, ut quidquid puritátem lædere potest, pénitus ignoráverit. Quinquénnium, Deo jubénte, solo pane & aqua transégit, excéptis diébus Domínicis, quibus cibis Quadragesimálibus vescebátur. Corpus suum cilício, flagéllis, frígore, inédia, vigíliis, nuditáte, atque omni pœnárum génere cruciábat.

℟. Propter veritátem.

Lectio v.

TAnto igne Divíni amóris æstuábat, ut ei feréndo impar, ingésta aqua pectus refrigeráre cogéretur. Extra sensus frequénter rapta, diutúrnas & admirábiles éxtases passa est, in quibus & arcána cæléstia penetrávit, & exímiis a Deo grátiis illustráta fuit. His autem muníta longum certámen a princípibus tenebrárum sustínuit, árida, desoláta, ab ómnibus derelícta, variísque tentatiónibus vexáta, Deo sic permitténte, ut invíctæ patiéntiæ, ac profundíssimæ humilitátis exémplar præbéret.

℟. Dilexísti justítiam.

Lectio vi.

CAritáte erga próximum singuláriter enítuit; nam sæpe noctes ducébat insómnes vel obeúndis Sorórum ministériis, vel inserviéndo infírmis occupáta, quarum aliquándo úlcera lambens sanávit. Infidélium & peccatórum perditiónem amáre deflens, se ad quælibet pro illórum salúte torménta parátam offerébat. Multis ante óbitum annis, univérsis cæli delíciis, quibus copióse affluébat, heróica virtúte renúntians, illud frequénter in ore habébat: Pati, non mori. Tandem longa & gravíssima infirmitáte exháusta, transívit ad Sponsum die vigésima quinta Maji anno millésimo sexcentésimo séptimo, expléto anno quadragésimo primo ætátis suæ. Eam multis in vita & post mortem miráculis claram Clemens nonus Sanctárum Vírginum número adscrípsit: cujus corpus in præséntem diem incorrúptum conservátur.

℟. Afferéntur Regi.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangel. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus. ciii.

Pro S. Joanne Papa & Martyr.

Lectio ix.

JOánnes Etrúscus, Justíno senióre Imperatóre, rexit Ecclésiam: ad quem proféctus est Constantinópolim auxílii caussa, quod Theodoricus rex hæréticus divexábat Itáliam; cujus étiam iter Deus miráculis illustrávit. Nam cum ei nóbilis vir ad Corínthium equum, quo ejus uxor mansuéto utebátur, itíneris caussa com-

[redacted]

ommodásset; factum est, ut
ómino póstea remíssus equus
a ferox eváderet, ut frémi-
& totíus córporis agitatió-
semper deínceps dóminam
xpúlerit, tamquam indigna-
tur, mulíerem recípere, ex
uo sedísset in eo Jesu Chri-
Vicárius. Quamóbrem il-
equum Pontífici donavé-
nt. Sed illud majus mirá-
ulum, quod Constantinópo-
in áditu portæ aureæ, in-
ectánte frequentíssimo pó-
ulo, qui una cum Impera-
re Pontífici honóris caussa
ccúrrerat, cæco lumen resti-
it. Ad cujus pedes prostrá-
s étiam Imperátor, eum
nerátus est. Rebus cum
nperatóre compósitis, in
áliam rédiit, statímque Epí-
olam scripsit ad omnes Itá-
e Epíscopos, jubens eos
rianórum Ecclésias ad Ca-
ólicum ritum consecráre,
ud subjúngens; Quia &
s quando fuímus Constan-
nópoli, tam pro Religióne
athólica, quam pro regis
heodoríci caussa, quascúm-
e illis in pártibus eórum
cclésias reperíre potuímus,
athólicas eas consecrávi-
us. Quod iniquíssimo áni-
o ferens Theodorícus, do-
accersítum Pontíficem Ra-
nnam in cárcerem conjé-
, ubi squalóre inediáque
flíctus, paucis diébus cessit
vita; cum sedísset annos
os, menses novem, dies
uatuórdecim, ordinátis eo
mpore Epíscopis quínde-
cim. Paulo post móritur
Theodorícus, quem quidam
eremíta, ut scribit sanctus
Gregórius, vidit inter Joán-
nem Pontíficem & Symma-
chum patrícium, quem idem
occíderat, demérgi in ignem
Liparitánum, ut vidélicet il-
li, quibus mortem attúlerat,
tanquam júdices essent ejus
intéritus. Joánnis corpus Ra-
vénna Romam portátum est,
& in Basílica sancti Petri se-
púltum.

Te Deum laudámus. 16.

In Laudibus fit commemor. sancti Joannis, Antiphona. Fíliæ Jerúsalem.

℣. Pretiósa. xlii.

Oratio ut suprà.

DIE XXX. MAJI.

S. Felicis Papæ & Martyris.

Antiphona. Lux perpétua.

℣. Sancti & justi. xxxviii.

Oratio. Infirmitátem.

Lectio iii.

FElix Románus, patre Constántio, Aureliáno Imperatóre præfuit Ecclésiæ. Constítuit, ut Missa supra memórias & sepúlcra Mártyrum celebrarétur. Qui cum mense Decémbri habuísset Ordinatiónes duas, & creásset Presbyteros novem, Diáconos quinque, Epíscopos per divérsa loca quinque, martyrio coronátus, via Aurélia sepelítur in Basílica, quam a se ædificátam dedicárat. Vixit in Pontificátu annos duos, menses quátuor, dies vigínti novem.

Te Deum laudámus. 16.

DIE

DIE XXXI. MAJI.

S. Petronillæ Virginis.

Oratio. Exáudi nos Deus salutáris xcv.

Lectio iii. ex libro S. Cypriani. Nunc nobis, *de Communi Virg.*

FESTA JUNII.

DIE II. JUNII.

SS. Marcellini, Petri, atque Erasmi Mart.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, Petri, atque Erásmi solemnitáte lætíficas: præsta, quæsumus, ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dñm.

Lectio ii.

PEtrus Exorcísta, Diocletiáno Imperatóre, Romæ a Seréno Júdice propter Christiánæ fidei confessiónem missus in cárcerem, Paulínam Artémii, qui cárceri præerat, filiam a dæmone agitátam liberávit. Quo facto, & paréntes puéllæ cum tota família, & vicínos, qui ad rei novitátem concúrrerant, Jesu Christo conciliátos ad Marcellínũ Presbyterum addúxit, a quo omnes baptizáti sunt. Quod ubi rescivit Serénus, Petrum & Marcellínum ad se vocátos aspérius objúrgat, & ad verbórum acerbitátem minas ac terróres adjúngit, nisi Christo renúntient. Cui cum Marcellínus Christiána libertáte respondéret; pugnis contúsum, & a Petro sejúnctum, nudum inclúdit in cárcerem stratum vitri fragméntis, sine cibo ac sine lúmine. Petrum item constríngi ímperat arctíssimis vínculis. Sed cum utríque ex torméntis fides & ánimus crésceret, constánti confessióne & abscísso cápite, illústre testimónium Jesu Christo dedérunt.

Lectio iii.

ERásmus Epíscopus, Imperatóribus Diocletiáno & Maximiáno in Campánia plumbátis & fústibus cæsus, resína quoque, súlphure, plumbo liquefacto, & fervénti pice, cera oleóque perfúsus, inde tamen íntegér & inviolátus evásit. Quo miráculo multi se ad Christi Fidem convertérunt. Verum is íterum detrúsus in cárcerem, constríctus férreis gravissimísque vínculis, inde ab Angelo mirabíliter eréptus est. Deinde Fórmiis a Maximiáno váriis afféctus supplíciis, tunicáque ærea candénti indútus, illa étiam torménta Divína virtúte superávit. Dénique plúrimis & in fide confirmátis, & ad fidem convérsis, insígnis Martyrii palmam adéptus est. Te Deum. 16.

DIE VI. JUNII.

In festo S. Norberti Episc. & Confess. Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Norbértum Confessórem tuum atque Pontíficem, verbi tui præcónem eximium esse-

ecísti, & per eum Ecclé-
m tuam nova prole fe-
ndásti: præsta quæsumus;
ejúsdem suffragántibus mé-
is, quod ore simul & ópe-
dócuit, te adjuvánte exer-
re valeámus. Per Dñm.

i i. Noct. Lect. de Script. occ.

ii. Nocturno. Lectio iv.

NOrbértus, nobilíssimis parénribus natus, ado-
scens liberálibus disciplínis
ıdítus, in ipsa postea Im-
ratóris aula, spretis mun-
illécebris, Ecclesiásticæ
lítiæ adscríbi voluit. Sacris
tiátus, rejectis móllibus ac
endidis vestibus, pellícea
lóte indútus, prædicatió-
verbi Dei se totum de-
. Abdicátis Ecclesiásticis
ovéntibus satis amplis, &
rimónio in páuperes ero-
to, semel in die sub véspe-
n solo cibo quadragesimáli
ens, nudísque pédibus &
era veste sub brumáli ri-
re incédens, miræ austeri-
tis vitam est agréssus. Po-
ns igitur ópere & sermó-
, innúmeros hæréticos ad
dem, peccatóres ad pœni-
ntiam, diffidéntes ad pacem
concórdiam revocávit.
Invéni David.

Lectio v.

CUm Laudúni esset, ab Epíscopo rogátus, ne
sua diœcési discéderet, de-
tum in ea locum, qui Præ-
onstrátus dicebátur, sibi de-
git, ibíque trédecim sóciis
gregátis, Præmonstratén-
n Ordinem instítuit, di-
vínitus accépta per visum
Régula a sancto Augustíno.
Cum vero ejus fama sanctitá-
tis in dies magis augerétur,
ac plúrimi ad eum quotídie
discípuli convenírent, idem
Ordo ab Honório secúndo,
aliísque Summis Pontíficibus
confirmátus, ac plúribus ab
eo Monastériis ædificátis,
mirífice propagátus est.
℟. Pósui adjutórium.

Lectio vi.

ANtuérpiam accersítus, in ea urbe Tanchelini ne-
fáriam hæresim profligávit.
Prophético spíritu & mirá-
culis claruit. Archiepísco-
pus tandem (licet relúctans)
Magdeburgénsis creátus, Ec-
clesiásticam disciplínam, præ-
sértim cælibatum, constán-
ter propugnávit. Rhemis in
Concílio Innocéntium secún-
dum egrégie adjúvit, & Ro-
mam cum áliis Epíscopis pro-
féctus, schisma Petri Leónis
compréssit. Postrémo vir Dei,
méritis & Spíritu Sancto ple-
nus, Magdebúrgi obdormívit
in Dómino, anno salútis mil-
léssimo centésimo trigésimo
quarto, die sexta Júnii.
℟. Iste est qui ante.

in iii. Noct. Homilia in Evang. Homo péregre, *de Communi Confess. Pontif.* lxviii.

DIE IX. JUNII.

SS. Primi & Feliciani Mart.

Antiphona. Lux perpétua.
℣. Sancti & justi. xxxviii.

Oratio.

FAc nos, quæsumus Dómine, sanctórum márty-
tum

rum tuórum Primi & Feliciáni semper festa sectári: quórum suffrágiis, protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum. *Lectio ix.*

PRimus & Feliciánus fratres, in persecutióne Diocletiáni & Maximiáni accusáti Christiánæ Religiónis, in víncula conjiciúntur, quibus solúti, inde eripiúntur ab Angelo. Mox ad Prætórem addúcti, cum Christiánam Fidem acérrime tueréntur, alter ab áltero distrácti sunt; ac primum várie tentáta est constántia Feliciáni. Sed cum suasores impietátis se posse quidquam verbis proficere desperárent: affixis stípiti mánibus ejus & pédibus, ipsum sine cibo & potu inde tridúum pendéntem reliquérunt. Postridie ejus diei Prætor vocátum ad se Primum sic affátur: Vides, quanto sit prudéntior, quam tu, frater tuus, qui obsecútus Imperatóribus, apud ipsos est honorátus? Quem si tu quoque imitári volueris, párticeps eris ejus honóris & gratiæ. Cui Primus; Quid factum sit fratri meo, cognóvi ex Angelo. Utinam quemádmodum sum cum eo voluntáte conjunctíssimus, sic ab eódem ne mártyrio disjungar. Quo dicto excánduit Prætor, & ad céteros cruciátus, quibus Primum affécit, preséncte jam Feliciáno, liquátum igne plumbum in os ejus jussit infúndi. Mox utrúmque perdúci impe-rat in theátrum, in eósque immítti duos leónes: qui prostráti ad eórum génua cápite & cáuda ipsis blandiébantur. Ad id spectáculum cum ámplius duódecim míllia hóminum convenííssent, quingénti cum suis famíliis Christiánam Religiónem suscepérunt. Quibus rebus permótus Prætor, eos securi pércuti jussit. Te Deum laudámus. 16.

DIE X. JUNII.

In festo S. Margaritæ Reginæ Scotiæ. Semid. Oratio.

DEus, qui beátam Margarítam Regínam, exímia in páuperes caritáte mirábilem effecísti: da, ut ejus intercessióne & exémplo, tua in córdibus nostris cáritas júgiter augeátur. Per.

In i. Noct. Lect. de Scr. occ.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

MArgárita, Scotórum Regína, patérno Angliæ Regum, matérno Cæsarum sánguine claríssima, illústrior adhuc fuit Christiána virtúte. Hæc in Hungária nata, ubi pater tunc témporis exsulábat, post exáctam summa cum pietáte puerílem ætátem, una cum genitóre, qui a sancto Eduárdo pátruo Anglórum Rege ad patérni regni fastígium vocabátur, in Angliam venit: mox alternánte paréntum fortúna, ex Angliæ líttore solvens, vi tempestátis expúlsa, seu vérius Divínæ Providéntiæ consílio dedúcta est in oram marítimam

Scó-

[redacted]

ṭiæ. Ibi cum ex matris im-
ṛio Malchólmo tértio Sco-
ūm Regi egrégiis ejus dóti-
. capto nupsísset, sanctimó-
: ac pietátis opéribus trigín-
quibus regnávit annis, to-
regno mirifice prófuit.
Propter veritátem.

Lectio v.

ṫter regáles delícias cor-
pus afflictatiónibus ac vi-
is mácerans, magnam no-
partem piis precatiónibus
rahébat. Præter ália jejú-
, quæ idéntidem usurpá-
, íntegros quadragínta dies
e Natalítia festa tanta cum
ritáte jejunáre consuévit,
ne in gravíssimis quidem
óribus intermíserit. Di-
o cúltui addictíssima, tem-
plúrima & cœnobia par-
ex íntegro excitávit, par-
resarcívit, & sacra supel-
ili ac largo censu ditávit.
;em conjugem ad melióreṃ
;em, & ad simília suis exer-
tiónibus opera, salubérri-
exémplo tradúxit, liberós-
omnes tam sancte & felí-
r educávit, ut eórum ple-
ie, quemádmodum & Aga-
mater, & Christína soror.
ṫíssimum vitæ genus am-
ṭi sint. Univérsi demum
ṇi felicitáti cónsulens, a
is ómnibus quæ furtim ir-
ferant, pópulos expurgá-
, eísque mores Christiána
áte dignos restituit.
Dilexísti justítiam.

Lectio vi.

Nihil tamen æque in illa
mirábile fuit, ac fla-
grantíssima cáritas erga pró-
ximos, præsértim egénos,
quorum numerósis grégibus
non modo stipem affatim sup-
peditáre, verum étiam tre-
céntis quotídie matérna beni-
gnitáte dapes præbére, flexis
génibus in morem ancíllæ mi-
nistráre, régiis mánibus pe-
des ablúere, & pressis etiam
ósculis úlcera fovére sollé-
mne hábuit. His porro aliís-
que piis súmptibus non régias
tantum vestes & pretiósa mo-
nília distráxit, sed ipsum non
semel exháusit ærárium. To-
lerátis demum, ad patiéntiæ
miráculum, acerbíssimis do-
lóribus, ánimam seméstri cór-
poris ægrotatióne purgátam,
Auctóri suo quarto Idus Ju-
nii réddidit. Quo témporis
moménto fácies ejus diutúr-
ni morbi mácie ac pallóre
fœdata, insólita quadam
venustáte reflóruit. Miris
étiam post mortem prodígiis
clara, & Cleméntis decimi
auctoritáte in Scótiæ Patró-
nam accépta, ubíque terrá-
rum religiosíssime cólitur.
℟. Fallax grátia.

In iii. Noct. Homil. in Ev.
Símile erit regnum cælórum
thesáuro, *ut in Comm. non
Virginum.* cxiv.

Vesp. de seq. comm. præced.

DIE XI. JUNII.

*In festo S. Barnabæ Apostoli
Duplex. Oratio.*

DEus, qui nos beáti
Bárnabæ Apóstoli tui
méritis & intercessióne læ-
tíficas; concéde propítius,

ut, qui tua per eum benefícia póſcimus, dono tuæ grátiæ conſequámur. Per Dñm.

Deinde fit Cõm, S. Margaritæ.

In primo Nocturno.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio i. *Cap. 13. f*

CUm dimiſſa eſſet ſynagóga, ſecúti ſunt multi Judæórum, & coléntium advenárum, Páulum & Bárnabam: qui loquéntes ſuadébant eis, ut permanérent in grátia Dei. Sequénti vero sábbato pene univérſa civitas convénit audíre verbum Dei. Vidéntes autem turbas Judæi, repléti ſunt zelo, & contradicébant his, quæ a Páulo dicebántur, blaſphemántes. Tunc conſtánter Páulus & Bárnabas dixérunt: Vobis oportébat primum loqui verbum Dei, ſed quóniam repéllitis illud, & indígnos vos judicátis ætérnæ vitæ, ecce convértimur ad Gentes. Sic enim præcépit nobis Dóminus: Póſui te in lucem Géntium, ut ſis in ſalútem uſque ad extrémum terræ.

℞. Beátus vir. xx.

Lectio iii.

AUdiéntes autem Gentes gavíſæ ſunt, & glorificábant verbum Dómini, & credidérunt quotquot erant præordináti ad vitam ætérnam. Diſſeminabátur autem verbum Dómini per univérſam regiónem. Judæi autem concitavérunt mulíeres religióſas & honéſtas, & primos civitátis, & excitavérunt perſecutiónem in Paulum & Bárnabam: & ejecérunt eos de finibus ſuis. At illi excúſſo púlvere pedum in eos, venérunt Icónium. Diſcípuli quoque replebántur gáudio & Spíritu Sancto.

℞. Triſtítia veſtra. xx.

Lectio iii. *Cap. 14.*

FActum eſt autem Icónii, ut ſimul introírent in ſynagógam Judæórum, & loqueréntur, ita ut credéret Judæórum & Græcórum copióſa multitúdo. Qui vero incréduli fuérunt Judæi, ſuſcitavérunt, & ad iracúndiam concitavérunt ánimas Géntium advérſus fratres. Multo ígitur témpore demoráti ſunt, fiduciáliter agéntes in Dómino, teſtimónium perhibénte verbo grátiæ ſuæ, dante ſigna & prodígia fieri per manum eórum.

℞. Pretióſa in conſpéctu. xx.

In ii. Nocturno. *Lectio iv.*

BArnabas Levites, Cyprius génere, qui & Joſeph, cum Paulo Géntium Apóſtolus ordinátus eſt ad prædicándum Jeſu Chriſti Evángélium. Is agro véndito quem habébat, redáctam ex eo pecúniam áttulit Apóſtolis. Miſſus autem Antiochiam prædicatiónis cauſſa, cum ibi multos ad Chriſti Dñi Fidem convérſos eſſe comperiſſet, incredibíliter lætátus, eos hortabátur ut in Chriſti fide permanérent. Qua cohortatióne multum proficiébat, quod ab ómni-

omnibus vir bonus & Spíritu Sancto plenus habebátur.
R. Lux perpétua. xxi.

Lectio v.

PRoféctus inde Tarsum ut quǽreret Páulum, cum eo Antiochíam venit. In ejus urbis Ecclésia annum commoráti, Christiánæ Fídei & vitæ illis homínibus præcépta dedérunt: ubi étiam Jesu Christi cultóres primum Christiáni sunt appelláti. Discípuli autem Páuli & Bárnabæ, suis facultátibus Christiános, qui in Judǽa erant, sustentábant, eo mitténtes pecúniam per Páulum & Bárnabam. Qui perfúncti illo caritátis officio, adhíbito Joánne, cui cognómen erat Marcus, redièrunt Antiochíam.
R. Virtúte magna. xxi.

Lectio vi.

CUm autem Antiochíæ in Ecclésia, cum ceteris Prophétis, & Doctóribus, Páulus & Bárnabas in jejúnio, & oratióne Dómino deservírent, dixit Spíritus Sanctus: Segregáte mihi Saulum & Bárnabam in opus, ad quod assúmpsi eos. Tunc jejunántes & orántes, imponentésque eis manus, dimisérunt illos. Itaque Seléuciam venérunt, inde in Cyprum: ac multas prætérea urbes regionésque prædicántes Evangélium summa cum audiéntium utilitáte, peragrárunt. Postrémo Bárnabas digréssus a Páulo, una cum Joánne, qui cognominátus est Marcus, navigávit in Cyprum: ibíque círciter séptimum Nerónis annum tértio Idus Júnii ad Apostólici múneris láudem, martyrii corónam adjúnxit. Ejus Córpus Zenóne Imperatóre repértum est in ínsula Cypri: ad cujus pectus erat Evangélium Matthæi Bárnabæ manu conscríptum.
R. Isti sunt agni. xxi.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *c. 10. b*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. Et réliqua.

Homília S. Joannis Chrysóst.

Homilia 34. in Matthæum post initium.

CUm Dóminus omnem sollicitúdinem a Discipulórum córdibus ejécerit; & ostensióne signórum armáverit, atque ab ómnibus negótiis sæculáribus alienátos, & ab omni temporálium rerum cura liberátos, férreos quodámmodo atque adamántinos fécerit; tum dénique eventúra illis advérsa prædícit. Multa enim ex hac prædictióne futurárum rerum cómmoda consequebántur. Primum ut ejus præsciéntiæ vim edíscerent. Deínde, ut nemo suspicarétur, ex Magístri infirmitáte tam grávia mala descéndere. Prætérea, ne

qui

qui ea paſsúri erant, súbito ac inopinato rerum evéntu perturbaréntur. Dénique ne cum iſta ſub ipſum paſſiónis ſuæ tempus audírent, nímium commoveréntur.

℞. Ego ſum vitis. xxi.

Lectio viii.

JAm vero, ut intélligant novum hoc eſſe belli genus, & insólitum præliándi morem, cum illos nudos mitteret, una indútos túnica, ſine cálceis, abſque virga, & abſque zona & pera, & ab excipiéntibus ali jubéret: non fecit hic dicéndi finem, ſed inexplicábilem virtútem ſuam próferens: Etiam ſic eúntes, inquit, manſuetúdinem tamen óvium oſténdite, quamvis ad lupos itúri, neç ſimplíciter ad lupos; ſed étiam in médio lupórum (neque vero óvium tantum manſuetúdinem habére jubet, ſed étiam colúmbæ ſimplicitátem) ſic enim virtútem meam máxime oſténdam, cum ab óvibus lupi ſuperabúntur, & quámvis illæ ſint in médio lupórum, & innúmeris mórſibus laceréntur, non modo non consúmptæ fúerint, verum étiam illos in ſui natúram tranſmutáverint.

℞. Cándidi facti. xxi:

Lectio ix.

MAjus certe, atque admirabílius eſt, mentem adverſariórum commutáre, & ánimum in divérſum transférre, quam illos occídere, præsértim cum duódecim tantum eſſent, & lupis plenus eſſet orbis univérſus. Erubeſcámus ígitur qui longe divérſa faciéntes, tamquam lupi in adversários rúimus. Nam quámdiu oves fuérimus, víncimus: étiam ſi mille circúmſtent lupi ſuperámus, & victóres ſumus: quod ſi lupi fuérimus, víncimur. Tunc enim a nobis Paſtóris auxílium recédit, qui non lupos, ſed oves paſcit. Te Deum laudámus. 16.

In ii. Veſp. fit commem. Feriæ, Aña. Hæc locútus ſum vobis, ut cum vénerit hora eórum, reminiſcámini quia ego dixi vobis, allelúja.

℣. Dóminus in cælo, allel.

℞. Patávit ſedem ſuam, allelúja.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, fac nos tibi ſemper & devótam gérere voluntátem, & majeſtáti tuæ ſincéro corde ſervíre.

Deinde fit comm. SS. Baſilidis, & ſocior. Martyr. Aña. Lux perpétua. ℣. Sáncti & juſti, *ut in Communi Mart. tem. Paſch.* xx.

Oratio.

SAnctórum mártyrum tuórum, Basílidis, Cyríni, Náboris, atque Nazárii, quæſumus Dómine, natalítia nobis votíva reſpléndeant, & quod íllis cóntulit excelléntia ſempitérna, fructibus noſtræ devotiónis accréſcat. Per Dominum.

COM-

COMMUNE SANCTORUM.

IN VIGILIIS Apostolorum.

Officium fit de Feria, ut dictum est in Rubricis generalibus, exceptis Lect. & Orationibus, quæ in propriis locis ponuntur. Ubi vero non sunt propria Lect. legitur Evangelium cum Homilia seq.

Lectio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vii. *Cap. 15. b*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis; Hoc est præcéptum meum, ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ. *Homilia 27. in Evangel.*

CUm cuncta sacra Elóquia Domínicis plena sint præcéptis, quid est quod de dilectióne, quasi de singulári mandáto, Dóminus dicit: Hoc est præcéptum meum, ut diligátis ínvicem: nisi quia omne mandátum de sola dilectióne est: & ómnia unum præcéptum sunt? quia quidquid præcípitur, in sola caritáte solidátur. Ut enim multi árboris rami ex una radíce pródeunt: sic multæ virtútes ex una caritáte generántur. Nec habet áliquid viriditátis ramus boni óperis, si non manet in radíce caritátis.

Reliqua de Feria pro tempore.

Lectio ii.

PRæcépta ergo Domínica, & multa sunt, & unum: multa per diversitátem óperis, unum in radíce dilectiónis. Quáliter autem ista diléctio tenénda sit, ipse insínuat, qui in plerísque Scriptúræ suæ senténtiis, & amícos jubet dílígi in se, & inimícos propter se. Ille enim veráciter caritátem habet, qui & amícum díligit in Deo, & inimícum díligit propter Deum. Nam sunt nonnúlli, qui díligunt próximos, sed per affectum cognatiónis, & carnis: quibus tamen in hac dilectióne sacra Elóquia non contradícunt: sed áliud est, quod sponte impénditur natúræ; áliud, quod præcéptis Domínicis ex caritáte debétur obediéntiæ.

Lectio iii.

HI nimírum, & próximum díligunt, & tamen illa sublímia dilectiónis præmia non assequúntur; quia amórem suum non spiritáliter, sed carnáliter impéndunt. Proínde cum Dóminus díceret: Hoc est præcéptum meum, ut diligátis ínvicem: prótinus áddidit: Sicut diléxi vos: ac si apérte dicat: Ad hoc amáte, ad quod amávi vos. Qua in re, fratres charíssimi, solérter intuéndum est, quod an-

antíquus hostis, dum mentem nostram ad rerum temporálium dilectiónem trahit, infirmiórem contra nos próximum éxcitat, qui ea ipsa, quæ dilígimus, auférre moliátur.

COMMUNE

Apostolorum & Evangelistar.

Ad Vesp. Aña. Hoc est præcéptum meum. *cum reliq. de Laud. Psal.* Dixit Dóminus. *cum rel. de Dominica.* 119. *& loco ultimi.*

Psal. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 123.

Capitulum. *Ephes.* 12. *d*

FRatres, Jam non estis hóspites, & ádvenæ: sed estis cives Sanctórum, & doméstici Dei: superædificáti super fundaméntum Apostolórum, & Prophetárum, ipso summo anguári lápide Christo Jesu. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

EXúltet orbis gáudiis,
Cælum resúltet láudibus:
Apostolórum glóriam
Tellus, & astra cóncinunt.
Vos sæculórum Júdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precámur córdium
Audíte voces súpplicum.
Qui templa cæli cláuditis
Serásque verbo sólvitis,
Nos a reátu nóxios
Solvi jubéte, quæsumus.
Præcépta quorum prótinus
Languor salúsque séntiunt,
Sanáte mentes lánguidas,
Augéte nos virtútibus.
Ut, cum redíbit Arbiter
In fine Christus sæculi,
Nos sempitérni gáudii

Concédat esse cómpote
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque Sancte Spíritus
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glór
Amen.

℣. In omnem terram e
sonus eórum. ℟. Et in
orbis terræ verba eórum

Ad Magnificat, Antiph
Tradent enim vos in co
liis, & in synagógis sui
gellábunt vos, & ante re
& præsides ducémini pro
me, in testimónium illis
Géntibus.

Oratio ut supra.

Ad Matutinum, Invit.
Regem Apostolórum Dñ
* Veníte, adorémus.
Psal. Veníte, exultémus.

Hymnus.

ÆTérna Christi mu
ra,
Apostolórum glóriam,
Palmas, & hymnos dé
Lætis canámus méntibu
Ecclesiárum Príncipes,
Belli triumpháles Duce
Cæléstis aulæ mílites,
Et vera mundi lúmina.
Devóta Sanctórum Fides
Invícta Spes credéntiu
Perfécta Christi Cháris
Mundi tyránnum cónt
In his Patérna glória,
In his triúmphat Fílius
In his volúntas Spíritu
Cælum replétur gáudio
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque Sancte Spíritus
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glóri
Amen.

In i. Noct. Aña. In omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. *Psalmus* 18.

CÆli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diei erúctat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum, * & ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam; * a summo cælo egréssio ejus.

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dñi rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dñi lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi: * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum, & lápidem pretiósum multum, * & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea: * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occúltis meis munda me, & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei, * & meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus * & redémptor meus.

Aña. In omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. *Aña.* Clamavérunt justi, & Dñs exaudívit eos. *Psalmus* 33.

BEnedícam Dóminum in omni témpore: * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: * áudiant mansuéti, & læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum: * & exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dñm, & exaudívit me: * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini: * & fácies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum: * & de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum: * & erípiet eos.

Gustáte & vidéte, quóniam suávis est Dóminus: * beátus vir, qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes Sancti ejus: * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & esuriérunt:

[redacted]

runt: * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Veníte filii, audíte me: * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo, qui vult vitã:* díligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam a malo: * & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo, & fac bonum: * inquíre pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super justos: * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala: * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos: * & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde: * & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum: * & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dñs ómnia ossa eórũ:* unũ ex his non conterétur.

Mors peccatórũ péssima: * & qui odérunt justũ, delínquent.

Rédimet Dñs ánimas servórum suórum, & non delínquent omnes, qui sperant in eo.

Añt. Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos.

Añt. Constítues eos príncipes super omnem terram, mémores erunt nóminis tui Dómine. *Psalmus* 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus sc[ribæ] velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ [fíliis] hóminum, diffúsa est [grátia] in lábiis tuis: * propter[ea be]nedíxit te Deus in ætér[num].

Accíngere gládio tuo [super] femur tuum, * potentí[ssime].

Spécie tua & pulchri[túdine] tua * inténde, prósper[e pro]céde, & regna.

Propter veritátem & [man]suetúdinem & justítia[m: *] & dedúcet te mirabíliter [dex]tera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, p[ópuli] sub te cadent: * in [corda] inimicórum regis.

Sedes tua Deus in sæc[ulum] sæculi: * virga direct[iónis] virga regni tui.

Dilexísti justítiam & [odísti] iniquitátem: * proptére[a un]xit te Deus, Deus tuus, [óleo] lætítiæ præ consórtibus [tuis].

Myrrha & gutta & cá[sia a] vestiméntis tuis, a dó[mibus] ebúrneis: * ex quibus [delec]tavérunt te filiæ regu[m in] honóre tuo.

Astitit regína a dextris [tuis] in vestítu deauráto, * [cir]cúmdata varietáte.

Audi filia, & vide & [in]clína áurem tuam: * & ob[livís]scere pópulum tuum, & [do]mum patris tui.

Et concupíscet Rex [deco]rem tuum, * quóniam [ipse] est Dóminus Deus tuus [et] adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéri[bus] vultum tuum deprecabú[ntur] omnes dívites plebis.

O

Omnis glória ejus filiæ Regis
› intus: * in fímbriis áureis
ircumamícta varietátibus.
Adducéntur regi vírgines
ost eam, * próximæ ejus
feréntur tibi.
Afferéntur in lætítia & exul-
atióne: * adducéntur in tem-
lum Regis.
Pro pátribus tuis nati sunt ti-
i filii: * constítues eos prín-
ipes super omnem terram.
Mémores erunt nóminis
ui * in omni generatióne,
t generatiónem.
Proptérea pópuli confite-
ntur tibi in ætérnum: *
t in sæculum sæculi.
℟. Constítues eos prínci-
es super omnem terram:
émores erunt nóminis tui
Dómine. ℣. In omnem ter-
am exívit sonus eórum.
. Et in fines Orbis terræ
erba eórum. Pater noster.
Absolutio. Exáudi Dómine.
. Jube domne benedícere.
℟. Benedictióne perpétua.
*Lect. de Script. posita in Com-
muni Sanctor. leguntur quando
notatur in Proprio Sancto-
rum per annum, & quando
contigerit fieri Offic. de ali-
quo Sancto illis diebus, in qui-
bus in Offic. Feria non ponun-
tur Lect. de Script. sed tan-
tum de Homil. & quando ali-
quod festum solemniter cele-
bratur in propria Ecclesia.*
De Epístola i. B. Pauli Apó-
stoli ad Corínthios.
Lectio i. *Cap.* 4.
Sic nos exístimet homo ut
ministros Christi, & dis-
pensatóres mysterióum Dei
Hic jam quæritur inter dis-
pensatóres, ut fidélis quis in-
veniátur. Mihi autem pro
mínimo est ut a vobis júdicer,
aut ab humáno die: sed neque
meípsum júdico. Nihil enim
mihi cónscius sum, sed non
in hoc justificátus sum: qui
autem júdicat me, Dóminus
est. Itaque nolíte ante tem-
pus judicáre, quoadúsque vé-
niat Dóminus, qui & illu-
minábit abscóndita tenebrá-
rum, & manifestábit consília
córdium: & tunc laus erit
unicuíque a Deo.
℟. Ecce ego mitto vos sicut
oves in médio lupórum, di-
cit Dóminus: * Estóte ergo
prudéntes sicut serpéntes, &
símplices sicut colúmbæ.
℣. Dum lucem habétis, cré-
dite in lucem, ut filii lucis
sitis. Estóte. *Bño.* Unigénitus
Dei Filius. *Lectio ii.*
Hæc autem, fratres,
transfigurávi in me &
Apóllo, propter vos: ut in
nobis discátis, ne supra quam
scriptum est, unus advérsus ál-
terum inflétur pro álio. Quis
enim te discérnit? Quid autem
habes, quod non accepísti?
Si autem accepísti, quid
gloriáris quasi non accépe-
tis? Jam saturáti estis; jam
dívites facti estis; sine no
bis regnátis; & útinam re-
gnétis, ut & nos vobíscum
regnémus. Puto enim quod
Deus nos Apóstolos novís-
simos osténdit, tamquam
morti destinátos: quia spe-

ctáculum facti sumus mundo, & Angelis, & homínibus.

℟. Tóllite jugum meum super vos, dicit Dóminus, & díscite a me, quia mitis sum, & húmilis corde: * Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. ℣. Et inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum. Bñd. Spíritus Sancti grátia.

Lectio iii.

NOs stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam, & esurímus, & sitímus, & nudi sumus, & cólaphis cædimur, & instábiles sumus, & laborámus operántes mánibus nostris: maledícimur, & benedícimus; persecutiónem pátimur, & sustinémus: blasphemámur, & obsecrámus: tamquam purgaménta hujus mundi facti sumus ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos hæc scribo, sed ut filios meos caríssimos móneo. Nam si decem míllia pædagogórum habeátis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu, per Evangélium ego vos génui.

℟. Dum stetéritis ante reges, & præsides, nolíte cogitáre quómodo, aut quid loquámini: * Dábitur enim vobis in illa hora, quid loquámini. ℣. Non enim vos estis, qui loquímini, sed Spíritus Patris vestri, qui lóquitur in vobis. Dábitur. Glória. Dábitur.

In ii. Nocturno, Antiphona. Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham. *Psalmus 46.*

OMnes Gentes pláudite mánibus: * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis: * Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis: * & Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditátem suam: * spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo: * & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus: * psállite sapiénter.

Regnábit Deus super Gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham: * quóniam dii fortes terræ vehementer eleváti sunt.

Añt. Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham. *Añt.* Dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum Dómine. *Psalmus 60.*

EXáudi Deus deprecatiónem meam, * inténde oratióni meæ.

A finibus terræ ad te clamávi: * dum anxiarétur cor meum: in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea, * turris fortitúdinis a fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sæcula: * prótegar in ve-

velaménto alárum tuárum.
Quóniam tu Deus meus exaudísti oratiónem meam: * dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum.
Dies super dies regis adjícies: * annos ejus usque in diē generatiónis, & generatiónis.
Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei: * misericórdiam & veritátem ejus quis requíret?
Sic psalmum dicā nómini tuo in sæculum sæculi, * ut reddam vota mea de die in diem.
Aña. Dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum, Dñe.
Aña. Annuntiavérunt ópera Dei, & facta ejus intellexérunt. *Psalmus 63.*

Exáudi Deus oratiónem meam cum déprecor: * a timóre inimíci éripe ánimam meam.
Protexísti me a convéntu malignántium, * a multitúdine operántium iniquitátem.
Quia exacuérunt ut gládium linguas suas: * intendérunt arcum rem amáram, ut sagíttent in occúltis immaculátum.
Súbito sagittábunt eum & non timébunt: * firmavérunt sibi sermónem nequam.
Narravérunt ut abscónderent láqueos: * dixérunt: Quis vidébit eos?
Scrutáti sunt iniquitátes: * defecérunt scrutántes scrutínio.
Accédet homo ad cor altum, * & exaltábitur Deus.
Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum, * & infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.
Conturbáti sunt omnes, qui vidébant eos, * & tímuit omnis homo.
Et nnuntiavérunt ópera Dei, * & facta ejus intellexérunt.
Lætábitur justus in Dómino, & sperábit in eo, * & laudabúntur omnes recti corde.
Aña. Annuntiavérunt ópera Dei, & facta ejus intellexérunt. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine. Pater noster.
Absolutio. Ipsius píetas.
℣. Jube domne.
Bñ. Deus Pater omnípotens.
Sermo S. Gregórii Papæ.
Homilia 30. in Evangel. post medium. *Lectio iv.*

Scriptum est; Spíritus Dómini ornávit cælos. Ornaménta enim cælórum sunt virtútes prædicántium. Quæ vidélicet ornaménta Paulus enúmerat, dicens: Alii datur per Spíritum sermo sapiéntiæ, álii sermo sciéntiæ secúndum eúmdem Spíritum, álteri Fides in eódem Spíritu, álii grátia sanitátum in uno Spíritu, álii operátio virtútum, álii prophetía, álii discrétio spirítuum, álii génera linguárum, álii interpretátio sermónum. Hæc autem ómnia operátur unus, atque idem Spíritus, dívidens síngulis prout vult.
℟. Vidi conjúnctos viros habéntes spléndidas vestes, & Angelus Dómini locútus est ad me dicens: * Isti sunt viri sancti facti amíci Dei.

[redacted]

℣. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem, & dicentem. Iſti.
Bñо. Chriſtus perpétuæ.

Lectio v.

QUot ergo ſunt bona prædicántium, tot ſunt ornaménta cælórum. Hinc rurſus ſcriptum eſt: Verbo Dómini cæli firmáti ſunt. Verbum enim Dómini Fílius eſt Patris. Sed eóſdem cælos vidélicet ſanctos Apóſtolos, ut tota ſimul ſancta Trínitas oſtendátur operáta, repénte de ſancti Spíritus Divinitáte adjúngitur: Et ſpíritu oris ejus omnis virtus eorum. Cælórum ergo virtus de Spíritu ſumpta eſt; quia mundi hujus poteſtátibus contraíre non præsúmerent, niſi eos Sancti Spíritus fortitúdo ſolidáſſet. Quales namque Doctóres ſanctæ Eccléſiæ ante advéntum hujus Spíritus fúerint, ſcimus; & poſt advéntum illíus cujus fortitúdinis facti ſint, conſpícimus.
℟. Beáti eſtis cum maledíxerint vobis hómines, & perſecúti vos fúerint, & díxerint omne malum advérſum vos mentiéntes, propter me: * Gaudéte, & exultáte, quóniam merces veſtra copióſa eſt in cælis.
℣. Cum vos óderint hómines, & cum ſeparáverint vos, & exprobráverint, & ejécerint nomen veſtrum tamquam malum propter Fílium hóminis. Gaudéte.
Bñо. Ignem ſui amóris.

Lectio vi.

CErte iſte ipſe Paſtor Eccléſiæ, ad cujus ſacratiſſimum corpus ſedémus, quántæ debilitátis, quantæque formídinis ante advéntum Spíritus fúerit, ancílla oſtiária requisíta dicat. Una enim mulíeris voce percúſſus, dum mori tímuit, vitam negávit. Et pensándum, quia eum comprehénſum Petrus negávit in terra quem ſuſpénſus latro conféſſus eſt in cruce. Sed vir iſte tantæ formídinis, qualis poſt advéntum Spíritus exíſtat, audiámus. Fit convéntus magiſtrátus atque ſeniórum, cæſis denuntiátur Apóſtolis, ne in nómine Jeſu loqui débeant. Petrus magna auctoritáte reſpondet Obedíre opórtet Deo magis, quam homínibus.
℟. Iſti ſunt triumphatóres & amíci Dei, qui contemnéntes juſſa príncipum, meruérunt prǽmia ætérna: * Modo coronántur, & accípiunt palmam.
℣. Iſti ſunt, qui venérunt ex magna tribulatióne, & lavérunt ſtolas ſuas in Sánguine Agni. Modo. Glória. Modo.

In tertio Nocturn. Antiphona.
Exaltabúntur córona juſti.

Pſalmus 74.

COnfitébimur tibi Deus * confitébimur & invocábimus nomen tuum.
Narrábimus mirabília tua: * cum accépero tempus, ego juſtítias judicábo.
Liquefácta eſt terra & omnes, qui hábitant in ea: * ego confirmávi colúmnas ejus.

Di-

iníquis : Nolíte iníque
* & delinquéntibus :
exaltáre cornu.
e extóllere in altum
vestrum: : * nolíte loqui
us Deum iniquitátem.
neque ab Oriénte, ne-
› Occidénte, neque a
s móntibus : * quóniam
udex est.
humíliat & hunc exal-
quia calix in manu Dó-
ini meri plenus misto.
linávit ex hoc in hoc :
amen fæx ejus non est
ta : * bibent omnes
ores terræ.
utem annuntiábo in sæ-
: * cantábo Deo Jacob.
mnia córnua peccató-
onfríngam, * & exal-
ar córnua justi.
Exaltabúntur córnua ju-
ña. Lux orta est justo
corde lætítia.

Psalmus 96.

minus regnávit, exul-
et terra, * læténtur ín-
ulæ.
& calígo in circúitu
* justítia & judícium
io sedis ejus.
ante ipsum præcédet, *
ammábit in circúitu
os ejus.
runt fúlgura ejus orbi
* vidit, & commóta
a.
es sicut cera fluxérunt
e Dómini : * a fácie
i omnis terra.
tiavérunt cæli justítiam
* & vidérunt omnes
glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília, * & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus, * audívit & lætáta est Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ; * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dñs Altíssimus super omnem terram : * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : * custódit Dñs ánimas Sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Lætámini justi in Dómino, * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Aña. Lux orta est justo, rectis corde lætítia.

Aña. Custodiébant testimónia ejus, & præcépta ejus.

Psalmus 98.

DOminus regnávit, irascántur pópuli : * qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dñs in Sion magnus, & excélsus * super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno, quóniam terríbile & sanctum est; * & honor regis judícium díligit.

Tu parásti directiónes, * judícium & justítiam in Jacob tu fecísti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum; & adoráte scabéllum pedum ejus, * quóniam sanctum est.

Móyses & Aaron in Sacerdótibus ejus, * & Sámuel

inter eos, qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dñm, & ipſe exaudiébat eos: * in colúmna nubis loquebátur ad eos.

Cuſtodiébant teſtimónia ejus, * & præcéptum, quod dedit illis.

Dómine Deus noſter tu exaudiébas eos: * Deus tu propítius fuíſti eis, & ulcíſcens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deum noſtrum, & adoráte in monte ſancto ejus, * quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter.

Aña. Cuſtodiébant teſtimónia ejus, & præcépta ejus.

℣. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus eſt principátus eórum.

Pater noſter. *Abſol.* A vínculis. ℣. Jube domne.

Bño. Evangélica léctio.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 19.

IN illo témpore: dixit Petrus ad Jeſum: Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te; quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Homilía S. Hierónymi Presb.
Lib. 3. *in Matth. cap.* 19. *d*

GRandis fidúcia! Petrus piſcátor erat, dives non fúerat, cibos manu, & arte quærébat: & tamen lóquitur confidénter, relíquimus ómnia. Et quia non ſufficit tantum relínquere, jungit quod perféctum eſt: Et ſecúti ſumus te. Fécimus quod juſſiſti: quid ígitur nobis dabis præmii? Jeſus autem dixit illis: Amen dico vobis: quod vos, qui ſecúti eſtis me, in regeneratióne, cum ſéderit Fílius hóminis in ſede majeſtátis ſuæ ſedébitis & vos ſuper ſedes duódecim, judicántes duódecim tribus Iſrael. Non dixit: Qui reliquíſtis ómnia; hoc enim & Crates fecit philóſophus, & multi álii divítias contempsérunt: ſed, Qui ſecúti eſtis me: Quod próprie Apoſtolórum eſt, atque credéntiū.

℟. Iſti ſunt, qui vivéntes in carne, plantavérunt Eccléſiam ſánguine ſuo; * Cálicem Dómini bibérunt, & amíci Dei facti ſunt. ℣. In omnem terram exívit ſonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. Cálicem. *Bño.* Cujus, *vel* Quorum feſtum cólimus.

Lectio viii.

IN regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in ſede majeſtátis ſuæ (quando & mórtui de corruptióne reſúrgent incorrúpti) ſedébitis & vos in sóliis judicántium, condemnántes duódecim tribus Iſrael: quia vobis credéntibus, illi crédere noluérunt. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, & vitam ætérnam poſſidébit. Locus iſte cum illa ſenténtia cóngruit, in qua Salvátor lóquitur: Non veni pacem míttere, ſed gládium.

Ve-

[redacted]

enim separáre hóminem
re suo, & matrem a fi-
:& nurum a socru : &
cis hóminis doméstici
Qui ergo propter Fidem
ti, & prædicatiónem E-
lii, omnes affectus con-
erint, atque divítias,
ulli voluptátes; isti cén-
m recípient, & vitam
am possidébunt.
i sunt viri sancti, quos
Dóminus in caritate
ficta, & dedit illi gló-
sempitérnam; * Quo-
doctrína fulget Ecclésia,
le luna. ℣. Sancti per
vicérunt regna, ope-
unt justítiam. Quorum.
a Patri. Quorum.
ictio. Ad societátem.

Lectio ix.

E occasióne hujus sen-
téntiæ quidam introdú-
mille annos post resur-
nem, dicéntes, tunc
céntuplum ómnium re-
quas dimísimus, & vi-
ætérnam esse reddéndam,
intelligéntes, quod si
eteris digna sit repro-
, in uxóribus appáreat
údo : ut qui unam pro
no dimíserit, centum re-
in futúro. Sensus ergo
: Qui carnália pro Sal-
e dimíserit, spirituália
iet : quæ comparatió-
& mérito sui ita erunt,
si parvo número cen-
ius númerus compa-
.
de dicitur Hymnus. Te
laudámus. 16.

A D L A U D E S,
& per Horas, Aña.

HOc est præcéptum me-
um, ut diligátis invi-
cem, sicut diléxi vos.
Psalm. Dóminus regnávit.
cum rel. 17. *Aña.* Majórem
caritátem nemo habet, ut
ánimam suam ponat quis pro
amícis suis. *Aña.* Vos amíci
mei estis, si fecéritis, quæ
præcípio vobis, dicit Dó-
minus. *Aña.* Beáti pacífici,
beáti mundo corde: quóniam
ipsi Deum vidébunt.
Aña. In patiéntia vestra pos-
sidébitis ánimas vestras.

Capitulum. *Ephes.* 2. d

FRatres, Jam non estis
hóspites, & ádvenæ; sed
estis cives Sanctórum, & do-
méstici Dei : superædificáti
super fundaméntum Aposto-
lórum, & Prophetárum, ipso
summo angulári lápide Chri-
sto Jesu. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

EXúltet orbis gáudiis,
Cælum resúltet láudibus:
Apostolórum glóriam
Tellus, & astra cóncinunt.
Vos sæculórum Júdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precámur córdium
Audíte voces súpplicum.
Qui templa cæli cláuditis,
Seráque verbo sólvitis,
Nos a reátu nóxios
Solvi jubéte, quæsumus.
Præcépta quorum prótinus
Languor, salúsque séntiunt;
Sanáte mentes lánguidas,
Augéte nos virtútibus.
Ut, cum redíbit Arbiter

In fine Christus sæculi,
Nos sempitérni gáudii
Concédat esse cómpotes.
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque Sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclú per omne glória. Amē.
℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

Ad Benedictus, Antiphona. Vos, qui reliquístis ómnia, & secúti estis me, céntuplum accipiétis, & vitam ætérnam possidébitis.

Ad Tertiam, Antiphona. Majórem caritátem.

Capitul. Fratres, Jam non.

℟. *brev.* In omuem terram * Exívit sonus eórum. In. ℣. Et in fines Orbis terræ verba eórum. Exívit. Glória Patri. In. ℣. Constítues eos Príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nómini tui Dómine.

Ad Sextum, Aña. Vos amíci mei estis. *Capit.* *Act. 5. b*

PEr manus autem Apostolórum fiébant signa, & prodígia multa in plebe.

℟. *br.* Constítues eos Príncipes * Super omnem terram. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus.
℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antiphona. In patiéntia vestra.

Capitulum. *Act. 5. g*

IBant Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, quoniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

℟. *br.* Nimis honoráti sunt * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortátus est principátus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annuntiavérunt ópera Dei.
℟. Et facta ejus intellexérunt.

IN II. VESPERIS.

Aña. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: Tu es Sacérdos in ætérnum.

Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede a dextris meis.
Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.
Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * dominàre in médio inimicórum tuórum.
Tecum princípium in die virtútis tuæ, in splendóribus Sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.
Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es Sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.
Dóminus a dextris tuis: * confrégit in die iræ suæ reges.
Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquassábit cápita in terra multórum.
De torrénte in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Aña. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: Tu es Sacérdos in ætérnum.

Aña. Cóllocet eum Dóminus cum princípibus pópuli sui.

Psal.

Psalmus 112.

L Audáte púeri Dñm: * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedítum, * ex hoc nunc, & usue in sæculum.
A solis ortu usque ad occáım, * laudábile nomen Dñi.
Excélsus super omnes Ges Dóminus, * & super cæs glória ejus.
Quis sicut Dóminus Deus noer, qui in altis hábitat, * humília réspicit in cælo in terra?
Súscitans a terra ínopem: * & e stércore érigens páuperem.
Ut cóllocet eum cum prinípibus: * cum princípibus óp uli sui.
Qui habitáre facit stérilem ı domo, * matrem filiórum tántem.
Aña. Cóllocet eum Dóminus m princípibus pópuli sui.
Aña. Dirupísti Dñe, víncula ea, tibi sacrificábo hóstiam udis.

Psalmus 115.

C Rédidi, propter quod locútus sum: * ego aum humiliátus sum nimis.
Ego dixi in excéssu meo: * mnis homo mendax.
Quid retríbuam Dño * pro nnibus, quæ retríbuit mihi.
Cálicem salutáris accípiam: * nomen Dómini invocábo.
Vota mea Dómino reddam ram omni pópulo ejus; * etiósa in conspéctu Dómi mors Sanctórum ejus.
O Dómine, quia ego sers tuus: * ego servus tuus, filius ancíllæ tuæ.
Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dñi invocábo.
Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus, * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.
Aña. Dirupísti, Dómine, víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis.
Aña. Eúntes ibant, & flebant, mitténtes sémina sua.

Psalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion, * facti sumus sicut consoláti.
Tunc replétum est gáudio os nostrum, * & lingua nostra exultatióne.
Tunc dicent inter Gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.
Magnificávit Dóminus fácere nobíscum, * facti sumus lætántes.
Convérte Dómine captivitátem nostram * sicut torrens in Austro.
Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.
Eúntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.
Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.
Aña. Eúntes ibant, & flebant, mitténtes sémina sua.
Aña. Confortátus est principátus eórum, & honoráti sunt amíci tui Deus.

Psalmus 138.

DOmine probásti me, & cognovísti me: * tu cognovísti sessiónem meam, & re-

fuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, & non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * & quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es; * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me, * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, & nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos: * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es: * mi-

Si occíderis D
res; * viri sáng
náte a me.

Quia dícitis i
ne; * Accípient
civitátes tuas.

Nonne qui odé
mine, óderam
inimícos tuos ta

Perfécto ódio ó
& inimíci facti

Proba me Deus
meum: * intérr
cognósce sémita

Et vide, si vi
in me est: * &
via ætérna.

Aña. Confortátu
pátus eórum,
sunt amíci tui I

Capitulum.

FRatres, Jam
pites, & á
estis cives Sancti
méstici Dei: supe
per fundaméntu
rum, & Prophe

[redacted]

ntíquo serpénte: & accipié-
is regnum ætérnum.

Aliæ Lectiones pro Apostolis.
In secundo Nocturno.

De expositióne S. Augustíni Epíscopi super Psalmum octogésimum sextum.

Ante medium. Lectio iv.

FUndaménta ejus in móntibus sanctis: díligit Dóminus portas Sion. Quare sunt fundaménta Apóstoli, & Prophétiæ? Quia eórum auctóritas portat infirmitátem nostram. Quare sunt portæ? Quia per ipsos intrámus ad regnum Dei. Prædicant enim nobis, & cum per ipsos intrámus, per Christum intrámus. Ipse est enim jánua. Et cum dicúntur duódecim portæ Jerúsalem, & una porta Christus, & duódecim portæ Christus, quia in duódecim portis Christus, & ideo duodenárius númerus Apostolórum. Sacraméntum magnum hujus duodenárii significátio est número. Sedébitis, inquit, super duódecim sedes, judicántes duódecim tribus Israel.

℟. Vidi conjúnctos viros habéntes spléndidas vestes, & Angelus Dómini locútus est ad me, dicens: * Isti sunt viri Sancti, facti amíci Dei. ℣. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem, & dicéntem. Isti.

Lectio v.

SI duódecim sellæ ibi sunt, non est, ubi sédeat tertiusdécimus Paulus Apóstolus, & non erit quómodo júdicet: & ipse se judicatúrum dixit, non hómines tantum, sed & ángelos. Quos ángelos, nisi apóstatas ángelos? Nescítis, inquit, quia ángelos judicábimus? Respondéret ergo turba: Quid te jactas judicatúrum? Ubi sedébis? Duódecim sedes dixit Dóminus duódecim Apóstolos: unus cécidit Judas, in locum ipsius sanctus Mathías ordinátus est; implétus est duodenárius númerus sédium. Primo locum ínveni, ubi sédeas, & sic te mináre judicatúrum. Duódecim ergo sedes quid sibi velint, videámus. Sacraméntum est cujúsdam universitátis, quia per totum orbem terrárum futúra erat Ecclésia: unde vocátur hoc ædifícium ad Christi compágem.

℟. Beáti estis cum maledíxerint vobis hómines & persecúti vos fúerint, & díxerint omne malum advérsum vos, mentiéntes, propter me: * Gaudéte, & exultáte, quóniam merces vestra copiósa est in cælis. ℣. Cum vos óderint hómines, & cum separavérint vos, & exprobráverint, & ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte.

Lectio vi.

ET ideo quia úndique venítur ad judicándum, duódecim sedes sunt: sicut quia úndique intrátur in illam

tes enim mundi quátuor sunt, Oriens, Occidens, Aquilo, & Merídies. Istæ quatuor partes assídue nominántur in Scriptúris. Ab istis quatuor ventis, sicut dicit Dóminus in Evangélio, a quatuor ventis se collectúrum eléctos suos; ab ómnibus ergo istis quátuor ventis vocátur Ecclésia. Quómodo vocátur? Undique in Trinitáte vocátur. Non vocátur nisi per Baptísmum in nómine Patris, & Fílii, & Spíritus Sancti. Quatuor ergo ter ducta duódecim inveniúntur. ℟. Isti sunt triumphatóres, & amíci Dei, qui contemnéntes jussa príncipum meruérunt præmia ætérna: * Modo coronántur, & accipiút palmam. ℣. Isti sunt, qui venérunt ex magna tribulatióne: & lavérunt stolas suas in Sánguine Agni. Modo.

bar: & facta est supe ibi manus Dómini. Et v ecce ventus túrbinis ve ab Aquilóne, & nubes r & ignis invólvens, & dor in circúitu ejus, médio ejus quasi spécie ctri, idest, de médio ℟. Ecce ego mitto vo oves in médio lupóru dit Dóminus: * Estóte prudéntes sicut serpé & símplices sicut colú ℣. Dum lucem habétis dite in lucem, ut fílii sitis. Estóte.

Lectio ii.

ET in médio ejus litúdo quátuor a lium: & hic aspéctu rum, similitúdo hómi eis. Quátuor fácies un quátuor pennæ uni. eórum pedes recti, & ta pédis eórum quasi pedis vítuli, & sc

ſed unumquódque ante fáciem ſuam gradiebátur.

℟. Tóllite jugum meum ſuper vos, dicit Dóminus, & diſcite a me: quia mitis ſum, & húmilis corde: * Jugum enim meum ſuáve eſt, & onus meum leve. ℣. Et inveniétis réquiem animábus veſtris. Jugum. *Lectio iii.*

SImilitúdo autem vultus eórum: fácies hóminis, & fácies leónis a dextris ipsórum quátuor; fácies autem bovis a ſiniſtris ipsórum quátuor; & fácies áquilæ déſuper ipsórum quátuor. Fácies eórum, & pennæ eórum exténtæ déſuper: duæ pennæ ſingulórum jungebántur, & duæ tegébant córpora eórum, & unumquódque eórum coram fácie ſua ambulábat: ubi erat ímpetus ſpíritus, illic gradiebántur, nec revertebántut cum ambulárent. ℟. Dum ſtetéritis ante reges & præſides, nolíte cogitáre quómodo aut quid loquámini: * Dábitur enim vobis in illa hora: quid loquámini. ℣. Non enim vos eſtis, qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri, qui lóquitur in vobis. Dábitur. Glória Patri. Dábitur.

In ſecundo Nocturno.

De Expoſ. S. Gregórii Papæ ſuper Ezechiélem Prophetam. Homil. 3. *lib.* 1. *Lectio iv.*

SAncta quátuor animália, quæ propheticé ſpíritu futúra prævidentur, ſubtíli narratióne deſcribúntur, cum dícitur: Quátuor fácies uni, & quátuor pennæ uni. Quid per fáciem, niſi notítia, & quid per pennas, niſi volátus exprímitur? Per fáciem quippe unuſquíſque cognóſcitur, per pennas vero in altum ávium córpora ſublevántur. Fácies ítaque ad Fidem pértinent, penna ad contemplatiónem. Per Fidem namque ab omnipoténti Deo cognóſcimur, ſicut ipſe de ſuis óvibus dicit: Ego ſum Paſtor bonus, & cognóſco oves meas, & cognóſcunt me meæ. Qui rurſus ait: Ego ſcio quos elégerim. Per contemplatiónem vero, qua ſuper noſmetípſos tóllimur, quaſi in áera levámur.

℟. Vidi conjúnctos viros habéntes ſpléndidas veſtes, & Angelus Dómini locútus eſt ad me, dicens: * Iſti ſunt viri ſancti, facti amíci Dei. ℣. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem, & dicéntem. Iſti.

Lectio v.

QUátuor ergo fácies uni ſunt: quia ſi requíras quid Matthæus de Incarnatióne Dómini séntiat; hoc nimírum ſentit, quod Marcus, Lucas, & Joánnes. Si quæras quid Joánnes séntiat, hoc proculdúbio, quod Lucas, Marcus, & Matthæus. Si quæras quid Marcus; hoc quod Matthæus, Joánnes, & Lucas. Si quæras quid Lucas; hoc quod Joánnes, Matthæus, & Marcus ſentit.

Qua-

tiéntes, propter me. * Gaudéte, & exultáte, quóniam merces vestra copiósa est in cælis. ℣. Cum vos óderint hómines, & cum separáverint vos, & exprobráverint & ejécerint nomen vestrum tanquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte. *Lectio vi.*

ET quátuor pennæ uni: quia Dei omnipoténtis Fílium Dóminum nostrum Jesum Christum simul omnes concórditer prædicant: & ad Divinitátem ejus mentis óculos levántes, penna contemplatiónis volant. Evangelistárum ergo fácies ad humanitátem Dómini pértinet, penna ad Divinitátem; quia in eum, quem corpóreum aspíciunt, quasi fácies inténdunt: sed dum hunc esse incircumscríptum atque incorpóreum ex Divinitáte annúntiant, per contemplatiónis pennam quasi

Léctio S. Evangél
Lucam. *Lectio*

IN illo tempore
vit Dóminus
ptuagínta duos,
los binos ante fá
in omnem civitá
cum, quo erat
rus. Et réliqua.

Homília S. Greg
Homilia 17. *in*

DOminus, &
ster, fratres
aliquándo nos
aliquándo vero
monet. Ipsa éten
præcépta sunt:
quid tácitus faci
re debeámus inn
ce enim binos in
nem discípulos m
duo sunt præcépt
Dei vidélicet am
ximi: & minus
duos cáritas habé
test. Nemo enim

Dei facti sunt. ℣. In omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. Cálicem.

Lectio viii.

ECce enim binos ad prædicándum discípulos Dóminus mittit: quátenus: hoc nobis tácitus innuat, quia qui caritátem erga álterum non habet, prædicatiónis offícium suscípere nullátenus debet. Bene autem dícitur, quia misit eos ante fáciem suam, in omnem civitátem, & locum, quo erat ipse ventúrus. Prædicatóres enim suos Dóminus séquitur: quia prædicátio prævenit, & tunc ad mentis nostræ habitáculum Dóminus venit, quando verba exhortatiónis præcúrrunt: atque per hoc véritas in mente suscípitur.

℟. Isti sunt viri sancti, quos elégit Dóminus in caritáte non ficta, & dedit illis glóriam sempitérnam, * Quorum doctrína fulget Ecclésia, ut sole luna. ℣. Sancti per Fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam. Quorum. Glória Patri. Quorum.

Lectio ix.

HInc namque eísdem prædicatóribus Isaías dicit: Paráte viam Dómini, rectas fácite sémitas Dei nostri. Hinc fíliis Psalmísta ait: Iter fácite ei, qui ascéndit super occásum. Super occásum namque Dóminus ascéndit, quia unde in passióne occúbuit, inde majórem suam glóriam resurgéndo manifestávit. Super occásum vidélicet ascéndit, quia mortem, quam pértulit, resurgéndo calcávit. Ei ergo, qui ascéndit super occásum, iter fácimus, cum nos ejus glóriam vestris méntibus prædicámus, ut eas & ipse post véniens, per amóris sui præséntiam illústret. Te Deum. 16.

COMMUNE

Apostolorum & Evangelistar.

Tempore Paschali.

Ad Vesperas, Antiphona. Sancti tui. *cum reliquis de Laudib.* xxi.

Psalm. Dixit Dóminus. *cum reliq. de Dominica.* 119. *& loco ultimi.*

Psalm. Laudáte Dñm. 123.

Capitulum. *Sap.* 5.

STabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus.

TRistes erant Apóstoli,
De Christi acérbo fúnere,
Quem morte crudelíssima
Servi necárant ímpii.
Sermóne verax Angelus
Muliéribus prædíxerat,
Mox ore Christus gáudium
Gregi feret fidélium.
Ad ánxios Apóstolos
Currunt statim dum núntiæ,
Illæ micántis óbvia
Christi tenent vestígia.
Galilææ ad alta móntium
Se cónferunt Apóstoli,
Jesúque, voti cómpotes,
Almo beántur lúmine.

Ut

Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.
℣. Sancti & justi in Dómino gaudéte, allel.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allel.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem exclusive.

¶ *Ab Ascensione autem usque ad Pentecosten, loco supradicti Versus dicatur sequens:* Jesu, tibi sit glória, Qui victor in cœlum redis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.
℣. Sancti, & justi, *ut supra*

Ad Magnificat, Antiphona. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, & ætérnitas témporum, allel.

Oratio propria.

Ad Matutinum, Invitator. Regem Apostolórum Dóminum, * Veníte, adorémus, allelúja. *Psal.* Veníte. 2. *Hymn.* Tristes erant Apóstoli, *ut supra.* xix.

In i. Noct. Aña. Stabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, allel. *Psal.* Cæli enárrant. Benedicam Dóminum. Eructávit, *ut supr. in Communi Apostolorum.* iii.
℣. Sancti, & justi in Dómino gaudéte, allelúja. ℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allel. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.
℣. Jube domne benedícere.
Bñō. Benedictióne perpétua.

Lectiones in quolibet Noct. ut in Proprio annotatur.

℟. i. Beátus vir, qui métuit Dóminum, allel. * In mandátis ejus cupit nimis, allel. allel. allel. ℣. Glória, & divítiæ in domo ejus, & justítia ejus manet in sæculum sæculi. In mandátis.
Bñō. Unigénitus Dei Fílius.
℟. ii. Tristítia vestra, allelúja, * Convertétur in gáudium, allel. allel. ℣. Mundus autem gaudébit, vos vero contristabímini, sed tristítia vestra. Convertétur.
Bñō. Spíritus Sancti grátia.
℟. iii. Pretiósa in conspéctu Dómini, allel. * Mors Sanctórum ejus, allel. ℣. Custódit Dñs ómnia ossa eórum, unum ex his non conterétur. Mors. Glória Patri. Mors.

In secundo Nocturno. Aña. Ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illórum est, allel. *Psal.* Omnes Gentes. Exáudi Deus deprecatiónem. Exáudi Deus oratiónem. vi.
℣. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, allel.
℟. Et ætérnitas témporum. allelúja. Pater noster.
Absolutio. Ipsíus píetas.
℣. Jube domne benedícere.
Benedictio. Deus Pater omnípotens.

[redacted]

tux perpétua lucébit
tuis Dómine, * Et
s témporum, allelú
úja. ℣. Lætítia sem-
erit super cápita eó-
gáudium & exultatió-
tinébunt. Et.
ristus perpétuæ.
'irtúte magna reddé-
óstoli * Testimónium
iónis Jesu Christi Dó
stri, allel. allel.
éti quidem Spíritu
oquebántur cum fidú-
m Dei. Testimónium.
em sui amóris.
sti sunt agni novélli,
ntiavérunt, allelúja,
enérunt ad fontes,
i sunt claritáte, al-
llelúja.
onspéctu Agni amícti
lis albis, & palmæ
bus eórum. Repléti.
Patri. Repléti.
tio Nocturno. Aña.
étua lucébit Sanctis
mine, & ætérnitas
n, allel. Psal. Con-
. Dominus regná-
ltet terra. Dóminus
, irascántur. viii.
ia sempitérna super
rum, allelúja.
ium, & exultatiónem
nt, allel. Pater no-
bsolutio. A vínculis
m. ℣. Jube domne.
ngélica léctio.
go sum vitis vera,
pálmites: * Qui ma-
ne, & ego in eo,
fructum multum,
allelúja.

℣. Sicut diléxit me Pater, & ego diléxi vos. Qui.
Bñð. Cujus, vel Quorum festum cólimus.
℟. viii. Cándidi facti sunt Názaræi ejus, allel. splendórem Deo dedérunt, allelúja. * Et sicut lac coaguláti sunt, allel. allel. ℣. Candidióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antíquo, sapphiro pulchrióres. Et. Glória Patri. Et.
Benedictio. Ad societátem.

AD LAUDES,
& per Horas, Aña.

Sancti tui Dómine florébunt sicut lílium, allel. & sicut odor bálsami erunt ante te, allelúja.
Psalm. Dóminus regnavit, cum reliq. ut in Psalt. 17.
Aña. In cæléstibus regnis Sanctórum habitátio est, allelúja, & in ætérnum réquies eórum, allel. Aña. In velaménto clamábant Sancti tui Dómine, allel. allel. allel.
Aña. Spíritus, & ánimæ justórum hymnum dícite Deo nostro, allelúja, allelúja.
Aña. Fulgébunt justi sicut sol in conspéctu Dei, allel.

Capitulum. Sap. 5.

Stabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus.

Paschále mundo gáudium
Sol núntiat formósior,
Cum luce fulgéntem nova
Jesum vident Apóstoli.
In carne Christi vúlnera
Mi-

Micáre tamquam sídera
Mirántur, & quidquid vident
Testes fideles prædicant.
Rex Christe clementíssime,
Tu corda nostra pósside,
Ut lingua grates débitas
Tuo repéndat nómini.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sécula. Amen.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja. ℟. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Ad Benedictus, Antiphona. Fíliæ Jerúsalem, veníte, & vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitátis & lætítiæ, allel. allel.

Ad Primam in ℟. breve a feria ii. post Dominicam in Albis usque ad Ascensionem exclusive, dicitur ℣. Qui surrexísti a mórtuis, &c.

Ab Ascensione autem usque ad Pentecosten exclusive, dicitur ℣. Qui scandis super sídera, &c.

Ad Tertiam Aña. In cæléstibus regnis. *Cap.* Stabunt justi ℟. *br.* Sancti, & justi in Dómino gaudéte, * Allel. allel. Sancti, & justi. ℣. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi. Allel. allel. Glória Patri. Sancti, & justi. ℣. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, allel. ℟. Et ætérnitas témporum, allelúja.

Ad Sextam, Aña. In velaménto. *Capitulum.* *Sap. 5.*

Ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illórum est. ℟. *br.* Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, * Allelúja, allel. Lux perpétua. ℣. Et ætérnitas témporum, Allelúja, allelúja. Glória Patri. Lux perpétua. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúja. ℟. Gáudium, & exultatiónem obtinébunt, allelúja.

Ad Nonam, Aña. Fulgébunt justi. *Capit. Rom. 8. c*

Scimus quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum iis, qui secúndum propósitum vocáti sunt Sancti. ℟. *br.* Lætítia sempitérna super cápita eórum, * Allel. allel. Lætítia. ℣. Gáudium, & exultatiónem obtinébunt. Allel. allel. Glória Patri. Lætítia. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja. ℟. Mors Sanctórum ejus, all.

Ad Vesp. Aña. Sancti tui. *cum reliq. de Laud.* xxi. *Psalm.* Dixit Dñs. Laudáte púeri. Crédidi. In converténdo. Dñe probásti me. *ut sup.* xii. *Cap.* Stabunt justi. *Hymn.* Tristes erant Apóstoli. xix. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allel. ℟. Mors Sanctórum ejus, all.

Ad Magnificat, Antiphona. Sancti, & justi in Dño gaudéte, allel. vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allel.

COM-

[redacted]

MMUNE
us Martyris.
tempus Paschale.
peras, Antiphona.
confessus. cum reliq.
. xxxii.
Dixit Dóminus. cum
Dominica. 119. &
i. Psalm. Laudáte
nes Gentes. 123.
m. Jac. 1. b
vir, qui suffert ten-
nem: quóniam cum
fúerit, accípiet co-
tæ, quam repromísit
géntibus se.

Hymnus.

tuórum mílitum
s, & coróna, præ-

canéntes mártyris
nexu críminis.
pe mundi gáudia,
da fráudum pábula
felle députans,
t ad cæléstia.
ucúrrit fórtiter,
lit viríliter,
que pro te sánguiné,
dona póssidet.
precátu súpplici
imus piíssime;
triúmpho mártyris
noxam sérvulis.
perénnis glória
, atque Fílio,
simul Paráclito,
itérna sæcula. Amen.
a, & honóre coro-
, Dómine.
onstituísti eum super
inuum tuárum.
nificat, Antiphona.
ctus pro lege Dei sui

certávit usque ad mortem, & a verbis impiórum non timuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

Pro Mart. & Pontif. Oratio.

INfirmitátem nostrã réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis grávat, beáti N. mártyris tui, atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dñm.

Alia Oratio.

DEus, qui nos beáti N. mártyris tui, atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dñm.

Pro Mart. tantum. Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui beáti N. mártyris tui natalítia cólimus: intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut intercedénte beáto N. mártyre tuo, & a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, & a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitator. Regem mártyrum Dóminum, * Veníte, adorémus.

Psal. Veníte, exultémus. 2.

Hymn. Deus tuórum. *ut supr.*

In i. Noctur. Aña. In lege Dómini fuit volúntas ejus die ac nocte. *Psalmus* 1.

BEátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum,

& in

[redacted]

& in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit.

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquã lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquarum, * quod fructum suum dabit in témpore suo.

Et fólium ejus non défluet: * & ómnia, quæcúmque fáciet, prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic: * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício: * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum: * & iter impiórum períbit.

Aña. In lege Dómini fuit volúntas ejus die, ac nocte.

Aña. Prædicans præcéptum Dómini, constitútus est in monte sancto ejus.

Psalmus 2.

QUare fremuérunt Gentes: * & pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum:* & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua: * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus Rex ab eo super Sion [illegible]tem sanctum ejus: * pr[illegible]cans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me Fílius meus es tu, ego die génui te.

Póstula a me, & dabo bi Gentes hæreditátem tu[illegible] & possessiónem tuam té[illegible]nos terræ.

Reges eos in virga férr[illegible] & tamquam vas fíguli [illegible] fringes eos.

Et nunc reges intellígit[illegible] erudímini, qui judicátis [illegible]ram.

Servíte Dómino in tim[illegible] & exultáte ei cum trem[illegible]

Apprehéndite disciplín[illegible] nequándo irascátur Dñs & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ejus: * beáti omnes, confidunt in eo.

Aña. Prædicans præcép[illegible] Dómini, constitútus est monte sancto ejus.

Aña. Voce mea ad Dómin[illegible] clamávi, & exaudívit me monte sancto suo.

Psalmus 3.

DOmine, quid multi cáti sunt qui tribu[illegible] me? * multi insúrgunt [illegible]vérsum me.

Multi dicunt ánimæ mea[illegible] Non est salus ipsi in Deo ej[illegible]

Tu autem Dómine suscé[illegible] meus es, * glória mea exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum [illegible]mávi: * & exaudívit me monte sancto suo.

Ego

Ego dormívi & soporátus sum : * & exurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exúrge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa : * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus : * & super pópulum tuum benedíctio tua.

Añа. Voce mea ad Dóminum clamávi : & exaudívit me de monte sancto suo.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.

℣. Jube domne benedícere.

Bño. Benedictióne perpétua.

Lectiones sequentes primi Nocturni leguntur in festo martyris & Pontificis.

In festo autem martyris non Pontificis leguntur quæ inferius posita sunt in Communi plurimorum Martyr. xlvii.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. *Cap.* 10. *d*

A Miléto Paulus mittens Ephésum, vocávit majóres natu Ecclésiæ. Qui cum venissent ad eum & simul essent, dixit eis : Vos scitis a prima die, qua ingréssus sum in Asiam, quáliter vobíscum per omne tempus fúerim, sérviens Dómino cum omni humilitáte, & lácrymis, & tentatiónibus, quæ mihi accidérunt ex insídiis Judæórum : quómodo nihil subtráxerim utílium, quo minus annuntiárem vobis, & docérem vos públice, & per domos, testíficans Judæis atque Gentílibus in Deum pœniténtiam, & Fidem in Dóminum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligátus ego spíritu, vado in Jerúsalem, quæ in ea ventúra sint mihi, ignórans : nisi quod Spíritus Sanctus per omnes civitátes mihi protestátur, dicens : quóniam víncula & tribulatiónes Jerosólymis me manent. Sed nihil horum véreor : nec fácio ánimam meam pretiosiórem quam me, dúmmodo consúmmem cursum meum, & ministérium verbi, quod accépi a Dómino Jesu, testificári Evangélium grátiæ Dei.

℟. Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & a verbis impiórum non tímuit : * Fundátus enim erat super firmam petram.

℣. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cæléstia regna. Fundátus.

Bño. Unigénitus Dei Fílius.

Lectio ii.

ET nunc ecce ego scio, quia ámplius non vidébitis fáciem meam vos omnes, per quos transívi prædicans regnum Dei. Quaprópter contéstor vos hodiérna die, quia mundus sum a sánguine ómnium. Non enim subterfúgi, quo minus annuntiárem omne consílium Dei vobis. Atténdite vobis, & univérso gregi,

in quo vos Spíritus Sanctus pósuit Epíscopos régere Ecclésiam Dei, quam acquisívit Sánguine suo. Ego scio, quóniam intrábunt post discessiónem meam lupi rapáces in vos, non parcéntes gregi. Et ex vobis ipsis exúrgent viri loquéntes pervérsa, ut addúcant discípulos post se. Propter quod vigiláte, memória retinéntes, quóniam per triénnium nocte, & die non cessávi, cum lácrymis monens unumquémque vestrum.

℟. Justus germinábit sicut lílium: * Et florébit in ætérnum ante Dóminum. ℣. Plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. Et.

Bňo. Spíritus Sancti grátia.

Lectio iii.

ET nunc commendo vos Deo, & verbo grátiæ ipsíus, qui potens est ædificáre, & dare hæreditátem in sanctificátis ómnibus. Argéntum & aurum aut vestem nullíus concupívi, sicut ipsi scitis: quóniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministravérunt manus istæ. Omnia osténdi vobis, quóniam sic laborántes, opórtet suscípere infirmos, ac meminísse verbi Dómini Jesu; quóniam ipse dixit: Beátius est magis dare, quam accípere. Et cum hæc dixísset, pósitis génibus suis orávit cum ómnibus illis. Magnus autem fletus factus est ómnium: & procumbéntes super collum Pauli, osculabántur eum, doléntes máxime in verbo, quod díxerat, quóniam ámplius fáciem ejus non essent visúri. Et deducébant eum ad navem.

℟. Iste cognóvit justítiam, & vidit mirabília magna, & exorávit Altíssimum: * Et invéntus est in número Sanctórum. ℣. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cæléstia regna. Et invéntus. Glória Patri. Et invéntus.

In secundo Nocturno, Antiph. Fílii hóminum scitóte, quia Dóminus Sanctum suum mirificávit. *Psalmus 4.*

CUm invocárem, exaudívit me Deus justítiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * & exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et scitóte, quóniam mirificávit Dñs Sanctum suum: * Dóminus exáudiet me, cum clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, & speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui * multiplicáti sunt.

In

[redacted]

in idípſum * dór- requiéſcam.
tu, Dómine, ſingu- ſpe * comſtituíſti me.
i hóminum ſcitóte inus ſanctum ſuum. Añá. Scuto bonæ tuæ coronáſti eum

Pſalmus 5.

mea áuribus pérci- Dómine: * intéllige meum.
voci oratiónis meæ,* , & Deus meus.
ad te orábo, * mane exáudies vo-.
ábo tibi, & vidé- óniam non Deus vo- itátem tu es.
abitábit juxta te ma- neque permanébunt e óculos tuos.
nnes, qui operántur n: * perdes omnes, ntur mendácium.
ánguinum & doló- inábitur Dóminus: * in multitúdine mi- tuæ.
in domum tuam: * ad templum ſanctum imóre tuo.
deduc me in juſti- * propter inimícos ge in conſpéctu tuo m.
non eſt in ore eó- tas: * cor eórum .
m patens eſt guttur ínguis ſuis dolóſe * júdica illos Deus. a cogitatiónibus ſuis, ſecúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos: * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes, qui ſperant in te: * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine, ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronáſti nos.

Añá. Scuto bonæ voluntátis tuæ coronáſti eum Dómine.

Añá. In univérſa terra glória & honóre coronáſti eum.

Pſalmus 8.

DOmine Dñs noſter, * quam admirábile eſt nomen tuum in univérſa terra!

Quóniam eleváta eſt magnificéntia tua * ſuper cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecíſti laudem propter inimícos tuos: * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórũ tuórum: * lunam & ſtellas, quæ tu fundáſti.

Quid eſt homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam víſitas eum?

Minuíſti eum paullo minus ab Angelis, glória & honóre coronáſti eum: * & conſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuárum.

Omnia ſubjecíſti ſub pédibus ejus: * oves & boves univérſas, ínſuper & pécora campi.

Vólucres cæli & piſces maris: * qui perámbulant sémitas maris.

Bnv. Deus Pater omnipotens.
Sermo S. Augustíni Epíscopi.
Sermon. 44. de Sanctis.
Lectio iv.

TRiumphális beáti mártyris N. dies hódie nobis anniversária celebritáte recúrrit: cujus glorificatióni sicut congáudet Ecclésia, sic ejus propónit sequénda vestígia. Si enim compátimur, & conglorificábimur. In cujus glorióso agóne duo nobis præcípue considerânda sunt: indurâta vidélicet tortóris sævítia & mártyris invícta patiéntia. Sævítia tortóris, ut eam detestémur: patiéntia mártyris, ut eam imitémur. Audi Psalmístam advérsus malítiam increpántem: Noli æmulári in malignántibus: quóniam tamquam fœnum velóciter aréscent. Quod autem advérsus malignántes patiéntia exhibénda sit, audi Apóstolum suadéntem: Patiéntia

gloriosus Chri...
exhórruit cárcer...
tatiónem cápitis...
probra, sustínui...
flagélla non tím...
ante mortem pro...
tulit supplícia, ...
óbtulit sacrifícia...
propinánte Apó...
rat, alte retin...
non sunt condíg...
hujus témporis ...
glóriam, quæ re...
nobis. Et quia m...
hoc, & leve no...
tiónis, ætérnum ...
dus operátur in ...
promissiónis am...
nis suspénsus &...
supérnæ suavitáti...
ineffabíliter afféc...
cum Psalmísta: ...
est in cælo & a...
lui super terran...
caro mea & cor m...
cordis mei, & pa...
in ætérnum.

[redacted]

coronam de lápide pretióso. Et. *Bño.* Ignem sui amóris.

Lectio vi.

CONtemplabátur enim, quantum in ænigmate nfirmitas humána óculum ientis in æternitáte figere otest, quanta sint supérnæ ivitátis gáudia: & ea enarre non sufficiens, admiráno clamábat: Quid mihi est cælo? Quasi díceret: Exdit vires meas, excédit faltátem eloquéntiæ meæ, anscéndit capacitátem intelgéntiæ meæ illud decus, ilglória, illa celsitúdo, qua bis a conturbatióne hómiim remótis, in abscóndito ciei suæ Jesus Christus Dóinus noster reformábit corns humilitátis nostræ configuratum córpori claritátis suæ. ujus perféctæ libertátis conmplatióne nullum vitábat rículum, nullum horrébat pplícium: & si míllies posmori, non putábat se hanc gne posse áliqua ratióne omeréri.

Stola jucunditátis índuit m Dóminus: * Et corónam lchritúdinis pósuit super cat ejus. ℣. Cibávit illum óminus pane vitæ, & intelctus: & aqua sapiéntiæ satáris potávit illum. Et. loria Patri. Et.

n tertio Nocturno, Antiph. stus Dóminus, & justítiam léxit: æquitátem vidit vul ejus. *Psalmus* 10.

N Dómino confido: quómodo dicítis ánimæ meæ: * Tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagíttas suas in pháretra: * ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: * Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respíciunt: * pálpebræ ejus intérrogant filios hóminum.

Dóminus intérrogat justum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, & sulphur, & spíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus & justítias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus.

Aña. Justus Dóminus, & justítiam diléxit: æquitátem vidit vultus ejus. *Aña.* Habitábit in tabernáculo tuo, requiéscet in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * & operátur justítiam.

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit próximo suo malum, * & oppróbrium non ac-

cépit advérsus próximos suos.
Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malígnus: * timéntes autem Dóminum gloríficat.
Qui jurat próximo suo, & non décipit: * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & múnera super innocéntem non accépit.
Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.
Aña. Habitábit in tabernáculo tuo: requiéscet in monte sancto tuo. *Aña.* Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretióso.

Psalmus 20.

DOmine in virtúte tua lætábitur rex; * & super salutáre tuum exultábit veheménter.
Desidérium cordis ejus tribuísti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.
Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis; * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.
Vitam pétiit a te, * & tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.
Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.
Quóniam dabis eum in benedictiónem in sæculum sæculi; * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.
Quóniam rex sperat in Dómino, * & in misericórdia Altíssimi, non commovébitur.
Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes, qui te odérunt.
Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.
Fructum eórum de terra perdes, * & semen eórum a fíliis hóminum.
Quóniam declinavérunt in te mala; * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.
Quóniam pones eos dorsum: * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.
Exaltáre Dómine in virtúte tua, * cantábimus & psallémus virtútes tuas.
Aña. Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretióso. ℣. Magna est glória ejus in salutári meo.
℞. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.
Pater noster. *Absol.* A vínculis. ℣. Jube domne.
Benedictio. Evangélica léctio.
Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio vii. *Cap.* 14. *f*

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxórem, & filios, & fratres, & soróres, adhuc autem & ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 37. in Evangel.

SI considerémus, fratres caríssimi, quæ & quanta sunt quæ nobis promittúntur in cæ-

[redacted]

:ælis, viléſcunt ánimo ómnia
juæ habéntur in terris. Ter-
éna namque ſubſtántia ſupér-
næ felicitáti comparáta, pon-
lus eſt, non ſubsídium. Tem-
porális vita ætérnæ vitæ com-
paráta, mors eſt pótius di-
:énda, quam vita. Ipſe enim
quotidiánus deféctus corru-
ptiónis quid eſt áliud, quam
quædam prolíxitas mortis?
Quæ autem lingua dícere, vel
quis intelléctus cápere súfficit
lla ſupérnæ civitátis quanta
nt gáudia: Angelórum cho-
is interéſſe, cum beatíſſimis
pirítibus glóriæ Conditóris
ſsiſtere, præséntem Dei vul-
um cérnere, incircumſcríptum
umen vidére, nullo mortis
netu áffici, incorruptiónis
perpétuæ múnere lætári?
R. Coróna áurea ſuper caput
jus, * Expréſſa ſigno ſancti-
átis, glória honóris, & opus
ortitúdinis. ℣. Quóniam præ-
eníſti eum in benedictiónibus
ulcédinis, poſuíſti in cápite
jus corónam de lápide pre-
ióſo. Expréſſa.
In. Cujus feſtum cólimus.

Lectio viii.

SEd ad hæc audíta inardé-
ſcit ánimus: jamque illic
upit aſsiſtere, ubi ſe ſperat
ine fine gaudére. Sed ad ma-
na præmia perveníri non po-
eſt, niſi per magnos labóres.
Unde & Paulus egrégius præ-
icátor dicit: Non coronábi-
ur, niſi qui legítime certá-
erit. Deléctet ergo mentem
nagnitúdo præmiórum; ſed
on detérreat certámen la-
bórum. Unde ad ſe veniénti-
tibus Véritas dicit: Si quis
venit ad me, & non odit pa-
trem ſuum, & matrem, &
uxórem, & filios, & fratres,
& ſorores, adhuc autem &
ánimam ſuam, non poteſt
meus eſſe diſcípulus.
R. Hic eſt vere martyr, qui
pro Chriſti nómine ſángui-
nem ſuum fudit: * Qui mi-
nas júdicum non tímuit, nec
terrénæ dignitátis glóriam quæ-
ſívit, ſed ad cæléſtia regna
pervénit. ℣. Juſtum dedúxit
Dóminus per via rectas, &
oſténdit illi regnum Dei. Qui.
Glória Patri. Qui.

Sequens R. dicitur ultimo loco in feſtis ſanctorum Martyrum Pontificum, Euſebii, Marcelli, Joannis, Silverii, Martini & Pontiani.

R. Dómine præveníſti eum in
benedictiónibus dulcédinis:
* Poſuíſti in cápite ejus co-
rónam de lápide pretióſo.
℣. Vitam pétiit a te, & tri-
buíſti ei longitúdinem diérum
in ſæculum ſæculi. Poſuíſti.
Glória Patri. Poſuíſti.
Benedictio. Ad ſocietátem.

Lectio ix.

SEd percontari libet, quó-
modo paréntes, & carná-
liter propínquos præcipitur
odíſſe, qui jubémur & inimí-
cos dilígere? Et certe Véritas
de uxóre dicit: Quod Deus
conjúnxit, homo non sépa-
ret. Et Paulus ait: Viri, di-
lígite uxóres veſtras, ſicut &
Chriſtus Eccléſiam. Ecce, di-
ſcípulos uxórem diligéndam

[redacted]

prædicat; cum Magíster dicat; Qui uxórem non odit, non potest meus esse discípulus. Numquid áliud judex nuntiat, áliud præco clamat? An simul & odísse póssumus, & dilígere? Sed si vim præcépti perpéndimus, utrúmque ágere per discretiónem valémus: ut uxórem, & eos, qui nobis carnis cognatióne conjúncti sunt, & quos próximos nóvimus, diligámus; & quos adversários in via Dei pátimur, odiéndo & fugiéndo nesciámus.

Te Deum laudámus. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Aña.

QUi me confessus fúerit coram homínibus, confitébor & ego eum coram Patre meo.

Psalmus. Dóminus regnávit. *cum reliquis.* 17.

Antiphona. Qui séquitur me, non ámbulat in ténebris, sed habébit lumen vitæ, dicit Dóminus.

Aña. Qui mihi minístrat, me sequátur: & ubi ego sum, illic sit & miníster meus.

Aña. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus, qui est in cælis, dicit Dóminus. *Aña.* Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & miníster meus.

Capitulum. *Jac. 1. b*

BEátus vir, qui suffert tentatiónem: quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymnus.

INvícte martyr, únicum
Patris secútus Fílium,
Victis triúmphas hóstibus,
Victor fruens cæléstibus.
Tui precátus múnere
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ repéllens tédium.
Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis;
Nos solve vinclis sæculi
Dono supérni Núminis.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedictus, Antiphona. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

Pro Mart. & Pontif. *Oratio.*

INfirmitátem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti N. mártyris tui, atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos beáti N. mártyris tui, atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Pro Mart. tantum. *Oratio.*

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui beá-

ti

i N. Mártyris tui natalítia
ólimus: intercessióne ejus
ı tui nóminis amóre robo-
émur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

P Ræsta, quǽsumus omní-
. potens Deus: ut interce-
énte beáto N. mártyre tuo,
: a cunctis adversitátibus li-
erémur in córpore, & a pra-
is cogitatiónibus mundémur
ı mente. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona.

Qui séquitur me.

apitul. Beátus vir. xxxii.

. *br.* Glória & honóre * Co-
onásti eum Dómine. Glória.
'. Et constituísti eum super
pera mánuum tuárum. Co-
onásti. Glória Patri. Glória.
'. Posuísti Dómine super ca-
ut ejus. ℟. Corónam de lá-
ide pretiósо.

Ad Sextam, Antiphona.

Qui mihi minístrat.

Capitulum. Eccli. 15.

C Ibávit illum pane vitæ
& intelléctus, & aqua
apiéntiæ salutáris potávit il-
um Dóminus Deus noster.

. *br.* Posuísti Dómine * Su-
er caput ejus. Posuísti.
. Corónam de lápide pretió-
. Super. Glória. Posuísti.
. Magna est glória ejus in
lutári tuo. ℟. Glóriam &
agnum decórem impónes
per eum.

Ad Nonam, Antiphona.

olo Pater.

Capitulum. Eccl. 39.

J Ustus cor suum trádidit ad
vigilándum dilúculo ad Dó-
inum, qui fecit illum, &
in conspéctu Altíssimi depre-
cábitur.

℟. *br.* Magna est glória ejus:
* In salutári tuo. Magna.
℣. Glóriam & magnum decó-
rem impónes super eum. In
salutári. Glória Patri. Magna.
℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani mul-
tiplicábitur.

Ad Vesperas, Antiphona.

Qui me conféssus. *cum reli-
quis de Laudib.* xxxii.

Psalm. Dixit Dóminus. *cum
reliquis de Dominica*, 119. *&
loco ult. Psalm.* Crédidi. 113.

Capitul. Beátus vir. xxxii.

Hymn. Deus tuórum. xxiii.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani mul-
tiplicábitur.

Ad Magnificat, Antiphona.

Qui vult veníre post me, áb-
neget semetípsum, & tollat
crucem suam & sequátur me.

ALIÆ LECTIONES

Pro uno Martyre.

In secundo Nocturno.

De Expositióne S. Ambrósii
Epíscopi in Psalmum centé-
simum décimum octávum.

Sermon. 21. Lectio iv.

P Ríncipes persecúti sunt me
gratis, & a verbis tuis
trepidávit cor meum. Bene
hoc martyr dicit, quod in-
júste persecutiónum tormén-
ta sustíneat: qui nihil rapúe-
rit, nullum violéntus oppréś-
serit, nullíus sánguinem fú-
derit, nullíus thorum putá-
verit esse violándum: qui ni-
hil légibus débeat, & gra-
vióra latrónum sustinére co-

[redacted]

gátur supplícia: qui loquátur juste, & non audiátur, qui loquátur plena salútis, & impugnétur, ut possit dícere: Cum loquébar illis, impugnábant me gratis. Gratis ígitur persecutiónem pátitur, qui impugnátur sine crímine, impugnátur ut nóxius, cum sit in tali confessióne laudábilis, impugnátur quasi venéficus, qui in nómine Dómini gloriátur, cum píetas virtútum ómnium fundaméntum sit.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab inimícis, & a seductóribus tutávit illum, * Et dedit illi claritátem ætérnam.

℣. Descendítque cum illo in fóveam, & in vínculis non derelíquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Vere frustra impugnátur, qui apud ímpios, & infídos impietátis arcéssitur, cum Fídei sit magíster. Verum qui gratis impugnátur, fortis debet esse, & constans. Quómodo ergo subtéxuit: Et a verbis tuis trepidávit cor meum? Trepidáre infirmitátis est, timóris, atque formídinis. Sed est étiam infírmitas ad salútem, est étiam timor Sanctórum. Timéte Dóminum omnes Sancti ejus: &, Beátus vir, qui timet Dóminum. Qua ratióne beátus? Quia in mandátis ejus cupit nimis.

℟. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei Dómine, * Et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. ℣. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. Et voluntáte.

Lectio vi.

Pone ergo mártyrem inter perícula constitútum, cum inde immánitas bestiárum ad incutiéndum terrórem ínfremat, aliúnde strídor candéntium laminárum, & flamma fornácis ardéntis exæstuet: ex parte ália pérsonent tractus grávium catenárum, hinc cárnifex cruéntus assístat: pone, inquam, circumspectántem ómnia plena supplíciis, deínde cogitántem mandáta Divína, illum ignem perpétuum, illud sine fine incéndium perfidórum, illam pœnæ recrudescéntis ærúmnam: trepidáre corde; ne, dum præséntibus cedat, perpétuis se dedat exítiis: perturbári ánimo, dum futúri judícii rhomphæam illam terríbilem, quadam conspéctus spécie, contuétur. Nonne ad hanc trepidatiónem fidúciæ viri constántis, æquális in eúmdem concúrrit efféctum confidéntia cupiéntis ætérna, & Divína trepidántis?

℟. Stola jucunditátis índuit eum Dóminus, * Et corónam pulcritúdinis pósuit super caput ejus.

℣. Cibávit illum Dóminus pane vitæ, & intelléctus: & aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum. Et corónam. Glória Patri. Et corónam.

In

[redacted]

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 16. b*

IN illo témpore? Dixit Jesus discípulis suis: Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequátur me. Et reliq.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 32. in Evangel.

QUia Dóminus, ac Redémptor noster novus homo venit in mundum, nova præcépta dedit mundo. Vitæ étenim nostræ véteri in vítiis enutrítæ contrarietátem oppósuit novitátis suæ. Quid enim vetus, quid carnális homo nóverat, nisi sua retinére, aliéna rápere, si posset, concupíscere si non posset? Sed cæléstis Médicus síngulis quibúsque vítiis obviántia ádhibet medicaménta. Nam sicut arte medicínæ cálida frígidis, frígida cálidis curántur; ita Dóminus noster contrária oppósuit medicaménta peccátis, ut lúbricis continéntiam, tenácibus largitátem, iracúndis mansuetúdinem, elátis præcíperet humilitátem.

℟. Coróna áurea super caput ejus, * Expréssa signo sanctitátis, glória honóris, & opus fortitúdinis. ℣. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis, posuísti in cápite ejus corónam de lápide prétióso. Expressa.

Lectio viii.

CErte cum se sequéntibus nova mandáta propóneret, dicit: Nisi quis renuntiáverit ómnibus, quæ póssidet, non potest meus esse discípulus. Ac si apérte dicat: Qui per vitam véterem aliéna concupíscitis, per novæ conversatiónis stúdium, & vestra largímini. Quid vero in hac lectióne dicat, audiámus: Qui vult post me veníre, ábneget semetípsum. Ibi dícitur, ut abnegémus nostra: hic dícitur, ut abnegémus nos. Et fortásse laboriósum non est hómini relínquere sua: sed valde laboriósum est relínquere semetípsum. Minus quippe est, abnegáre quod habet: valde autem multum est, abnegáre quod est.

℟. Hic est vere martyr, qui pro Christi nómine sánguinem suum fudit: * Qui minas júdicum non tímuit, nec terrénæ dignitátis glóriam quæsívit, sed ad cæléstia regna pervénit. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Qui. Glória Patri. Qui.

Sequens ℟. *dicitur ultimo loco in festis sanctorum martyrum Pontificum, Eusebii Marcelli, Joannis, Silverii Martini & Pontiani.*

℟. Dómine prævenísti. xxxi

Lectio ix.

AD se autem nobis veniéntibus Dóminus præcépit, ut renuntiémus nostris; quia quicúmque ad Fídei agónem venímus, luctámen contra malígnos spíritus súmimus. Nihil autem maligni spí-

spiritus in hoc mundo próprium póssident: nudi ergo cum nudis luctári debémus. Nam si vestítus quisque cum nudo luctátur, cítius ad terram dejícitur, quia habet unde teneátur. Quid enim sunt terréna ómnia, nisi quædam córporis induménta? Qui ergo contra diábolum ad certámen próperat, vestiménta abjíciat ne succúmbat.

Te Deum laudámus. 16.

Alia Homilia pro uno Martyre.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 10.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolíte arbitrári, quia pacem vénerim míttere in terram: non veni pacem míttere, sed gládium. Et réliqua.

Homilía S. Hilárii Epíscopi

Cap. 10.

Quæ ista divísio est? inter prima enim legis præcépta accépimus, Honóra patrem tuum, & matrem tuam; & ipse Dóminus ait: Pacem meam do vobis, Pacem meam relínquo vobis. Quid sibi vult missus pótius gládius in terram, & separátus a patre fílius, & fília a matre, & nurus advérsus socrum, & hóminis doméstici ejus inimíci? Igitur exínde publica auctóritas impietáti profetétur. Ubíque ódia, ubíque bella, & gládius Dómini, inter patrem, & fílium, & inter fíliam matrémque desæviens.

℟. Coróna áurea.

Lectio viii.

Gládius telórum ómnium telum acutíssimum est, in quo sit jus potestátis, & judícii sevéritas, & animadvérsio peccatórum. Et hujus quidem teli nómine novi Evangélii prædicatiónem appellátam frequens in Prophétis auctóritas est. Dei ígitur verbum nuncupátum meminérimus in gládio: qui gládius missus in terram est, idest, prædicátio ejus in hóminum córdibus infúsa. Fitque gravis in domo una dissénsio, & doméstica novo hómini erunt inimíca: quia ille per verbum Dei divísus ab illis manere, & intérior, & extérior, idest, & corpus, & ánima, in spíritus novitáte gaudébit.

℟. Hic est vere Martyr.

Lectio ix.

Pergit deínde eódem præceptórum & intelligéntiæ decúrsu. Nam, posteáquam relinquénda ómnia, quæ in sæculo caríssima sunt, imperáverat, adjécit: Qui non áccipit crucem suam, & séquitur me, non est me dignus: quia qui Christi sunt, crucifixérunt corpus cum vítiis, & concupiscéntia. Et indígnus est Christo, qui non crucem suam, in qua compátimur, commórimur, consepelímur, con-

úrgimus , accípiens ,
ıum sit secúrus , in
acraménto fidei spíri-
ıvitáte victúrus .
eum laudámus. 16.
Ia Homilia pro uno
Martyre .
n tertio Nocturno.
sancti Evangélii secún-
dùm Matthæum .
vii. *Cap.* 10. *b*
illo témpore : Dixit
ıs discípulis suis : Ni-
: opértum , quod non
bitur : & occúltum ,
non sciétur . Et ré-

lía S. Hilárii Epíscopi .
nent. S. Matth. cap. 10.
post medium .
Dminus diem judícii
osténdit quæ abstrú-
roluntátis nostræ con-
iam prodet : & ea ,
tunc occúlta existimán-
uce cognitiónis públi-
teget . Igitur non mi-
non consília , non po-
s insectántium monet
metuéndas ; quia dies
i nulla hæc fuísse at-
inánia revelábit . Et
dico vobis in téne-
dícite in lúmine , &
in aure audítis , præ-
super tecta . Non lé-
, Dóminum sólitum
nóctibus sermocinári ,
octrínam in ténebris
ísse : sed quia omnis
ejus carnálibus téne-
ınt , & verbum ejus ,
libus nox est.
oróna áurea.

Lectio viii.

ITaque id quod a se di-
ctum est , cum libertáte
fidei & confessiónis vult esse
loquéndum . Idcírco quæ in
ténebris dicta sunt , prædi-
cári jussit in lúmine : ut
quæ secréto áurium com-
míssa sunt , super tecta , id
est , excélso loquéntium præ-
cónio audiántur . Constán-
ter enim Dei ingerénda co-
gnítio est , & profúndum
doctrínæ Evangélicæ secré-
tum in lúmine prædicatió-
nis Apostólicæ revelándum ,
non timéntes eos , quibus
cum sit licéntia in córpo-
ra , tamen in ánimam jus
nullum est ; sed timéntes
pótius Deum , cui perdéndæ
in gehénna & animæ & cor-
poris sit potéstas .
℟. Hic est vere martyr.

Lectio ix.

NOlíte timére eos , qui
occídunt corpus . Nul-
lus ígitur córporum nostró-
rum casus est pertimescén-
dus , neque ullus interimén-
dæ carnis admitténdus est
dolor ; quando pro natúræ suæ
atque oríginis conditióne
resolúta , in substántiam spi-
rituális ánimæ refundátur .
Et quia doctrínis tálibus con-
firmátos opórtet líberam con-
fiténdi Dei habére constán-
tiam , étiam conditiónem ,
qua tenerémur adjécit , ne-
gatúrum se eum Patri in cæ-
lis , qui se homínibus in ter-
ra negásset , eum porró qui con-
féssus coram homínibus se
fuis-

fuisset, a se in cælis confiténdum: qualésque nos nóminis sui testes homínibus fuissémus, tali nos apud Deum Patrem testimónio ejus usúros.

Te Deum laudámus. 16.

COMMUNE
Martyrum
tempore Paschali.

Ad Vesperas, Antiphona. Sancti tui Dómine. *cum reliquis de Laudibus.* lxiii. *Psalm.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica,* 119. *& loco ult. Psalm.* Laudáte Dóminum omnes Gentes. 123.

Capitulum. *Sap.* 5.

Stabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus pro uno Martyre.

Deus tuórum mílitum
Sors, & coróna, præmium,
Laudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.
Hic nempe mundi gáudia,
Et blanda fraudum pábula
Imbúta felle députans,
Pervénit ad cæléstia.
Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Fundénsque pro te sánguinē,
Ætérna dona póssidet.
Ob hoc precátu súpplici,
Te póscimus piíssime;
In hoc triúmpho Mártyris,
Dimítte noxam sérvulis.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem.

¶ *Ab Ascensione autem usque ad Pentec. loco superioris Versus dicatur sequens:*

Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum redis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Pro pluribus martyribus dicitur Hymnus.

Rex glorióse mártyrum
Coróna confiténtium,
Qui respuéntes térrea
Perdúcis ad cæléstia;
Aurem benígnam prótinus
Inténde nostris vócibus:
Trophæa sacra pángimus
Ignósce quod delíquimus.
Tu vincis inter mártyres,
Parcísque confessóribus:
Tu vince nostra crímina,
Largítor indulgéntiæ.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Sancti, & justi in Dómino gaudéte, allelúja.
℟. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúja.

Oratio, si non adsit propria, sumitur de Communi unius vel plurimorum martyrum extra tempus Paschale.

Ad Matutinum, Invitatorium. Exúltent in Dómino Sancti, Allelúja. *Psalm.* Venite.

Hymn.

[redacted]

pro uno Martyr. Deus
mílitum. xxxviii.
luribus Martyribus,
Hymnus.
isto profúsum sángui-
em,
rtyrum victórias,
nque cælo láuream
sequámur vócibus.
victo sæculi,
que spretis córporis,
sacræ compéndio
beátam póssident.
ur igni mártyres,
liárum déntibus:
a sævit úngulis
is insáni manus.
pendent víscera,
s sacrátus fúnditur:
ermanent immóbiles
erénnis grátia.
e, Redémptor, quæ-
is,
rtyrum consórtio
precántes sérvulos
pitérna sæcula. Amen.
mper terminandus est
prædictus.
mo Nocturno, Antiph.
justi in magna con
advérsus eos, qui se
vérunt, allelúja.
a tantum Aña, dicun-
mi cujuslibet Noctur.
pro uno & pluribus
. Beátus vir. Quare
unt. Dómine, quid
cáti sunt. xii.
cti, & justi in Dómi-
éte, allel. ℟. Vos elé-
s in hæreditátem sibi,
. Pater noster.
o. Exáudi Dómine.
domne benedícere.

Bño. Benedictióne perpétua.

Lect. i. Noct. de Script. quæ occurr. tempore Paschali in Officio de Tempore: vel quando non adsunt, de Communi unius, vel plurimor. martyr. extra tempus Paschale.

℟. *i.* Beátus vir, qui timet Dóminum, allelúja: * In mandátis ejus cupit nimis, allelúja, allelúja, allelúja.
℣. Glória, & divítiæ in domo ejus, & justítia ejus manet in sæculum sæculi. In mandátis.

Bño. Unigénitus Dei Fílius.

℟. *ii.* Tristítia vestra, allelúja, * Convertétur in gáudium, allelúja, allelúja.
℣. Mundus autem gaudébit, vos vero contristabímini, sed tristítia vestra. Convertétur.

Bño. Spíritus Sancti grátia.

℟. *iii.* Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja, * Mors Sanctórum ejus, allelúja.
℣. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum, unum ex his non conterétur. Mors.
Glória Patri. Mors.

In secundo Nocturno. Antiph. Ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illórum est, allelúja.

Pro uno martyre, Psalmi. Cum invocárem. Verba mea. Dómine Dóminus noster. xxvi.

Pro pluribus martyribus, Psalmi. Dómine, quis habitábit. Consérva me. Dómini est terra. I. ℣. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, allelúja. ℟. Et

[redacted]

ætérnitas témporum, allel. Pater noſter. *Abſol.* Ipsíus pietas. ℣. Jube domne.
Bñ. Deus Pater omnipotens. Sermo S. Ambróſii Epiſcopi.
Serm. 22. *Lectio iv.*

DIgnum, & cóngruum eſt, fratres, ut poſt lætítiam Paſchæ, quam in Eccléſia celebrávimus, gáudia noſtra cum Sanctis martyribus conferámus; & iis annuntiémus Domínicæ reſurrectiónis glóriam, qui consórtes ſunt Domínicæ paſſiónis. Qui enim sócii ſunt contuméliæ, debent & partícipes eſſe lætítiæ. Ita enim dicit beátus Apóſtolus; Sicut sócii paſſiónum eſtis, & reſurrectiónis éritis: ſi tolerábimus, inquit, & conregnábimus. Qui ergo toleravérunt mala propter Chriſtum, debent & glóriam habére cum Chriſto.
℟. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, * Et ætérnitas témporum, allel. allel.
℣. Lætítia ſempitérna erit ſuper cápita eórum, gáudium, & exultatiónem obtinébunt. Et. *Bñ.* Chriſtus perpétuæ.

Lectio v.

ANnuntiémus, inquam, Sanctis martyribus Domínicæ Paſchæ grátiam, ut dum ſepultúræ illíus prædicámus reſeráta clauſtra, & horum ſepúlchra reſeréntur: dum corpus illíus mórtuum dícimus tepéntibus venis súbito viguiſſe, horum quoque membra jam frígida immortalitátis calóre foveántur. Eadem enim rátio mártyres súſcitat, quæ & Dóminum ſuſcitávit. Nam ſicut viam paſſiónis ejus expérti ſunt, ita experiéntur & vitæ. Scriptum eſt enim in Pſalmo: Notas mihi fecíſti vias vitæ. Hoc útique in reſurrectióne ex persóna dícitur Salvatóris: ut qui dum poſt mortem ab inferis redit ad súperos, incipiat notam habére viam vitæ, quæ ante habebátur, ignota. ℟. In ſervis ſuis, allel. * Conſolábitur Deus, allel. ℣. Judicábit Dñs pópulum ſuum, & in ſervis ſuis. Conſolábitur. *Bñ.* Ignem ſui amóris. *Lectio vi.*

ICnóta enim erat ante Chriſti advéntum via vitæ, quæ nullíus adhuc reſurgéntis fúerat temeráta veſtígio. At ubi Dóminus reſurréxit, nota facta, ſolo attrita eſt plurimórum. De quibus ſanctus Evangeliſta ait; Multórum córpora Sanctórum ſurrexérunt cum eo, & introiérunt in ſanctam civitátem. Unde cum Dóminus in reſurrectióne ſua dixerit: Notas mihi feciſti vias vitæ; póſſumus & nos jam dícere Dómino: Notas fecíſti nobis vias vitæ. Ipſe enim nobis notas fecit vias vitæ, qui nobis sémitam manifeſtávit ad vitam. Notas enim mihi fecit vias vitæ, cum me dócuit fidem, miſericórdiam, juſtítiam, caritátem. His enim perveníitur itinéribus ad ſalútem. ℟. Fíliæ Jeruſalem, venite

[redacted]

& vidéte mártyres cum
nis quibus coronávit eos
inus, * In die solem-
is & lætítiæ, allel.
Quóniam confortávit se-
ortárum tuárum, bene-
filios tuos in te. In.
ia Patri. In die.
tertio Nocturno, *Aña.*
perpétua lucébit Sanctis
Dómine, & ætérnitas
orum, allelúja.
lmi, *pro uno martyre*,
Dómino confido. Dómi-
quis habitábit. Dómine
rtúte tua. xxix.
o pluribus martyribus.
mi. Exultáte justi. Be-
cam Dñm. Deus noster
tium. *ut infra*. 1.
ætítia sempitérna super
a eórum, allel. ℟. Gáu-
, & exultatiónem obtiné-
, allel. Pater noster.
lutio. A vínculis.
ube domne benedícere.
Evangélica léctio.
o sancti Evangélii se-
cúndum Joánnem.
tio vii. *Cap. 15.*
illo témpore: Dixit Je-
us discípulis suis: Ego
vitis vera, & Pater meus
ola est. Et réliqua.
ilía S. Augustíni Episc.
ract. 80. in Joannem.
e locus Evangélicus,
atres, ubi se dicit Dó-
s vitem, & discípulos
pálmites secúndum hoc
, quod est caput Eccle-
nosque membra ejus,
átor Dei, & hóminum
Christus Jesus. Unius

quippe natúræ sunt vitis &
pálmites. Propter quod cum
esset Deus, cujus natúræ non
sumus, factus est homo, ut
in illo esset vitis humána na-
túra, cujus & nos hómines
pálmites esse possémus.
℟. Ego sum vitis vera, & vos
pálmites: * Qui manet in
me, & ego in eo, hic fert
fructum multum, allel. allel.
℣. Sicut diléxit me Pater,
& ego diléxi vos. Qui.
Bño. Cujus, *vel* Quorum fe-
stum cólimus. *Lectio viii.*

Quid ergo est: Ego sum
vitis vera? Numquid ut
ádderet, vera, hoc ad eam
vitem rétulit, unde ista simi-
litúdo transláta est? Sic enim
dícitur vitis per similitúdi-
nem, non per proprietátem:
quemádmodum dícitur ovis,
agnus, leo, petra, lapis an-
guláris & cetera hujúsmodi
quæ magis ipsa sunt vera, ex
quibus ducúntur istæ simili-
túdines, non proprietátes.
Sed cum dicit: Ego sum vi-
tis vera, ab illa se útique di-
scérnit, cui dícitur: Quó-
modo convérsa es in amari-
túdinem, vitis aliéna? Nam
quo pacto est vitis vera, quæ
expectáta est ut fáceret uvam,
fecit autem spinas?
℟. Cándidi facti sunt Naza-
ræi ejus, allelúja, splendó-
rem Deo dedérunt, allel. * Et
sicut lac coaguláti sunt allel.
allel. ℣. Candidióres nive,
nitidióres lacte, rubicundió-
res ébore antiquo, sapphiro
pulchrióres: Et.

Glo-

Glória Patri. Et Bñ*o*. Ad societátem. *Lectio ix.*

EGo sum, inquit, vitis vera, & Pater meus agrícola est. Numquid unum sunt agrícola & vitis? Secúndum hoc ergo vitis Christus, secúndum quod ait: Pater major me est. Secúndum autem id, quod ait: Ego & Pater unum sumus; & ipse agrícola est, nec talis, quales sunt qui extrínsecus operándo exhibent ministérium; sed talis, ut det étiam intrinsecus increméntum. Nam neq; qui plantat, est áliquid, neque qui rigat: sed, qui increméntum dat Deus. Sed útique Deus est Christus, quia Deus erat Verbum, unde ipse & Pater unum sunt: &, si Verbum caro factum est, quod non erat, manet quod erat. Te Deum laudámus. 16.

AD LAUDES,
*& per Horas, Añ*a*.*

SAncti tui Dómine florébunt sicut lílium, allel. & sicut odor bálsami erunt ante te, allel. *Psal.* Dóminus regnávit. *cum reliq.* 17.

*Añ*a*.* In cæléstibus regnis Sanctórum habitátio est, allelúja, & in ætérnum réquies eórum, allelúja.

*Añ*a*.* In velaménto clamábant Sancti tui, Dómine, allelúja, allel. allel.

*Añ*a*.* Spíritus, & ánimæ justórum hymnum dícite Deo nostro, allelúja, allel.

*Añ*a*.* Fulgébunt justi sicut sol in conspéctu Dei, allel.

Capitulum. *Sap. 5.*

STabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus pro uno martyre.

INvícte martyr únicum
Patris secútus Fílium,
Victis triúmphas hóstibus,
Victor fruens cæléstibus.
Tui precátus múnere
Nostrum reatum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ repéllens tædium.
Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis:
Nos solve vinclis sæculi
Dono supérni Núminis.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

Pro pluribus Martyribus,

Rex gloriose mártyrum. *ut supra.* xxxviii. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja. ℟. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Ad Benedictus, Antiph.

Fíliæ Jerúsalem, venite, & vidéte mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitátis & lætítiæ, allel. allel.

Ad Primam in ℟io brev. a Feria secunda post Dominicam in Albis usque ad Ascensionem exclusive, dicitur ℣. Qui surrexisti a mórtuis, &c.

Et ab Ascensione usque ad Pentecosten exclusive, dicitur ℣. Qui scandis super sídera, &c.

Ad

[redacted]

Ad Tertiam, Antiphona.
In cæléstibus regnis.
Capit. Stabunt justi. *ut supr.*
℟. *br.* Sancti, & justi in Dómino gaudéte, * Allel. allel. Sancti, & justi. ℣. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, Allel. allel. Glória Patri. Sancti, & justi. ℣. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, allel. ℟. Et ætérnitas témporum, allel.

Ad Sextam, Antiphona.
In velamento.

Capitulum. Sap. 5.
ECce quómodo computáti sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illórum est.
℟. *breve.* Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, Alell. allel. Lux perpétua. ℣. Et ætérnitas témporum. Allelúja, allel. Glória. Lux perpétua. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allel. ℟. Gáudium, & exultatiónem obtinébunt, allel.

Ad Nonam, Antiphona.
Fulgébunt justi.

Capitulum. Rom. 8.
SCimus quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, iis, qui secúndum propósitum vocáti sunt Sancti.
℟. *br.* Lætítia sempitérna super cápita eórum, * Allel. allel. Lætítia. ℣. Gáudium & exultatiónem obtinébunt. Allel. allel. Glória Patri. Lætítia. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja.
℟. Mors Sanctórum ejus, all.
Ad Vesp. Aña. Sancti tui, *cum reliq. ut supra in Laudibus.* xlii. *Psalm.* Dixit Dñs *cum reliq. de Dominica.* 119. *& loco ult. Psal.* Crédidi. 123. *Capitul.* Stabunt justi. lxii.
Hymnus pro uno martyre.
Deus tuórum mílitum. xxxviii.
Pro pluribus martyribus.
Rex gloriósæ mártyrum, *ut supra.* xxxviii. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allel. ℟. Mors Sanctórum ejus, allelúja.
Ad Magnificat, Antiphona.
Sancti, & justi in Dómino gaudéte, all. vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allel.

ALIÆ LECTIONES
Pro Martyribus tempore Paschali.
In secundo Nocturno.

De Epístola S. Cypriáni Epíscopi & mártyris ad mártyres & Confessóres.
Lib. 2. Epist. 6. Lectio iv.
QUibus ego vos láudibus prædicem, fortíssimi mártyres? robur péctoris vestri, & perseverántiam Fidei, quo præcónio vocis exórnem? Tolerástis usque ad consummatiónem glóriæ duríssimam quæstiónem: nec cessístis supplíciis; sed vobis pótius supplícia cessérunt. Finé dolóribus, qué torménta non dabant, corónæ dedérunt. Laniéna grávior ad hoc diu perseverávit, non ut stantem Fidem dejíceret, sed ut hómines Dei ad Deum velócius mítteret. ℟. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, * Et ætérnitas tém-

po-

[redacted]

sus sequens, & non habuerint ultimum Versum proprium), dicatur.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

Et ad Primam in Rio brev. dicitur ℣. Qui surrexísti a mórtuis. *Et sic usque ad Ascensionem.*

¶ *Ab Ascensione autem usque ad Pentec. in fine Hymni.*

Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum redis
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Et ad Primam in Rio brevi dicitur ℣. Qui scandis super sídera, &c.

COMMUNE

Plurimorum Martyrum extra tempus Paschale.

Ad Vesperas, Antiphona. Omnes Sancti. *cum reliquis de Laudib.* lvi. *Psalm.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica*, 119. *& loco ultim. Psalm.* Laudáte Dóminum omnes gentes.

Capitulum. *Sap. 5.*

JUstórum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori; illi autem sunt in pace.

Hymnus.

SAnctórum méritis ínclyta gáudia
Pangámus, sócii, géstaque fórtia:
Gliscens fert ánimus prómere cántibus
Victórum genus óptimum.
Hi sunt, quos fátue mundus abhórruit:
Hunc fructu vácuum, flóribus áridum
Contempsére tui nóminis ássecla,
Jesu Rex bone Cælitum.
Hi pro te fúrias, atque minas truces
Calcárunt hóminum, sævaque vérbera:
His cessit lácerans fórtiter úngula,
Nec carpsit penetrália.
Cædúntur gládiis more bidéntium:
Non murmur résonat, non querimónia;
Sed corde impávido mens bene cónscia
Consérvat patiéntiam.
Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
Quæ tu martyribus múnera præparas?
Rubri nam fluido sánguine fúlgidis
Cingunt témpora laureis.
Te summa, o Déitas, únaque póscimus,
Ut culpas ábigas, nóxia súbtrahas,
Des pacem fámulis, ut tibi glóriam
Annórum in sériem canant.
Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte justi. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad

[redacted]

téstis fácere. Sive ergo pa-
n, sive multum, sine illo
ri non potest, sine quo ni-
fieri potest; quia etsi pa-
m attúlerit palmes, eum
rgat agrícola, ut plus áffe-
. Tamen nisi in vite mán-
it, & víxerit de radíce,
antúmlibet fructum a se-
tipso non potest ferre.
iamvis autem Christus vi-
non esset, nisi homo esset:
nen istam grátiam palmíti-
s non præbéret, nisi étiam
us esset. ℟. Ego sum vitis
ra, & vos pálmites: * Qui
net in me, & ego in eo,
fert fructum multum,
elúja, allel. ℣. Sicut dilé-
me Pater, & ego diléxi
s. Qui. *Lectio viii.*

VErum quia ita sine illa
grátia non potest vivi,
& mors in potestáte sit lí-
ri arbítrii. Si quis in me,
quit, non mánserit, mitté-
foras sicut palmes, &
scet, & cólligent eum &
ignem mittent, & ardet.
gna itaque vitis tanto sunt
ntemptibilióra, si in vite
n mánserint, quanto glo-
sióra si mánserint. Déni-
e sicut de his étiam per
echiélem Prophétam Dó-
nus dicit, præcísa nullis
ricolárum úsibus prosunt,
llis fabrílibus opéribus de-
tántur. Unum de duóbus
lmiti cóngruit, aut vitis
ignis: si in vite non est, in
ne erit; ut ergo in igne non
, in vite sit. ℟. Cándidi
cti sunt Nazaræi ejus, allel.
splendórem Deo dedérunt,
allel. * Et sicut lac coaguláti
sunt, allel. allel. ℣. Candi-
dióres nive, nitidióres lacte,
rubicundióres ébore antíquo,
sapphíro pulchrióres. Et.
Glória Patri. Et sicut.

Lectio ix.

SI manséritis in me, inquit,
& verba mea in vobis mán-
serint: quodcúmque voluéri-
tis, petétis, & fiet vobis. Ma-
néndo quippe in Christo, quid
velle possunt, nisi quod cón-
venit Christo? Quid velle
possunt manéndo in Salvató-
re, nisi quod non est aliénum
a salúte? Aliud quippe vólu-
mus, quia sumus in Christo;
& áliud vólumus, quia sumus
adhuc in hoc sæculo. De man-
sióne namque hujus sæculi no-
bis aliquándo subrépit, ut
hoc petámus, quod nobis non
expedire nescímus. Sed absit
ut fiat nobis, si manémus in
Christo, qui non facit quan-
do pétimus, nisi quod expe-
dit nobis. Te Deum 16.

IN COMMUNI

Confessorum, Virginum, & non Virginum, & Dedicationis Ecclesiæ Tempore Pasch. Officium fit ut inferius in aliis temporibus: sed additur unum Allel. *in fine ad Invit. Antiphonas,* ℣℣. *&* ℟℟. *similiter & in* ℟iis *post Lect. Nocturnor. & tres Psalmi dicuntur in quolibet Nocturno sub i. Antiphona illius Noct. In fine omnium Hymn. (dummodo Hymni sint ejusdem metri ut Versus*

aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus ; & quasi holocáusta accépit eos in ætérnum. *Psalmus* 2.

QUare fremuérunt Gentes : * & pópuli meditáti sunt inánia ?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum :* & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit eos : * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi Gentes hæreditátem tuam, * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas fíguli confringes eos.

Et nunc reges intellígite : * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus :* & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus : * beáti omnes, qui confídunt in eo.

Aña. Tamquam aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus : & quasi holocáusta accépit eos in ætérnum.

Aña. Si coram homínibus torménta passi sunt, spes electórum est immortális in ætérnum. *Psalmus* 3.

DOmine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me ? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dicunt ánimæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine suscéptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, & soporátus sum : & exurréxi, * quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exsúrge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine caussa : * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus : * & super pópulum tuum benedíctio tua.

Aña. Si coram homínibus torménta passi sunt, spes electórum est immortális in ætérnum. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte justi. ℟. Et gloriámini omnes recti corde. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.

℣. Jube domne benedícere.

Bño. Benedictióne perpétua.

De

De Epistola B. Pauli Apóstoli ad Romános.

Lectio i. *Cap. 8. c.*

Fratres, Debitóres sumus non carni, ut secúndum carnem vivámus. Si enim secúndum carnem vixéritis, moriémini: si autem spíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicúmque enim Spíritu Dei agúntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepístis spíritum servitútis íterum in timóre, sed accepístis spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba (Pater). Ipse enim Spíritus testimónium reddit spirítui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & hærédes: hærédes quidem Dei: cohærédes autem Christi: si tamen compátimur, ut & conglorificémur. Existimo enim quod non sunt condígnæ passiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ revelatiónem filiórum Dei expéctat. ℟. Abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis Sanctórum: & jam non erit ámplius neque luctus neque clamor, sed nec ullus dolor: * Quóniam prióra transiérunt. ℣. Non esúrient neque sítient ámplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. Quóniam.

Bño. Unigénitus Dei Fílius.

Lectio ii.

Scimus autem, quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, iis, qui secúndum propósitum vocáti sunt Sancti. Nam quos præscívit, & prædestinávit confórmes fieri imáginis Fílii sui, ut sit ipse primogénitus in multis frátribus. Quos autem prædestinávit, hos & vocávit: & quos vocávit, hos & justificávit: quos autem justificávit, illos & glorificávit. Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Fílio suo non pepércit, sed pro nobis ómnibus trádidit illum: quómodo non étiam cum illo ómnia nobis donávit? Quis accusábit advérsus eléctos Dei? Deus, qui justíficat, quis est qui condémnet? Christus Jesus, qui mórtuus est, immo qui & resurréxit, qui est ad déxteram Dei, qui étiam intérpellat pro nobis.

℟. Viri sancti gloriósum sánguinem fudérunt pro Dómino, amavérunt Christum in vita sua, imitáti sunt eum in morte sua: * Et ídeo corónas triumpháles meruérunt. ℣. Unus spíritus, & una Fides erat in eis. Et. *Bño.* Spíritus Sancti grátia.

Lectio iii.

Quis ergo nos separábit a caritáte Christi? tribulátio, an angústia? an fames, an núditas, an periculum, an persecútio, an gládius? (Sicut scriptum est: Quia propter te mortificámur tota die, æstimáti sumus sicut oves occisiónis:) Sed in his ómnibus superámus propter

eum, qui diléxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principátus, neque virtútes, neque instántia, neque futúra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profúndum, neque creatúra ália póterit nos separáre a caritáte Dei, quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplícia: * Et meruérunt habére corónas perpétuas. ℣. Isti sunt, qui venérunt ex magna tribulatióne, & lavérunt stolas suas in Sánguine Agni. Et. Glória Patri. Et.

In ii. Noctur. Ant. Dabo Sanctis meis locum nominátum in regno Patris mei, dicit Dóminus. *Psalmus* 14.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * & operátur justítiam.

Qui lóquitur veritátem in corde suo; * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit próximo suo malum: * & oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malígnus: * timéntes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo suo, & non décipit; * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Ant. Dabo Sanctis meis locum nominátum in regno Patris mei, dicit Dóminus.

Ant. Sancti, qui in terra sunt ejus, mirificávit omnes voluntátes meas inter illos.

Psalmus 15.

COnsérva me Dómine, quóniam sperávi in te: * Dixi Dómino, Deus meus es tu, * quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum: * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus: * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei: * tu es qui restítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * étenim hæréditas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum, * ínsuper & usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper: * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, & exultávit lingua mea: * ínsuper & caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques áni-

ltnam ineam in inférno ; * c dabis Sanctum tuum vi re corruptiónem.
Notas mihi fecísti vias vitæ, impiébis me lætítia cum ltu tuo : * delectatiónes in xtera tua usque in finem.
Ant. Sanctis, qui in terra it ejus, mirificávit omnes luntátes meas inter illos.
Ant. Sancti, qui sperant in mino, habébunt fortitúnem, assúment pennas ut uilæ, volábunt & non deient. *Psalmus* 23.

DOmini est terra & plenitúdo ejus : * orbis rárum & univérsi, qui bitant in eo.
Quia ipse super mária funvit eum, * & super flúina præparávit eum.
Quis ascéndet in montem ómini? * aut quis stabit in co sancto ejus?
Innocens mánibus & mundo corde : * qui non accépit vano ánimam suam, nec ávit in dolo próximo suo.
Hic accípiet benedictiónem Dómino, * & misericórm a Deo salutári suo.
Hæc est generátio quæréntm eum, * quæréntium fáem Dei Jacob.
Attóllite portas, príncipes, stras : & elevámini portæ, ernáles, * & introíbit Rex óriæ.
Quis est iste Rex glóriæ? * óminus fortis & potens, óminus potens in prælio.
Attóllite portas, príncipes, stras, & elevámini portæ æternáles ; * & introíbit Rex glóriæ.
Quis est iste Rex glóriæ : * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.
Ant. Sancti, qui sperant in Dómino, habébunt fortitúdinem, assúment pennas ut áquilæ, volábunt & non deficient. ℣. Exúltent justi in conspéctu Dei. ℟. Et delectentur in lætítia. Pater noster. *Absol.* Ipsius pietas.
℣. Jube domne benedícere.
Bño. Deus Pater omnípotens.
Sermo S. Augustini Episcopi.
Ser. 47. de Sanctis. Lectio iv.

QUotiescúmque, fratres caríssimi, sanctórum Mártyrum solémnia celebrámus, ita, ipsis intercedéntibus, expectémus a Dómino cónsequi temporália benefícia, ut ipsos Mártyres imitándo, accípere mereámur ætérna. Ab ipsis enim sanctórum Mártyrum in veritáte festivitátum gáudia celebrántur, qui ipsórum Mártyrum exémpla sequúntur. Solemnitátes enim Mártyrum exhortatiónes sunt martyriórum, ut imitári non pigeat, quod celebráre deléctat.
℟. Sancti tui Dómine mirábile consecúti sunt iter, serviéntes præcéptis tuis, ut inveniréntur illæsi in aquis válidis. * Terra appáruit árida, & in mari Rubro via sine impediménto.
℣. Quóniam percússit petram, & fluxérunt aquæ, & torréntes inundavérunt.

[redacted]

Terra. Bñd. Christus perpétuæ. *Lectio v.*

SEd nos vólumus gaudére cum sanctis, & tribulatiónem mundi nólumus sustinére cum ipsis. Qui enim sanctos Mártyres, in quantum potúerit, imitári nolúerit, ad eórum beatitúdinem non póterit pervenire. Sed & Paulus Apóstolus prædicat, dicens: Si fuérimus sócii passiónum, érimus & consolatiónum. Et Dóminus in Evangélio: Si mundus vos odit, scitóte quia me priórem vobis ódio hábuit. Recúsat esse in córpore, qui ódium non vult sustinére cum cápite.

℟. Vérbera carníficum non timuérunt sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine. * Ut hæredes fierent in domo Dñi. ℣. Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplícia. Ut. Bñd. Ignem sui amóris. *Lectio vi.*

SEd dicit áliquis: Et quis est, qui possit beatórum Mártyrum vestígia sequi? Huic ego respóndeo, quia non solum Mártyres, sed étiam ipsum Dóminum, cum ipsíus adjutório, si vólumus, póssumus imitári. Audi non me, sed ipsum Dóminum géneri humáno clamántem: Díscite a me, quia mitis sum, & húmilis corde. Audi, & Petrum Apóstolum admonéntem: Christus passus est pro nobis, relínquens nobis exémplum, ut sequámur vestígia ejus.

℟. Tamquam aurum in fornace probávit eléctos D[ominus] & quasi holocáusti [ho]stiam accépit illos: & [in] témpore erit respéctus il[lo]rum, * Quóniam donum [et] pax est eléctis Dei. ℣. Qui confídunt in illum intélligent veritátem: & [fi]déles in dilectióne acqui[e]scent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

In tertio Nocturno, [An]

Justi autem in perpétuum [vi]vent, & apud Dóminum [est] merces eórum. *Psalmus* [32]

EXultáte justi in Dómino: * rectos decet co[llau]dátio.

Confitémini Dómino in c[i]thara: * in psaltério dec[em] chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum n[o]vum: * bene psállite ei [in] vociferatióne.

Quia rectum est verbum Dñi [et] & ómnia ópera ejus in fi[de].

Díligit misericórdiam, [et] judícium: * misericórdia D[ó]mini plena est terra.

Verbo Dómini cæli firm[áti] sunt, * & spíritu oris e[jus] omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in u[tre] aquas maris: * ponens [in] thesáuris abyssos.

Tímeat Dñm omnis terra: ab eo autem commoveán[tur] omnes inhabitántes orbem.

Quoniam ipse dixit, & [fa]cta sunt: * ipse mandávi[t] & creáta sunt.

Dóminus díssipat consi[lia] Géntium: * réprobat au[tem] cogitatiónes populórum, [&]

[re-]

bat consília príncipum.
sílium autem Dómini in
m manet : * cogita-
cordis ejus in gene-
e, & generatiónem.
a gens, cujus est Dómi-
eus ejus : * pópulus, quē
in hæreditátem sibi.
ælo respéxit Dóminus :*
omnes filios hóminum.
præparáto habitáculo
* respéxit super omnes,
ábitant terram.
finxit singillátim corda
: * qui intélligit óm-
pera eórum.
salvátur rex per mul-
virtútem, * & gigas
alvábitur in multitúdi-
rtútis suæ.
x equus ad salútem, *
undántia autem virtútis
on salvábitur.
óculi Dómini super me-
eum, * & in eis, qui
t super misericórdia ejus.
ruat a morte ánimas eó-
* & alat eos in fame.
na nostra sústinet Dó-
n, * quóniam adjútor,
otéctor noster est.
in eo lætábitur cor
m, * & in nómine san-
ius sperávimus.
misericórdia tua, Dó-
, super nos, * quemád-
m sperávimus in te.
Justi autem in perpé-
vivent, & apud Dó-
n est merces eórum.
Tradidérunt córpora
i mortem, ne servírent
: ídeo coronáti póssi-
palmam.

Psalmus 33.

BEnedícam Dóminum in omni témpore : * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea : * áudiant mansuéti, & læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum : * & exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dñm, & exaudívit me : * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini : * & fácies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum : * & de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum : * & erípiet eos.

Gustáte & vidéte, quóniam suávis est Dóminus : * beátus vir, qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes Sancti ejus : * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & esuriérunt :* inquiréntes autem Dñm non minuéntur omni bono.

Veníte filii, audíte me : * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo, qui vult vitā :* diligit dies vidére bonos ?

Próhibe linguam tuam a malo : * & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo, & fac bonum : * inquíre pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super justos :* & aures ejus in preces eórum.

[redacted]

Vultus autem Dñi super faciéntes mala, * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos, * & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde; * & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum; * & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum: * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórū péssima, * & qui odérunt justū, delínquent.

Rédimet Dñs ánimas servórū suórum, * & non delínquent omnes, qui sperant in eo.

Añā. Tradidérunt córpora sua in mortem, ne servírent idólis: ideo coronáti póssident palmam. *Añā.* Ecce merces sanctórum copiósa est apud Deum: Ipsi vero mórtui sunt pro Christo, & vivent in ætérnum. *Psalmus 45.*

DEus noster refúgium, & virtus: * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra, * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: * ad eam Deus mane dilúc

Conturbátæ sunt Gen inclinàta sunt regna: vocem suam, mota est

Dñs virtútum nobíscum suscéptor noster Deus

Veníte, & vidéte Dómini, quæ pósuit gia super terram: * á bella usque ad finem

Arcum cónteret, & c get arma: * & scuta c ret igni.

Vacáte, & vidéte quón sum Deus: * exaltábor tibus, & exaltábor in

Dñs virtútum nobísc suscéptor noster Deus

Añā. Ecce merces san copiósa est apud Deu vero mórtui sunt pro sto, & vivent in ætérn

℣. Justi autem in per vivent. ℟. Et apud Do est merces eórum. Pa ster. *Absol.* A vínculis

℣. Jube domne bened

Bño. Evangélica léctio

Léctio sancti Evange cúndum Lucam

Lectio vii. *Ca*

IN illo témpore; D sus discípulis suis audiéritis prælia, & nes, nolíte terréri: primum hæc fieri, se dum statim finis. Et

Homilía S. Gregórii

Homilia 35. in Eva

DOminus ac Red noster peritúri præcurréntia mala tiat, ut eo minus per

veniéntia, quo fúerint præscita. Minus enim jácula fériunt, quæ prævidéntur, & nos tolerabílius mundi mala suscípimus, si contra hæc per præsciéntiæ clypeum munímur. Ecce enim dicit; Cum audiéritis prælia, & seditiónes, nolíte terréri, opórtet enim primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Pensánda sunt verba Redemptóris nostri, per quæ nos áliud intérius, áliud extérius passúros esse denúntiat. Bella quippe ad hostes pértinent, seditiónes ad cives. Ut ergo nos indicet intérius, exteriúsque turbári, áliud nos fatétur ab hóstibus, áliud a frátribus pérpeti.

℟. Propter testaméntum Dómini, & leges patérnas sancti Dei perstitérunt in amóre fraternitátis: * Quia unus fuit semper spíritus in eis, & una fides. ℣. Ecce quam bonum, & quam jucúndum habitáre fratres in unum. Quia. Bño. Quorum festum cólimus.

Lectio viii.

SEd his malis præveniéntibus, quia non statim finis sequátur, adjúngit: Surget gens contra gentem, & regnum advérsus regnum & terræmótus magni erunt per loca, & pestiléntiæ, & fames, terroréfque de cælo, & signa magna erunt. Ultima tribulátio multis tribulatiónibus prævenítur, & per crebra mala, quæ prævéniunt, indicántur mala perpétua, quæ subsequéntur. Et ídeo post bella & seditiónes non statim finis: quia multa debent mala præcúrrere, ut malum váleant sine fine nuntiáre.

℟. Sancti mei, qui in carne pósiti, certámen habuístis: * Mercédem labóris ego reddam vobis. ℣. Veníte benedícti Patris mei, percípite regnum. Mercédem. Glória Patri. Mercédem.

Bño. Ad societátem.

Sequens ℟. dicitur post octavam, vel ii. Lect. in festis plurimorum Mart. fratrum.

℟. Hæc est vera fratérnitas, quæ nunquam pótuit violári certámine: qui effúso sánguine secúti sunt Dóminum: * Contemnéntes aulam régiam, pervenérunt ad regna cæléstia. ℣. Ecce quam bónum, & quam jucúndum habitáre fratres in unum. Contemnéntes. Glória Patri. Contemnéntes.

Lectio ix.

SEd cum tot signa perturbatiónis dicta sint, opórtet ut eórum considerationem bréviter per síngula perstringámus, quia necésse est, ut ália e cælo, ália e terra, ália ab eleméntis, ália ab homínibus patiámur. Ait enim: Surget gens contra gentem, ecce perturbátio hóminum: erunt terræmótus magni per loca, ecce respéctus iræ désuper: erunt pestiléntiæ: ecce inæquálitas córporum, erit fames, ecce sterílitas terræ, terroréfque de

cælo, & tempestátes, ecce inæquálitas áëris. Quia ergo ómnia consummánda sunt, ante consummatiónem ómnia perturbántur; & qui in cunctis delíquimus, in cunctis ferímur, ut impleátur quod dícitur: Et pugnábit pro eo orbis terrárum contra insensátos. Te Deum. 16.

A D L A U D E S,

& per Horas, *Aña.*

OMnes sancti, quanta passi sunt torménta, ut secúri pervenírent ad palmam martyrii.

Psalm. Dóminus regnávit, *cum reliq.* 17.

Aña. Cum palma ad regna pervenérunt sancti, corónas decóris meruérunt de manu Dei. *Aña.* Córpora sanctórum in pace sepúlta sunt, & vivent nómina eórum in ætérnum. *Aña.* Mártyres Dómini Dóminum benedícite in ætérnum. *Aña.* Mártyrum chorus laudáte Dóminum de cælis, allelúja.

Capitulum. *Sap.* 3.

JUstórum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus.

REx gloriófe mártyrum,
Coróna confiténtium,
Qui respuéntes térrea
Perdúcis ad cæléstia;
Aurem benígnam prótinus
Inténde nostris vócibus:
Trophæa sacra pángimus:
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis inter má
Parcísque confess
Tu vince nostra c
Largítor indulgén
Deo Patri sit glóri
Ejúsque soli Fílio
Cum Spíritu Pará
Nunc, & per om
lum. Amen.

℣. Exultábunt sanct
ria. ℟. Lætabúntu
libus suis.

Ad Bñs, *Aña.* Ve
cápitis omnes num
nolíte timére, mu
ribus melióres estis

*Pro pluribus Marty
tificibus.* *Ora*

BEatórum márty
ritérque Pont
& *N.* nos, quæsum
mine, festa tueántu
rum comméndet c
neránda. Per Dóm

Si non fuerint Po

Oratio.

DEus, qui nos
Sanctórum
tuórum *N.* & *N.* na
lere: da nobis in a
titúdine de eórum
gaudére. Per Dómi

Alia Orati

DEus, qui nos a
ctórum márt
rum *N.* & *N.* solen
tíficas: concéde p
ut quorum gaudém
accendámur exémp

Ad Tertiam, *An*
Cum palma. *Capit.*
ánimæ. ℟. *brev.*
in Dómino, * E
justi. Lætámini. ℣

ii omnes recti corde.
litáte. Glória Patri. Læ-
. ℣. Exúltent justi in
ctu Dei. ℟. Et dele-
in lætítia.

Sextam, Antiphona.
ra sanctórum.
ulum. *Sap.* 10. c
ldidit Deus mercédem
abórum sanctórum suó-
& dedúxit illos in via
ili; & fuit illis in ve-
:o diei, & in luce stel-
nocte.
Exúltent justi * In con-
Dei. Exúltent. ℣. Et
ntur in lætítia. In.
Patri. Exultent.
:i autem in perpétuum
. ℟. Et apud Dómi-
st merces eórum.

Nonam, Antiphona.
rum chorus.
ulum. *Sap.* 3.
fgébunt justi, & tam-
uam scintíllæ in arun-
discúrrent. Judicábunt
es, & dominabúntur
s, & regnábit Dómi-
órum in perpétuum.
Justi autem * In per-
n vivent. Justi. ℣. Et
Dóminum est merces eó
in perpétuum.
Patri. Justi. ℣. Exul-
sancti in glória. ℟. Læ-
ur in cubílibus suis.

) VESPERAS,
Antiphona.
sunt sancti, qui pro te-
ménto Dei sua córpora
érunt, & in Sánguine
lavérunt stolas suas.
Dixit Dóminus. 110.

Añ. Sancti per fidem vicérunt regna, operári sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes.
Psalm. Confitébor. 229.
Aña. Sanctórum velut áquilæ juvéntus renovábitur; florébunt sicut lílium in civitáte Dómini.
Psalm. Beátus vir. 120.
Aña. Abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis sanctórum: & jam non erit ámplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quóniam prióra transiérunt.
Psalm. Laudáte púeri. 120.
Aña. In cæléstibus regnis sanctórum habitátio est, & in ætérnum réquies eórum.
Psalm. Crédidi. 123.
Capitul. & *Hymnus*, *ut in primis Vesper.* xlv. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Læ-tabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.
Gaudent in cælis ánimæ sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti, & quia pro ejus amóre sánguinem suum fudérunt, ídeo cum Christo exúltant sine fine.

Aliæ Lectiones pro pluribus Martyribus.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joánnis Chrysóstomi.
Serm. 1. *de Martyrib.* *tom.* 3.
Lectio iv.

NEmo est qui nésciat, Mártyrum glórias ad hoc divíno consílio a Dei pópulis frequentári, ut & illis débitus honor dicétur, & nobis virtútis exémpla, favénte Christo, monstren-

tur; ut dum hæc ita celebrári perspícimus, cognoscámus quanta eos glória máneat in cælis, quorum natalítia táliter celebrántur in terris: quo possímus étiam ipsi tálibus provocári exémplis, virtúte pari, devotióne consímili, ac fide: ut Christo præstánte, dimicáre, & víncere hostem possímus; ut, parta victória, cum iísdem sanctis in regnis cæléstibus triumphémus.

℞. Sancti tui Dómine mirábile consecúti sunt iter, serviéntes præcéptis tuis; ut inveniréntur illæsi in aquis válidis: * Terra appáruit árida; & in mari Rubro via sine impediménto.

℣. Quóniam percússit petram, & fluxérunt aquæ, & torréntes inundavérunt. Terra.

Lectio v.

Quis est enim, qui eórum volens mérito copulári, nisi prius constántiam eórum téneat, sectétur fidem, imitétur virtútem passiónis, eórum glóriam páribus vitæ lineaméntis aut invéniat, aut exquírat? Qui, etsi martyrio par esse non possit: tamen múneris tanti dignitáte se quisque bonis áctibus dignum præbeat? Adest enim cleméntissimus Deus, qui desiderántibus suis, aut martyrium præbeat, aut sine martyrio cum sanctis præmia divína retríbuat.

℞. Vérbera carníficum non timuérunt sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine, * Ut hærédes fierent in domo Dómini. ℣. Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplícia. Ut.

Lectio vi.

Ut enim infirmátur peccátor advérsis; ita justus tentatiónibus roborátur. Sic dimicárunt advérsus peccátum sancti: sic & laborándo fortióres, & moriéndo victóres effécti sunt. Nullus athlétes sine certámine fortior dici, nullus sine victória póterit coronári. Nemo miles sine prælio hostem subjécit: nemo sine bello imperatórem proméruit. Habes, Christiáne, competéntia arma, quibus hostem expúgnes: habes fortíssima tela, quibus inimícum debélles.

℞. Tamquam aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus, & quasi holocáusti hóstiam accépit illos, & in témpore erit respéctus illórum: * Quóniam donum, & pax est eléctis Dei. ℣. Qui confídunt in illum, intélligent veritátem: & fidéles in dilectióne acquiéscent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangélii secúndum Lucam. *Lectio vii.* *c. 6. c*

In illo témpore: Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, & turba discipulórum ejus, & multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa, & Jerúsalem, & marítima, & Tyri, & Sydónis. Et réliqua.

Ho-

ſá ſáncti Ambróſii
Epiſcopi.
Luc. c. 6. poſt init.
rte ómnia diligén-
, quómodo, & cum
aſcéndat, & de-
id tu̇rbas. Quómodo
rba niſi in húmili
vidéret? Non ſé-
excélſa, non aſcén-
ublímia. Dénique
ndit, invénit infir-
excélſis enim infir-
non poſſunt. Hinc
atthæus docet, in
ius débiles eſſe ſá-
rius enim unuſquíſ-
ndus eſt, ut paulá-
tibus procedéntibus
poſſit ad montem:
quemque in inferió
at, hoc eſt, a libí-
ocat, injúriam cæci-
rtit. Ad vúlnera no-
éndit, ut uſu quo-
cópia ſuæ natúræ,
cipes nos fáciat eſſe
léſtis.
ter teſtaméntum Dó-
léges patérnas San-
erſtitérunt in amóre
itis: * Quia unus
ier ſpíritus in eis,
ides.
quam bonum, &
úndum habitáre fra-
num. Quia.
Lectio viii.
páuperes, quia ve-
n eſt regnum Dei.
tantum beatitúdines
ucas Domínicas pó-
o vero ſanctus Mat-
ed *in illis octo iſtæ*

quátuor ſunt, & in quátuor iſtis illæ octo. Hic enim quatuor velut virtútes amplérus eſt cardináles, ille in illis octo myſticum númerum referávit. Pro octáva enim multi inſcribúntur Pſalmi: & mandátum áccipis octo illis partem dare, fortáſſe benedictiónibus. Sicut enim ſpei noſtræ octáva perféctio eſt, ita octáva ſumma virtútum eſt.

℟. Sancti mei, qui in carne póſiti, certámen habuíſtis, * Mercédem labóris ego reddam vobis.
℣. Veníte benedícti Patris mei, percípite regnum. Mercédem.
Glória Patri. Mercédem.

Sequens ℟. dicitur poſt Octávam, vel ſecundam Lect. in feſto plurimor. Martyr. fratrum.

℟. Hæc eſt vera fratérnitas. lv.

Lectio ix.

Sed prius quæ ſunt amplióra videámus. Beáti, inquit, páuperes, quóniam veſtrum eſt regnum Dei. Primam benedictiónem hanc utérque Evangeliſta póſuit. Ordine enim prima eſt & parens quædam generatióque virtútum: quia qui contémpſerit ſæculária, ipſe merébitur ſempitérna: nec poteſt quiſquam méritum regni cæléſtis adipíſci, qui mundi cupiditáte preſſus, emergéndi non habet facultátem.
Te Deum laudámus. 16.

ſcipuli ſecretò, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? Et réliqua.

Homilía ſancti Hilárii Epiſcopi.

Comment. in Matth. cap. 25.

DIſcípuli Dóminum intérrogant quando hæc fierent, quodve ſignum & advéntus ſui & conſummatiónis ſæculi nóſcerent. Et quia tria hæc in unum quæſíta ſunt, diſtínctis & témporis intelligéntiæ ſignificatiónibus ſeparántur. Reſpondétur ígitur primum de civitátis occáſu: & confirmántur veritáte doctrínæ, ne quis fallax ignorántibus poſſet obrépere. Ventúri enim erant etiam eórum témpore, qui ſe Chriſtum eſſent nuncupatúri. Ut ígitur fides peſtífero mendácio détrahi poſſet, admonítio præcéſſit.

ſcet.

℞. Sancti mei.

Lectio ix.

SEd uſque in fine verántibus ſalus ta eſt: ac tum pe orbis partes viris cis diſpérſis, Evang tas prædicábitur. univérſis fúerit cog craménti cæléſtis tum Jerúſalem occá nis incúmbet: ut pr nis fidem, & infidél na, & metus civitá conſequátur. Hæc eam, ut fúerant p perfécta ſunt: & l fugátis, perémptis lis, fame, bello, te consúmpta eſt. fuit digna non eſſe, ctis prædicatóribus indígnam Dei præ ſe præbuit.

Te Deum laudámus.

Dóminus. *cum*
unica. 119. *&*
:e Dóminum om-
123.
Eccli. 44. *&*
érdos magnus,
liébus suis plá-
& invéntus est
n témpore ira-
is est reconci-
mnus.
sor Dómini, co-
laudant pópuli
,
us méruit beátas
: sedes.
s obitus, dicatur:
:tus méruit su-
honóres.
rudens, húmi-
us,
xit sine labe vi-
nános animávit
artus.
ræstans méritum
,
passim jacuére
:bi dómitis, salúti
ntur.
illi Chorus ob-
.udem, celebréf-
s,
précibus juvémur
er ævum.
i, decus atque

Qui super cæli sólio corú-
scans,
Tótius mundi seriem gu-
bérnat
Trinus & unus.
Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magnificat, Antiphona. Sacérdos, & Póntifex, & virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Pro Doctoribus in utrisque Vesperis, ad Magnificat, Ant. O Doctor óptime.

Oratio. Deus, qui pópulo tuo. lxxiv.

Oratio.

DA, quæsumus, omnípotens Deus: ut beáti N. Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda sollémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

Alia Oratio.

EXáudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti N. Confessóris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus; & qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitator. Regem Confessórum Dóminum, * Veníte, adorémus. *Psal.* Veníte, exultémus. 2. *Hymn.* Iste Conféssor.

In i. Noct. Ant. Beátus vir, qui in lege Dómini meditátur.

tue: volúntas ejus pérmanet die, ac nocte, & ómnia, quæcúmque fáciet, semper prosperabúntur.

Psalmus 1.

BEátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit.

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquã lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquarum, * quod fructum suum dabit in témpore suo.

Et fólium ejus non défluet: * & ómnia, quæcúmque fáciet, prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic: * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício: * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum: * & iter impiórum períbit.

Aña. Beátus vir, qui in lege Dómini meditátur; volúntas ejus pérmanet die, ac nocte & ómnia, quæcúmque fáciet, semper prosperabúntur.

Aña. Beátus iste Sanctus, qui confísus est in Dómino, prædicávit præcéptum Dómini, constitútus est in monte sancto ejus. *Psalmus* 2.

QUare fremuérunt Gentes: * & pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: * & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua: * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus: * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi Gentes hæreditátem tuam, * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas fíguli confringes eos.

Et nunc reges intellígite: * erudímini, qui judicátis terrã.

Servíte Dómino in timóre, * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dñs, * & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus: * beáti omnes, qui confídunt in eo.

Aña. Beátus iste Sanctus, qui confísus est in Dómino; prædicávit præcéptum Dómini, constitútus est in monte sancto ejus. *Aña.* Tu es glória mea, tu es suscéptor meus, Dómine, tu exáltans caput meum, & exáudisti me de monte sancto tuo.

Psal-

Psalmus 3.
ine, quid multipli-
sunt qui tribulant
multi insúrgunt ad-
ie.
:unt ánimæ meæ: *
lus ipsi in Deo ejus.
:m Dómine suscé-
s es, * glória mea
is caput meum.
:a ad Dóminum cla-
& exaudívit me de
ncto suo.
rmívi & soporátus
& exurréxi, quia
suscépit me.
iébo míllia pópuli
ntis me: * exúrge
, salvum me fac
us.
n tu percussísti om-
rsántes mihi sine
dentes peccatórum
i.
est salus: * & super
uum benedíctio tua.
es glória mea, tu es
meus, Dñe, tu exal-
t meum, & exaudí-
monte sancto tuo.
it eum Dóminus, &
im. ℟. Stolam gló-
eum. Pater noster.
. Exáudi, Dómine.
lomne benedícere.
:dictióne perpétua.
la i. B. Pauli Apó-
ad Timótheum.
Cap. 3.
sermo: Si quis Epí-
itum desíderat, bo-
desíderat. Opór-
Epíscopum irrepre-
n esse, uníus uxó-

ris virum, sóbrium, prudéntem, ornátum, pudícum, hospitálem, doctórem, non vinoléntum, non percussórem, sed modéstum, non litigiósum, non cúpidum, sed suæ domui bene præpósitum: fílios habéntem súbditos cum omni castitáte. Si quis autem dómui suæ præésse nescit, quómodo Ecclésiæ Dei diligéntiam habébit? Non neóphytum, ne in supérbiam elátus, in judícium incidat diáboli. Opórtet autem illum, & testimónium habére bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in oppróbrium íncidat, & in láqueum diáboli. ℟. Euge serve bone, & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam: * Intra in gáudium Dómini tui. ℣. Dómine quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Intra.

Bñe. Unigénitus Dei Fílius.

De Epístola ad Titum.

Lectio ii. *Cap. 1. b.*

OPórtet enim Epíscopum sine crímine esse, sicut Dei dispensatórem: non supérbum, non iracúndum, non vinoléntum, non percussórem, non turpis lucri cúpidum; sed hospitálem, benígnum, sóbrium, justum, sanctum, continéntem, amplecténtem eum, qui secúndum doctrínam est, fidélem sermónem, ut potens sit exhortári in doctrína sana, & eos, qui contradícunt, argúere. Sunt

enim

[redacted]

enim multi etiam inobediéntes, vaníloqui & seductóres, máxime qui de circumcisióne sunt, quos opórtet redárgui: qui univérsas domos subvértunt, docéntes quæ non opórtet, turpis lucri grátia.

℟. Ecce Sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo: * Ideo jurejurándo fecit illum Dñs créscere in plebem suam. ℣. Benedictiónem ómnium Géntium dedit illi, & testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Ideo.

Bñd. Spíritus Sancti grátia.

Lectio iii. Cap. 2.

TU autem lóquere quæ decent sanam doctrínam: Senes ut sóbrii sint, pudíci, prudéntes, sani in fide, in dilectióne, in patiéntia: Anus simíliter in hábitu sancto, non criminatríces, non multo vino serviéntes, bene docéntes: ut prudéntiam dóceant adolescéntulas, ut viros suos ament, filios suos díligant, prudéntes, castas, sóbrias, domus curam habéntes, benígnas, súbditas viris suis, ut non blasphemétur verbum Dei. Júvenes simíliter hortáre ut sóbrii sint. In ómnibus teipsum præbe exémplum bonórum óperum, in doctrína, in integritáte, in gravitáte, verbum sanum, irreprehensíbile, ut is, qui ex advérso est, vereátur, nihil habens malum dícere de nobis.

℟. Jurávit Dóminus & non pœnitébit eum: * Tu es Sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech. ℣. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis. Tu es. Glória Patri. Tu es.

In secundo Nocturno. Antiph. Invocántem exaudívit Dóminus Sanctum suum, Dóminus exaudívit eum, & constítuit eum in pace.

Psalmus 4.

CUm invocárem, exaudívit me Deus justítiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * & exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et scitóte, quóniam mirificávit Dóminus Sanctum suum: * Dóminus exáudiet me, cum clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, & speráte in Dómino: * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam & requiéscam:

Quóniam tu Dñe singuláriter in spe: * constituísti me.

Aña. Invocántem exaudívit Dóminus Sanctum suum, Dñs exaudívit eum, & constítuit

eum

eum in pace. *Ant.* Lætentur omnes, qui sperant in te, Dñe quóniam tu benedixísti justo, scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti eum. *Psalmus 5.*

VErba mea áuribus pércipe Dómine: * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ: * Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi, & vidébo: * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus: * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum, & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia tua: * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, linguis suis dolóse agébant: * júdica illos Deus.

Décidant a cogitatiónibus suis, secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos: * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te: * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

Ant. Lætentur omnes, qui sperant in te, Dñe, quóniam tu benedixísti justo, scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti eum. *Ant.* Dómine Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra! quia glória, & honóre coronásti Sanctum tuum, & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Psalmus 8.

DOmine Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paullo minus ab Angelis, glória & honóre coronásti eum, * & constituísti eum super ópera manuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus: * oves & boves univérsas, ínsuper & pécora campi.

Vó-

Vólucres cæli & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Ant. Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra! quia glória, & honóre coronásti Sanctum tuum, & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

℣. Elégit eum Dóminus Sacerdótem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. Pater noster. *Absolut.* Ipsius piétas. ℣. Jube domne.

Bñd. Deus Pater omnipotens.

Sermo S. Máximi Epíscopi. *Homil. 59. quæ est 2. de S. Eusebio Vercellensi.* *Lectio iv.*

AD sancti ac beatíssimi Patris nostri *N.* cujus hódie festa celebrámus, laudes addidísse áliquid, decerpsísse est: siquidem virtútum ejus grátia non sermónibus exponénda est, sed opéribus comprobánda. Cum enim dicat Scriptúra: Glória patris est filius sápiens: quantæ hujus sunt glóriæ, qui tantórum filiórum sapiéntia, & devotióne lætátur? In Christo enim Jesu per Evangélium ipse nos génuit. ℟. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei. ℣. Nihil profíciet inimícus in eo, & filius iniquitátis non nocébit ei. Manus.

Bñd. Christus perpétuæ...

Lectio v.

QUidquid ígitur in hac sancta plebe potest esse virtútis, & grátiæ, de hoc quasi quodam fonte lucidíssimo, ómnium rivulórum púritas emanávit. Etenim quia castitátis pollébat vigóre, quia abstinéntiæ gloriabátur angústiis, quia blandiméntis erat prǽditus lenitátis, ómnium cívium in Deum provocávit afféctum: quia Pontíficis administratióne fulgébat, plures e discípulis relíquit sui sacerdótii successóres. ℟. Pósui adjutórium super poténtem, & exaltávi eléctum de plebe mea; * Manus enim mea auxiliábitur ei. ℣. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus. *Bñd.* Ignem sui amóris.

Lectio vi.

BEne & cóngrue in hac die, quam nobis beáti Patris nostri *N.* ad paradísum tránsitus exultábilem reddit, præséntis psalmi versículum decantávimus: in memória ætérna erit justus. Digne enim in memóriam vértitur hóminum, qui ad gáudium tránsiit Angelórum. Dicit sermo Divínus: Ne laudes hóminem in vita sua: tamquam si díceret, Lauda post vitam, magnífica post consummatiónem. Dúplici enim ex causa utílius est hóminum magis memóriæ laudem dare, quam vitæ: ut illo potíssimum témpore mérita sanctitátis extóllas, quando nec laudántem adu-

itio móveat ; nec laudá-
tentet elátio .
ste est qui ante Deum ma-
virtútes operátus est, &
is terra doctrína ejus re-
est : * Ipse intercédat
peccátis ómnium popu-
n . ℣. Iste est, qui con-
sit vitam mundi, & per-
t ad cæléstia regna. Ipse.
ia Patri. Ipse.
tertio Nocturn. Antiphona.
ine , iste Sanctus habi-
in tabernáculo tuo ,
átus est justítiam, requié-
in monte sancto tuo .
Psalmus 14.
Omine , quis habitábit
in tabernáculo tuo ? *
quis requiéscet in monte
to tuo ?
i ingréditur fine mácu-
* & operátur justítiam.
i lóquitur veritátem in
le suo : * qui non egit
m in lingua sua .
: fecit próximo suo ma-
, * & oppróbrium non ac-
: advérsus próximos suos.
níhilum dedúctus est in
spéctu ejus malígnus : *
ntes autem Dóminum
ficat .
i jurat próximo suo &
décipit : * qui pecúniam
non dedit ad usúram ,
únera super innocéntem
accépit .
i facit hæc , * non mo-
tur in ætérnum .
Dómine , iste Sanctus
tábit in tabernáculo tuo,
átus est justítiam , requié-
in monte sancto tuo .

Ant. Vitam pétiit a te , & tri-
buísti ei , Dne : glóriam , &
magnum decórem imposuísti
super eum : posuísti in cápite
ejus corónam de lápide pre-
tióso . *Psalmus* 20.

DOmine in virtúte tua
lætábitur rex ; * & su-
per salutáre tuum exultábit
veheménter .
Desidérium cordis ejus tri-
buísti ei : * & voluntáte labió-
rum ejus non fraudásti eum.
Quóniam prævenísti eum in
benedictiónibus dulcédinis : *
posuísti in cápite ejus coró-
nam de lápide pretióso .
Vitam pétiit a te : * & tri-
buísti ei longitúdinem dié-
rum in sæculum , & in sæ-
culum sæculi .
Magna est glória ejus in sa-
lutári tuo : * glóriam & ma-
gnum decórem impónes su-
per eum .
Quóniam dabis eum in be-
nedictiónem in sæculum sæ-
culi * lætificábis eum in
gáudio cum vultu tuo .
Quóniam rex sperat in Dó-
mino : * & in misericórdia Al-
tíssimi non commovébitur.
Inveniátur manus tua óm-
nibus inimícis tuis : * déxte-
ra tua invéniat omnes , qui
te odérunt .
Pones eos ut clíbanum ignis
in témpore vultus tui ; *
Dóminus in ira sua conturbá-
bit eos, & devorábit eos ignis.
Fructum eórum de terra per-
des , * & semen eórum a
filiis hóminum .
Quóniam declinavérunt in te
ma-

mala: * cogitavérunt consília quæ non potuérunt stabilíre. Quóniam pones eos dorsum, * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: * cantábimus & psallémus virtútes tuas.

Ant. Vitam pétiit a te, & tribuísti ei, Dómine; glóriam & magnum decórem imposuísti super eum: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. *Ant.* Hic accípiet benedictiónem a Dómino, & misericórdiam a Deo salutári suo: quia hæc est generátio quæréntium Dóminum.

Psalmus 23.

Dómini est terra & plenitúdo ejus: * orbis terrárum & univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum; * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stábit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, & mundo corde: * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino; * & misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles: * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens; Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles; * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum, ipse est Rex glóriæ.

Ant. Hic accípiet benedictiónem a Dómino, & misericórdiam a Deo salutári suo, quia hæc est generátio quæréntium Dóminum.

℣. Tu es Sacérdos in ætérnum. ℟. Secúndum órdinem Melchisedech. Pater noster.

Absolutio. A vínculis.

℣. Jube domne benedícere.

Bñd. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 25.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Homo peregre proficíscens, vocávit servos suos, & trádidit illis bona sua. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 9. in Evang.

Léctio sancti Evangélii, fratres caríssimi, sollícite considerare nos ádmonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepísse áliquid cérnimur ab Auctóre mundi, grávius inde judicémur. Cum enim augéntur dona, ratiónes étiam crescunt donórum. Tanto ergo esse humílior, atque ad serviéndum Deo prómptior quísque debet ex múnere, quanto se obligatió-

rem-

em esse conspicitur in reddén-
a ratióne. Ecce homo, qui
éregre proficiscitur, servos
uos vocat, eisque ad negó-
um taléntta partítur. Post mul-
um vero témporis positúrus
atiónem revértitur. Bene ope-
antes pro apportáto lucro re-
múnerat, servum vero a bono
pere torpéntem damnat.
℟. Amávit eum Dóminus,
: ornávit eum: stolam gló-
æ índuit eum, * Et ad por-
s paradísi coronávit eum.
. Induit eum Dóminus lorí-
um fidei & ornávit eum. Et.
℟. Cujus festum cólimus.

Lectio viii.

QUis ítaque iste homo
est qui péregre pro-
císcitur, nisi Redémptor
oster, qui in ea carne,
uam assúmpserat, ábiit in
alum? Carnis enim locus
róprius terra est: quæ qua-
ad peregrína dúcitur, dum
er Redemptórem nostrum
. cælo collocátur. Sed
omo iste péregre profici-
ens servis suis bona sua
ádidit, quia fidélibus suis
iritualia dona concéssit.
t uni quidem quinque
lénta: alii duo, alii
ro commísit unum. Quin-
ie étenim sunt córpo-
s sensus: vidélicet: vi-
s, audítus, gustus, odo-
tus, & tactus. Quinque
go taléntis, donum quinque
nsuum, idest, exteriórum
iéntia exprímitur. Duóbus
go intelléctus, & operátio
signátur. Unius autem ta-
lénti nómine, intelléctus tan-
túmmodo designátur.

℟. Sint lumbi vestri præcíncti
& lucérnæ ardéntes in máni-
bus vestris: * Et vos símiles
homínibus expectántibus dó-
minum suum, quando revertá-
tur a núptiis. ℣. Vigiláte er-
go, quia nescítis qua hora
Dóminus vester ventúrus sit.
Et vos. Glória Patri. Et vos.
Benedictio. Ad societátem.

Lectio ix.

SEd is, qui quinque talénta
accéperat, alia quinque
lucrátus est; quia sunt non-
núlli, qui, etsi intérna ac
mystica penetráre nésciunt,
pro intentióne tamen supér-
næ pátriæ docent recta quos
possunt, de ipsis exterióri-
bus, quæ accepérunt, du-
plum taléntum portant: dum-
que se a carnis petulántia,
& a terrenárum rerum ám-
bitu, atque a visibílium vo-
luptáte custódiunt, ab his
étiam álios admonéndo com-
péscunt. Et sunt nonnúlli;
qui, quasi duóbus taléntis
ditáti, intelléctum, atque
operatiónem percípiunt, sub-
tília de intérnis intélligunt,
mira in exterióribus operán-
tur. Cumque, & intelligén-
do, & operándo áliis præ-
dicant, quasi duplicátum de
negótio lucrum repórtant.
Te Deum laudámus. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Aña.

ECce Sacérdos magnus,
qui in diébus suis plácuit
Deo, & invéntus est justus.
Psalm.

Psalm. Dóminus regnávit, *cum reliq.* 17. *Aña.* Non est invéntus símilis illi, qui conservâret legem Excélsi.

Aña. Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

Aña. Sacerdótes Dei benedícite Dóminum, servi Dómini hymnum dícite Deo, all.

Aña. Serve bone & fidélis, intra in gáudium Dñi tui.

Capitulum. *Eccli.* 44. *c*

ECce Sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est justus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymnus.

JEsu Redémptor ómnium,
Perpes coróna Præsulum,
In hac die cleméntius
Indúlgeas precántibus.
Tui sacri qua nóminis
Conféssor almus cláruit;
Hujus célebrat ánnua,
Devóta plebs solémnia.
Qui rite mundi gáudia
Hujus cadúca réspuens,
Æternitátis præmio
Potitur inter Angelos.
Hujus benígnus ánnue
Nobis sequi vestígia:
Hujus precátu sérvulis
Dimítte noxam críminis.
Sit Christe rex piíssime
Tibi, Patríque glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bñs, Aña. Euge serve bone, & fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dñs. *Orátio.*

DA quǽsumus, omnípotens Deus: ut beáti *N.* Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

Alia Orátio.

EXáudi, quǽsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti *N.* Confessóris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus: & qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona. Non est invéntus.

Capitul. Ecce Sacérdos, *ut sup.*

℟. *br.* Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit.

℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornávit.

Glória Patri. Amávit.

℣. Elégit eum Dóminus Sacerdótem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Ad Sextam, Aña. Ideo jurejurándo. *Capit.* *Eccli.* 44. *c.*

NOn est invéntus símilis illi, qui conservâret legem Excélsi: ídeo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

℟. *br.* Elégit eum Dóminus * Sacerdótem sibi. Elégit.

℣. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. Sacerdótem.

Glória. Elégit. ℣. Tu es Sacérdos in ætérnum. ℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

Ad

Ad Nonam, *Aña.* Serve bone.

Capitulum. *Eccli.* 45.

Fungi sacerdótio, & habére laudem in nómine ipsíus, & offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

℟. *br.* Tu es Sacérdos * In ætérnum. Tu es.

℣. Secúndum órdinem Melchísedech. In. Glória. Tu es.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Antiphona. Ecce Sacérdos. *cum reliq. de Laudib.* lxix.

Psalm. Dixit Dóminus. *cum reliq. de Dominica.* 119. *& loco ultimi, Psal.* Meménto Dómine David. 228.

Capitulum & Hymnus: ut supra in primis Vesp. lxi.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum; stolam glóriæ índuit eum, & ad portas paradísi coronávit eum.

Sequens Antiphona dicitur ad Magnificat in ii. Vesper. solis Summis Pontificibus, *Aña.* Dum esset Summus Póntifex, terréna non métuit, sed ad cæléstia regna gloriósus migrávit.

Si occurrat celebrari festum plurim. Pontif. & Conf. Officium fit ut supra; sed in Oratione, & sermone, quæ ponuntur in singulari, dicantur in plurali; & in i. Noct. leguntur sequentes Lect. de Scriptura.

De libro Ecclesiástici.

Lectio i. *Cap.* 44.

Laudémus viros gloriósos, & paréntes nostros in generatióne sua. Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntia sua a sæculo. Dominántes in potestátibus suis, hómines magni virtúte, & prudéntia sua prǽditi, nuntiántes in Prophétis dignitátem Prophetárum, & imperántes in præsénti pópulo, & virtúte prudéntiæ pópulis sanctíssima verba. In perítia sua requiréntes modos músicos, & narrántes cármina Scripturárum.

℟. Euge serve bone, & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam: * Intra in gáudium Dómini tui. ℣. Dómine quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Intra.

Lectio ii.

Hómines dívites in virtúte, pulchritúdinis stúdium habéntes, pacificántes in dómibus suis. Omnes isti in generatiónibus gentis suæ glóriam adépti sunt, & in diébus suis habéntur in láudibus. Qui de illis nati sunt, reliquérunt nomen narrándi laudes eórum; & sunt quórum non est memória: periérunt quasi qui non fúerint: & nati sunt quasi non nati, & filii ipsórum cum ipsis. ℟. Ecce Sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo: * Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. ℣. Benedictió-

nem

nem ómnium Géntium dedit illi, & testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Ideo. *Lectio iii.*

SEd illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt: cum sémine eórum pérmanent bona, hæréditas sancta nepótes eórum, & in testaméntis stetit semen eórum, & filii eórum propter illos usque in ætérnum manent: semen eórum, & glória eórum non derelinquétur. Córpora eórum in pace sepúlta sunt, & nomen eórum vivit in generatiónem, & generatiónem. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, & laudem eórum núntiet Ecclésia.

℟. Jurávit Dóminus & non pœnitébit eum. * Tu es Sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

℣. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis. Tu es. Glória Patri. Tu.

ALIÆ LECTIONES
Pro Pontifice & Confessore.
In secundo Nocturno.

Sermo S. Máximi Epíscopi.
Ex Homilia 59. quæ est 1. de S. Eusebio. *Lectio iv.*

BEáti Patris N. mérita jam in tuto pósita secúri magnificémus: qui gubernáculum Fídei viríliter tenens, ánchoram spei tranquílla jam in statióne compósuit, & plenam cæléstibus divítiis, & ætérnis mércibus navem optáto in líttore collocávit; qui contra omnes adversários scutum timóris Dei támdiu infatigabíliter ténuit, donec ad victóriam pervenníret. Quid enim fuit totus vitæ illíus cursus, nisi uníus cum vigili hoste conflíctus?

℟. Invéni David. lxvi.

Lectio v.

QUantis hic cæcis a via veritátis errántibus, & de summa jam in profúndum rupe pendéntibus, intuítum réddidit visum, & illum, quo Christus vidétur, reparávit intúitum? Quantórum áuribus surdis, & infidelitátis obturatióne damnátis, ad percipiéndam vocem cæléstium mandatórum, pretiósum infúdit audítum, ut vocánti Deo ad misericórdiam respondérent per obediéntiam? Quantos intrínsecus vulnerátos, Angélici oris arte, & oratiónum ab infirmitáte curávit?

℟. Pósui adjutórium. lxvi.

Lectio vi.

QUantos per longam incúriam peccáti labe resolútos, & quadam lepræ contagióne perfúsos, castigatiónibus, & exhortatiónibus expiándo, Deo in se operánte mundávit? Quantórum ánimas vivéntes in córpore jam defúnctas, & delictórum mole óbrutas, ac sepúltas, ad emendatiónem tamquam ad lucem vocándo, Deo resuscitávit, ut Dómini sui admirándus imitátor, jam mórtuas Deo, e contrário mortíficet vitáli morte peccáto!

℟. Iste est, qui. lxvii.

In tertio Nocturno.

...tio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

...ie viii. *Cap. 24.*

In illo témpore: Dixit Jesus Discípulis suis: Vigi-..., quia nescítis qua hora ...inus vester ventúrus sit. ...líqua.

...mo S. Hilárii Epíscopi.

...mment. in Matthæum, cap. 26. in fine.

...T ignorántiam illam diéi ...ómnibus tácitì, non si-...tiis siléntii ratióne esse ...mus, vigiláre nos Dómi... propter advéntum furis ...nuit, & oratiónum af-...tàte detémos, ómnibus ...rum suórum opéribus ...ere. Furem enim esse ...dit diábolum, ad detra-... ex nobis spólia pervi-...corporum nostrórum ...ibus insidiántem, ut ea in-... nobis, & somno dé..., consiliórum suórum, at-...illecebrárum jáculis per-...it. Parátos igitur esse nos ...nit: quia diéi ignorátio ...tam sollicitúdine suspén-...pectatiónis exágitet.

...mávit eum. lxix.

...io viii. *Cap. 27.*

Uisnam est fidélis servus, & prudens, quem con-...t Dóminus super famí-...suam? Quamquam in com-... nos ad indeféssam vigi-...æ curam adhortétur: spe-...m tamen pópuli Princí-..., idest Epíscopis, in ex-...tióne adventúque suo sol-...dinem mandat. Hunc enim servum fidélem, atque prudéntem, præpósitum famíliæ signíficat, cómmoda atque utilitátes commíssi sibi pópuli curántem. Qui si dicto áudiens, & præcéptis obédiens erit: idest, si doctrínæ opportunitáte, & veritáte infírma confírmet, disrúpta consólidet, depraváta convértat, & verbum vitæ in æternitátis cibum aléndæ famíliæ dispéndat, atque hæc agens, hisque immorans deprehendátur: glóriam a Dómino tamquam dispensátor fidélis, & víllicus útilis consequétur; & super ómnia bona constituétur: idest, in Dei glória collocábitur, quia nihil sit ultra, quod mélius sit.

℟. Sint lumbi. lxix.

Lectio ix.

Quod si cóntuens longam Dei patiéntiam, quæ in proféctum humánæ salútis exténditur, advérsum consérvos insoléscet, & sæculi malis, vitiísque se tradet, præséntium tantum curam in cultu ventris exércens, desperáta die Dóminus advéniet, eúmque a bonis, quæ spopónderat, dívidet, portionémque ejus cum hypócritis in pœnæ æternitáte constítuet: quia advéntu desperáverit, quia mandátis non obtemperáverit, quia præséntibus studúerit, quia vita Géntium víxerit, quia desperatióne judícii, commíssam sibi famíliam fame sui, cæde vexáverit.

Te Deum laudámus. 16.

PRO DOCTORIBUS.

Ad Magnificat, in utrisque Vesper. *Añt.* O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte N. Divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum N. minístrum tribuísti: præsta quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Lectiones sequentes leguntur in festis Doctorum, Officium autem in illis fit de Confessoribus Pontificibus, vel non Pontificib. pro qualitate festi.

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiástici.

Lectio i. *Cap. 39.*

SApiéntiam ómnium antiquórum exquíret sápiens, & in Prophétis vacábit. Narratiónem virórum nominatórum conservábit, & in versútias parabolárum simul introíbit. Occúlta proverbiórum exquíret, & in abscónditis parabolárum conversábitur. In médio magnatórum ministrábit, & in conspéctu præsidis apparébit. In terram alienigenárum Géntium pertránsiet; bona enim, & mala in homínibus tentábit.

℟. Euge serve bone, & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam: * Intra in gáudium Dómini tui. ℣. Dómine quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Intra.

Lectio ii.

COr suum tradet ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, & in conspéctu Altíssimi deprecábitur. Apériet os suum in oratióne, & pro delíctis suis deprecábitur. Si enim Dóminus magnus volúerit, spíritu intelligéntiæ replébit illum: & ipse tamquam imbres mittet elóquia sapiéntiæ suæ, & in oratióne confitébitur Dómino: & ipse díriget consílium ejus, & disciplínam, & in abscónditis suis consiliábitur.

Pro Doctore Pontifice.

℟. Ecce Sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo: * Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. ℣. Benedictiónem ómnium Géntium dedit illi, & testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Ideo.

Pro Doctore non Pontifice.

℟. Justus germinábit sicut lílium: * Et florébit in ætérnum ante Dóminum. ℣. Plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. Et.

Lectio iii.

IPse palam fáciet disciplínam doctrínæ suæ, & in lege testaménti Dómini gloriábitur. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, & usque in sæculum non delébitur. Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur a generatióne in generatiónem. Sapién-

iam ejus enarrábunt
es, & laudem ejus enun-
t Ecclésia.

ro Doctore Pontifice.

iirávit Dóminus, & non
itébit eum: * Tu es Sa-
os in ætérnum secún-
órdinem Melchisedech.
ixit Dóminus Dómino
Sede a dextris meis. Tu.
a Patri. Tu.

Doctore non Pontifice.

te cognóvit justítiam,
idit mirabília magna,
orávit Altíssimum: * Et
itus est in número San-
m. ℣. Iste est, qui con-
it vitam mundi, & per-
ad cæléstia regna. Et.
a Patri. Et invéntus.

n secundo Nocturno.

libro Morálium sancti
Gregórii Papæ.

9. Cap. 6. Lectio iv.

Ji post Oriónas Hya-
dum nómine, nisi Dó-
; sanctæ Ecclésiæ desi-
ur? Qui subdúctis marty-
, eo jam témpore ad
i notítiam venérunt,
Fides clárius elúcet: &
ssa infidelitátis híeme ál-
er corda fidélium sol ve-
s calet. Qui remóta tem-
e persecutiónis, explétis
s nóctibus infidelitátis,
sanctæ Ecclésiæ orti sunt,
i jam per credulitátis ver-
lucídior annus aperitur.

Doct. Pontif. ℟. Invéni
l servum meum, óleo
o meo unxi eum: * Ma-
nim mea auxiliábitur ei.
Nihil profíciet inimícus
in eo, & filius iniquitátis
non nocébit ei. Manus.

Pro Doctore non Pontifice.

℟. Honéstum fecit illum Dó-
minus, & custodívit eum ab
inimícis, & a seductóribus
tutávit illum: * Et dedit illi
claritátem ætérnam. ℣. Ju-
stum dedúxit Dñs per vias re-
ctas & osténdit illi regnum
Dei. Et. *Lectio v.*

NEc imménito Doctó-
res sancti Hyadum
nuncupatióne signántur,
Græco quippe elóquio hye-
tos plúvia vocátur: & Hya-
des nomen a plúviis acce-
pérunt, quia ortæ procul
dúbio imbres ferunt. Bene
ergo Hyadum appellatióne
expréssi sunt, qui ad statum
universális Ecclésiæ quasi in
cæli fáciem dedúcti super a-
réntem terram humáni pécto-
ris sanctæ prædicatiónis imbres
fudérunt. Si enim prædicatió-
nis sermo plúvia non esset,
Moyses mínime dixísset: Ex-
pectétur sicut plúvia elóquium
meum; & nequáquam per Isá-
iam Véritas díceret: Mandá-
bo núbibus meis, ne pluant
super eam imbrem, atque
hoc, quod paullo ante pro-
túlimus; Quamóbrem prohí-
bitæ sunt stillæ pluviárum.

Pro Doctore Pontifice.

℟. Pósui adjutórium super
poténtem, & exaltávi eléctum
de plebe mea: * Manus e-
nim mea auxiliábitur ei.
℣. Invéni David servum
meum, óleo sancto meo un-
xi eum. Manus.

Pro Doctore non Pontifice.

℟. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: ſtolam glóriæ índuit eum: * Et ad portas paradíſi coronávit eum.

℣. Induit eum Dóminus loríſcam Fidei, & ornávit eum. Et ad.

Lectio vi.

DUm ergo Hyades cum plúviis véniunt, ad cæli ſpátia altióra ſol dúcitur; quia apparénte Doctórum ſciéntia, dum mens noſtra imbre prædicatiónis infúnditur, Fidei calor augétur. Et perfúſa terra ad fructum próficit, cum lumen ætheris agnóſcit; quia ubérius frugem boni óperis réddimus, dum per ſacræ eruditiónis flammam in corde clárius ardémus. Dumque per eos diébus ſingulis magis magíſque ſciéntia cæléſtis oſténditur, quaſi intérni nobis lúminis vernum tempus aperítur: ut novus ſol noſtris méntibus rútilet, & eórum verbis nobis cógnitus, ſeipſo quotídie clárior micet. Urgénte étenim mundi fine, ſupérna ſciéntia próficit, & lárgius eo témpore excréſcit,

Pro Doctore Pontifice.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtútes operátus eſt, & omnis terra doctrína ejus repléta eſt: * Ipſe intercédat pro peccátis ómnium populórum.

℣. Iſte eſt, qui contémpſit vitam mundi, & pervénit ad cæléſtia regna. Ipſe. Glória Patri. Ipſe.

Pro Doctore non Pontifice.

℟. Iſte homo perfécit ómnia, quæ locútus eſt ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam; * Quia te vidi juſtum coram me ex ómnibus Géntibus. ℣. Iſte eſt, qui contémpſit vitam mundi, & pervénit ad cæléſtia regna; Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 5. b.*

IN illo témpore: Dixit Jeſus discípulis ſuis: vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal evanúerit, in quo ſaliétur? Et réliqua.

Homilía S. Auguſtíni Epiſc.

Lib. 1. de Sermone Domini in monte, c. 6. tom. 4.

OSténdit Dóminus, fatuos eſſe judicándos, qui temporálium bonórum vel cópiam ſectántes, vel inópiam metuéntes, amíttunt ætérna, quæ nec dari poſſunt ab homínibus, nec auférri. Itaque ſi ſal infatuátum fúerit, in quo ſaliétur? ideſt, ſi vos, per quos condiéndi ſunt quodámmodo pópuli, metu perſecutiónum temporálium amiſéritis regna cælórum, qui erunt hómines, per quos à vobis error auferátur, cum vos elégerit Deus, per quos errórem auferat cæterórum?

Pro Doctore Pont. ℟. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum, ſtolam glóriæ índuit eum: * Et ad portas paradíſi coronávit eum. ℣. Induit eum Dóminus loríſcam Fidei, & or-

& ornávit eum. Et ad portas paradísi.

Bño. Cujus festum cólimus.

Pro Doctore non Pontifice.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, & de omni corde suo laudávit Dóminum: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.

℣. Ecce homo sine queréla verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere, malo & pérmanens in innocéntia sua. Ipse.

Lectio viii.

ERgo ad níhilum valet sal infatuátum, nisi ut mittátur foras, & calcétur ab homínibus. Non ítaque calcátur ab homínibus, qui pátitur persecutiónem, sed qui persecutiónem timéndo infatuátur. Calcári enim non potest, nisi inférior; sed inférior non est, qui quámvis córpore multa in terra sustíneat, corde tamen fixus in cælo est.

℟. In médio Ecclésiæ apéruit os ejus, * Et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ & intelléctus.

℣. Jucunditátem & exultatiónem thesaurizávit super eum. Et implévit.

Glória Patri. Et implévit.

Lectio ix.

VOs estis lumen mundi. Quómodo dixit supérius, sal terræ, sic nunc dicit, lumen mundi. Nam neque supérius ista terra accipiénda est, quam pédibus corpóreis calcámus, sed hómines, qui in terra hábitant, vel etiam peccatóres, quorum condiéndis & extinguéndis putóribus Apostólicum sal..m Dóminus misit. Et hic mundum, non cælum, & terram, sed hómines qui sunt in mundo, vel díligunt mundum, opórtet intélligi, quibus illuminándis Apóstoli missi sunt. Non potest cívitas abscóndi super montem pósita: idest, fundáta super insígnem, magnámque justítiam, quam signíficat étiam ipse mons, in quo dísputat Dóminus.

Te Deum laudámus. 16.

COMMUNE

Confessoris non Pontificis.

¶ *Notandum, quod si fuerit intra tempus Paschale servanda est Rubrica posita supra.* xlv.

Ad Vesperas, Antiphona.

Dómine, quinque talénta. *ut infra ad Laud.* lxxxvi. *Psalm.* Dixit Dóminus, *cum reliq. de Dominica*, 119. *& loco ult. Psalm.* Laudáte Dóminum omnes gentes. 123.

Capitulum. *Eccl. 31.*

BEátus vir, qui invéntus est sine mácula, & qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia & thesáuris. Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymnus.

ISte Conféssor Dómini coléntes,
Quem pie laudant pópuli per orbem,
Hac die lætus méruit beátas
Scándere sedes.

[redacted]

Si non est dies obitus dicatur:

Hac die lætus méruit suprémos
Laudis honóres.
Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbriam duxit sine labe vitam,
Donec humános animávit auræ
Spíritus artus.
Cujus ob præstans méritum frequénter,
Ægra, quæ passim jacuére, membra,
Víribus morbi dómitis, salúti
Restituúntur.
Noster hinc illi Chorus obsequéntem
Cóncinit laudem, celebrésque palmas;
Ut piis ejus précibus juvémur
Omne per ævum.
Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui super cæli sólio coruscans,
Tótius mundi sériem gubérnat
Trinus, & unus. Amen.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona. Simílábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio.

DEus, qui nos beáti N. Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti N. Confessóris tui solemnitáte deférimus: ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas. Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, beáti N. Abbátis commméndet: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitat. Regem Confessórum Dóminum, * Veníte, adorémus. *Psalm.* Veníte, exultémus. *Hymnus.* Iste Conféssor ut *suprà.* lxxvii.

In primo Nocturno, Antiph. Beátus vir, qui in lege Dómini meditátur: volúntas ejus pérmanet die, ac nocte, & ómnia, quæcúmque fáciet, semper prospérabúntur.

Psalmus 1.

BEátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatórum non stetit; * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit;
Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.
Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in témpore suo.
Et fólium ejus non défluet; * & ómnia, quæcúmque fáciet, prosperabúntur.

Non

ı sic impii, non sic, * sed
uam pulvis, quem proji-
entus a fácie terræ.
) non resúrgent ímpii in
io: * neque peccatóres
oncílio justórum.
niam novit Dóminus
justórum, * & iter
orum períbit.
Beátus vir, qui in lege
ini meditátur: volúntas
pérmanet die, ac nocte:
mnia quæcúmque fáciet,
ır prosperabúntur.
Beátus iste sanctus, qui
us est in Dómino, præ-
it præcéptum Dómini,
tútus est in monte san-
jus. *Psalmus* 2.
Jare fremuérunt Gen-
tes: * & pópuli medi-
ınt inánia?
érunt reges terræ, &
pes convenérunt in u-
advérsus Dóminum,
érsus Christum ejus.
npámus víncula eórum: *
ojiciámus a nobis ju-
psórum.
hábitat in cælis, irri-
ios: * & Dóminus sub-
ıit eos.
loquétur ad eos in ira
& in furóre suo con-
ıit eos.
autem constitútus sum
b eo super Sion mon-
inctum ejus, * prædi-
ıræcéptum ejus.
ıus dixit ad me: * Fi-
ıeus es tu, ego hódie
te.
lą a me, & dabo tibi
hæreditátem tuam, *

& possessiónem tuam tér-mi-
nos terræ.
Reges eos in virga férrea, *
& tamquam vas fíguli con-
fringes eos.
Et nunc reges intellígite: *
erudímini, qui judicátis terram.
Servíte Dómino in timóre: *
& exultáte ei cum tremóre.
Apprehéndite disciplínam,
nequándo irascátur Dóminus: *
& pereátis de via justa.
Cum exárserit in brevi ira
ejus: * beáti omnes, qui
confidunt in eo.
Aña. Beátus iste sanctus, qui
confísus est in Dómino, præ-
dicávit præcéptum Dómini,
constitútus est in monte san-
cto ejus. *Aña.* Tu es glória
mea, tu es suscéptor meus Dó-
mine, tu exáltans caput me-
um, & exaudísti me de monte
sancto tuo. *Psalmus* 3.
DOmine, quid multipli-
cáti sunt qui tríbulant
me? * multi insúrgunt ad-
vérsum me.
Multi dicunt ánimæ meæ: *
Non est salus ipsi in Deo ejus.
Tu autem Dómine suscéptor
meus es, * glória mea & exál-
tans caput meum.
Voce mea ad Dóminum cla-
mávi: * & exaudívit me de
monte sancto suo.
Ego dormívi & soporátus
sum: * & exurréxi, quia Dó-
minus suscépit me.
Non timébo míllia pópuli
circumdántis me: * exúrge
Dómine, salvum me fac Deus
meus.
Quóniam tu percussísti om-

[redacted]

nes adversántes mihi sine caussa: * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus: * & super pópulum tuum benedíctio tua.

Aña. Tu es glória mea, tu es suscéptor meus Dñe, tu exáltans caput meum, & exaudísti me de monte sancto tuo.

℣. Amávit eum Dñs & ornávit eum. ℞. Stolam glóriæ induit eum. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.

℣. Jube domne benedícere.

Bña. Benedictióne perpétua.

De libro Sapiéntiæ.

Lectio i. *Cap. 4. b & 5.*

JUstus si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis est, non diutúrna, neque annórum número computáta: cani autem sunt sensus hóminis, & ætas senectútis vita immaculáta: Placens Deo factus est diléctus, & vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est ne malítia mutáret intelléctum ejus, aut ne fíctio decíperet ánimam illíus Fascinátio enim nugacitátis obscúrat bona, & inconstántia concupiscéntiæ transvértit sensum sine malítia. Consummátus in brevi explévit témpora multa, plácita enim erat Deo ánima illíus: propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

℞. Euge serve bone, & fidélis, quia in páuca fuísti fidélis, supra multa te constítuam: * Intra in gáudium Dómini tui. ℣. Dómine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Intra.

Bño. Unigénitus Dei Fílius.

Lectio ii.

POpuli autem vidéntes & non intelligéntes, nec ponéntes in præcórdiis tália: quóniam grátia Dei & misericórdia est in Sanctos ejus, & respéctus in eléctos illíus. Condémnat autem justus mórtuus vivos ímpios, & juvéntus celérius consummáta longam vitam injústi. Vidébunt enim finem sapiéntis, & non intélligent quid cogitáverit de illo Deus, & quare muníerit illum Dóminus. Vidébunt, & contémnent eum: illos autem Dóminus irridébit. Et erunt post hæc decidéntes sine honóre, & in contumélia inter mórtuos in perpétuum; quóniam disrúmpet illos inflátos sine voce, & commovébit illos a fundaméntis, & usque ad suprémum desolabúntur.

℞. Justus germinábit sicut lílium, * Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

℣. Plantátus in domo Dñi, in átriis domus Dei nostri.

Bño. Spíritus Sancti grátia.

Lectio iii.

ET erunt geméntes, & memória illórum períbit. Vénient in cogitatióne peccatórum suórum tímidi, & tradúcent illos ex advérso iniquitátes ipsórum. Tunc stabunt justi in magna constán-

stántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timóre horríbili, & mirabúntur in subitatióne insperátæ salútis dicéntes intra se pœniténtiam agéntes, & præ angústia spíritus geméntes: Hi sunt, quos habúimus aliquándo in derísum, & in similitúdinem impropérii. Nos insensáti vitam illórum æstimabámus insániam, & finem illórum sine honóre: ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illórum est.

℟. Iste cognóvit justítiam, & vidit mirabília magna, & exorávit Altíssimum: * Et invéntus est in número Sanctórum. ℣. Iste est, qui contémpsit vitam mundi & pervénit ad cæléstia regna. Et. Glória Patri. Et invéntus.

In secundo Nocturno, Antiph. Invocántem exaudívit Dóminus Sanctum suum, Dóminus exaudívit eum, & constítuit eum in pace.

Psalmus 4.

Cum invocárem, exaudívit me Deus justítiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * & exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et scitóte, quóniam mirificávit Dñs Sanctum suum: * Dóminus exáudiet me, cum clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, & speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam & requiéscam.

Quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe * constituísti me.

Aña. Invocántem exaudívit Dóminus sanctum suum, Dóminus exaudívit eum, & constítuit eum in pace.

Aña. Læténtur omnes, qui sperant in te Dñe: quóniam tu benedixísti justo, scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti eum.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pércipe Dómine: * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, * Dñe, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi, & vidébo, * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus: * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, línguis suis dolóse agébant: * júdica illos Deus.

Décidant a cogitatiónibus suis, secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos: * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te: * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

Añ. Læténtur omnes, qui sperant in te Dñe, quóniam tu benedixísti justo, scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti eum.

Añ. Dómine Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra! quia glo-

mor es ejus? * a
minis, quóniam v
Minuísti eum p
ab Angelis, glór
re coronásti eum
stituísti eum super
nuum tuárum.

Omnia subjecísti
ejus: * oves & b
fas, ínsuper & pé

Vólucres cæli &
ris: * qui perá
mitas maris.

Dóminus Dómin
quam admirábile
tuum in univérsa

Añ. Dómine D
ster quam admirá
men tuum in uni
quia glória, &
ronásti sanctum tu
stituísti eum supe
nuum tuárum.

℣. Os justi me
piéntiam. ℟. Et
loquétur judícium
ster. *Absolut.* Ips

ipsíus gestórum enarratiónem, linguam nostram avocávit: siquidem hódie beátus iste ad tranquíllam omnísque perturbatiónis expértem vitam tránsiit: eóque navígium áppulit, ubi deínceps non póterit metúere naufrágium, nec ullam ánimi perturbatiónem, aut dolórem. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni moléstia ánimi, cum Paulus homínibus adhuc in hac vita degéntibus loquens dicat: Semper gaudéte, sine intermissióne oráte?

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab inimícis, & à seductóribus tutávit illum, * Et dedit illi claritátem ætérnam.
℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit. Bñe. Christus perpétuæ.

Lectio v.

QUod si hic, ubi morbi, ubi insectatiónes, ubi præmatúræ mortes, ubi calúmniæ, ubi invídiæ, ubi perturbatiónes, ubi iræ, ubi cupiditátes, ubi innumerábiles insídiæ, ubi quotidiánæ sollicitúdines, ubi perpétua sibíque succedéntia mala sunt, innúmeros ex omni parte dolóres afferéntia Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeámus, si quis páululum ex rebus mundanárum flúctibus eréxerit caput, vitámque suam recte composúerit, multo magis postquam hinc demigravérimus, fácile cómpotes érimus ejus boni; cum hæc ómnia subláta fúerint, advérsa valetúdo morbi, peccándi matéria, ubi non est meum ac tuum, frígidum illud verbum, & quidquid est malórum in vitam nostram ínvehens, innúmeraque gignens bella.

℟. Amávit eum Dóminus & ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum.
℣. Induit eum Dóminus lorícam fidei & ornávit eum. Et. Bño. Ignem sui amóris.

Lectio vi.

QUamobrem maximópere grátulor hujus Sancti felicitáti, quod quamquam translátus est, atque hanc, quæ apud nos est, civitátem relíquit, tamen in álteram adscríptus est civitátem, nempe Dei: & digréssus ab hac Ecclésia, ad illam pervénit, quæ est primogenitórum descriptórum in cælis; ac relíctis hisce festis, tránsiit ad celebritátem Angelórum. Etenim quod & cívitas sursum sit, & Ecclésia, & celébritas, audi Paulum dicéntem: Accessístis ad civitátem Dei vivéntis, Jerúsalem cæléstem, & Ecclésiam primitivórum, qui conscrípti sunt in cælis, & ad multórum míllium Angelórum frequéntiam.

℟. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus Géntibus.

℣. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cæléstia regna. Quia.
Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Antiph. Dómine, iste sanctus habitábit in tabernáculo tuo, operátus est justítiam, requiéscet in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * & operátur justítiam.

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit próximo suo malum, * & oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malígnus: * timéntes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo suo, & non décipit: * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum,

Antiphona. Dómine, iste sanctus habitábit in tabernáculo tuo, operátus est justítiam, requiéscet in monte sancto tuo.

Alia. Vitam pétiit a te, & tribuísti ei, Dómine: glóriam, & magnum decórem imposuísti super eum: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Psalmus 20.

DOmine in virtúte tua lætábitur rex; * & super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis; * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit a te, * & tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in sæculum sæculi; * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino, * & in misericórdia Altíssimi, non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, * & semen eórum a fíliis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala; * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum: * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exal.

Exaltáre, Dómine in virtúte tua: * cantábimus & psallémus virtútes tuas.

Aña. Vitam pétiit a te, & tribuísti ei Dómine: glóriam & magnum decórem imposuísti super eum: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. *Aña.* Hic accípiet benedictiónem a Dómino, & misericórdiam a Deo salutári suo, quia hæc est generátio quæréntium Dóminum.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitúdo ejus: * orbis terrárum & univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super maria fundávit eum, * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde: * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino, * & misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles, * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles; * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ?

Aña. Hic accípiet benedictiónem a Dómino, & misericórdiam a Deo salutári suo: quia hæc est generátio quæréntium Dóminum. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus. Pater noster. *Absol.* A vínculis. ℣. Jube domne.

Bño. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 12. c*

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Sint lumbi vestri præcíncti, & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 13. in Evangel.

SAncti Evangélii, fratres caríssimi, apérta vobis est léctio recitáta: sed ne aliquibus ipsa ejus planíties alta fortásse videátur, eam sub brevitáte transcúrrimus: quátenus ejus expositio ita nesciéntibus fiat cógnita, ut tamen sciéntibus non sit oneróſa. Dóminus dicit: Sint lumbi vestri præcíncti. Lumbos enim præcíngimus, cum carnis luxúriam per continéntiam coarctámus. Sed quia minus est, mala non ágere, nisi étiam quísque stúdeat, & bonis opéribus insudáre, prótinus ádditur: & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris. Lucérnas quippe ardéntes in mánibus

[redacted]

nibus tenémus, cum per bona ópera próximis nostris lucis exémpla monstrámus. De quibus profécto opéribus Dóminus dicit: Lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, & gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, & de omni corde suo laudávit Dóminum: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.

℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, & pérmanens in innocéntia sua. Ipse intercédat.

Bñd. Cujus festum cólimus.

Lectio viii.

DUo autem sunt, quæ jubéntur, & lumbos restríngere, & lucérnas tenére, ut & mundítia sit castitátis in córpore, & lumen veritátis in operatióne. Redemptóri étenim nostro unum sine áltero placére nequáquam potest: si aut is, qui bona agit, adhuc luxúriæ inquinaménta non déserit; aut is, qui castitáte præéminet, necdum se per bona ópera exércet. Nec cástitas ergo magna est sine bono ópere, nec opus bonum est áliquid sine castitáte. Sed & si utrúmque ágitur, restat, ut quisquis ille est, spe ad supérnam pátriam tendat, & nequáquam se a vítiis pro mundi hujus honestáte contíneat.

℟. Sint lumbi vestri præcincti, & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: * Et vos similes homínibus expectántibus Dóminum suum, quando revertátur a núptiis.

℣. Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Bñd. Ad societátem.

Lectio ix.

ET vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis; ut, cum vénerit, & pulsáverit, conféstim apériant ei. Venit quippe Dóminus, cum ad judícium próperat: pulsat vero, cum jam per ægritúdinis moléstias esse mortem vicínam desígnat. Cui conféstim aperímus, si hunc cum amóre suscípimus. Aperíre enim júdici pulsánti non vult, qui exíre de córpore trépidat: & vidére eum, quem contempsísse se méminit, júdicem formídat. Qui autem de sua spe, & operatióne secúrus est, pulsánti conféstim áperit, quia lætus júdicem sústinet: & cum tempus propínquæ mortis advénerit, de glória retributiónis hilaréscit. Te Deum. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Añ.

DOmine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum.

Psalm. Dóminus regnávit *cum reliq.* 17.

Añ.

[redacted]

Euge serve bone, in
s fidélis; intra in gáu-
Dómini tui.
Fidélis servus, & pru-
quem constítuit Dómi-
per famíliam suam.
Beátus ille servus,
cum vénerit dóminus
t pulsáverit jánuam,
rit vigilántem.
erve bone, & fidélis,
n gáudium Dñi tui.
. Beátus vir. lxxvii.

Hymnus.

coróna célsior,
véritas súblimior,
confiténti sérvulo
s perénne præmium.
plicánti cœtui,
rogátu, nóxii
ssiónem críminis,
éndo nexum vínculi.
revérso témpore,
refúlsit lúmine,
Sanctus hic de córpore
vit inter sídera.
na terræ gáudia
culénta prædia
ta sorde députans,
s tenet cæléstia.
riste Rex piíssime,
onfiténdo júgiter,
vit artes dæmónum
nque avérni príncipem.
clarus, & fide,
essióne sódulus,
i membra déferens,
supérnas óbtinet.
e te, piíssime,
mur omnes súpplices,
: ut hujus grátia
s remíttas débitas.
perénnis glória,
que Patris único.
Sanctóque sit Paráclyto
Per omne semper sæculum:
Amen.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bñs, Aña. Euge serve bone, & fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dñi tui. *Oratio.*

Deus, qui nos beáti *N.* Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Adésto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti *N.* Confessóris tui solemnitáte deférimus; ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas. Oratio.

Intercéssio nos, quæsumus Dómine, beati *N.* Abbátis comméndet, ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona. Euge serve bone.

Capitul. Beátus vir. lxxvii.

℟. *br.* Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornávit. Glória Patri. Amávit.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad

Ad Sextam, Aña. Fidélis servus. *Capitul. Eccl. 39.*

JUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum: & in conspéctu Altíssimi deprecábitur. ℟. *br.* Os justi * Meditábitur sapiéntiam. Os. ℣. Et lingua ejus loquétur judícium. Meditábitur. Glória Patri. Os justi.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Ad Nonam, Aña. Serve bone.

Capitulum. Sap. 10. b

JUstum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam sanctórum; honestávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus.

℟. *br.* Lex Dei ejus * In corde ipsíus. Lex. ℣. Et non supplantabúntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesper. Aña. Dómine, quinque talénta. *cum reliq. de Laudib.* lxxxvi.

Psalmi, Capitul. & Hymn. ut in 1. Vesp. lxxvii.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona. Hic vir despíciens mundum & terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

Si occurrat celebrari festum plurium Confess. non Pontif. Offic. fit ut supra, sed in Oratione & Sermone, quæ habentur in singulari, dicantur in plurali.

ALIÆ LECTIONES

Pro Confessore non Pontifice In primo Nocturno.

De libro Ecclesiástici.

Lectio i. Cap. 31.

BEátus vir, qui invéntus est sine mácula: & qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia, & thesáuris. Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, & perféctus est, erit illi glória ætérna: qui pótuit transgrédi, & non est transgréssus; fácere mala, & non fecit: ídeo stabilíta sunt bona illíus in Dómino, & eleemósynas illíus enarrábit omnis Ecclésia sanctórum.

℟. Euge serve bone, & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam: * Intra in gáudium Dómini tui. ℣. Dómine quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Intra.

Lectio ii. Cap. 32. & 33.

QUi timet Dóminum, excípiet doctrínam ejus; & qui vigiláverit ad illum, invéniet benedictiónem. Qui quærit legem, replébitur ab ea: & qui insidióse agit, scandalizábitur in ea. Qui timent Dñm, invénient judícium justum, & justítias quasi lumen accéndent. Qui credit Deo, atténdit mandátis: &

ui confidit in illo, non mi-
orábitur, Timénti Dómi-
um non occúrrent mala, sed
ı tentatióne Deus illum con-
ervábit, & liberábit a ma-
s. Sapiens non odit mandá-
ı, & justítias, & non illi-
étur quasi in procélla navis.
Homo sensátus credit legi
Dei & lex illi fidélis.
ℝ. Justus germinábit sicut lí-
ium, * & florébit in ætérnum
nte Dóminum. ℣. Plantá-
ıs in domo Dómini, in á-
riis domus Dei nostri. Et.

Lectio iii. *Cap. 34. b*

Spíritus timéntium Deum
quæritur, & in respéctu
llius benedicétur. Spes enim
lórum in salvántem illos,
: óculi Dei in diligéntes se.
Qui timet Dóminum nihil tre-
idábit, & non pavébit quó-
iam ipse est spes ejus. Timén-
is Dóminum beáta est ánima
jus. Ad quem réspicit, &
uis est fotitúdo ejus? Oculi
Dómini super timéntes eum,
rotéctor poténtiæ, firmamén-
ım virtútis, tégimen ardó-
ls, & umbráculum meridiáni,
eprecátio offensiónis, & ad-
ıtórium casus, exáltans áni-
ıam, & illúminans óculos,
ans sanitátem & vitam, &
enedictiónem.
ℝ. Iste cognóvit justítiam,
& vidit mirabília magna, &
xorávit Altíssimum, * Et
ıvéntus est in número San-
ctórum. ℣. Iste est, qui con-
témpsit vitam mundi, & per-
vénit ad cæléstia regna. Et.
Glória Patri. Et.

In secundo Nocturno.

Ex libro Morálium sancti
Gregórii Papæ.

Lib. 10. c. 16. in c. 12. Job.

Lectio iv.

Deridétur justi simplícitas. Hujus mundi sapiéntia est, cor machinatiónibus té-gere, sensum verbis veláre, quæ falsa sunt, vera osténde-re: quæ vera sunt, falsa de-monstráre. Hæc nimírum pru-déntia usu a juvénibus scitur, hæc a púeris prétio díscitur: hanc qui sciunt, cæteros de-spiciéndo supérbiunt; hanc qui néſciunt, subjécti, & tí-midi in aliis mirántur: quia ab eis hæc éadem duplicitátis iníquitas nómine palliáta di-lígitur, dum mentis pervérsi-tas urbánitas vocátur. Hæc si-bi obsequéntibus præcipit ho-nórum cúlmina quærere, adé-pta temporális glóriæ vanitá-te gaudére, irrogáta ab áliis mala multiplícius réddere, cum vires súppetunt, nullis resi-stséntibus cédere; cum virtútis possibílitas deest, quid quid ex-plére per malítiam non valent, hoc in pacífica bonitáte simu-láre. ℝ. Honéstum fecit illum Dñs, & custodívit eum ab ini-mícis, & a seductóribus tutávit illum, * Et dedit illi claritátem ætérnam. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

At contra, sapiéntia justó-rum est, nihil per ostén-siónem fíngere, sensum ver-bis aperíre, vera ut sunt dilí-

gere,

gere, falsa devitáre: bona gratis exhibére, mala libéntius toleráre, quam fácere, nullam injúriæ ultiónem quærere, pro veritáte contuméliam lucrum putáre. Sed hæc justórum simplícitas derídétur: quia ab hujus mundi sapiéntibus, puritátis virtus fatúitas créditur. Omne enim, quod innocénter ágitur, ab eis proculdúbio stultum putátur: & quidquid in ópere véritas ápprobat, carnáli sapiéntiæ fátuum sonat. Quid namque stúltius vidétur mundo, quam mentem verbis osténdere, nihil cállida machinatióne simuláre, nullas injúriis contumélias réddere, pro maledicéntibus oráre, paupertátem quærere, posséssa relínquere, rapiénti non resístere, percutiénti álteram maxíllam præbére?

℟. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum.
℣. Induit eum Dóminus lorícam Fídei, & ornávit eum. Et ad portas.

Cap. 17. post initium.

Lectio vi.

Lampas contémpta apud cogitatiónes dívitum. Sæpe contíngit, ut eléctus quísque, qui ad ætérnam felicitátẽ dúcitur, contínua hic adversitáte deprimátur: non hunc rerum abundántia fulciat, non dignitátum glória honorábilem osténdat, nulla ei obsequéntium frequéntia súppetat, nulla hunc humánis óculis véstium pompa compónat; a cunctis vero despicábilis cérnitur, & hujus mundi grátia indígnus æstimátur: sed tamen ante occúlti júdicis óculos virtútibus émicat, vitæ méritis corúscat: honorári métuit, déspici non réfugit; corpus continéntia ámicit, sola in ánimo dilectióne pinguéscit: mentem semper ad patiéntiam præparat; & eréctus pro justítia, de percéptis contuméliis exúltat; afflíctis ex corde compátitur, de bonórum prosperitátibus, quasi de própriis, lætátur, sacri verbi pábula in mente sollícitus rúminat, & inquisítus quodlibet éloqui dupl\ícitér ignórat.

℟. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. ℣. Iste est, qui contémpsit vitam mundi & pervénit ad cæléstia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 12. b*

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolíte timére pusíllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Et réliqua.

Homilía venerab. Bedæ Presb.

Lib. 4. cap. 54. in Luc. mail

Pusillum gregem electórum, vel ob comparatiónem majóris números reproborum, vel pó-

pótius ob humilitátis devotiónem nóminat: quia vidélicet Ecclésiam suam quantálibet numerositáte jam dilatátam, tamen usque ad finem mundi humilitáte vult créscere, & ad promíssum regnum humilitáte perveníre. Ideóque ejus labóres blande consolátus, quam regnum Dei tantum quærere præcipit, eídem regnum a Patre dandum complácita benignitáte promíttit.

℟. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est, & de omni corde suo laudávit Dóminum: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. ℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, & pérmanens in innocéntia sua. Ipse.

Lectio viii.

VEndite quæ possidétis, & date eleemósynam. Nolíte, inquit, timére, ne propter regnum Dei militántibus hujus vitæ necessária desint; quin étiam posséssa propter eleemósynam véndite. Quod tunc digne fit, quando quis semel pro Dómino suis ómnibus spretis, nihilóminus post hæc labóre mánuum, unde & victum transígere, & eleemósynam dare queat, operátur. Unde gloriátur Apóstolus, dicens: Argéntum, & aurum, aut vestem nullíus concupívi, ipsi scitis, quóniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministravérunt manus istæ. Omnia osténdi vobis, quóniam sic laborántes opórtet suscípere infírmos.

℟. Sint lumbi vestri præcíncti, & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: * Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. ℣. Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix.

FAcite vobis sácculos qui non veteráscunt, eleemósynas vidélicet operándo, quarum merces in ætérnum máneat. Ubi non hoc præcéptum esse putándum est, ut nihil pecúniæ reservétur a Sanctis, vel suis scílicet, vel páuperum úsibus suggeréndæ: cum & ipse Dóminus, cui ministrábant Angeli, tamen ad informándam Ecclésiam suam lóculos habuísse legátur; & a fidélibus obláta consérvans, & suórum necessitátibus, aliísque indigéntibus tribuens; sed ne Deo propter ista serviátur, & ob inópiæ timórem justítia deserátur.

Te Deum laudámus. 16.

PRO ABBATIBUS.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 19.*

IN illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos relíquimus ómnia, & secúti sumus te; quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Ho-

Homilia S. Hierónymi Presb.
Lib. 3. in Matth. cap. 19.

GRandis fidúcia! Petrus piscátor erat, dives non fúerat, cibos manu & arte quærébat, & tamen lóquitur confidénter, Relíquimus ómnia. Et quia non súfficit tantum relínquere, jungit quod perféctum est: Et secúti sumus te. Fécimus quod jussísti, quid ígitur nobis dabis prǽmii? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. Non dixit: Qui reliquístis ómnia; hoc enim & Crates fecit philósophus, & multi álii divítias contempsérunt: sed, Qui secúti estis me: quod própriè Apostolórum est, atque credéntium.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, & de omni corde suo laudávit Dóminum, * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. ℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo & pérmanens in innocéntia sua. Ipse.

Lectio viii.

IN regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ (quando & mórtui de corruptióne resúrgent incorrúpti) sedébitis & vos in sóliis judicántium, condemnántes duódecim tribus Israel: quia vobis credéntibus, illi crédere noluérunt. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, & vitam ætérnam possidébit. Locus iste cum illa senténtia cóngruit, in qua Salvátor lóquitur: Non veni pacem míttere, sed gládium. Veni enim separáre hóminem a patre suo, & matrem a filia, & nurum a socru: & inimíci hóminis, domestici ejus. Qui ergo propter fidem Christi, & prædicatiónem Evangélii, omnes afféctus contémpserint atque divítias, & sǽculi voluptátes; isti céntuplum accípient, & vitam ætérnam possidébunt.

℟. Sint lumbi vestri præcíncti, & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: * Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. ℣. Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix.

EX occasióne hujus senténtiæ quidam introdúcunt mille annos post resurrectiónem, dicéntes, tunc céntuplum ómnium rerum quas dimísimus, & vitam ætérnam esse reddéndam; intelligéntes, quod, si

cer-

[redacted]

igna sit repromíssio,
us appáreat turpitú-
ui unam pro Dómi-
erit, centum recí-
futúro. Sensus ergo
Qui carnália pro Sal-
imíserit, spirituália
quæ comparatióne,
sui ita erunt, quasi
número centenárius
comparétur.
s. laudámus. 16.

M M U N E
Virginum.

ndum quod si fuerit
mpus Paschale ser-
Rubrica posita, ut
lv.
peras, Antiphona.
irgo sápiens, & una
ro prudéntum.
Psalmus 109.
Dóminus Dómino
o: * Sede a dex-
.
onam inimícos tuos,*
pedum tuórum.
virtútis tuæ emíttet
ex Sion: * domi-
médio inimicórum

principium in die vir-
, in splendóribus
n: * ex útero ante
génui te.
Dóminus, & non
t eum: * Tu es Sa-
æternum secúndum
Melchísedech.
s a dextris tuis: * con-
die iræ suæ reges.
t in natiónibus, im-
inas; * conquassábit
terra multórum.

De torrénte in via bibet: *
proptérea exaltábit caput.
Aña. Hæc est virgo sápiens,
& una de número prudéntum.
Aña. Hæc est virgo sápiens
quam Dóminus vigilántem invénit.
Psalmus 112.

LAudáte púeri Dñm: * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.
A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dñi.
Excélsus super omnes Gentes Dóminus, * & super cælos glória ejus.
Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cælo & in terra?
Súscitans a terra ínopem: * & de stércore érigens páuperem.
Ut cóllocet eum cum princípibus: * cum princípibus pópuli sui.
Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.
Aña. Hæc est virgo sápiens, quam Dóminus vigilántem invénit. Aña. Hæc est, quæ nescívit torum in delícto: habébit fructum in respectióne animárum sanctárum.
Psalmus 121.

LÆtátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Dómini íbimus.
Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis Jerúsalem.
Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idípsum.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsivi bona tibi. *Aña.* Hæc est, quæ nescívit torum in delícto; habébit fructum in respectióne animárum sanctárum. *Aña.* Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum, allelúja.

Psalmus 126.

NIsi Dñs ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce hæréditas Dómini, filii; merces fructus

Qui pósuit fines
& ádipe fruménı
Qui emíttit elć
terræ: * velócite
mo ejus.
Qui dat nivem si
nébulam sicut cir
Mittit crystállu
buccéllas: * auter
goris ejus quis s
Emíttet verbum
quefáciet ea: * fl
ejus, & fluent ac
Qui annúntiat v
Jacob: * justítia
sua Israel.
Non fecit tálite
tióni, * & judi
manifestávit eis.
Antiphona. Ista
inter filias Jerúsa
Capitulum.
FRatres, qui g
Dómino glo
enim qui seípsu
dat, ille probát
quem Deus comn

[redacted]

ponsus decórus glória,
ponsísque reddens prǽmia.
locúmque tendis, Vírgines
equúntur, atque láudibus
ost te canéntes cúrsitant,
lymnósque dulces pérsonat.
: deprecámur súpplices
ostris ut addas sénsibus
lescíre prorsus ómnia
lorruptiónis vúlnera.
rtus, honor, laus, glória
leo Patri cum Fílio,
ancto simul Paráclito,
ı sæculórum sæcula. Amen.
Spécie tua & pulchritúdi-
tua. ℟. Inténde, próspe-
procéde, & regna.
d Magnificat, Antiphona.
ni sponsa Christi, áccipe
rónam, quam tibi Dóminus
eparávit in ætérnum.

Oratio.

DEus, qui inter cætera
poténtiæ tuæ mirácula
am in sexu frágili vic̃tó-
m martyrii contulísti: con-
le propítius; ut qui beá-
N. vírginis, & mártyris
: natalítia cólimus, per ejus
te exémpla gradiámur.
r Dóminum.

Alia Oratio.

Ndulgéntiam nobis, quæ-
sumus, Dómine, beáta N.
rgo, & martyr implóret:
æ tibi grata semper éxti-
, & mérito castitátis, &
æ professióne virtútis. Per
óminum nostrum.

Pro Virgine nec Martyre.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris
noster: ut sicut de beá-
N. vírginis tuæ festivitáte
gaudémus, ita piæ devotiónis
erudiámur affé́ctu. Per Dñm.

Si fuerint plures, in utrisque Vesper. ad Magnificat, & in Laudib. ad Benedictus, Añ.
Prudéntes vírgines aptáte ve-
stras lámpades; ecce Sponsus
venit, exíte óbviam ei.
℣. Adducéntur Regi vírgines
post eam. ℟. Próximæ ejus
afferéntur tibi.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, Dó-
mine Deus noster, san-
ctárum vírginum, & márty-
rum N. & N. palmas inces-
sábili devotióne venerári:
ut quas digna mente non pós-
sumus celebráre, humílibus
saltem frequentémus obsé-
quiis. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitator.
Regem Vírginum Dóminum,
* Veníte, adorémus.
Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

VIrginis Proles, Opífex-
que Matris:
Virgo quem gessit, peperít-
que virgo,
Vírginis partos cánimus de-
cora
Morte triúmphos.
Hæc enim palmæ duplicis
beáta
Sorte, dum gestit frágilem
domáre
Córporis sexum, dómuit
cruéntum
Cæde tyrránum.
Unde nec mortem, nec amí-
ca mortis
Mille pœnárum génera ex-
pavéscens;

Sán-

Sánguine effúso méruit se-
rénum
Scándere cælum.
Hujus orátu, Deus alme, nobis
Débitas pœnas scélerum re-
mítte;
Ut tibi puro resonémus almũ
Péctore carmen.
Sit decus Patri, genitæque
Proli,
Et tibi, compar utriúsq; virtus
Spíritus semper, Deus unus
omni
Témporis ævo. Amen.

Si Sancta fuerit virgo tantum, & non martyr, dicitur Hymnus ut sequitur.

VIrginis Proles, Opiféx-
que Matris,
Virgo quem gessit, peperít-
que Virgo,
Vírginis festum cánimus beátæ
Accipe votum.
Hujus orátu, Deus alme nobis
Débitas pœnas scélerum se-
míttte:
Ut tibi puro resonémus al-
mum
Péctore carmen.
Sit decus Patri, genitæque
Proli,
Et tibi compar utriúsq; virtus
Spíritus semper, Deus unus
omni
Témporis ævo. Amen.

In primo Nocturno, Antiph. O quam pulchra est casta generátio cum claritáte!

Psalmus 8.

DOmine Dóminus noster * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paullo minus ab Angelis, glória & honóre coronásti eum, * & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus: * oves & boves univérsas, ínsuper & pécora campi.

Vólucres cæli & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Aña. O quam pulchra est casta generátio cum claritáte!

Aña. Ante torum hujus vírginis frequentáte nobis dúlcia cántica drámatis.

Psalmus 18.

CÆli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diei erúctat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum
suum,

ſuum,* & ipſe tamquam ſponſus procédens de thálamo ſuo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam; * a ſummo cælo egréſſio ejus.

Et occúrſus ejus uſque ad ſummum ejus: * nec eſt qui ſe abſcóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Justítiæ Dñi rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dñi lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſæculum ſæculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetípſa.

Deſiderabília ſuper aurum, & lápidem pretióſum multum, * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea: * in cuſtodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occúltis meis munda me, & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei, * & meditátio cordis mei in conſpéctu tuo ſemper.

Dómine adjútor meus * & redémptor meus.

Añа. Ante torum hujus vírginis frequentáte nobis dulcia cántica drámatis.

Aña. Revértere, revértere Sunamítis, revértere; revértere, ut intueámur te.

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra & plenitúdo ejus: * orbis terrárum & univérſi, qui hábitant in eo.

Quia ipſe ſuper mária fundávit eum; * & ſuper flúmina præparávit eum.

Quis aſcéndet in móntem Dómini? * aut quis ſtábit in loco ſancto ejus?

Innocens mánibus, & mundo corde: * qui non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino; * & miſericórdiam a Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generátio quæréntium eum; * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes veſtras, & elevámini portæ æternáles: * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, veſtras, & elevámini portæ æternáles; * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? * Dóminus virtútum, ipſe eſt Rex glóriæ.

Aña. Revértere, revértere Sunamítis: revértere, revértere, ut intueámur te. ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, próſpere procéde, & regna. Pater noſter.

Abſolutio. Exáudi Dómine. ℣. Jube domne benedícere. *Bñо.* Benedictióne perpétua.

De Epistola i. B. Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio i. *Cap. 7. d*

DE virgínibus præcéptum Dñi non hábeo, consílium autem do, tamquam misericórdiam consecútus a Dómino, ut sim fidélis. Exístimo ergo hoc bonum esse propter instántem necessitátem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligátus es uxóri? noli quærere solutiónem. Solútus es ab uxóre? noli quærere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non peccásti. Et si núpserit virgo, non peccávit. Tribulatiónem tamen carnis habébunt hujúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc ítaque dico, fratres: Tempus breve est: réliquum est, ut & qui habent uxóres, tamquam non habéntes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudéntes; & qui emunt, tamquam non possidéntes: & qui utúntur hoc mundo, tamquam non utántur; prætérit enim figúra hujus mundi. ℟. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum; pro cujus amóre sánguinem tuum fudísti, * Et cum Angelis in paradísum introísti. ℣. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum, quia concupívit Rex spéciem tuam. Et.

Si non fuerit Martyr, dicitur sequens ℟. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum; * Quia concupívit Rex spéciem tuam. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua, inténde, prósperè procéde, & regna. Quia. *Bño.* Unigénitus Dei Fílius.

Lectio ii.

VOlo autem vos sine sollicitúdine esse. Qui sine uxóre est, sollícitus est quæ Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollícitus est quæ sunt mundi, quómodo pláceat uxóri, & divísus est. Et múlier innúpta, & virgo cógitat quæ Dñi sunt, ut sit sancta córpore & spíritu. Quæ autem nupta est, cógitat quæ sunt mundi, quómodo pláceat viro. Porro hoc ad utilitátem vestram dico: non ut láqueum vobis injíciam, sed ad id, quod honéstum est, & quod facultátem præbeat sine impediménto Dóminum obsecrándi. ℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis: * Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna. Proptérea. *Bño.* Spíritus Sancti grátia.

Lectio iii.

SI quis autem turpem se vidéri exístimat super vírgine sua, quod sit superadúlta, & ita opórtet fieri: quod vult fáciat: non peccat, si nubat. Nam qui státuit in corde suo firmus non habens necessitátem, potestátem autem habens suæ voluntátis, & hoc judicávit in corde suo,

re virginem suam, bene
Igitur & qui matrimó-
ungit virginem suam, be-
cit: & qui non jungit,
s facit. Múlier alligáta
gi quanto témpore vir
vivit. Quod si dormíe-
ejus, liberáta est; cui
ubat: tantum in Dómi-
Beátior autem erit si sic
ánserit secúndum meum
ilium, puto autem quod
go Spíritum Dei hábeam.
Spécie tua, & pulchri-
line tua, * Inténde, prós-
re procéde, & regna.
Diffúsa est grátia in lábiis
s, proptérea benedíxit te
us in ætérnum. Inténde.
ória Patri. Inténde.
secundo Nocturno, *Aña.*
écie tua, & pulchritúdine
, inténde, prósepere procé-
, & regna. *Psalmus* 44.
Ructávit cor meum ver-
bum bonum: * dico ego
era mea Regi.
ingua mea cálamus scribæ *
óciter scribéntis.
eciósus forma præ filiis
ninum, diffúsa est grátia
lábiis tuis: * proptérea be-
íxit te Deus in ætérnum.
ccíngere gládio tuo super
ur tuum, * potentíssime.
écie tua & pulchritúdine
* inténde, prósepere pro-
le, & regna.
opter veritáté & mansue-
inem & justítiam, * & dedú-
te mirabíliter déxtera tua.
gíttæ tuæ acútæ, pópuli
te cadent: * in corda
micórum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directiónis virga regni tui.
Dilexísti justítiam & odísti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.
Myrrha & gutta & cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.
Astitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto, * circúmdata varietáte.
Audi fília, & vide & inclína aurem tuam: * & oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui.
Et concupíscet Rex decórem tuum, * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.
Et fíliæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur, omnes dívites plebis.
Omnis glória ejus fíliæ Regis ab intus: * in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.
Adducéntur regi vírgines post eam, * próximæ ejus afferéntur tibi.
Afferéntur in lætítia & exultatióne: * adducéntur in templum Regis.
Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constítues eos príncipes super omnem terram.
Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne, & generatiónem.
Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: * & in sæculum sæculi.

[redacted]

Aña. Spécie tua, & pulchritúdine tua, inténde, prófpere procéde, & regna.

Aña. Adjuvábit eam Deus vultu fuo : Deus in médio ejus, non commovébitur.

Pfalmus 45.

DEus nofter refúgium, & virtus : * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra, * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ funt aquæ eórum : * conturbáti funt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : * fanctificávit tabernáculum fuum Altíffimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ funt Gentes, & inclináta funt regna : * dedit vocem fuam, mota eft terra.

Dñs virtútum nobífcum : * fufcéptor nofter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pófuit prodígia fuper terram : * áuferens bella ufque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma : * & fcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego fum Deus : * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dñs virtútum nobífcum : * fufcéptor nofter Deus Jacob.

Aña. Adjuvábit eam Deus vultu fuo : Deus in médio ejus, non commovébitur.

Aña. Aquæ multæ non potuérunt extinguere caritátem.

Pfalmus 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis, * in civitáte Dei noftri, in monte fancto ejus.

Fundátur exultatióne univérfæ terræ mons Sion ; * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognofcétur : * cum fufcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti funt ; * convenérunt in unum.

Ipfi vidéntes fic admiráti funt, conturbáti funt, commóti funt ; * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis : * in fpíritu veheménti cónteres naves Tharfis.

Sicut audívimus, fic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noftri : * Deus fundávit eam in ætérnum.

Sufcépimus Deus mifericórdiam tuam ; * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, fic & laus tua in fines terræ : * juftítia plena eft déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exúltent fíliæ Judæ * propter judícia tua Dómine.

Circúmdate Sion, & compléctímini eam : * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veftra in virtúte ejus, * & diftribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quó-

[redacted]

niam hic est Deus, Deus
in ætérnum, & in
im sæculi : * ipse re-
os in sæcula.
Aquæ multæ non potué-
extínguere caritátem.
djuvábit eam Deus vul-
. ℟. Deus in médio
non commovébitur.
noster. *Absolut.* Ipsius
. ℣. Jube domne.
Deus pater omnípotens.
S. Ambrósii Epíscopi.
1. *de virg. circa init.*

Lectio iv.

Jóniam hódie natális est
Vírginis, invítat nunc
itátis amor, ut áliquid
rginitáte dicámus: ne
tránsitu quodam præ-
videátur, quæ princi-
est virtus. Non enim
audábilis virgínitas quia
rtyribus reperítur: sed
ipsa mártyres fáciat.
autem humáno eam pos-
génio comprehéndere,
nec natúra suis inclúsit
is? aut quis naturáli
compléctí, quod supra
natúræ sit? E cælo ac-
it, quod imitarétur in
. Nec immérito vivén-
i usum quæsivit e cæ-
uæ sponsum sibi invé-
cælo.
ropter veritátem, &
etúdinem, & justítiam
dedúcet te mitabíliter
ra tua.
écie tua, & pulchritú-
tua inténde, próspere
de, & regna. Et.
Christus perpétuæ.

Lectio v.

HÆc nubes, áera, Angelos, síderaque transgrédiens, Verbum Dei in ipso sinu Patris invénit, & toto hausit péctore. Nam quis tantum, cum invénerit, relínquat boni? Unguéntum enim exinanítum est nomen tuum: proptérea adolescéntulæ dilexérunt te, & attraxérunt te. Postrémo, non meum est illud, quóniam quæ non nubunt, neque nubéntur, erunt sicut Angeli Dei in cælo. Nemo ergo mirétur, si Angelis comparéntur, quæ Angelórum Dómino copulántur. ℟. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem: * Proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítia. ℣. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam. Proptérea. *Bño.* Igné sui.

Lectio vi.

QUis ígitur neget hanc vitam fluxísse de cælo, quam non fácile invenímus in terris, nisi postquam Deus in hæc terréni córporis membra descéndit. Tunc in útero virgo concépit, & Verbum caro factum est, ut caro fíeret Deus. Dicet áliquis: Sed étiam Elías nullíus corpórei cóitus fuísse permíxtus cupiditátibus invenítur. Ideo ergo curru raptus ad cælum, ídeo cum Dómino appáruit in glória, ídeo Domínici ventúrus est præcúrsor advéntus. ℟. Afferéntur Regi vírgines post eam, próximæ ejus * Afferéntur tibi in lætítia & exulta-

tióne. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua inténde, prósperé procéde, & regna. Afferéntur. Glória. Afferéntur.

In tertio Nocturn. Antiphona. Nigra sum, sed formósa, filiæ Jerúsalem; ídeo diléxit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum. *Psalmus 95.*

CAntáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dño, & benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus: * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: * Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ Géntium: afférte Dómino glóriam & honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra: * dícite in Géntibus, quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cæli & exúltet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi & ómnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte: * & pópulos in veritáte sua.

Aña. Nigra sum, sed formósa, filiæ Jerúsalem; ídeo diléxit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum.

Aña. Trahe me post te, in odórem curémus unguentórum tuórum, oleum effúsum nomen tuum. *Psalmus 96.*

DOminus regnávit, exúltet terra, * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus: * justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini: * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justítiam ejus, * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília, * & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus, * audívit & lǽtáta est Sion.

Et exultavérunt filiæ Judæ: * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dñs Altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dñs ánimas Sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Lætámini justi in Dómino, * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Añ. Trahe me post te, in odórem currémus unguentórum tuórum, óleum effúsum nomen tuum. *Añ.* Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Psalmus 97.

Cantáte Dómino cánticum novum: * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus: * & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum: * in conspéctu Géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ: * & veritátis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: * cantáte & exultáte & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce psalmi: * in tubis ductílibus & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini: * moveátur mare & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, * & pópulos in æquitáte.

Añ. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam.

℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Pater noster.

Absolut. A vínculis.

℣. Jube domne benedícere.

Bñd. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 25.*

In illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Símile erit regnum cælórum decem virgínibus, quæ accipiéntes lámpades suas exiérunt óbviam sponso & sponsæ. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 22. in Evangelia.

Sæpe vos, fratres caríssimi, admóneo prava ópera fúgere, mundi hujus inquinaménta devitáre: sed hodiérna sancti Evangélii lectióne compéllor dícere, ut & bona quæ ágitis, cum magna cautéla teneátis: ne per hoc quod a vobis rectum géritur, favor aut grátia humána requirátur: ne appetítus laudis subrépat, & quod foris osténditur, intus a mercéde vacuétur. Ecce enim Redemptóris voce decem vírgines, & omnes dicúntur vírgines, & tamen intra beatitúdinis jánuam non omnes sunt recéptæ, quia eárum quædam,

dum de virginitáte sua glóriam foris éxpetunt, in vasis suis óleum habére noluérunt.
℟. Hæc est virgo sápiens, quam Dóminus vigilántem invénit, quæ accéptis lampádibus, sumpsit secum óleum: * Et veniénte Dómino, introívit cum eo ad núptias.
℣. Média nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exíte óbviam ei. Et veniénte.
Bñ. Cujus, *vel* Quarum festum cólimus.

Lectio viii.

SEd prius, quæréndum nobis est, quid sit regnum cælórum, aut cur decem virgínibus comparétur, quæ étiam vírgines prudéntes & fátuæ dicántur. Dum enim cælórum regnum constat, quia reprobórum nullus ingréditur, étiam fátuis virgínibus cur símile esse perhibétur? Sed sciéndum nobis est, quod sæpe in sacro elóquio regnum cælórum præséntis témporis Ecclésia dícitur. De quo álio in loco Dóminus dicit: Mittet Fílius hóminis Angelos suos, & cólligent de regno ejus ómnia scándala. Neque enim in illo regno beatitúdinis, in quo pax summa est, inveníri scándala póterunt, quæ colligántur.
℟. Média nocte clamor factus est: * Ecce Sponsus venit, exíte óbviam ei.
℣. Prudéntes Vírgines aptáte vestras lámpades. Ecce.
Glória Patri. Ecce.
Benedictio: Ad societátem.

Lectio ix.

IN quinque autem córporis sénsibus unusquísque subsístit. Geminátus autem quinárius denárium pérficit. Et quia ex utróque sexu fidélium multitúdo colligitur, sancta Ecclésia decem virgínibus símilis esse denuntiátur. In qua quia mali cum bonis, & réprobi cum eléctis admíxti sunt, recte símilis virgínibus prudéntibus, & fátuis esse perhibétur. Sunt namque plerísque continéntes, qui ab appetítu se exterióri custódiunt, & spe ad interióra rapiúntur, carnem mácerant, & toto desidério ad supérnam pátriã anhélant, ætérna præmia éxpetunt, pro labóribus suis recípere laudes humánas nolunt. Hi nimírum glóriam suam non in ore hóminum ponunt, sed intra consciéntiam cóntegunt. Et sunt pleríque, qui corpus per abstinéntiam affligunt, sed de ipsa sua abstinéntia humános favóres éxpetunt.
Te Deum laudámus. 16.

A D L A U D E S,

& per Horas, Añ.

HÆc est virgo sápiens, & una de número prudéntum. *Psalm.* Dóminus regnávit. *cum reliquis*. 17.
Añ. Hæc est virgo sápiens, quam Dóminus vigilántem invénit. *Añ.* Hæc est quæ nescívit thorum in delícto: habébit fructum in respectióne animárum sanctárum.
Añ. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum, all.

Añ.

Aña. Ista est speciósa inter filias Jerúsalem.

Capitulum. 2. *Cor.* 10. *c*

FRatres, qui gloriátur in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est: sed quem Deus comméndat.

Hymnus. Jesu coróna Vírginum. xciv.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua & comparávit eam.

Oratio.

DEus, qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ N. vírginis, & mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dñm.

Alia Oratio.

INdulgéntiam nobis, quǽsumus Dómine, beáta N. virgo & martyr implóret: quæ tibi grata semper éxtitit, & mérito castitátis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum nostrum.

Pro virgine non martyre.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ N. vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur affé́ctu. Per Dóminum.

Si fuerint plures, Antiph. Prudéntes vírgines, aptáte vestras lámpades; ecce Sponsus venit, exíte óbviam ei.

℣. Adducéntur Regi vírgines post eam. ℟. Próximæ ejus afferéntur tibi. *Oratio.*

DA nobis, quǽsumus, Dómine Deus noster, sanctárum vírginum, & mártyrum tuárum N. & N. palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona. Hæc est virgo sápiens.

Capitul. Fratres, qui gloriátur. *ut suprà.*

℟. *br.* Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie. ℣. Inténde, próspere procéde & regna. Et. Glória Patri. Spécie.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona. Hæc est quæ nescívit.

Capitulum. 2. Cor. 11.

ÆMulor enim vos Dei æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro Vírginem castam exhibére Christó.

℟. *br.* Adjuvábit eam * Deus vultu suo. Adjuvábit.

℣. Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvábit.

℣. Elégit eam Deus & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antiphona. Ista est speciósa.

nári jam, aut placére cuíquam, nisi Dómino suo stúdeant, a quo & mercédem virginitátis expéctant, dicénte ipso: Non omnes cápiunt Verbum, sed illi quibus datum est. Sunt enim spadónes, qui ex útero matris sic nati sunt, & sunt spadónes, qui coácti sunt ab homínibus: & sunt spadónes, qui seípsos castravérunt propter regnum cælórum.

℟. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem: * Proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ. ℣. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam. Proptérea.

Lectio vi.

DEnuo quoque per hanc Angeli vocem continéntiæ munus osténditur, virgínitas prædicátur. Hi sunt, qui cum muliéribus se non coinquinavérunt: vírgines enim permansérunt: hi sunt qui sequúntur Agnum quocúmque ierit. Neque enim tantum másculis continéntiæ grátiam Dóminus repromíttit, & féminas prǽterit: sed quóniam fémina viri pórtio est, & ex eo sumpta atque formáta est, in Scriptúris fere ómnibus ad protoplástum Deus lóquitur; quia sunt duo in carne una, & in másculo simul significátur & fémina. Quod si Christum continéntia séquitur, & regno Dei virgínitas destinátur; quid est illis cum terréno cultu & cum ornaméntis, quibus cum homínibus placére géstiunt, Deum offéndunt?

℟. Afferéntur Regi vírgines post eam, próximæ ejus * Afferéntur tibi in lætítia, & exultatióne.

℣. Spécie tua & pulcritúdine tua, inténde, prospere procéde, & regna. Afferéntur. Glória Patri. Afferéntur.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 19.*

IN illo témpore: Accessérunt ad Jesum Pharisæi tentántes eum & dicéntes. Si licet hómini dimíttere uxórem suam, quacúmque ex caussa? Et réliqua.

Homília S. Joánnis Chrysost. *Homil. 63. in Matth. sub med.*

DOminus noster, quia ad virginitátem hortári grave esse videbátur, a necessitáte legis de non solvéndo matrimónio, eos ad cupiditátem illíus tráhere studet. Deínde ut eam esse possíbilem osténdat, sic inquit: Sunt eunúchi, qui ex ventre matris ita nati sunt, & sunt qui ab homínibus eunúchi facti sunt, & sunt qui seípsos castravérunt propter regnum cælórum. Quibus verbis laténter eos ad eligéndam virginitátem indúcit, dum eam virtútem esse possíbilem ástruit.

℟. Hæc est virgo sápiens, quam Dóminus vigilántem invénit, quæ accéptis lampádibus, sumpsit secum óleum * Et veniénte Dómino, introívit cum eo ad núptias. ℣. Média nocte clamor fá-

ctus,

tus est: Ecce sponsus venit, xíte óbviam ei. Et.

Lectio viii.

[D autem hoc fere modo confírmat. Cógita tecum aut a natúra talis esses, ut ab homínibus eam injúiam passus, quid fáceres um & ejúsmodi voluptáte aréres, & nullam caréndo nercédem consequeréris? Grátias igitur nunc Deo agas, uod cum mercéde atque coónis idem sústines, quod lli sine corónis ac prǽmio tóerant; imo vero non idem, ed multo lévius, tum quia spe ígeris, & consciéntia recte cti, tum quia non ita ingénbus concupiscéntiæ flúctibus ctáris.

℟. Média nocte clamor factus st: * Ecce Sponsus venit, xíte obviam ei. ℣. Prudéntes 'írgines aptáte vestras lámades. Ecce. Glória. Ecce.

Lectio ix.

CUm ergo de illis eunúchis díxerit, qui nisi étiam psi mente se contíneant, frura & inutíliter tales sunt, c de illis, qui ut regnum cæló-um consequántur, se cóntient, subjúnxit rursus, dicens: Qui potest cápere, cápiat: t alacrióres effíciat eo ipso, uod grave esse opus osténdit, t ineffábili benignitáte sua óluit eam rem intra necessitá-em legis conclúdere; idque icéndo, adhuc magis possíbim esse demónstrat, ut voluntis stúdium plus augeátur. e Deum laudámus. 16.

COMMUNE

Sanctæ Martyris tantum, & nec Virginis nec Martyr.

¶ *Notandum quod si fúerit intra tempus Paschale, servanda est Rubrica posita, ut suprà.* xlvi.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum esset Rex. *cum reliquis de Laudibus.* cxiii.

Psalm. Dixit Dóminus. *cum reliq. de Virg. ut supr.* xciiii.

Pro Martyre tantum.

Capitulum. *Eccli.* 15.

COnfitébor, tibi Dómine Rex, & collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitébor nómini tuo: quóniam adjútor, & protéctor factus es mihi, & liberásti corpus meum a perditióne.

Pro nec Virgine nec Martyre.

Capitulum. *Prov.* 31. *b*

MUlíerem fortem quis invéniet? procul, & de últimis fínibus prétium ejus. Confídit in ea cor viri sui, & spóliis non indigébit.

Hymnus.

FOrtem viríli péctore
Laudémus omnes féminam,
Quæ sanctitátis glória
Ubíque fulget ínclyta.
Hæc sancto amóre sáucia,
Dum mundi amórem nóxium
Horréscit, ad cæléstia
Iter perégit árduum.
Carnem domans jejúniis,
Dulcíque mentem pábulo
Oratiónis nútriens,
Cæli potítur gáudiis.
Rex Christe virtus fórtium,
Qui magna solus éfficis,
Hujus precátu, quǽsumus,

Audi

[redacted]

Audi benígnus súpplices,
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.
Amen.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa: dedit ómnia sua, & comparávit eam.

Pro una Mart. tantum. Orat.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ *N.* mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dñm.

Pro pluribus Martyribus tantum. Oratio.

DA nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, sanctárum mártyrum tuárum *N.* & *N.* palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per.

Pro nec Virg. nec Mart. Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ *N.* festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dñm.

Ad Matutinum, Invitator. Laudémus Deum nostrum, * In confessióne beátæ *N.*

Psalm. Veníte exultémus. *Hymnus*

HUjus orátu, Deus nobis
Débitas pœnas scéleru
mitte:
Ut tibi puro resonému
Pectore carmen.
Sit decus Patri, geni
Proli,
Et tibi compar, utr
virtus
Spíritus semper, Deu
omni
Témporis ævo. A

Aña, Psalmi & ℣. N octurnorum dicuntur ut sup Comm. Virg. excépta da Aña primi Nocturn jus loco dicitur sequens Læva ejus sub cápite & déxtera illíus ampl tur me.

Lect. primi Noct. pro tyre tantum legantur ut Confitébor tibi Dómin

Pro nec Virgine nec M re, ut sequitur.

De Parábolis Salomó

Lectio i. Cap. 3

MUlíerem fortem invéniet? proc de últimis fínibus p ejus. Confídit in ea c ri sui, & spóliis non gébit. Reddet ei bonu non malum, ómnibus vitæ suæ. Quæsívit la & linum, & operáta e sílio mánuum suárum. est quasi navis institó longe portans panem Et de nocte surréxit, de prædam domésticis suis, bária ancíllis suis. Con

[redacted]

vit agrum & emit eum, de fructu mánuum suárum plantávit víneam. Accínxit fortitúdine lumbos suos, & roborávit bráchium suum. ℟. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum; * Quia concupívit Rex spéciem tuam. ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperé procéde, & regna. Quia. *Lectio ii.*

Gustávit & vidit quia bona est negotiátio ejus; non extinguétur in nocte lucérna ejus. Manum suam misit ad fórtia, & dígiti ejus apprehendérunt fusum. Manum suam apéruit ínopi & palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit dómui suæ a frigóribus nivis, omnes enim doméstici ejus vestíti sunt duplícibus. Stragulátam vestem fecit sibi, byssus & púrpura induméntum ejus. Nóbilis in portis vir ejus, quando séderit cum senatóribus terræ. Síndonem fecit & véndidit, & cíngulum trádidit Chananæo. ℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, * Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperé procéde, & regna. Proptérea.

Lectio iii.

Fortitúdo & decor induméntum ejus, & ridébit in die novíssimo. Os suum apéruit sapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus. Considerávit sémitas domus suæ, & panem otiósa non comédit. Surrexérunt filii ejus, & beatíssimam prædicavérunt: vir ejus, & laudávit eam. Multæ filiæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas. Fallax grátia, & vana est pulchritúdo: mulier timens Dóminum, ipsa laudábitur. Date ei de fructu mánuum suárum, & láudent eam in portis ópera ejus. ℟. Spécie tua, & pulchritúdine tua, inténde, prósperé procéde, & regna. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Inténde. Glória Patri. Inténde.

In secundo Nocturno.

Ex libro S. Ambrósii Epíscopi de Víduis.

Prope finem. *Lectio iv.*

Agrum hunc Ecclésiæ fértilem cerno, nunc integritátis flore vernántem, nunc viduitátis gravitáte polléntem, nunc étiam conjúgii frúctibus redundántem. Nam etsi divérsi, unius tamen agri fructus sunt, nec tanta hortórum lília, quantæ arístæ ségetum, méssium spicæ: compluriúmque spátia campórum recipiéndis aptántur semínibus, quam rédditis nováles frúctibus feriántur. Bona ergo vidúitas, quæ tóties Apostólico judício prædicátur. Hæc enim magístra Fídei, magístra est castitátis. ℟. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam, * Et dedúcet te mirabíliter déxtera tua. ℣. Spécie tua & pul-

& pulchritúdine tua inténde, prófpere procéde, & regna. Et.

Lectio v.

UNde & illi, qui deórum fuórum adultéria & probra venerántur, cælibátus & viduitátis ftatuére pœnas, ut æmuli críminum multárent ftúdia virtútum, fpécie quidem, qua fœcunditátem quærerent, fed ftúdio quo propófitum caftitátis abolérent. Nam conféctis & miles ftipéndiis arma depónit, & relícto officio, quod gerébat, ad própria veteránus rura dimíttitur, ut & ipfe exércitæ labóribus vitæ réquiem confequátur, & álios fpe futúræ quiétis fubeúndis fáciat opéribus promptióres. Agrícola quoque matúrior torquéndam áliis ftivam commíttit, & juvenfli gravátus ópere providéntiam curæ fenílis explórat: vitem fácilis tondére, quam prémere, ut juvenefcéntem luxúriam réprimat, & adolefcéntem lafcíviam falce fuccídat; parcórum quamdam pártuum caftitátem docens étiam in vítibus expeténdam.

℟. Dilexífti juftítiam & odífti iniquitátem, * Proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ.

℣. Propter veritátem, & manfuetúdinem, & juftítiam. Proptérea.

Lectio vi.

SImilis huic vídua velut eméritis veteránа ftipéndiis caftitátis; etfi conjúgii arma depónat, domus tamen totíus pacem gubérnat: & fi vehéndis onéribus otiófa, maritándis tamen junióribus próvida, ubi cultus utílior, ubi fructus ubérior fit, quarum cópulam aptiórem fenílis gravitáte difpónit. Itaque fi maturióribus, quam junióribus commíttitur ager, cur putes utiliórem nuptam effe, quam víduam? Quod fi perfecutóres Fídei, perfecutóres fuérunt étiam viduitátis; útique Fidem fequéntibus vidúitas non pro fupplício fugiénda eft, fed tenénda pro præmio.

℟. Fallax grátia & vana eft pulchritúdo; * Múlier timens Deum, ipfa laudábitur.

℣. Date ei de fructu mánuum fuárum, & láudent eam in portis ópera ejus. Múlier.

Glória Patri. Múlier.

In tertio Nocturno.

Léctio fancti Evangélii fecúndùm Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 13. d*

IN illo témpore: Dixit Jefus discípulis fuis parábolam hanc: Simile eft regnum cælórum thesáuro abfcóndito in agro. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Homilia 11. in Evangelia.

CÆlórum regnum, fratres cariffimi, idcirco terrénis rebus símile dícitur, ut ex his quæ ánimus novit, furgat ad incógnita quæ non novit; quátenus exémplo vifibílium fe ad invifibília rápiat;

piat, & per ea quæ usu dídicit, quasi confricátus incaléscat: ut per hoc quod scit notum diligere, discat & incógnita amáre. Ecce enim cælórum regnum thesáuro abscóndito in agro comparátur, quem qui invénit homo abscóndit, & præ gáudio illius vadit, & vendit univérsa, quæ habet, & emit agrum illum.

℟. Os suum apéruit sapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus; considerávit sémitas domus suæ; * Et panem otiósa non comédit.

℣. Gustávit, & vidit quia bona est negotiátio ejus, non extinguétur in nocte lucérna ejus. Et panem.

Lectio viii.

QUa in re hoc quoque notándum est, quod invéntus thesáurus abscónditur, ut servétur, quia stúdium cæléstis desidérii a malignis spirítibus custodíre non súfficit, qui hoc ab humánis láudibus non abscóndit. In præsénti étenim vita quasi in via sumus, qua ad pátriam pérgimus. Maligni autem spíritus iter nostrum quasi quidam latrúnculi óbsident. Deprædári ergo desíderat, qui thesáurum públice portat in via. Hoc autem dico, non ut próximi ópera nostra bona non vídeant, cum scriptum sit: Vídeant ópera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est: sed, ut per hoc quod ágimus, laudes extérius non quærámus. Sic autem sit opus in público, quátenus inténtio máneat in occúlto: ut & de bono ópere próximis præbeámus exémplum, & tamen per intentiónem, qua Deo soli placére quærimus, semper optémus secrétum.

℟. Regnum mundi, & omnem ornátum sæculi contémpsi propter amórem Dómini mei Jesu Christi, * Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

℣. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Quem.

Glória Patri. Quem.

Lectio ix.

THesáurus autem cæléste est desidérium: ager vero, in quo thesáurus abscónditur, disciplína stúdii cæléstis. Quem profécto agrum, vénditis ómnibus, cómparat, qui voluptátibus carnis renúntians, cuncta sua terréna desidéria per disciplínæ cæléstis custódiam calcat: ut nihil jam, quod caro blandítur, líbeat; nihil quod carnálem vitam trucídat, spíritus perhorréscat.

Te Deum laudámus. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Aña.

DUm esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis.

Psalmus. Dóminus regnávit. *cum reliquis.* 17.

Aña. In odórem unguentórum tuórum cúrrimus: adolescén-

ſcéntulæ dilexérunt te nimis. *Añ.* Jam hiems tránſiit, imber ábiit, & recéſſit: ſurge amíca mea, & veni.

Añ. Veni eléćta mea, & ponam in te thronum meum, allelúja. *Añ.* Iſta eſt ſpecióſa inter filias Jerúſalem.

Pro Martyre tantum.

Capitulum: *Eccli. 51.*

COnfitébor, tibi Dómine Rex, & collaudábo te Deum ſalvatórem meum. Confitébor nómini tuo: quóniam adjútor, & protéćtor factus es mihi, & liberáſti corpus meum a perditióne.

Pro nec Virg. nec Martyre.

Capitul. & Hymn. ut ſup. cix.

℣. Diffúſa eſt grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. Date ei de fructu mánuum ſuárum, & láudent eam in portis ópera ejus.

Pro una Mart. tantum.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in ſexu frágili victóriam martyrii contuliſti: concéde propítius: ut qui beátæ N. mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dñm.

Pro pluribus Martyribus tantum. *Oratio.*

DA nobis, quæſumus, Dñe Deus noſter, ſanctárum mártyrum tuárum N. & N. palmas inceſſábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póſſumus celebráre, humílibus ſaltem frequentémus obséquiis. Per Dñm.

Pro nec Virgine nec Martyr.

Oratio.

EXáudi nos Deus ſalutáris noſter: ut ſicut de beátæ N. feſtivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dñm.

Ad Tertiam, Añ. In odórem.

Pro Martyre tantum.

Capit. Confitébor. *ut ſupra.*

Pro nec Virg. nec Martyre.

Capit. Mulíerem fortem. cix.

℟. *br.* Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua.
℣. Inténde, próſpere procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu ſuo. ℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona. Jam hiems tránſiit.

Pro Martyre tantum.

Capitulum. *Eccli. 51.*

LIberáſti me ſecúndum multitúdinem miſericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus præparátis ad eſcam, de mánibus quæréntium ánimam meam, & de multis tribulatiónibus, quæ circumdedérunt me.

Pro nec Virg. nec Martyre.

Capitulum. *Prov. 31. b*

MAnum ſuam apéruit inopi, & palmas ſuas exténdit ad páuperem. Non timébit dómui ſuæ a frigóribus nivis.

℟. *br.* Adjuvábit eam * Deus vultu ſuo. Adjuvábit.
℣. Deus in médio ejus, non com-

commovébitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvábit.
℣. Elégit eam Deus & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.
Ista est speciósa.

Pro Martyre tantum.
Capitulum. *Eccli. 51.*

LAudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, & líberas eos de manu angústiæ, Dómine Deus noster.

Pro nec Virgine nec Martyre.
Capitulum. *Prov. 31. b*

MUltæ filiæ congregavérunt divítias, tu supergréssa es univérsas. Fallax grátia, & vana est pulchritúdo: múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur.

℟. br. Elégit eam Deus * Et præelégit eam. Elégit.
℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit. Glória Patri. Elégit.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum esset Rex. *& aliæ, ut supra.* cxiii.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona. Manum suam apéruit inopi, & palmas suas exténdit ad páuperem, & panem otiósa non comédit.

Si fuerint plures non virgines, idem fit Offic. ut supr.
Lectiones pro Martyr. tantum.

In secundo Nocturno.
Sermo S. Joánnis Chrysóst.
Ser. 67. de diversis novi Testamenti locis. Lectio iv.

EGo máxime commemoratiónes díligo Mártyrum, díligo & ampléctor, atque omnes quidem, sed tum præcípue, cum mulíerum certámina proponúntur. Quanto enim infírmius est vas, tanto major est grátia, tanto illústrius est tropæum, tanto insígnior est victória, non ob imbecillitátem sexus athletárum, sed quod per ea, quibus vícerat inimícus, nunc étiam vincátur.
℟. Propter veritátem & mansuetúdinem & justítiam: * Et dedúcet te mirabíliter déxtera tua. ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna. Et.

Lectio v.

PEr mulíerem vicit, per mulíerem superátus est: Hoc illíus ántea telum erat: hoc illíus nunc cædis factum est instruméntum, hoc vas appáruit insuperábile. Peccávit illa prior, & mórtua est: ista mórtua est, ne peccáret. Illa tumúltilis promíssi spe inflata Dei leges violávit: hæc vitam præséntem contémpsit, ne fidem in suum benefactórem ejuráret. Quam ígitur deínceps speráre póterunt excusatiónem viri, si molles sint & ignávi, quam vero véniam, cum fórtiter ac viríliter se gerant mulíeres, cum ádeo se generóse ad certámina pietátis accíngant.
℟. Dilexísti justítiam, & odísti

sti iniquitátem: * Proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ. ℣. Propter veritátem & mansuetúdinem & justítiam. Proptérea.

Lectio vi.

FUit illi corpus imbecíllum, & obnóxius sexus injúriæ: verúntamen ómnium horum imbecillitátem advéniens grátia occultávit. Nihil enim est, nihil plane poténtius est eo, qui magno cum stúdio Dei timórem hábeat in mente defixum; sed quamvis ignes, quamvis ferrum, quamvis béstias, quamvis áliud quidvis minéntur hostes, ómnia nullo negótio contémnit: quod útique Beáta ista étiam fecit.

℟. Fallax grátia & vana est pulchritúdo: * Múlier timens Deum, ipsa laudábitur.

℣. Date ei de fructu mánuum suárum; & laudent eam in portis ópera ejus. Múlier. Glória Patri. Múlier.

COMMUNE

Dedicationis Ecclesiæ.

Notandum, quod si fuerit intra tempus Paschale, servanda est Rubrica posita, ut suprà. xlvi.

Ad Vesperas, Aña. Domum tuam Dómine. *cum reliquis de Laud.* cxxv. *Psalm.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica,* 119. *& loco ultim. Psalm.* Lauda Jerúsalem. 137.

Capitulum. *Apoc.* 21.

VIdi civitátem sanctam Jerúsalem novam descendéntem de cælo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Hymnus.

CÆléstis Urbs Jerúsalem,
Beáta pacis vísio,
Quæ celsa de vivéntibus
Saxis ad astra tólleris,
Sponsǽque ritu cíngeris
Mille Angelórum míllibus.
O sorte nupta próspera,
Dotáta Patris glória,
Respérsa Sponsi grátia,
Regína formosíssima,
Christo jugáta Príncipi,
Cæli corúsca Cívitas,
Hic margarítis émicant,
Paténtque cunctis óstia
Virtúte namque prævia
Mortális illuc dúcitur,
Amóre Christi pércitus
Torménta quisquis sústinet.
Scalpri salúbris íctibus,
Et tunsióne plúrima,
Fabri políta málleo
Hanc saxa molem cónstruunt,
Aptísque juncta néxibus
Locántur in fastígio.
Decus Parénti débitum
Sit usquequáque Altíssimo
Natóque Patris único,
Et ínclito Paráclito;
Cui laus, potéstas, glória
Ætérna sit per sæcula. Amen.

℣. Hæc est domus Dñi firmiter ædificáta. ℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Magnif. Aña. Sanctificávit Dñs tabernáculum suum, quia hæc est domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dñs.

In ipso die Dedic. Eccles. & per Octav. & quando varianda est Oratio, ob occursum Dedic. alterius Ecclesiæ.

Ora-

Oratio.

DEus, qui invisibiliter ómnia cóntines, & tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis: templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra; & concéde, ut omnes, qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ benefícia consequántur. Per Dñm.

In Anniverſ. Dedicationis Ecclesiæ, & per Oct.

Oratio.

DEus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, & sacris semper mystériis repræséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, & præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dñm.

Ad Matut. Invitat. Domum Dei decet sanctitúdo: * Sponsum ejus Christum adorémus in ea. *Psalm.* Veníte, exultémus. 2. *Hymnus.* Cæléstis Urbs. cxvi.

In 1. Noct. Aña. Tóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles.

Psalmus 23.

DOmini est terra & plenitúdo ejus: * orbis terrárum & univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum, * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde: * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino, * & misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras: & elevámini portæ æternáles, * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens; Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles; * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Aña. Tóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles. *Aña.* Erit mihi Dñs in Deum, & lapis iste vocábitur domus Dei.

Psalmus 45.

DEus noster refúgium, & virtus: * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit taber-

tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt Gentes, & inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dñs virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma; * & scuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego sum Deus: * exaltábor in Géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Añ. Erit mihi Dóminus in Deum, & lapis iste vocábitur domus Dei.

Añ. Ædificávit Móyses altáre Dómino Deo.

Psalmus 47.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis, * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne univérsæ terræ mons Sion: * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur; * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt; * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: * justítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exúltent fíliæ Judæ * propter judícia tua Dómine.

Circúmdate Sion, & complectímini eam: * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus, * & distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, & in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Añ. Ædificávit Móyses altáre Dómino Deo. ℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo. ℟. In longitúdinem diérum. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine. ℣. Jube domne benedícere. *Bñ.* Benedictióne perpétua. De lib. ii. Paralipómenon.

Lectio i. *Cap.* 7.

Cum compléss et Sálomon fundens preces, ignis descéndit de cælo, & devorávit holocáusta & víctimas; & ma-

[redacted]

majéstas Dómini implévit
mum. Nec póterant sacer-
tes ingredi templum Dó-
ni, eo quod implésset ma-
tas Dómini templum Dó-
ni. Sed & omnes filii If-
el vidébant descendéntem
jem, & glóriam Dómini
per domum: & corruéntes
oni in terram super pavi-
éntum stratum lápide, ado-
rérunt & laudavérunt Dó-
num: Quóniam bonus, quó-
am in sæculum misericór-
a ejus. Rex autem & omnis
pulus immolábant vícti-
as coram Dómino. Mactá-
t ígitur rex Sálomon hó-
as, boum vigínti duo míl-
, arietum centum vigínti
íllia: & dedicávit domum
ei rex & univérsus pópulus.
, In dedicatióne templi de-
ntábat pópulus láudem:
Et in ore eórum dulcis re-
nábat sonus.
, Fundáta est domus Dómi-
supra vérticem móntium,
vénient ad eam omnes
entes. Et.
℣. Unigénitus Dei Fílius.

Lectio ii.

Acerdótes autem stabant
in officiis suis: & Leví-
in órganis cárminum Dó-
ini, quæ fecit David rex
laudándum Dóminum:
uóniam in ætérnum miseri-
rdia ejus: hymnos David
néntes per manus suas.
orro sacerdótes canébant tu-
s ante eos, cunctúsque If-
el stabat. Sanctificávit quo-
e Sálomon médium átrii
ante templum Dómini: obtúlerat enim ibi holocáusta
& ádipes pacificórum: quia
altáre æneum, quod fécerat,
non póterat sustinére holocáusta & sacrifícia & ádipes.
Fecit ergo Sálomon solemnitátem in témpore illo septem
diébus, & omnis Israel cum
eo, Ecclésia magna valde,
ab introítu Emath usque ad
torréntem Ægypti. Fecítque
die octávo colléctam, eo
quod dedicásset altáre septem
diébus, & solemnitátem celebrásset diébus septem.
℟. Fundáta est domus Dómini supra vérticem móntium, & exaltáta est super
omnes colles: * Et vénient
ad eam omnes Gentes, &
dicent, Glória tibi Dómine.
℣. Veniéntes autem vénient
cum exultatióne, portántes
manípulos suos. Et.
Bñ. Spíritus Sancti grátia.

Lectio iii.

Complevítque Sálomon
domum Dómini, & domum regis, & ómnia, quæ
disposúerat in corde suo,
ut fáceret in domo Dómini,
& in domo sua, & prosperátus est. Appáruit autem ei
Dóminus nocte, & ait: Audívi oratiónem tuam, & elégi locum istum mihi in domum sacrifícii. Si cláusero
cælum, & plúvia non flúxerit, & mandávero & præcépero locústæ, ut dévoret
terram, & mísero pestiléntiam in pópulum meum: convérsus autem pópulus meus,
super

nem ejus, qui in loco isto oráverit. Elégi enim & sanctificávi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempitérnū, & permáneant óculi mei & cor meum ibi cunctis diébus.
℟. Bénedic Dómine domum istam, quam ædificávi nómini tuo, veniéntium in loco isto * Exáudi preces in excélso sólio glóriæ tuæ.
℣. Dómine, si convérsus fúerit pópulus tuus, & oráverit ad sanctuárium tuum. Exáudi. Glória. Exáudi.

In secundo Nocturno, *Aña.* Non est hic áliud, nisi domus Dei, & porta cæli.

Psalmus 83.

QUam dilécta tabernácula tua Dómine virtútum! * concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dñi.
Cor meum & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.
Etenim passer invénit sibi

Protector noste... us, * & réspice... Christi tui.
Quia mélior est... átriis tuis * supe...
Elégi abjéctus ... Dei mei, * magi... re in tabernáculis...
Quia misericórd... ritátem díligit D... tiam & glóriam...
Non privábit bo... ámbulant in inn... Dómine virtútu... homo qui sperat...
Aña. Non est hic... domus Dei, & p...
Aña. Vidit Jac... súmmitas ejus c... bat, & descendé... los, & dixit: Ve... sanctus est. *P*...
FUndaménta e... tibus sanctis... Dóminus portas... ómnia tabernácul...

& homo natus est in ea: * & ipse fundávit eam Altíssimus?
Dóminus narrábit in scriptúris populórum, & príncipum: * horum, qui fuérunt in ea.
Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.
Aña. Vidit Jacob scalam, súmmitas ejus cælos tangébat, & descendéntes Angelos, & dixit: Vere locus iste sanctus est. *Aña.* Eréxit Jacob lápidem in títulum, fundens óleum désuper.

Psalmus 87.

Domine Deus salútis meæ: * in die clamávi & nocte coram te.
Intret in conspéctu tuo orátio mea: * inclína aurem tuam ad precem meam.
Quia repléta est malis ánima mea: * & vita mea inférno appropinquávit.
Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.
Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámplius: * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.
Posuérunt me in lacu inferióri: * in tenebrósis & in umbra mortis.
Super me confirmátus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxísti super me.
Longe fecísti notos meos a me: * posuérunt me abominatiónem sibi.
Tráditus sum, & non egrediébar: * óculi mei languérunt præ inópia.
Clamávi ad te Dómine tota die: * expándi ad te manus meas.
Numquid mórtuis fácies mirabília? * aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?
Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?
Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * & justítia tua in terra obliviónis?
Et ego ad te Dómine clamávi, * & mane orátio mea prævéniet te.
Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam, * avértis fáciem tuam a me?
Pauper sum ego, & in labóribus a juventúte mea: * exaltátus autem humiliátus sum & conturbátus.
In me transiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me.
Circumdedérunt me sicut aqua tota die: * circumdedérunt me simul.
Elongásti a me amícum & próximum, * & notos meos a miséria.
Aña. Eréxit Jacob lápidem in títulum, fundens óleum désuper. ℣. Domus mea. ℟. Domus oratiónis vocábitur. Pater noster. *Absol.* Ipsíus píetas. ℣. Jube domne. *Bñd.* Deus Pater omnípotens.

Sermo S. Augustíni Epíscopi.

Serm. 256. de Temp. Lect. iv.

Quotiescúmque, fratres caríssimi, altáris vel templi festivitátem cólimus, si fi-

plum sunt Spíritus Sancti, qui in vobis est? Et ídeo, fratres caríssimi, quia nullis præcedéntibus méritis, per grátiam Dei meruímus fieri templum Dei, quantum póssumus cum ipsíus adjutório laborémus, ne Dóminus noster in templo suo, hoc est in nobis ipsis, invéniat quod óculos suæ majestátis offéndat.

℟. Orántibus in loco isto, * Dimítte peccáta pópuli tui Deus, & osténde eis viam bonam, per quam ámbulent, & da glóriam in loco isto.

℣. Qui regis Israel inténde qui dedúcis velut ovem Joseph, qui sedes super Chérubim. Dimítte.

Bño. Christus perpétuæ.

Lectio v.

Sed habitáculum cordis nostri evacuétur vítiis, & virtútibus repleátur; claudátur diábolo, & aperiátur Christo: & ita laborémus, ut no-

cus iste? ve
áliud, nisi dom
ta cæli. ℣. H
Dómini firmit
bene fundáta e
petram. Vere.
Bño. Ignem fui

Lecti

SI enim ag
suum; ipse
altári subtráxer
dulgéntiam div
diæ pervéniet.
se exáltat, hum
e contrário qu
exaltábitur. Q
dixi, agnóscen
ipse se humilia
cléfiæ pro em
removére volu
illo & cælésti co
municári périt
℟. Mane surget
bat lápidem in
dens óleum d
vovit Dómino
iste sanctus e

Hæc Antiphona dicitur, & illi non additur, Allelúja, tunc in Psalmi est a summo. Dicet Dómino.

Psalmus 90.

... hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.
... Dómino: Suscéptor meus es tu, & refúgium: * Deus meus sperábo in eum.
... ipse liberávit me ... venántium, * & ... áspero.
... is suis obumbrábit tibi, ... sub pennis ejus sperábis.
... circúmdabit te véritas, * non timébis à timóre noctúrno.
... tta volánte in die, à ... perambulánte in ténebris, * ab incúrsu & dæmónio meridiáno.
... a látere tuo mille, ... m míllia à dextris ... ad te autem non appropinquábit.
... tamen óculis tuis considerábis: * & retributiónem ... rum vidébis.
... am tu es Dómine spes ... * altíssimum posuísti ... m tuum.
... ccédet ad te malum, * ... llum non appropinquábit tabernáculo tuo.
... am Angelis suis mandávit de te, * ut custódiant ... mnibus viis tuis.
... nibus portábunt te, * ... è offéndas ad lápidem ... tuum.

Super áspidem, & basilíscum ambulábis; * & conculcábis leónem, & dracónem.
Quóniam in me sperávit, liberábo eum: * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.
Clamábit ad me, & ego exáudiam eum: * cum ipso sum in tribulatióne: erípiam eum, & glorificábo eum.
Longitúdine diérum replébo eum, * & osténdam illi salutáre meum.

Aña. Qui hábitat in adjutório Altíssimi, in protectióne Dei cæli commorábitur.

Aña. Templum Dómini sanctum est, Dei structúra est, Dei ædificátio est.

Psalmus 95.

CAntáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino omnis terra.
Cantáte Dño, & benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.
Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus: * in ómnibus pópulis mirabília ejus.
Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.
Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: * Dóminus autem cælos fecit.
Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.
Afférte Dómino pátriæ Géntium: afférte Dómino glóriam & honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.
Commoveátur à fácie ejus univérsa terra: * dícite in Géntibus, quia Dóminus regnávit.
Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.
Læténtur cæli & exúltet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi & ómnia, quæ in eis sunt.
Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicáre terram.
Judicábit orbem terræ in æquitáte: * & pópulos in veritáte sua.
Aña. Templum Dómini sanctum est, Dei structúra est, Dei ædificátio est. *Aña.* Benedícta glória Dómini de loco sancto suo, allelúja.

Psalmus 98.

DOminus regnávit, irascántur pópuli: * qui sedet super Chérubim, moveátur terra.
Dñs in Sion magnus, & excélsus * super omnes pópulos.
Confiteántur nómini tuo magno, quóniam terríbile & sanctum est; * & honor regis judícium díligit.
Tu parásti directiónes, * judícium & justítiam in Jacob tu fecísti.
Exaltáte Dóminum Deum nostrum; & adoráte scabéllum pedum ejus, * quóniam sanctum est.
Móyses & Aaron in Sacerdótibus ejus, * & Sámuel inter eos, qui ínvocant nomen ejus.
Invocábant Dñm, & ipse exaudiébat eos: * in colúmna nubis loquebátur ad eos.
Custodiébant testimónia ejus, * & præcéptum, quod dedit illis.
Dómine Deus noster tu exaudiébas eos:* Deus tu propítius fuísti eis, & ulcíscens in omnes adinventiónes eórum.
Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte in monte sancto ejus, * quóniam sanctus Dóminus Deus noster.
Aña. Benedícta glória Dómini de loco sancto suo, allelúja.
℣. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta. ℟. Bene fundáta est supra firmam petram.
Pater noster. *Absolut.* A vínculis. ℣. Jube domne.
Bño. Evangélica léctio.
Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vii. *Cap. 19.*

IN illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus, & hic princeps erat publicanórum, & ipse dives. Et réliqua.
Homilía S. Ambrósii Epíscopi.

Lib. 8. in Luc. prope fin.

ZAchæus statúra pusíllus, hoc est, nulla nobilitátis ingénitæ dignitáte sublímis, exíguus méritis, sicut pópulus natiónum, audíto Dñi Salvatóris advéntu, quem sui non recéperant, vidére cupiébat. Sed nemo fácile Jesum videt:

rmo potest Jesum vidére
ınstitútus in terra. Et quia
ɔn prophétas, non legem
bébat, tamquam formæ
átiam naturális: ascéndit
sycómorum: vanitátem
ílicet Judæórum vestígio
ɔ próterens, erráta quó-
ıe córrigens superióris ætá-
; , & ídeo Jesum in interió-
s domus recépit hospítio.
. Domus mea domus ora-
ónis vocábitur, dicit Dó-
I nus: in ea omnis, qui petit,
cipit; & qui quærit, ínve-
t; * Et pulsánti aperiétur.
. Pétite, & accipiétis, quæ-
:e, & inveniétis. Et.
io. Divínum auxílium.

Lectio viii.

T bene ascéndit in ár-
borem, ut arbor bona
ɔnos fructus fáceret: ac na-
ráli excíssus oleástro, & con-
a natúram insértus in bonam
ivam, fructus posset legis
érre. Radix enim sancta, etsi
mi inútiles, quorum infru-
ɑóſam glóriam plebs Gén-
ım Fide resurrectiónis quasi
ıadam córporis elevatióne
ıfscéndit. Zachæus ergo
sycómoro, cæcus in via:
ıorum álterum Dñs miséra-
rus expéctat, álterum man-
ónis suæ claritáte nobílitat;
terum sanatúrus intérrogat,
ıud álterum se non invitá-
:s invítat. Sciébat enim
ɔerem hospítii sui esse mer-
!dem. Sed tamen, etsi non
ım vocem invitántis audíe-
t, jam víderat afféctum.
. Lápides pretiósi omnes
muri tui: * Et turres Jerúsa-
lem gemmis ædificabúntur.
℣. Portæ Jerúsalem ex sa-
phíro & smarágdo ædifica-
búntur, & ex lápide pretió-
so omnis circúitus muri ejus.
Et. Glória Patri. Et.
Bñd. Ad societátem.

Lectio ix.

VErum ne cæcum illum tanquam fastidiósi páuperum cito reliquisse videámur, & transísse ad dívitem expectémus eum, quia expectávit & Dóminus: interrogémus eum, quia interrogávit & Christus. Nos interrogémus, quia nescímus: ille, quia nóverat. Nos interrogémus ut sciamus, unde iste curátus sit, ille interrogávit; ut in uno plures discerémus, unde Dóminum vidére mereámur. Interrogávit enim, ut crederémus, néminem nisi confiténtem posse salvári. Te Deum. 16.

A D L A U D E S,

& per Horas, Aña.

DOmum tuam Dómine decet sanctitúdo, in longitúdinem diérum.

Psalmus. Dóminus regnávit. *cum reliq.* 17. *Aña.* Domus mea, domus oratiónis vocábitur. *Aña.* Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta, bene fundáta est supra firmam petram. *Aña.* Bene fundáta est domus Dómini supra firmam petram.

Aña. Lápides pretiósi omnes muri tui, & turres Jerúsalem gemmis ædificabúntur.

Capitulum. *Apoc.* 21.

VIdi civitátem sanctam Jerúsalem novam descendéntem de cælo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo. *Hymnus.*

ALto ex Olympi vértice
Summi Paréntis Filius
Ceu monte deséctus lapis
Terras in imas décidens,
Domus supérnæ & infimæ
Utrúmque junxit ángulum.
Sed illa sedes Cælitum
Semper resúltat láudibus,
Deúmque Trinum & Unicum
Jugi canóre prædicat:
Illi canéntes júngimur
Almæ Siónis æmuli.
Hæc templa, Rex Cæléstium,
Imple benígno lúmine,
Huc o rogátus ádveni,
Plebísque vota súscipe,
Et nostra corda júgiter
Perfúnde cæli grátia.
Hic impetrent Fidélium
Voces precésque súpplicum
Domus beátæ múnera;
Partísque donis gáudeant:
Donec solúti córpore
Sedes beátas ímpleant.
Decus Parénti débitum
Sit usquequáque Altíssimo,
Natóque Patris único,
Et ínclyto Paráclito,
Cui laus, potéstas, glória
Ætérna sit per sǽcula. Amen.

℣. Hæc est domus Dñi firmiter ædificáta. ℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Benedictus, Antiphona. Zachæe festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére; at ille festínans descéndit, & suscépit illum gáudens in domum suam. Hódie huic domui salus a Deo facta est, allelúja.

In ipso die Dedic. Ecclesiæ, & per Oct. & quando variánda est Oratio, ob concursum Dedicat. alterius Ecclesiæ. *Oratio.*

DEus qui invisibíliter ómnia cóntines, & tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis: Templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra, & concéde: ut omnes, qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúnque tribulatióne ad te clamáverint consolatiónis tuæ benefícia consequántur. Per Dñm.

In Anniversario Dedic. Ecclesiæ, & per Oct. *Oratio.*

DEus qui nobis per síngulos annos hujus sancti Templi tui consecratiónis réparas diem, & sacris semper mystériis repræséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, & præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dñm.

Ad Tertiam, Antiphona. Domus mea.

Capit. Vidi civitatem. *ut sup.*

℟. *br.* Domum tuam, Dómine, * Decet sanctitúdo. Domum. ℣. In longitúdinem diérum. Decet. Glória Patri. Domum. ℣. Locus iste sanctus est, in quo orat Sacérdos. ℟. Pro delíctis & peccátis pópuli.

Ad Sextam, Antiphona. Hæc est domus Dómini.

Ca-

... *Apoc.* 21.
dívi vocem magnam
throno dicéntem:
ernáculum Dei cum
is, & habitábit cum
. ipsi pópulus ejus
& ipse Deus cum
eórum Deus.
Locus iste sanctus
quo orat Sacérdos.
℣. Pro delíctis &
pópuli. In quo.
atri. Locus.
est domus Dómini
ædificáta.
: fundáta est supra
etram.
onam, *Antiphona*.
pretiósi.
um. *Apoc.* 21. *b*
bstérget Deus om-
lácrymam ab ócu-
m, & mors ultra
, neque luctus, ne-
or, neque dolor erit
quia prima abiérunt.
, qui sedébat in thro-
e nova fácio ómnia.
æc est domus Dómini
er ædificáta. Hæc.
fundáta est supra fir-
ram. Fírmiter.
Patri. Hæc. ℣. Bene
est domus Dómini.
firmam petram.
sp. Aña, *Psal. Capit.*
ut in i. Vesp. cxvi.
m tuam Dómine de-
itúdo.
ngitúdinem diérum.
gnificat Aña. O quam
us est locus iste!
est hic áliud, nisi
Dei, & porta cæli.

SECUNDA DIE

infra Octavam.

In i. Noct. Lect. de Scr. occur.

In secundo Nocturno.

Ex Tractátu S. Augustíni Episc. super Psalmos.

In Psalm. 121. *Lectio iv.*

JErúsalem, quæ ædificátur ut cívitas. Fratres, quando dicébat ista David, perfécta erat illa cívitas, non ædificabátur. Néscio quam ergo civitátem dicit, quæ modo ædificátur, ad quam currunt in Fide lápides vivi, de quibus dicit Petrus; Et vos tamquam lápides vivi coædificámini in domum spirituálem, idest, templum Dei sanctum. Quid est, lápides vivi coædificámini? Vivis; si credis: si autem credis, efficiéris templum Dei, quia dicit Apóstolus Paulus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. ℟. Orántibus. cxxii.

Lectio v.

IPsa ergo modo cívitas ædificátur. Præcidúntur de móntibus lápides per manus prædicántium veritátem, conquadrántur, ut intrent in structúram sempitérnam. Adhuc multi lápides in mánibus artíficis sunt: non cadant de mánibus artíficis, ut possint perfécti coædificári in structúra templi. Est ergo ista Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: fundaméntum ipsíus Christus est. Dicit Apóstolus Paulus: Fundaméntum áliud nemo potest pónere, præter id quod pósitum est, quod est Christus

Jésus. ℟. O quam metuéndus est. cxxii. *Lectio vi.*

FUndaméntum quando pónitur in terra, désuper ædificántur paríetes, & pondus paríetum ad ima tendit, quia in imo pósitum est fundaméntum. Si autem fundaméntum nostrum in cælo est, ad cælum ædificémur. Córpora ædificavérunt istam structúram, quam vidétis amplam surrexísse hujus Basílicæ: & quia córpora ædificavérunt, fundaméntum in imo posuérunt. Quia vero spirituáliter ædificámur, fundaméntum nostrum in summo pósitum est. Illuc ergo currámus, ibi ædificémur: quia de ipsa Jerúsalem dictum est: Stántes erant pedes nostri in átriis tuis Jerúsalem.

℟. Mane surgens. cxxii.

In tertio Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 19.*

IN illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus, & hic princeps erat publicanórum, & ipse dives. Et réliqua.

De Homilía S. Ambrósii Epis.

Ex lib. 8. in Luc. in fine.

ET conféstim, inquit vidit, & sequebátur illum magníficans Dóminum. Aliter enim non vidéret, nisi sequerétur Christum, nisi Dóminum prædicáret, nisi sæculum præteríret. Cum divítibus quoque in grátiam revertámur. Nólumus enim offéndere dívites, qui vólumus, si fieri potest, sanáre omnes: ne in caméli comparatióne præstrícti, & in Zachæo cítius, quam opórtuit, derelícti, justæ hábeant commotiónis offénsam. ℟. Domus. cxxv.

Lectio viii.

DIscant dívites, non in facultátibus crimen hærére, sed in iis, qui uti nésciant facultátibus. Nam divítiæ ut impediménta improbis, ita bonis sunt adjuménta virtútis. Dives certe Zachæus, & eléctus a Christo: sed dimídium bonórum suórum paupéribus largiéndo, reddéndo étiam in quádruplum quæ fraude sustúlerat (álterum enim non sat est, nec habet grátiam liberálitas, si injúria persevérat, quia non spólia, sed dona quærúntur) uberiórem mercédem, quam conferébat, accépit.

℟. Lápides pretiósi. cxxv.

Lectio ix.

ET bene princeps indúcitur publicanórum. Quis jam de se despéret, quando & iste, cui census ex fraude, ad salútem pervénit? Et ipse, inquit, dives. Ut scias non omnes dívites aváros. Quia statúra pusíllus erat. Quid sibi vult quod nullíus altérius statúram Scriptúra, nisi hujus expréssit? Vide ne forte malítia pusíllus, aut adhuc pusíllus fide. Nondum enim réddere promíserat: nondum víderat Christum; mérito adhuc pusíllus. Joánnes autem magnus, quia & Christum vidit,

, & Spíritum ficut colúm-
n super Christum manén-
n, sicut ipse ait: Vidi Spíri-
n descendéntem sicut colúm-
n, & manéntem super eum.
Deum laudámus. 16.

FERTIA DIE
infra Octavam.

i. Noct. Lect. de Scr. occ.
In secundo Nocturno.

rmo S. Augustíni Epísc.
r. 256. de Temp. Lect. iv.

Elébritas hujus congre-
gatiónis, dedicátio est
mus oratiónis. Domus ergo
strárum oratiónum ista, do-
s autem Dei nos ipsi. Si
mus Dei nos, in hoc sæ-
o ædificámur, ut in fine
culi dedicémur. Ædificium,
mo ædificátio habet labó-
n, dedicátio exultatiónem.
od hic fiébat, quando ista
gébant; hoc fit modo, cum
ngregántur credéntes in
ristum. Credéndo enim,
ısi de silvis & móntibus li-
a & lápides præcidúntur,
n vero catechizántur, ba-
zántur, formántur, tan-
am inter manus fabrórum,
opíficum dolántur, colli-
intur, complanántur. Ve-
ntamen domum Dñi non
iunt, nisi quando charitáte
mpaginántur. ℟. Oránti-
s. cxxii. *Lectio v.*

Igna ista & lápides, si
non sibi certo órdine
ærérent, si non se pacífice
iéćterent, si non se ínvicem,
ærréndo sibi, quodámmodo
árent, nemo huc intráret.
nique quando vides in áli-
qua fábrica lápides & ligna
bene sibi cohærére, secúrus in-
tras, ruínam non times. Vo-
lens ergo Dóminus Christus
intráre, & in nobis habitáre,
tanquam ædificándo dicébat:
Mandátum novum do vobis,
ut vos invícem diligátis. Man-
dátum, inquit, novum do
vobis. Véteres enim erátis,
domum mihi nondum facìebá-
tis, in vestra ruína jacebátis.
Ergo ut eruámini a vestræ
ruínæ vetustáte, vos ínvicem
amáte. ℟. O quam. cxxii.

Lectio vi.

Consíderet ergo cháritas
vestra, ædificári adhuc
istam domum toto, sicut præ-
díctum est & promíssum, orbe
terrárum. Cum enim ædifi-
cátur domus post captivitá-
tem, sicut habet álius Psal-
mus, dícitur: Cantáte Dómi-
no cánticum novum: cantáte
Dómino omnis terra. Quod
ibi dixit, cánticum novum;
hoc Dóminus dixit, mandá-
tum novum. Quid enim habet
cánticum novum, nisi amo-
rem novum? Cantáre amántis
est. Vox hujus cantóris, fer-
vor est sancti amóris. Amé-
mus, grátis amémus. Dómi-
num enim amámus, quo nihil
mélius invénimus, ipsum amé-
mus propter ipsum, & nos in
ipso, tamen propter ipsum.
℟. Mane surgens. cxxii.

In tertio Nocturno.

Léctio S. Evangélii secúndùm
Lucam. *Lect. vii. Cap. 19.*

IN illo témpore: Ingrés-
sus Jesus perambulábat

[redacted]

Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus, & hic princeps erat publicanórum, & ipse dives. Et réliqua.

De Homil. S. Ambrósii Episc.

Ex lib. 8. in Luc. prope fin.

Quæ autem turba, nisi imperítæ confúsio multitúdinis, quæ vérticem nequit vidére sapiéntiæ? Ergo Zachæus quámdiu in turba est, non videt Christum: supra turbam ascéndit, & vidit: hoc est, plebis jam transgréssus inscítiam méruit quem desiderábat, aspícere. Pulcre autem áddidit: Quia illa parte erat transitúrus Dñs: vel ubi sycómorus, vel ubi creditúrus: ut & mystérium servâret, & grátiam seminâret. Sic enim vénerat, ut per Judæos transíret ad Gentes. ℟. Domus mea. cxxv.

Lectio viii.

Vidit ítaque Zachæus sursum. Jam enim sublimitáte Fidei inter fructus novórũ óperum, velut fœcúnda altitúdine árboris eminébat. Et quóniam de typo ad morália deflexímus, inter tot credéntium voluptátes Dñica die relaxáre ánimum, festivitátem admiscére deléctat. Zachæus in sycómoro, novum vidélicet novi témporis pomum, ut in hoc quoque compleréetur illud: Arbor fici prodúxit grossos suos. ℟. Lápides pretiósi. cxxv. *Lectio iv.*

Ad hoc enim Christus advénit, ut ex lignis non poma, sed hómines nasceréntur. Légimus álibi: Cum esses sub árbore fici, vidi te. Ergo Nathánael sub árbore, hoc est, supra radícem; quia justus. Radix enim sancta. A sub árbore tamen Nathánael, quia sub Lege: Zachæus supra árborem, quia supra Legem. Ille Dñi occúltus defénsor, hic públicus prædicátor: Ille adhuc Christi ex Lege quærébat: iste jam supra Legem relinquébat sua, & Dóminum sequebátur. Te Deum laudámus.

QUARTA DIE

infra Octavam.

In i. Noct. Lect. de Scri. occurr.

In secunda Nocturno.

De Serm. S. Augustini Episc.

Ex Ser. 256. de Temp. *Lectio iv.*

Aténdite in Psalmi hujus dicatiónis, quemadmodum cantávimus ex ruína ædificiórum. Conscidísti saccum meum: hoc pértinet ad ruinam. Quid ergo ad ædifícium? Et accinxísti me lætítia. Vox dedicatiónis: Ut cantet tibi glória mea, & non compungar. Quis est, qui lóquitur? In verbis ejus agnóscite. Si expóno, obscúrum est. Ergo verba ejus dicam, contínuo agnoscétis loquéntem, ut amétis alloquéntem. Quis est, qui dicere pótuit: Eruísti Dñe ab inferis ánimam meam. ℟. Orantibus. cxxii. *Lectio v.*

Cujus ánima jam ab inferis éruta est, nisi de quo dictum est álio loco: Non derelínques ánimam meam in inférno? Propónitur dedicatio, & cantátur liberátio: cánticum dedicatiónis domus, & dicitur

tur: Exaltábo te Dñe, quóniam suscepísti me: & non jucundásti inimícos meos super me. Atténdite Judæos inimícos, qui se putábant occidísse Christum, vicísse tanquam inimícum, perdidísse quasi hóminem céteris símilem atque mortálem. ℟. O quam. cxxii.

Lectio vi.

RESurréxit tértia die, & ejus vox est: Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me. Atténdite Apóstolum dicéntem: Propter quod eum exaltávit. Et non jucundásti inimícos meos super me. Ipsi quidem in Christi morte jucundabántur, sed in ejus resurrectióne, ascensióne, prædicatióne áliqui compungebántur. In ejus ergo prædicatióne, & per Apstolórum constántiæ diffamatiónem áliqui compungebántur & convertebántur: áliqui obdurabántur & confundebántur: nulli tamen jucundabántur.

℟. Mane surgens. cxxii.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vii. *Cap. 19.*

IN illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus, & hic princeps erat publicanórum, & ipse dives. Et réliqua.

Homilía S. Gregórii Papæ.

Lib. 27. Mor. c. 27. post med.

SI verácitér sapiéntes esse, atque ipsam sapiéntiam contemplári appétimus, stultos nos humíliter cognoscámus. Relinquámus nóxiam sapiéntiam, discámus laudábilem fatuitátem. Hinc quippe scriptum est: Stulta mundi elégit Deus ut confúndat sapiéntes. Hinc rursum dícitur: Si quis vidétur inter vos sápiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sápiens. Hinc Evangélicæ históriæ verba testántur: quia Zachæus cum vidére præ turba nihil posset, sycómori arbórem ascéndit, ut transeúntem Dñm cérneret. Sycómorus quippe ficus fátua dícitur. ℟. Domus mea. cxxv.

Lectio viii.

PUsillus ítaque Zachæus sycómorum súbiit, & Dñm vidit: quia qui Mundi stultítiam humíliter éligunt, ipsi Dei sapiéntiam subtíliter contemplántur. Pusillitátem namque nostram ad vidéndum Dñm turba præpedit: quia infirmitátem humánæ mentis, ne lucem veritátis inténdat, curárum sæculariū tumultus premit. Sed prudénter sycómorū ascéndimus, si províde eam, quæ Divínitus præcípitur, stultítiam mente tenémus. Quid enim in hoc Mundo stúltius, quam amíssa non quærere, possessa rapiéntibus relaxáre, nullam pro accéptis injúriis injúriam réddere, immo adjúnctis áliis patiéntiam præbére? ℟. Lápides pretiósi. cxxv.

Lectio ix.

QUasi enim sycómorum nos ascéndere Dóminus præcépit, cum dicit: Qui aufert quæ tua sunt, ne répu-

népetas. Et rursum: Si quis te percússerit in déxteram maxíllam, præbe illi & álteram. Per sycómorum Dóminus tránsiens cérnitur, quia per hanc sapiéntem stultítiam, etsi necdum ut est, sólide, jam tamen per contemplatiónis lumen Dei sapiéntia quasi in tránsitu vidétur, quam vidére néqueunt qui sibi sapiéntes esse vidéntur, quia ad conspiciéndum Dóminum, in eláta cogitatiónum suárum turba depreh énsi, adhuc sycómori árborem non invenérunt.

Te Deum laudámus. 16.

QUINTA DIE
infra Octavam.

In 1. Noct. Lect. de Script. occ.

In secundo Nocturno.

De Serm. S. Augustíni Episc.

Ex Ser. 256. de Temp. Lect. iv.

MOdo, quando impléntur Ecclésiæ, putámus jucundári Judæos? Ecclésiæ ædificántur, dedicántur, impléntur; quómodo illi jucundántur? non solum non jucundántur, sed étiam confundúntur, & implétur vox exultántis: Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me: & non jucundásti inimícos meos super me. Non jucundásti super me: si mihi credant, jucundábis in me. Ne multa dicámus, ad illa quæ cantávimus, aliquándo veniámus. Quómodo dicit Christus: Conscidísti saccū meum, & accinxísti me lætítia? Saccus ejus erat similitúdo carnis peccáti. ℟. Orántibus. cxxii.

Lectio v.

NOn tibi vileſcat, quod ait, Saccum meum; ibi erat inclúsum prétium tuum. Conscidísti saccum meum. Evásimus ad saccum istum. Conscidísti saccum meum. In passióne conscíssus est. Quómodo ergo Deo Patri dicitur, Conscidísti saccum meum? Quómodo Patri dicátur, vis audíre, Conscidísti saccum meum? Quia próprio Filio non pepércit, sed pro nobis ómnibus trádidit illum. Fecit enim per Judæos nesciéntes, unde redimeréntur sciéntes, & confunderéntur negántes. Nésciunt enim quid boni nobis operáti sunt malo suo. Suspénsus est saccus, & quasi lætátus est ímpius. Conscidit saccum láncea persecútor, & fudit prétium nostrum Redémptor. ℟. O quam. cxxii.

Lectio vi.

CAntet Christus Redémptor, gemat Judas vénditor, erubéscat Judæus emptor. Ecce Judas véndidit, Judæus emit, malum negótium egérunt, ambo damnáti sunt, seipsos perdidérunt vénditor & emptor. Dicat ergo Caput nostrum, dicat pro Córpore occíso, pro Córpore dedicáto. Dicat, audiámus. Conscidísti saccum meum, & accinxísti me lætítia, id est, conscidísti mortalitátem meam, & accinxísti me immortalitáte, & incorruptióne. Ut cantet tibi glória mea, & non compún-

púngar. Quid est non compúngar? Jam contra me non ferat lánceā persecútor, ut non compúngar. Christus enim surgens a mórtuis jam non móritur, & mors illi ultra non dominábitur. ℞. Mane. cxxii.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vii. *Cap.* 19.

IN illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus, & hic princeps erat publicanórum, & ipse dives. Et réliq.

Homilía veneráb. Bedæ Presb. *Lib.* 5. *c.* 77. *in Lucam* 19.

QUæ impossibília sunt apud hómines, possibília sunt apud Deum. Ecce enim camélus, depósita gibbi sárcina, per forámen acus transit: hoc est, dives & publicánus relícto ónere divitiárum, contémpto censu fráudum, angústam portam, arctámque viam, quæ ad vitam ducit, ascéndit. Qui mira devotióne Fidei ad vidéndum Salvatórem, quod natúra minus habúerat, ascénsu supplet árboris; atque ideo juste, quamvis ipse rogáre non áudeat benedictiónem Domínicæ susceptiónis quam desiderábat, accépit. ℞. Domus mea. cxxv.

Lectio viii.

MYstice autem Zachæus qui interpretátur justificátus, credéntem ex Géntibus pópulum signíficat. Qui quanto curis sæculáribus occupátior, tanto flagítiis deprimméntibus erat factus humílior. Sed ablútus est, sed sanctificátus, sed justificátus in nómine Dómini nostri Jesu Christi, & in Spíritu Dei nostri. Qui intránte Jéricho Salvatórem vidére quærébat, sed præ turba non póterat: quia grátia Fidei, quam Mundo Salvátor áttulit, participáre cupiébat, sed inólita vitiórum consuetúdo, ne ad votum pervenîret, obstíterat. ℞. Lápides. cxxv.

Lectio ix.

EAdem namque turba nóxiæ consuetúdinis, quæ supra cæcum clamántem, ne lumen péteret, increpábat, étiam suspiciéntem publicánum ne Jesum vídeat, tardat. Sed sicut cæcus turbárum voces magis, ac magis clamándo devícit; ita pusíllus necésse est turbæ nocéntis obstáculum altióra peténdo transcéndat, terréna relínquat, árborem Crucis ascéndat. Sycómorus namque (quæ est arbor fóliis moro símilis, sed altitúdine præstans, unde & a Latínis celsa nuncupátur) ficus fátua dícitur. Et éadem Domínica crux, quæ credéntes alit ut ficus, ab incrédulis irridétur ut fátua. Te Deum. 16.

S E X T A D I E

infra Octavam.

In 1. *Noct. Lect. de Scr. occ.*

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustíni Epísc.

Ex Ser. 256. *de Temp. Lect. iv.*

ERgo, dum novam constructiónem sanctæ hujus Ecclésiæ libénter atténdi-

[redacted]

liquis pópulis eándem festivitátem celebratúrus venit, sicut scriptum est; Facta sunt encænia in Jerosólymis, & hiems erat, & ambulábat Jesus in Tepmlo in pórticu Salomónis, Quod autem octo diebus encænia sint celebránda, in libro Regum perácta Dedicatióne Templi, reperiétis.

℟. Mane surgens, cxii.

OFFICIUM

B. MARIÆ IN SABBATO.

TEMPORE PASCHALI.

Omnibus Sabbatis a Dominica in Albis, nisi Festum novem Lectionum occurrat, fit Offic. de sancta Maria modo infrascripto.

In Vesperis Feria vi. dicuntur Psalmi feriales in Psalterio positi; nisi fuerit Festum trium Lect. quia tunc de sancta Maria fit tantum commem. in dictis Vesper. cum Antiphona ℣. & Oratione, ut infra.

Capitulum. *Eccli. 24.*

Ab inítio & ante sæcula creáta sum, & usque ad futúrum sæculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus.

Ave Maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum
Semper collætémur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus.
Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúja.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, allelúja.

Ad Magnificat, Antiphona.

Regína cæli lætáre, allelúja, quia quem meruísti portáre, allelúja, resurréxit, sicut di-

[redacted]

xit, allelúja, ora pro nobis Deum, allelúja.
. Dóminus vobíscum.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére, & gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum.

Non fiunt commem. consueta, sed tantum de Cruce, Aña. Crucem sanctam súbiit, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúja.
. Dícite in natiónibus, allelúja.
℞. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúja.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis, ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúndem.

Si autem occurrat Festum Simplex, de eo fit commem. ante commem. de Cruce.

Completor. ut in Psalterio. Et in fine Hymni. Te lucis ante. *dicitur,* Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine. *etiamsi in Vesper. facta sit tantum commem. de B. M. Ad Matut. Invit.* Ave María grátia pléna, * Dóminus tecum, allelúja.
Psalm. Veníte exultémus. 2.

Hymnus.

Quem terra, pontus, sydera
Colunt, adórant, prædicant,
Trinam regéntem máchinam,
Claustrum Maríæ bájulat.
Cui luna, sol & ómnia
Desérviunt per témpora,
Persúsa cæli grátia,
Gestant puéllæ víscera.
Beáta Mater múnere
Cujus supérnus Artifex
Mundum pugíllo cóntinens
Ventris sub arca clausus est.
Beáta cæli núntio,
Fœcúnda Sancto Spíritu,
Desiderátus géntibus
Cujus per alvum fusus est.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Nocturnum Sabbati, ut in Psalterio. 104. *Et in fine.* ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℞. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.
Pater noster. *Absolutio.*

Précibus & méritis beátæ Maríæ semper Vírginis, & ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cælórum. ℞. Amen.
℣. Jube domne benedícere.
Pro prima Lectione, Benedictio. Nos cum prole pia benedícat virgo María. ℞. Amen.
Prima dua Lect. de Script. libri currentis, tertia, una ex inferius positis per ordinem.
℞. *i.* Sancta & immaculáta vírginitas, quibus te láudibus éfferam néscio: * Quia quem cæli cápere non póterant,

[redacted]

terant, tuo grémio contulísti, allel. ℣. Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus Fructus ventris tui. Quia.

Pro ii. Lectoin. Bñv. Ipsa Virgo Vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum. ℞. Amen.

℞. *ii.* Felix namque es sacra Virgo María, & omni laude digníssima: * Quia ex te ortus est sol justítiæ, * Christus Deus noster.

℣. Ora pro pópulo, intérveni pro Clero, intercéde pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum juvámen quicúmque célebrant tuam sanctam Commemoratiónem. Quia. Glória Patri. Christus.

Pro tertia Lect. Benedictio. Per Vírginem Matrem concédat nobis Dóminus salútem & pacem. ℞. Amen.

Post tertiam Lectionem dicitur. Te Deum laudámus. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Añа.

DUm esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis, allel. *Psal.* Dóminus regnávit. *cum reliq. de Dñica ut in Psalt.* 17. *Aña.* Læva ejus sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me, allel. *Aña.* Nigra sum, sed formósa, fíliæ Jerúsalem; ídeo diléxit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum, allel. *Aña.* Jam hiems tránsiit, imber ábiit, & recéssit: surge amíca mea & veni, allel. *Aña.* Speciósa facta es & suávis in delíciis tuis, sancta Dei Génitrix, allelúja.

Capitulum. Ecc

AB inítio & ante creáta sum, & us futúrum sæculum non d & in habitatióne sanć ram ipso ministrávi.

Hymnus.

O Gloriósa Vírginu
Sublímis inter s
Qui te creávit, pái
Lacténte nutris úbere
Quod Heva tristis abst
Tu reddis almo Gérn
Intrent ut astra flébil
Cæli reclúdis cárdine
Tu regis alti jánua,
Et aula lucis fúlgida
Vitam datam per Vír
Gentes redémptæ plá
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírg
Cum Patre, & almo
In sempitérna sæcula.

℣. Benedícta tu in m bus, allel. ℞. Et bene Fructus ventris tui, al

Ad Bñs, Aña. Regín lætáre, allel. quia que ruísti portáre, allel. r xit, sicut dixit, allel. o nobis Deum, allelúja. *Oratio.* Concéde nos.

Deinde fit commemor. s *ce, Antiphona.* Crucifix réxit a mórtuis & redén allel. allel. ℣. Dícite tiónibus, allel. ℞. Qui minus regnávit a ligno *Oratio.* Deus, qui pro

Ad Horas, Hymni & mi, ut in Psalterio: *fine Hymnorum dicitur* tibi sit glória, Qui na de Vírgine.

[redacted]

Primam, *Antiphona*.
essiet Rex.
l. Regi sæculórum. 25.
, *brevi*, ℣. Qui natus
María Vírgine. *ut in*
rio. 28.
bsol. Capit. In platéis.
ertiam, *Aña.* Læva ejus.
lum. Ab inítio.
Spécie tua * Et pulchri-
tua, * Allelúja, allel.
tua. ℣. Inténde pró-
procéde & regna. Al-
lel. Glória Patri. Spé-
. Adjuvábit eam Deus
suo, allelúja.
us in médio ejus, non
ovébitur, allelúja.
extam, *Aña.* Nigra sum.
ulum. *Eccli.* 24. *b*
sic in Sion firmáta sum,
& in civitáte sanctificáta
er requiévi, & in Je-
m potéstas mea. Et ra-
in pópulo honorificá
in parte Dei mei hæ-
illíus, & in plenitúdi-
nctórum deténtio mea.
Adjuvábit eam * Deus
suo, * Allelúja, allel.
ábit. ℣. Deus in médio
non commovébitur.
ja, allel. Glória Patri.
ábit. ℣. Elégit eam
& prælégit eam, allel.
tabernáculo suo habi-
acit eam, allel.
Nonam, *Aña.* Speciósa.
ulum. *Eccli.* 24. *b*
platéis sicut cinnamó-
m & bálsamum aro-
ns odórem dedi, qua-
rrha elécta dedi suavi-
odóris.

℟. *brev.* Elégit eam Deus & prælégit eam. Allelúja, allelúja. Elégit.
℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Allel. allel. Glória Patri. Elégit.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúja.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, allelúja.

Ad Vesperas Aña & Psalmi feriales: Capitulum & reliqua omnia, si non occurrat Festum Duplex de Dominica.

Lect. sequentes dicuntur singulis mensibus in Offic. B. M. in Sabbato, ordine subscripto.

MENSE APRILI.

De expositióne S. Hierónymi Presbyteri in Ezechiélem Prophétam.

Lib. 13. *in c.* 44. *Lectio iii.*

PORta hæc clausa erit & non aperiétur. Pulchre quidem portam clausam, per quam solus Dóminus Deus Israel ingréditur & dux, cui porta clausa est, Maríam vírginem intélligunt: quæ & ante partum & post partum virgo permánsit. Etenim témpore, quo Angelus loquebátur: Spíritus sanctus veniet super te & virtus Altíssimi obumbrábit te; quod autem nascétur ex te Sanctum vocábitur Fílius Dei: & quando natus est, virgo permánsit ætérna, ad confundéndos eos qui arbitrántur, eam post nativitátem Salvatóris habuísse de Joseph filios, ex occasióne fratrum ejus, qui vocántur in Evangélio. Te Deum. 16.

MEN-

MENSE MAJO.

Ex Tractátu S. Augustini Epíscopi de Symbolo ad Catechúmenos.

Lib. 3. cap. 4. in fine tom. 9.

Lectio iii.

PEr féminam mors, per féminam vita, per Hevam intéritus, per Maríam salus. Illa corrúpta secúta est seductórem: hæc íntegra péperit Salvatórem. Illa póculum a serpénte propinátum libénter accépit & viro trádidit, ex quo simul mereréntur occídi: hæc, grátia cæléſti désuper infúsa, vitam prótulit, per quam caro mórtua possit resuscitári. Quis est, qui hæc operátus est, nisi Vírginis Fílius & vírginum sponsus, qui áttulit matri fœcunditátum, sed non ábstulit integritátem. Te Deum laudámus. 16.

Ad Laudes & per Horas, omnia ut supra. cxl.

OFFICIUM PARVUM *B. M. non dicitur, quando fit Off. ix. Lect. nec in Feriis majoris Hebd. nec infr. Oct. Paschæ & Pentec. nec in Sabbatis, quando fit Offic. de S. M. Quibus diebus omittitur a i. Vesp. Cum dicitur in Choro, in Matutinis & in Vesp. præponitur Offic. diei in aliis Horis post ponitur. Prima dicitur post* Benedicámus Dómino, *antequam legatur Martyrol. Extra Chorum potest dici pro temporis opportunitate.*

OFFICIUM B. MARIÆ

Extra Adventum.

Ad Vesperas. Ave María. *secrete: quæ dicitur semper in principio omnium Horarum B. M. quando non* [illegible] *cum Offic. diei.* [illegible]

DEus in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adjuvándum me festína. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui Sancto. Sicut erat *In fine,* Allelúja *vel* [illegible] *Horas per totum annum, præterquam a Septuagesima usque ad Sabbatum Sanctum:* [illegible] *loco tunc dicitur:* Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

Aña. Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis.

Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede a dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * dominare in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ, in splendóribus Sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es Sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis: * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri, &c.

Aña.

[redacted]

Aña. Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis. Aña. Læva ejus sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me.

Psalmus 112.

LAudáte púeri Dñm: * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.
A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dñi.
Excélsus super omnes Gentes Dóminus, * & super cælos glória ejus.
Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cælo & in terra?
Súscitans a terra ínopem: * & de stércore érigens páuperem.
Ut cóllocet eum cum princípibus: * cum princípibus pópuli sui.
Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem. Glória Patri.

Aña. Læva ejus sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me. Aña. Nigra sum, sed formósa, filiæ Jerúsalem; ídeo diléxit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Dómini íbimus.
Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis Jerúsalem.
Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idípsum.
Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.
Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.
Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem, * & abundántia diligéntibus te.
Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.
Propter fratres meos, & próximos meos * loquébar pacem de te.
Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsivi bona tibi. Glória Patri, &c.

Aña. Nigra sum, sed formósa, filiæ Jerúsalem; ídeo diléxit me rex, & introdúxit me in cubículum suum.
Aña. Jam hiems tránsiit, imber ábiit & recéssit: surge amíca mea & veni.

Psalmus 126.

NIsi Dñs ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.
Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.
Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.
Cum déderit dilectis suis somnum: * ecce hæréditas Dómini, filii; merces fructus ventris.
Sicut sagíttæ in manu poténtis, * ita filii excussórum.
Beátus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non con-

[redacted]

confundétur cùm loquétur inimícis suis in porta.
Glória Patri, &c.
Aña. Jam hiems tránsiit, imber ábiit & recéssit: surge, amíca mea, & veni. *Aña.* Speciósa facta es & suávis in delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Psalmus 147.

LAuda Jerúsalem Dñm: * lauda Deum tuum Sion.
Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit fíliis tuis in te.
Qui pósuit fines tuos pacem,* & ádipe fruménti sátiat te.
Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.
Qui dat nivem sicut lanam, * nébulam sicut cínerem spargit.
Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frigoris ejus quis sustinébit?
Emíttet verbum suum, & liquefáciet ea: * flabit spíritus ejus, & fluent aquæ.
Qui annúntiat verbum suum Jacob: * justítias & judícia sua Israel.
Non fecit táliter omni natióni, * & judícia sua non manifestávit eis.
Glória Patri, &c.
Aña. Speciósa facta es & suávis in delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.
Capitul. Ab initio. cxxxviii.
Hymn. Ave maris. cxxxviii.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.
Ad Magnificat, Antiphona. Beáta Mater, & intácta Virgo, glorióſa Regína [...] intercéde pro nobis [...] minum. Kyrie eléiso[...] Christe eléison. Kyri[...]
℣. Dóminus vobíscum[...]
℟. Et cum spíritu tuo[...]
Oratio. Concéde. cxx[...]
Sequens commem. pro [...] fit tantum ad Vesp. & [...] ut in Offic. S. Mariæ [...]
Sancti Dei omnes int[...]re dignémini pro nostra[...] niúmque salúte.
℣. Lætámini in Dóm[...] exultáte justi. ℟. Et [...]mini omnes recti cor[...]

Oratio.

PRótege Dómine p[...] tuum, & Apost[...] tuórum Petri & Pauli [...]rum Apostolórum pat[...] confidéntem, perpétua[...] sióne consérva.
OMnes Sancti tui, [...]mus Dómine, n[...]que ádjuvent: ut dum mérita recólimus, pat[...]sentiámus: & pacem tu[...]stris concéde tempórib[...] ab Ecclésia tua cuncta [...]pélle nequítiam: iter, [...] & voluntátes nostras, [...]nium famulórum tuóru[...] salútis tuæ prosperitáte [...]ne, benefactóribus [...] sempitérna bona retrib[...] ómnibus Fidélibus de[...] réquiem ætérnam co[...] Per Dóminum.

AD COMPLETORI[...]

Ave María. *ut suprà*

COnvérte nos Deus [...]ris noster. ℟. Et [...]te iram tuam a nobis.
℣. I[...]

℣. Deus in adjutórium, &c. Glória Patri. Allelúja.

Psalmus 128.

SÆpe expugnavérunt me a juventúte mea : * dicat nunc Israel.

Sæpe expugnavérunt me a juventúte mea : * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres : * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dñs justus concídit cervíces peccatórum : * confundántur, & convertántur retrórsum omnes, qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum, * quod priúsquam evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant : Benedíctio Dómini super vos : * benedíximus vobis in nómine Dómini. Glória.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dñe : * Dñe quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est : * & propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima ma in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutina usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus ejus. Glória Patri, &c.

Psalmus 130.

DOmine non est exaltátum cor meum, * neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam ; * sed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Israel in Dño : * ex hoc nunc & usque in sæculum. Glória Patri. *Hymnus.*

MEménto, rerum Cónditor,
Nostri quod olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis,
Nascéndo, formam súmpseris.
María mater grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege
Et mortis hora súscipe.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Capitulum. *Eccli.* 24. *b*

EGo mater pulchræ dilectiónis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ spei.

℟. Deo grátias.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Nunc dimittis, Antiph. Sub tuum præsidium confúgimus sancta Dei Génitrix, nostras deprecatiónes ne de-

dicitur ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

TRES PSALMI

sequentes dicuntur Feria iii. & vi. ad Nocturnum.

Aña. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna.

Psalmus 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis: * proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime.

Spécie tua & pulchritúdine tua * inténde, prósperè procéde, & regna.

Propter veritátem & mansuetúdinem & justítiam, * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent: * in corda inimicórum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directiónis virga regni tui.

Dilexísti justítiam & odísti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha & gutta & cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Astitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: * & obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Et concupíscet Rex decórem tuum, * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur, omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ Regis ab intus: * in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur regi vírgines post eam, * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia & exsultatióne: * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne, & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: * & in sæculum sæculi.

Glória Patri, &c.

Aña. Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna.

Aña. Adjuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio ejus non commovébitur.

Psalmus 45.

DEus noster refúgium, & virtus: * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum tur-

[redacted]

bitur terra, * & transfe-
r montes in cor maris.
ıérunt, & turbátæ sunt
eórum: * conturbáti sunt
es in fortitúdine ejus.
ıinis ímpetus lætíficat
ıtem Dei: * sanctificávit
ıáculum suum Altíssimus.
s in médio ejus, non
ıovébitur: * adjuvábit
Deus mane dilúculo.
ıturbátæ sunt Gentes, &
ıáta sunt regna: * dedit
m suam, mota est terra.
virtútum nobíscum: *
ptor noster Deus Jacob.
íte, & vidéte ópera
ini, quæ pósuit prodí-
ıper terram: * áuferens
usque ad finem terræ.
um cónteret, & confrín-
rma: * & scuta combú-
gni.
áte, & vidéte quóniam ego
Deus: * exaltábor in gén-
, & exaltábor in terra.
virtútum nobíscum: *
ptor noster Deus Jacob.
ia Patri, &c.
Adjuvábit eam Deus
ı suo: Deus in médio
, non commovébitur.
Sicut lætántium ómnium
um habitátio est in te,
a Dei Génitrix.

Psalmus 86.

Jndaménta ejus in món-
tibus sanctis: * díligit
ınus portas Sion super
ia tabernácula Jacob.
ıriósa dicta sunt de te, *
as Dei.
nor ero Rahab & Baby-
* sciéntium me.

Ecce alienígenæ & Tyrus & pópulus Æthíopum, * hi fuérunt illic.

Nunquid Sion dicet: Homo & homo natus est in ea: * & ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum, & príncipum, * horum, qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.

Glória Patri, &c.

Aña. Sicut lætántium ómnium nostrum habitátio est in te, sancta Dei Génitrix.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Pater noster. *cum Lectionibus & reliquis, ut infra.*

Sed in Officio ix. Lectionum dicitur ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus, non commovébitur.

TRES PSALMI *sequentes dicuntur Feria iv. & Sabbato ad Nocturnum.*

Aña. Gaude María Virgo, cunctas hæreses sola interemísti in univérso Mundo.

Psalmus 95.

CAntáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dño, & benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus: * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.

[redacted]

Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: * Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ Géntium: afférte Dómino glóriam & honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra: * dícite in Géntibus, quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cæli & exúltet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi & ómnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte: * & pópulos in veritáte sua.

Aña. Gaude María Virgo, cunctas hæreses sola interemísti in univérso mundo.

Aña. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta: da mihi virtútem contra hostes tuos.

Psalmus 96.

DOminus regnávit, exultet terra, * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus: * justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, & inflammábit in circú[itu] inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus o[rbi] terræ: * vidit, & commó[ta] est terra.

Montes sicut cera fluxéru[nt] a fácie Dómini: * a fá[cie] Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justíti[am] ejus, * & vidérunt omn[es] pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, q[ui] adórant sculptília, * & q[ui] gloriántur in simulácris sui[s].

Adoráte eum omnes Ange[li] ejus, * audívit & lætáta est Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ; propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dómine Altí[s]simus super omnem terram: nimis exaltátus es super om[]nes deos.

Qui dilígitis Dóminum, od[i]te malum: * custódit Dómi[]nus ánimas Sanctórum su[o]rum, de manu peccatóris l[i]berávit eos.

Lux orta est justo, * & r[e]ctis corde lætítia.

Lætámini justi in Dómino, & confitémini memóriæ sa[n]ctificatiónis ejus.

Glória Patri, &c.

Aña. Dignáre me laudáre te, Virgo sacrata: da mihi virtú[]tem contra hostes tuos.

Aña. Post partum, Virgo in[]violáta permansísti, Dei Ge[]nitrix intercéde pro nobis.

Psalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum: * quia mi[]rabília fecit.

Sal-

Salvávit sibi déxtera ejus, * & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dñs salutáre suum: * in conspéctu Géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ: * & veritátis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: * cantáte & exultáte & psállite.

Psállite Dómino, in cíthara, in cíthara & voce psalmi: * in tubis ductílibus & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini: * moveátur mare & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, * & pópulos in æquitáte.

Glória Patri, &c.

Antiphona. Post partum Virgo invioláta permansísti, Dei Génitrix intercéde pro nobis.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Sed in Offic. ix. Lect. dicitur.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Pater noster. *secretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

Précibus & méritis beátæ Maríæ semper Vírginis, & ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cælórum. ℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Nos cum prole pia benedícat Virgo María. ℟. Amen.

Lectio i. *Eccli. 24.*

In ómnibus réquiem quæsívi, & in hæreditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, & dixit mihi Creátor ómnium; & qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Israel hæreditáre, & in Eléctis meis mitte radíces. ℟. Deo grátias.

℟. Sancta & immaculáta Virgínitas, quibus te láudibus écferam néscio, * Quia quem cæli cápere non póterant, tuo grémio contulísti.

℣. Benedícta tu in mulíéribus, & benedíctus fructus ventris tui. Quia.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Ipsa Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum. ℟. Amen.

Lectio ii.

Et sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, & in plenitúdine Sanctórum deténtio mea. ℟. Deo grátias.

℟. Beáta es Virgo María,

[redacted]

quæ Dóminum portásti Creatórem Mundi : * Genuísti qui te fecit, & in ætérnum pérmanes virgo. ℣. Ave María, grátia plena : Dóminus tecum. Genuísti.

℣. Jube domne benedícere.

Bñe. Per Vírginem Matrem concédat nobis Dóminus salútem & pacem. ℟. Amen.

Lectio iii.

QUasi cedrus exaltáta sum in Lybano, & quasi cypréssus in monte Sion : quasi palma exaltáta sum in Cades; & quasi plantátio rosæ in Jéricho. Quasi olíva speciósa in campis, & quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

℟. Felix namque es sacra Virgo María, & omni laude digníssima, * Quia ex te ortus est Sol justítiæ, * Christus Deus noster.

V. Ora pro pópulo, intérveni pro Clero, intercéde pro devóto femíneo sexu, séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célebrant tuam sanctam Commemoratiónem. Quia. Glória Patri. Christus.

A D L A U D E S,

℣. Deus in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adjuvándum me festína.

Glória Patri. Allelúja.

Antiphona.

ASsúmpta est María in cælum, gaudent Angeli, laudántes benedícunt Dñm.

Psal. Dóminus regnávit. *cum reliquis de Dominica : ut in Psalterio.* 17.

Aña. María Virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stelláto sedet sólio. *Aña.* In odórem unguentórum tuórum cúrrimus, adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

Aña. Benedícta fília tu à Dómino, quia per te Fructum vitæ communicávimus.

Aña. Pulchra es & decóra, fília Jerúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

Capitulum. *Cant. 6.*

VIdérunt eam fíliæ Sion, & beatíssimam prædicavérunt, & regínæ laudavérunt eam. ℟. Deo grátias.

Hymn. O glorióſa Vírginum, *ut suprà.* cxl.

℣. Benedícta tu in muliéribus. ℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antiphona.

Beáta Dei Génitrix María, Virgo perpétua, templum Dñi, Sacrárium Spíritus Sancti : sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Jesu Christo : ora pro pópulo, intérveni pro Clero, intercéde pro devóto femíneo sexu. Kyrie eléison. Christe eléis. Kyrie eleis. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. *Oratio.*

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : præsta supplícibus tuis, ut qui vere eam Genitrícem

Dei

[redacted]

...dimus, ejus apud te
...iónibus adjuvémur.
...dem. ℟. Amen.
...nctis, Antiphona.
...ei omnes, intercéde-
...mini pro nostra om-
...salúte. ℣. Lætámini
...ino & exultáte justi.
...oriámini omnes recti
Oratio.
...ge Dómine pópulum
...n, & Apostolórum
...Petri & Pauli & alió-
...ostolórum patrocínio
...tem, perpétua defen
...nsérva.
...es Sancti tui, quæsu-
...is Dómine, nos ubí
...ivent: ut dum eórum
...ecólimus, patrocínia
...s: & pacem tuam no-
...ecéde tempóribus, &
...ésia tua cunctam re-
...quítiam: iter, actus,
...tátes nostras, & óm-
...nulórum tuórum, in
...æ prosperitáte dispó-
...enefactóribus nostris
...na bona retríbue, &
...Fidélibus defúnctis
...ætérnam concéde.
...ninum.

...P R I M A M.

...ve María, &c.
...s in adjutórium.
...eménto rerum. cxlv.
...a. Assúmpta est.
Psalmus 53.
...in nómine tuo sal-
...m me fac, * & in
...ua júdica me.
...xáudi oratiónem me-
...uribus pércipe verba
...i.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me; * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis, * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * & confitébor nómini tuo Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me, * & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Glória Patri, &c.

Psalmus 84.

Benedixísti Dómine terram tuam: * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ: * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam: * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus salutáris noster, * & avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis, * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónem?

Deus tu convérsus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam, * & salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus: * quó-

niam loquétur pacem in plebem suam.

Et super Sanctos suos, * & in eos, qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsius, * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi: * justítia & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est, * & justítia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit, * & ponet in via gressus suos. Glória Patri.

Psalmus. 116.

LAudáte Dóminum omnes gentes, * laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum. Glória Patri.

Añt. Assúmpta est María in cælum, gáudent Angeli, laudántes benedícunt Dóminum.

Capitulum. *Cant. 6. c*

QUæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta?

℟. Deo grátias.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. ℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

DEus, qui virginálem aulam beátæ Maríæ, in qua habitáres, elígere dignátus es: da, quæsumus; ut sua nos defensióne munítos, jucúndos fácias suæ interésse commemoratióni: Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

AD TERTIAM.

Ave María, &c. ℣. Deus in adjutórium. *Hymn.* Meménto rerum. *ut sup.* cxlivііі.

Antiphona. María Virgo.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribularer clamávi: * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * & a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me grátis. Glória Patri.

Psalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dño, * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui custódit te.

Ecce

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódiat te, Dóminus protéctio tua * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc & usque in sæculum. Glória Patri.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his, quæ dicta sunt mihi, * in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi. Glória Patri.

Añā. María Virgo assúmpta est ad æthéreū thálamū, in quo Rex regum stelláto sedet sólio.

Capitulum. *Eccli.* 24. *b*

ET sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Jerúsalem potéstas mea. ℟. Deo grátias. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Kyrie eléis. Christe eléis. Kyrie eléis. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. *Oratio.*

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda humáno géneri præmia præstitísti: tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit.

A D S E X T A M.

Ave María, &c. ℣. Deus in adjutórium. *Hymnus.* Meménto rerum. *ut supr.* cxlv. *Añā.* In odórem.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servórum, * in mánibus dominórū suórū.

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ, * ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri, * quia multum repléti sumus despectióne.

Quia multum repléta est ánima nostra: * oppróbrium

abundántibus, & despéctio supérbis. Glória Patri.

Psalmus 123.

NIsi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel: * nisi quia Dóminus erat in nobis.

Cum exúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutíssent nos.

Cum irasceréetur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra, * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erepta est, * de láqueo venántiū.

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram. Glória.

Psalmus 124.

QUi confídunt in Dño sicut mons Sion: * non commovebitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum; * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac Dómine bonis, * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israel. Glória.

Ana. In odórem unguentórum tuórum cúrrimus: adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

Capitulum. *Eccli.* 24.

ET radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, & in plenitúdine Sanctórum deténtio mea. ℟. Deo grátias. ℣. Benedícta tu in muliéribus. ℟. Et benedíctus fructus ventris tui. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. *Oratio.*

COncéde miséricors Deus fragilitáti nostræ præsídium; ut qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio, a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúndem Dñm.

AD NONAM.

Ave María, &c. ℣. Deus in adjutórium. *Hymn.* Meménto. *ut supra.* cxlv.

Antiphona. Pulchra es.

Psalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion, * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum, * & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter Gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum; * facti sumus lætántes.

Con-

Convérte Dómine captivitátem nostram. * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Euntes ibant, & flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos. Glória Patri.

Psalmus 126.

NIsi Dñs ædificavérit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dñi, filii: merces fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis, * ita filii excussórum.

Beátus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Glória Patri.

Psalmus 127.

BEáti omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Filii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dñs ex Sion, * & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum, * pacem super Israel.

Glória Patri, &c.

Aña. Pulchra es & decóra, filia Jerúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

Capitulum. Eccli. 24. *b*

IN platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi, quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

℟. Deo grátias.

℣. Post partum, Virgo, inviolára permansísti. ℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis. Kyrie eléison. Christe eléis. Kyrie eléis. ℣. Dóminus vobíscum.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quæsumus Dómine, delíctis ignósce: ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Filii tui Dómini nostri intercessióne salvémur: Qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c.

TEMPORE PASCHALI

Officium B. Mariæ dicitur sicut ante Adventum, sed ad Benedictus, & ad Magnificat, & ad Nunc dimittis, dicitur sequens Antiphona.

Regína cæli lætáre, allelúja, quia quem meruísti portáre, allelúja, resurréxit, sicut dixit, allelúja, ora pro nobis Deum, allelúja.

Añis autem, ℣℣. *&* ℟℟. *non additur in fine* Allelúja.

O F-

OFFICIUM

DEFUNCTORUM.

Dicitur extra tempus Paschale prima cujusque mensis die non impedita Festo ix. Lect. alioquin alia seq. die similiter non impedita. In Adventu autem & Quadrag. Feria ii. cujuslibet Hebd. similiter non impedita, præterquam in majori Hebd. in Choro dicitur post Off. diei idest, Vespera post Vesper. & Matutinum post Laudes diei, nisi aliâ sit consuetudo Ecclesiarum: extra Chorum vero pro opportunitate temporis.

Ad Vesperas absolute incipitur ab Aña. Placébo Dño.

Psalmus 114.

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi: * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis: * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni: * & nomen Dómini invocávi.

O Dñe líbera ánimam meam:* miséricors Dóminus & justus, & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dñs: * humiliátus sum,& liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte: * óculos lácrymis, pedes meo

Placébo Dómino gióne vivórum.

In fine omnium P dicitur, Réquiem æ dona eis Dómine. Et pétua * lúceat eis.

Aña. Placébo Dómin gióne vivórum.

Aña. Hei mihi Dómi

Psalmus 119

Ad Dóminum cu láter clamávi: * dívit me.

Dómine líbera ánim am a lábiis iniquis lingua dolósa.

Quid detur tibi,aut q nátur tibi * ad linguā

Sagíttæ poténtis acú carbónibus desolatór

Heu mihi,quia incolá prolongátus est: habi habitántibus Cedar: * íncola fuit ánima m

Cum his, qui odé cem, eram pacíficus loquébar illis, imp me gratis. Réquiem

Aña. Hei mihi Dómi incolátus meus pro est, *Aña.* Dóminus cu

Psalmus 120

Levávi óculos meo tes, * unde vén lium mihi.

Auxílium meum a Dó qui fecit cælum & t

[redacted]

ut in commotiónem
tuum: * neque dor-
ui custódit te.
on dormitábit neque
, * qui custódit Israel.
is custódit te, Dó-
rotéctio tua * super
déxteram tuam.
em sol non uret te, *
unam per noctem.
us custódit te ab om-
: * custódiat ánimam
óminus.
us custódiat introitum
éxitum tuum, * ex
c & usque in sæcu-
équiem ætérnam.
óminus custódit te ab
alo, custódiat áni-
um Dóminus.
iniquitátes.
Psalmus 129.
rofúndis clamávi ad
Dómine: * Dómine
vocem meam.
ures tuæ intendéntes *
n deprecatiónis meæ.
uitátes observáveris
: * Dómine quis su-

pud te propitiátio
: propter legem tuam
te Dómine.
it ánima mea in ver-
: * sperávit ánima
Dómino.
dia matútina usque ad
speret Israel in Dño.
pud Dóminum mise-
, * & copiósa apud
émptio.
: rédimet Israel * ex
iniquitátibus ejus.
m ætérnam.

Aña. Si iniquitátes observáveris Dómine, Dómine quis sustinébit? *Aña.* Opera.

Psalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo, * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi; * adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua & veritáte tua: * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dñe omnes reges terræ, * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dñi.

Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit, * & alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me, * Dómine misericórdia tua in sæculum: ópera mánuum tuárum ne despícias. Réquiem.

Aña. Opera mánuum tuárum Dñe, ne despícias. ℣. Audivi vocem de cælo dicéntem mihi.
℞. Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur.

Ad Magnificat, Antiphona.
Omne, quod dat mihi Pater, ad me véniet: & eum, qui venit ad me, non ejíciam foras.

Pro-

Preces infrascriptæ dicuntur flex. genib. similiter & ad Laud. Pater noster. *secr.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

Sequens Psal. non dicitur in die omnium fidelium defunctor. neque in die obitus, seu depositionis defuncti, tantum. Alias semper dicitur.

Psalmus 145.

LAuda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo quándiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus, * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam, * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cælum & terram, mare & ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sǽculum; facit judícium injúriam patiéntibus: * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos: * Dñs illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos: * Dóminus díligit justos.

Dñs custódit ádvenas, pupíllum & víduam suscípiet; * & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sǽcula, Deus tuus, Sion, * in generatiónem & generatiónem.

In fine Psalmi Réquiem ætérnam * Dona eis Dómine. Et lux perpétua * lúceat eis.

Deinde ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dñe ánimas eórum. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum.

Oratio.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulos tuos Pontificáli, seu Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: præsta, quǽsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

DEus véniæ largítor, & humánæ salútis amátor, quǽsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor animábus famulórum famularúmque tuárum, remissiónum cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur: Qui vivis & regnas in sǽcula sæculórum: ℟. Amen.

In die vero Commem. omnium fidelium Defunct. quando dicitur hæc ultima tantum Oratio, dicitur: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus

, per ómnia sæcula
rum. ℟. Amen.

depositionis Defuncti.

Oratio.

solve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli
, ut defúnctus sæculo
vat: & quæ per fra-
em carnis humána con-
óne commísit, tu vé-
isericordíssimæ pietátis
ge. Per Dóminum.

uerit femina, dicatur
m famulæ tuæ. N. ut
tæ.

anniversario die.

Oratio.

us indulgentiárum Dó-
mine: da animábus
órum, famularúmque
, quorum anniversá-
lepositiónis diem com-
rámus, refrigérii se-
quiétis beatitúdinem,
minis claritátem. Per
num nostrum.

o uno tantum fit Anni-
ium, dicitur in singu-
umero.

uno Episcopo defuncto.

Oratio.

us qui inter Apostó-
icos Sacerdótes fámu-
ium N. Pontificáli se-
lignitáte vigére; præ-
esumus; ut eórum quo-
erpétuo aggregétur con
. Per Dóminum.

uerit Sacerdos, dicatur
otáli fecísti, &c.

Fratribus vero & fami-
s, vel benefactoribus,
Oratio. Deus, véniæ
r. ut supra.

Pro patre & matre. Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepísti, miserére cleménter animábus patris ac matris meæ, eorúmque peccáta dimítte: meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

Si fit pro pluribus dicatur animábus paréntum nostrórum, *& ubi dicitur* meque, *dicatur* nosque.

Si pro patre tantum dicatur ánimæ patris mei, *vel* nostri.

Si pro matre tantum dicatur ánimæ matris meæ, *vel* nostræ.

Pro uno defuncto. Oratio.

INclina Dómine, áurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui N. quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, & Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

Pro una defuncta.

Oratio.

QUæsumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ, N. & a contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat eis. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

Ad Matut. Invitat. Regem, cui ómnia vivunt, * Veníte adorémus. *Psal.* Veníte. 2.

Et

Et in fine Réquiem ætérnam dona eis Dómine. Et lux perpétua lúceat eis.

Hoc Invitatorium dicitur tantum in die commem. Omnium fidelium Defunctor. & in die depositionis Defuncti, quibus diebus dicuntur tres infrascripti Noctur. & Aña duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantum unum Noct. cum Laudib. hoc ordine: Feria ii. & v. primum Nocturnum: Feria iii. & vi. secundum Nocturnum: Feria vi. & Sabbato, tertium Nocturnum.

IN I. NOCTURNO.

Pro Feria ii. & v.

Aña. Dírige. *Psalmus 5.*

VErba mea áuribus pércipe Dómine: * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ,* Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo,* Dñe, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi, & vidébo, * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus: * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia tua, * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, línguis suis dolóse agébant: * júdica illos Deus.

Décidant a cogitatiónibus suis, secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos: * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te: * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

Réquiem ætérnam.

Aña. Dírige Dómine Deus meus in conspéctu tuo viam meam. *Aña.* Convértere.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me: * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine, quóniam infírmus sum, * sana me Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte, qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

La-

[redacted]

vi in gémitu meo, per fingulas noctes meum: * lácrymis atum meum rigábo. us est a furóre ócu- ; * inveterávi inter nimícos meos.
ite a me omnes, qui ni iniquitátem: * exaudívit Dóminus letus mei.
vit Dóminus depre- n meam, * Dóminus m meam suscépit.
cant & conturbéntur ter omnes inimíci convertántur & eru- valde velóciter.
n ætérnam.
nvértere Dñe, & éri- am meam; quóniam in morte, qui memor
Aña. Ne quando.

Psalmus 7.

ine Deus meus, in sperávi: * salvum me ómnibus persequénti- e, & líbera me.
ndo rápiat ut leo á- meam, * dum non rédimat, neque qui faciat.
ne Deus meus, si fe- , * si est iníquitas in s meis.
lidi retribuéntibus mi- a; * décidam mérito nícis meis inánis.
uátur inimícus áni- neam, & comprehén t concúlcet in terra meam, * & glóriam n púlverem dedúcat.
e Dómine in ira tua: * & exaltáre in fínibus inimi- córum meórum.
Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto, quod man- dásti; * & synagóga populó- rum circúmdabit te.
Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus júdi- cat pópulos.
Júdica me Dómine secún- dum justítiam meam, * & secúndum innocéntiam meam super me.
Consumétur nequítia pecca- tórum, & díriges justum, * scru- tans corda & renes Deus.
Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.
Deus judex justus, fortis & pátiens: * nunquid iráscí- tur per síngulos dies?
Nisi convérsi fuéritis, glá- dium suum vibrábit: * ar- cum suum teténdit, & pará- vit illum.
Et in eo parávit vasa mor- tis: * sagíttas suas ardénti- bus effécit.
Ecce partúriit injustítiam: * concépit dolórem, & pépe- rit iniquitátem.
Lacum apéruit, & effódit eum: * & incídit in fóveam, quam fecit.
Convertétur dolor ejus in caput ejus, * & in vérti- cem ipsíus iníquitas ejus de- scéndet.
Confitébor Dómino secún- dum justítiam ejus: * & psallam nómini Dómini Al- tíssimi. Réquiem ætérnam.
Aña. Ne quando rápiat ut leo

ani-

[redacted]

ánimam meam, dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat. ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dñe ánimas eórum. Pater noster. *totum secr.*

Lect. leguntur sine Absolut. Benedictionibus, & Titulo.

Lectio i. *Job 7. d*

PArce mihi Dómine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, & súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi o custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, & factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam, & si mane me quæsíeris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu autem, *vel alia conclusione.*

℟. Credo quod Redémptor meus vivit: & in novíssimo die de terra surrectúrus sum: * Et in carne mea vidébo Deum Salvatórem meum.

℣. Quem visúrus sum ego ipse, & non álius: & óculi mei conspectúri sunt. Et.

Lectio ii. *Job* 10.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérsum me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre: índica mihi cur me ita júdices? Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me, & ópprimas me opus mánuum tuárum, & consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, & anni tui sicut humána sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, & peccátum meum scrutéris? Et scias, quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit érúere.

℟. Qui Lázarum resuscitásti a monuménto fœtidum, * Tu eis Dómine dona réquiem, & locum indulgéntiæ.

℣. Qui ventúrus es judicáre vivos & mórtuos, & sæculum per ignem. Tu eis.

Lectio iii. *Job* 10. *b*

MAnus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me totum in circúitu, & sic repénte præcípitas me? Meménto quæso, quod sicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, & sicut cáseum me coagulásti? Pelle & cárnibus vestísti me, óssibus & nervis compegísti me. Vitam & misericórdiam tribuísti mihi & visitátio tua custodívit spíritum meum.

℟. Dñe, quando véneris judicáre terram, ubi me abscóndam a vultu iræ tuæ? * Quia peccávi nimis in vita mea.

℣. Commíssa mea pavésco, & ante te erubésco: dum véneris

judi-

[redacted]

ire, noli me condemná-
nia. ℣. Réquiem ætér-
óna eis Dómine: & lux
tua lúceat eis. Quia.
n ad Laudes, ut in-
clxxi. *quando dicitur*
rantum Noct.

I. NOCTURNO.

Feria iii. & sexta.

In loco páscuæ.

Psalmus 22.

)minus regit me, & ni-
hil mihi déerit: * in lo-
scuæ ubi me collocávit.
r aquam refectiónis e-
it me: * ánimam meam
rtit.
ixit me super sémitas ju-
, * propter nomen suum.
& si ambulávero in
umbræ mortis, non
o mala, * quóniam tu
n es.
tua & báculus tuus, *
ne consoláta sunt.
sti in conspéctu meo
m * advérsus eos, qui
ant me.
nguásti in óleo caput
, * & calix meus iné-
quam præclárus est!
nisericórdia tua subse-
r me * ómnibus diébus
meæ.
it inhábitem in domo
ni * in longitúdinem
n. Réquiem ætérnam.
In loco páscuæ ibi me
cávit. *Añt.* Delícta.

Psalmus 24.

) te Dómine levávi áni-
mam meam: * Deus meus
onfido, non erubéscam.
ie irrídeant me inimíci
mei: * étenim univérsi, qui sú-
stinent te, non confundéntur.
Confundántur omnes iniqua
agéntes * supervácue.
Vias tuas Dómine demón-
stra mihi, * & sémitas tuas
édoce me.
Dírige me in veritáte tua,
& doce me: * quia tu es
Deus salvátor meus, & te
sustínui tota die.
Reminíscere miseratiónum
tuárum Dómine, * & mi-
ricordiárum tuárum, quæ a
sæculo sunt.
Delícta juventútis meæ, *
& ignorántias meas ne me-
míneris.
Secúndum misericórdiam tu-
am meménto mei tu, * pro-
pter bonitátem tuam Dómine.
Dulcis & rectus Dóminus: *
propter hoc legem dabit de-
linquéntibus in via.
Díriget mansuétos in judí-
cio: * docébit mites vias suas.
Univérsæ viæ Dómini, mi-
sericórdia & véritas: * re-
quiréntibus testaméntum ejus
& testimónia ejus.
Propter nomen tuum, Dó-
mine, propitiáberis peccáto
meo: * multum est enim.
Quis est homo, qui timet
Dóminum? * legem státuit
ei in via, quam elégit.
Anima ejus in bonis demo-
rábitur, * & semen ejus hæ-
reditábit terram.
Firmaméntum est Dóminus
timéntibus eum, * & testa-
méntum ipsíus ut manifesté-
tur illis.
Oculi mei semper ad Dó-
mi-

[redacted]

minum: * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére mei, * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam & labórem meum, * & dimítte univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, & érue me: * non erubéscam quóniam sperávi in te.

Innocéntes & recti adhæsérunt mihi, * quia sustínui te.

Líbera Deus Israel * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

Réquiem ætérnam.

Aña. Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris Dómine.

Aña. Credo vidére.

Psalmus 26.

Dominus illuminátio mea & salus mea: * quem timébo?

Dñs protéctor vitæ meæ: * a quo trepidábo?

Dum apprópiant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, & cecidérunt.

Si consístant advérsum me castra, * non timébit cor meũ.

Si exúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & vísitem templum ejus.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo: * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me, & nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo & psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dñe, vocem meam qua clamávi ad te, * miserére mei, & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea, * fáciem tuam Dómine, requíram.

Ne avértas fáciē tuam a me, ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto: * non derelínquas me, neque despícias me Deus, salutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me: * Dñs autem assúmpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua, * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me, * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age, * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Réquiem ætérnam.

. Credo vidére bona Dó-
i in terra viventium.
Cóllocet eos Dóminus
principibus. ℟. Cum
cípibus pópuli sui. Pa-
noster. *totum secretò.*

ctio iv. *Luca* 13. *b*

Espónde mihi Quan-
tas hábeo iniquitátes
eccáta, scélera mea &
cta osténde mihi. Cur fá-
tuam abscóndis, & ar-
áris me inimícum tuum?
tra fólium, quod ven-
ápitur, osténdis potén-
tuam, & stípulam sic-
perséqueris. Scribis
n contra me amaritúdi-
, & consúmere me vis
tátis adolescéntiæ meæ.
ísti in nervo pedem
m, & observásti omnes
itas meas, & vestígia
um meórum considerásti.
quasi putrédo consumén-
sum, & quasi vestimén-
, quod coméditur a tínea.
Meménto mei Deus, quia
tus est vita mea, * Nec
ciat me visus hóminis.
De profúndis clamávi ad
Dómine, Dómine exáudi
em meam. Nec.

ctio v. *Job* 14.

[Omo natus de mulíere,
brevi vivens témpore,
étur multis misériis. Qui
i flos egréditur & con-
ur, & fugit velut um-
, & numquam in eódem
pérmanet. Et dignum
s super hujuscémodi a-
re óculos tuos, & ad-
re eum tecum in judí-
cium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est; constituísti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde paullulum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.

℟. Hei mihi Dómine, quia peccávi nimis in vita mea. Quid fáciam miser? Ubi fúgiam, nisi ad te Deus meus? * Miserére mei, dum véneris in novíssimo die. ℣. Anima mea turbáta est valde, sed tu Dñe succúrre ei. Miserére.

Lectio vi. *Job* 14. *c*

QUis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, & abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, & constítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursum vivat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, & ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

℟. Ne recordéris peccáta mea Dómine, * Dum véneris judicáre sǽculum per ignem.
℣. Dírige Dómine Deus meus in conspéctu tuo viam meam. Dum.
℣. Réquiem ætérnam. Dum.
Postea ad Laudes, ut infra.

fra, clxxi. *quando dicitur unum tantum Nocturnum.*

IN III. NOCTURNO.

Pro Feria iv. & Sabbato.

Aña. Compláceat.

Psalmus 39.

EXpéctans expectávi Dóminum * & inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas, * & edúxit me de lacu misériæ, & de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos, * & dixérit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum: * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi & timébunt: * & sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dñi spes ejus * & non respéxit in vanitátes & insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua, * & cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi, & locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluísti: * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum & pro peccáto non postulásti; * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me, ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in Ecclésia magna: * ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non
di in corde meo: * ve
tuam & salutáre tuu
Non abscóndi miseric
tuam, & veritátem tu
concílio multo.

Tu autem Dómine ne
fácias miseratiónes tua
misericórdia tua &
tua semper suscepérun

Quóniam circumdedé
mala, quórum non est
rus: * comprehendéri
iniquitátes meæ, & n
tui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt su
pillos cápitis mei * & c
um derelíquit me.

Compláceat, tibi D
ut éruas me; * Dómin
adjuvándum me réspic

Confundántur & rev
tur simul, qui quærun
mam meam * ut áuferan

Convertántur retrórsu
vereántur, * qui volu
mala.

Ferant conféstim co
nem suam, * qui dicun
Euge euge.

Exsúltent & læténtur
te omnes quæréntes te
dicant semper: Magni
Dóminus, qui díligun
táre tuum.

Ego autem mendícus
páuper: * Dóminus s
est mei.

Adjútor meus & pr
meus tu es: * Deus n
tardáveris.

Réquiem ætérnam.

Aña. Compláceat tibi
ne ut erípias me: D

m me réspice.
Dómine.
mus 40.
i intélligit super
& páuperem: *
berábit eum Dó-

nsérvet eum, &
i, & beátum fa-
terra, * & non
a ánimam inimi-

iem ferat illi su-
lóris ejus: * uni-
m ejus versásti
ejus.
Dómine miserére
ánimam meam,
tibi.
i dixérunt mala
ando moriétur,
men ejus?
bátur ut vidéret,
tur: * cor ejus
iniquitátem sibi.
r foras, * & lo-
dípsum.
me susurrábant
i mei: * advér-
ibant mala mihi.
quum constitué-
n me: * Num-
mit, non adji-
gat?
o pacis meæ, in
* qui edébat pa-
agnificávit super
tiónem.
Dómine miserére
iscita me, * &
s.
ovi, quóniam vo-
uóniam non gau-
s meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti, * & confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dñs Deus Israel a sæculo & usque in sæculum: * fiat, fiat. Réquiem.

Añt. Sana Dómine ánimam meam, quia peccávi tibi.

Añt. Sitívit.

Psalmus 41.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis, & confessiónis, * sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea? * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: * proptérea memor ero tui de terra Jordánis, & Hermóniim a monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, & fluctus tui * super me transiérunt.

h In

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ: * dicam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * & quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea exprobravérunt mihi, * qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies: ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea, & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Réquiem ætérnam.

Añt. Sitívit ánima mea ad Deum vivum, quando véniam & apparébo ante fáciem Dómini?

℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi.

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Pater noster. *totum secretò.*

Lectio vii. *Job 17.*

SPíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, & solum mihi súperest sepúlcrum. Non peccávi, & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, & pone me juxta te, & cujúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiónes meæ dissipátæ sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rursum post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, & in ténebris stravi lectulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es, mater mea & soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea & patiéntiam meam quis considerat?

℟. Peccántem me quotídie, & non me pœniténtem, timor mortis contúrbat me. * Quia in inférno nulla est redémptio, miserére mei Deus, & salva me.

℣. Deus in nómine tuo salvum me fac, & in virtúte tua líbera me. Quia.

Lectio viii. *Job 19.*

PElli meæ, consúmptis cárnibus, adhæsit os meum, & derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, & cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat, ut scribántur sermónes mei? quis mihi det, ut exarséntur in libro stylo férreo, & plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod Redémptor meus vivit & in novíssimo die de terra surrectúrus sum: & rursum circúmdabor pelle mea, & in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, & óculi mei conspectúri sunt, & non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. Dó-

℟. Dómine, secúndum actum meum noli me judicáre: nihil dignum in conspéctu tuo egi, ídeo deprecor Majestátem tuam, * Ut tu Deus déleas iniquitátem meam.

℣. Amplius lava me Dómine ab injustítia mea, & a delícto meo munda me. Ut.

Lectio. ix. *Job 10. b*

Quare de vulva eduxísti me? qui útinam consúmptus essem, ne óculus me vidéret. Fuíssem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non paucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum, ántequam vadam, & non revértar, ad terram tenebrósam, & opértam mortis calígine; terram misériæ & tenebrárum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

℟. Líbera me Dñe de viis inférni, qui portas æreas confregísti, & visitásti inférnum, & dedísti eis lumen, ut vidérent te, * Qui erant in pœnis tenebrárum. ℣. Clamántes & dicéntes. Advenísti Redémptor noster. Qui.

℣. Réquiem ætérnam. Qui.

Sequens ℟. dicitur solummodo in die commem. omnium fidelium Defunct. & quandocumque pro Defunctis dicuntur novem Lectiones.

℟. Líbera me Dñe de morte ætérna, in die illa treménda, * Quando cœli movéndi sunt & terra: * Dum véneris judicáre sǽculum per ignem.

℣. Tremens factus sum ego & tímeo, dum discússio vénerit atque ventúra ira, Quando. ℣. Dies illa dies iræ, calamitátis & misériæ, dies magna & amára valde. Dum véneris.

℣. Réquiem ætérnam. Líbera me. *usque ad i. Versum.*

AD LAUDES,

absolute incipitur.

Aña. Exultábunt Dómino.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúdum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea, * & a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis & vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam, * & exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a pec-

cátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua, & Spíritum Sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * & spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique, * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes & holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam.

Aña. Exultábunt Dómino ossa humiliáta.

Aña. Exáudi Dómine.

Psalm. 64. Te decet hymnus Deus. 78.

Aña. Exáudi Dómine oratiónem meam, ad te omnis caro véniet.

Aña. Me suscépit.

Psalm. Deus, Deus meus. *& conjunctim dicitur Psalm.* Deus misereátur nostri. 18.

Aña. Me suscépit déxtera tua Dómine.

Aña. A porta ínferi.

Canticum Ezechiæ. Ego dixi: In dimídio diérum. 69.

Aña. A porta ínferi érue Dómine ánimam meam.

Aña. Omnis spíritus.

Psalm. Laudáte Dñm. 19.

Psalm. Cantáte Dómino cánticum novum. 20.

Psalm. Laudáte Dóminum in sanctis ejus. 20.

Aña. Omnis spíritus laudet Dóminum. ℣. Audívi vocem de cælo dicéntem mihi.

℟. Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum resurréctio & vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet; & omnis, qui vivit & credit in me, non moriétur in ætérnum.

Deinde Pater noster.

Psalm. De profúndis. clix. *cum Precibus & Orationibus, ut supra in Vesperis.*

PSALMI GRADUALES

dicuntur in Quadragesima Feria iv. cujuslibet Hebd. non impedita aliquo Festo ix. Lection. in Choro ante Matut. diei, extra Chorum pro opportunitate temporis.

Primi quinque Psalmi dicuntur sine Glória Patri.

Sed in fine ultimi dicitur Réquiem ætérnam.

Incipitur absolute sine Aña.

Psal-

[redacted]

Psalmus 119.

óminum cum tribu-
clamávi : * & exau-

líbera ánimam me-
iis iníquis , * & a
lósa .
tur tibi , aut quid
r tibi * ad línguam

oténtis acútæ * cum
s desolatóriis .
ii , quia incolátus
ongátus est: habitávi
ntibus Cédar: * mul-
a fuit ánima mea .
, qui odérunt pa-
m pacíficus : * cum
llis , impugnábant
. *Psalmus* 120.
óculos meos in
es , * unde véniet
nihi .
meum a Dño , *
cælum & terram .
in commotiónem
m , * neque dor-
custódit te .
dormitábit neque
qui custódit Israel .
custódit te , Dó-
téctio tua * super
xteram tuam .
sol non uret te , *
a per noctem .
custódit te ab om-
* custódiat ánimam
inus .
custódiat introítum
xitum tuum , * ex
eúsque in sæculum .
Psalmus 121.
sum in his , quæ
sunt mihi : * in do-

mum Dómini íbimus .

Stantes erat pedes nostri * in átriis tuis Jerúsalem .

Jerúsalem , quæ ædificátur ut cívitas , * cujus participátio ejus in idípsum .

Illuc enim ascendérunt tribus , tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini .

Quia illic sedérunt sedes in judício , * sedes super domum David .

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem , * & abundántia diligéntibus te .

Fiat pax in virtúte tua * & abundántia in túrribus tuis .

Propter fratres meos , & próximos meos * loquébar pacem de te .

Propter domum Dómini Dei nostri , * quæsívi bona tibi .

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos , * qui hábitas in cælis .

Ecce sicut óculi servórum , * in mánibus dominórũ suórum

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ : * ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum , donec misereátur nostri .

Miserére nostri Dómine , miserére nostri , * quia multum repléti sumus despectióne .

Quia multum repléta est ánima nostra : * oppróbrium abundántibus , & despéctio supérbis . *Psalmus* 123.

NIsi quia Dñs erat in nobis , dicat nunc Israel : * nisi quia Dñs erat in nobis .

Cum exúrgerent hómines in

h 3 nos ,

nos. * Forte vivos deglutissent nos.

Cum irascerétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra: * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram.

Requiem ætérnam * dona eis Dómine. Et lux perpétua lúceat eis.

[illegible]

Oratio.

A[illegible]

Post Orationem dicitur ... alii Psalmi Graduales, qui sequuntur, & in fine cujuslibet Psalmi dicitur. Glória Patri.

Psalmus 124.

Qui confídunt in Dño sicut mons Sion: * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum: * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac Dómine bonis: * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israel. Glória Patri.

Psalmus 125.

In converténdo Dóminus captivitátem Sion, * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum: * & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter Gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dñs fácere nobíscum: * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Euntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exul-

exul-

[redacted]

ıtióne, * portántes ma-
ɔs tuos. Glória Patri.

Psalmus 126.

Isi Dn̄s ædificáverit do-
mum, * in vanum la-
érunt qui ædíficant eam.
Dóminus custodíerit ci-
m, * frustra vígilat qui
it eam.
um est vobis ante lu-
úrgere: * súrgite post-
sedéritis, qui mandu-
panem dolóris.
déderit diléctis suis so-
* ecce hæréditas Dn̄i,
merces fructus ventris.
sagíttæ in manu po-
, * ita filii excussórum.
us vir, qui implévit de-
m suum ex ipsis: * non
ndétur cum loquétur ini.
suis in porta. Glória.

Psalmus 127.

ti omnes, qui timent
Dóminum, * qui ámbu-
n viis ejus.
res mánuum tuárumquia
ıcábis, * beátus es, &
ibi erit.
tua sicut vitis abun-
in latéribus domus tuæ.
tui sicut novéllæ olivá-
* in circúitu mensæ tuæ.
sic benedicétur homo, *
met Dóminum.
dícat tibi Dóminus ex
* & vídeas bona Jerúsa-
mnibus diébus vitæ tuæ.
deas filios filiórū tuórū *
super Israel. Glória.

Psalmus 128.

· expugnavérunt me a
entúte mea: * dicat
srael.

Sæpe expugnavérunt me a juventúte mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitátem suam

Dóminus justus concídit cervíces peccatórum? * confundántur, & convertántur retrórsum omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum * quod priúsquam evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt, qui prætéribant; Benedíctio Dómini super vos; * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Glória Patri, &c.

Postea dicitur flexis genibus, Kyrie eléison. Christe eléis. Kyrie eléison. Pater noster. *secretò*. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

℣. Meménto Congregatiónis tuæ. ℞. Quam possedísti ab inítio. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℞. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio*.

Deus, cui próprium est miseréri semper & párcere, súscipe deprecatiónem nostram; ut nos, & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

[redacted]

nos, * forte vivos deglutíssent nos.

Cum irascerétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransivit ánima nostra, * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est, * de láqueo venántiū.

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine. Et lux perpétua lúceat eis.

Deinde dicitur flexis genibus Pater noster. *secretò*.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℞. Sed líbera nos a malo. ℣. A porta ínferi. ℞. Erue Dómine ánimas eórum. ℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℞. Et clámor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

ABsólve, quæsumus Dñe ánimas famulórum famularúmque tuárum, & ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum, ut in resurrectiónis glória inter Sanctos, & Eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum Dñm nostrum. ℞. Amen.

Post Orationem statim dicuntur alii Psalmi Graduales, qui sequuntur, & in fine cujuslibet Psalmi dicitur. Glória Patri.

Psalmus 124.

QUi confídunt in Dño sicut mons Sion: * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum: * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac Dómine bonis: * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem * pax super Israel. Glória Patri.

Psalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion, * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum: * & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter Gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dñs fácere nobíscū, * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Euntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exul-

ine, * portántes ma-
tuos. Glória Patri.
Psalmus 126.
Dñs ædificáverit do-
ium, * in vanum la-
unt qui ædíficant eam.
óminus custodíerit ci-
, * frustra vígilat qui
eam.
ı est vobis ante lu-
gere: * súrgite post-
dériti, qui mandu-
nem dolóris.
éderit diléctis suis so-
ecce hæréditas Dñi,
rces fructus ventris.
sagíttæ in manu po-
' ita filii excussórum.
vir, qui implévit de-
suum ex ipsis: * non
étur cum loquétur ini.
s in porta. Glória.
Psalmus 127.
omnes, qui timent
minum, * qui ámbu-
viis ejus.
; mánuum tuárum quia
ibis, * beátus es, &
i erit.
ua sicut vitis abun-
ı latéribus domus tuæ.
ı sicut novéllæ olivá-
n circúitu mensæ tuæ.
benedicétur homo, *
t Dóminum.
at tibi Dóminus ex
& vídeas bona Jerúsa-
ibus diébus vitæ tuæ.
s filios filiórũ tuórũ *
iper Israel. Glória.
Psalmus 128.
xpugnavérunt me a
túte mea: * dicat
el.

Sæpe expugnavérunt me a juventúte mea: * étenim non potuérunt mihi.
Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitátem suam
Dóminus justus concídit cervíces peccatórum? * confundántur, & convertántur retrórsum omnes qui odérunt Sion.
Fiant sicut fœnum tectórum * quod priúsquam evellátur, exáruit.
De quo non implévit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos cólligit.
Et non dixérunt, qui præteríbant; Benedíctio Dómini super vos; * benedíximus vobis in nómine Dómini.
Glória Patri, &c.
Postea dicitur flexis genibus.
Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. Pater noster.
secretò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Meménto Congregatiónis tuæ. ℟. Quam possedísti ab inítio. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clámor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
Orémus. *Oratio.*
DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere, súscipe deprecatiónem nostram; ut nos, & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Post Orationem statim dicuntur alii Psalmi Graduales qui sequuntur: & in fine cujuslibet Psalmi dicitur Glória Patri. *Psalm.* De profúndis clamávi ad te Dómine.

Psalmus 130.

Domine non est exaltátum cor meum, * neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam; * sed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Israel in Dño: * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Glória Patri.

Psalmus 131.

Meménto Dñe David, * & omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob.

Si introíero in tabernáculum domus meæ: * si ascéndero in lectum strati mei.

Si dédero somnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem.

Et réquiem tempóribus meis, donec invéniam locum Dño * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephráta: * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: * adorábimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam, * & Sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam: * De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint filii tui testaméntum meum, * & testimónia mea hæc, quæ docébo eos.

Et filii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi: * hic habitábo, quóniam elégi eam:

Víduam ejus benedícens benedícam: * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári, * & Sancti ejus exultatióne exultábunt:

Illuc prodúcam cornu David: * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne: * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Glória Patri.

Psalmus 132.

Ecce quam bonum, & quam jucúndum, * habitáre fratres in unum.

Sicut unguéntum in cápite * quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

Quod descéndit in oram vestiménti ejus: * sicut ros Hermon,

[redacted]

descéndit in mon-

illuc mandávit Dó-
dictiónem, * & vi-
in sæculum.
tri.
almus 143.
unc benedícite Dó-
m * omnes servi

in domo Dómini *
omus Dei nostri.
us extólite in ma-
s in sancta, * &
Dóminum.
te Dóminus ex
ui fecit cælum &
lória Patri.
citur flexis genibus,
son. Christe eléis.
son. Pater noster.
℣. Et ne nos indú-
tationem. ℟. Sed
a malo. ℣. Salvos
uos. ℟. Deus meus
n te. ℣. Dómine
tiónem meam.
nor meus ad te vé-
Dóminus vobíscum.
spíritu tuo.
Oratio.
e, Dómine, famu-
amulábus tuis déx-
éstis auxílii: ut
orde perquírant,
ne póstulant, cón-
eántur. Per Chri-
inum nostrum.

EM PSALMI
tentiales cum
Litaniis.
exis genibus in om-
s Feriis Quadragesi-
ma, quando Officium sit de Feria. Litaniæ autem omissis Septem Psalmis, dicuntur in Litaniis majoribus in festo S. Marci, & in tribus diebus Rogationum. Dicuntur autem in Quadragesima in Choro post Matutinum & Laudes diei dicto, Benedicámus Dómino, *extra Chorum pro opportunitate temporis.*

Antiphona. Ne reminiscáris.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me: * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dñe, quóniam infirmus sum: * sana me Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu Dómine usquequo?

Convértere Dñe, & éripe ánimam, meam * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte, qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum: * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus; * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes, qui operámini iniquitátem * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscépit.

[redacted]

tuis lápides ejus, * & terræ ejus miserebúntur.

Et timébunt Gentes nomen tuum Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dñs Sion: * & vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratiónem humílium, * & non sprevit precem eórum.

Scribántur hæc in generatióne áltera, & pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum.

Quia prospéxit de excélso sancto suo: * Dóminus de cælo in terram aspéxit.

Ut audíret gémitus compeditórum: * ut sólveret fílios interemptórum.

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum * & reges ut sérviant Dño.

Respóndit ei in via virtútis suæ: * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum, * in generatiónem, & generatiónem anni tui.

Inítio tu, Dómine, terram fundásti, * & ópera manuum tuárum sunt cæli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes, * & omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, & mutabúntur: * tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt, * & semen eórum in sæculum dirigétur. Glória.

Psal. De profúndis. clxxix.

Psalmus 142.

DOmine, exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua, * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo, * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam, * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos sæculi, * & anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis, * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me, * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam, * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi, * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dñe vivificábis me in æquitáte tua.

Edú-

... de tribulatióne áni-
... meam, * & in misericor-
... tua dispérdes inimícos
...
... des omnes, qui tribu-
... ánimam meam; * quó-
... ego servus tuus sum.
Patri, &c.
... e reminiscáris Dómi-
... cta nostra, vel parén-
... strórum, neque vindí-
... nas de peccátis nostris.

L I T A N I Æ.

... e eléison. Christe eléi-
... n. Kyrie eléison.
... audi nos.
... exáudi nos.
... e cælis Deus, Mise-
... nobis.
... démptor mundi Deus,
... ére nobis.
... Sancte Deus, Mise-
... nobis.
... Trínitas unus Deus,
... ére nobis.
... Maríæ, Ora pro nobis.
... Dei Génitrix, ora.
... Virgo Vírginum, ora.
... Míchael, ora.
... Gábriel, ora.
... Ráphael, ora.
... sancti Angeli & Ar-
... geli, oráte pro nobis.
... sancti beatórum spi-
... ordines, oráte.
... Joánnes Baptísta, ora.
... Joseph, ora.
... sancti Patriárchæ &
... étæ, oráte.
... Petre, ora.
... Paule, ora.
... Andréa, ora.
... Jacóbe, ora.
... Joánnes, ora.

Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Mathía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes Sancti Apóstoli & Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntí, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiáne & Sebastiáne, oráte pro nobis.
Sancti Joánnes & Paule, oráte.
Sancti Cosma & Damiáne, oráte pro nobis.
Sancti Gervási & Protási, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes sancti Pontífices & Confessóres, oráte.
Omnes sancti Doctóres, oráte.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Sacerdótes & Levítæ, oráte.

Omnes sancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes Sanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
Propítius esto, Parce nobis Dómine.
Propítius esto, Exáudi nos Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos Dómine.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
A subitánea & improvísa morte, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera.
Ab ira & ódio & omni mala voluntáte, líbera.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos Dómine.
A fúlgure & tempestáte, líbera nos Dómine.
A flagéllo terræmótus, líbera nos Dómine.
A morte perpétua, líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Advéntum tuum, líbera.
Per nativitátem tuam, líbera.
Per baptísmum & sanctum jejúnium tuum, líbera.
Per crucem & passiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per mortem & sepultúram tuam, líbera.
Per sanctam resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera.
Per advéntum Spíritus Sancti Paráclíti, líbera.
In die Judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus.
Ut nobis parcas, te rogámus.
Ut nobis indúlgeas, te rog.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus audi nos.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere & conserváre dignéris, te rogámus.
Ut domnum Apostólicum & omnes Ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut régibus & princípibus Christiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut cuncto pópulo Christiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te rogámus.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre & conserváre dignéris, te rog.
Ut mentes nostras ad cæléstia desidéria érigas, te rog.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, & benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, te rogámus audi nos.

Ut

Ut fructus terræ dare & conservare dignéris, te rog.
Ut ómnibus Fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris. te rog.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus audi nos.
Fili Dei, te rogámus.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exáudi nos Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miserére nobis.
Christe audi nos. Christe exáudi nos. Kyrie eleison. Christe eleis. Kyrie eleison.
Pater noster. *secreto.*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. *Psalmus 67.*

DEus in adjutórium meum inténde: * Dómine ad adjuvándum me festína.
Confundántur & revereántur, * qui quærunt ánimam meam.
Avertántur, retrórsum, & erubéscant, * qui volunt mihi mala.
Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi; Euge euge.
Exúltent & læténtur in te omnes, qui quærunt te; * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.
Ego vero egénus & pauper sum, * Deus adjuva me.
Adjútor meus & liberátor meus es tu * Dñe ne moréris
Glória Patri. Sicut erat.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Esto nobis Dñe turris fortitúdinis. ℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil profíciat inimícus in nobis. ℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.
℣. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
℣. Orémus pro Pontífice nostro N. ℟. Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum, & beátum faciat eum in terra, & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.
℣. Orémus pro benefactóribus nostris, ℟. Retribúere dignáre Dñe ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam Amen. ℣. Orémus pro fidélibus defúnctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace.
℟. Amen. ℣. Pro frátribus nostris absséntibus. ℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperántes in te. ℣. Mitte eis Dñe auxílium de sancto. ℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere: súscipe deprecatiónem nostram; ut nos & omnes

fámulos tuos, quos delictórum caténa conſtríngit: miserátio tuæ pietátis cleméter abſólvat.

EXáudi, quæſumus Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis, ut páriter nobis indulgéntiã tríbuas benignus & pacem.

INeffábilem nobis Dómine miſericórdiam tuam cleménter oſténde; ut ſimul nos & a peccátis ómnibus éxuas, & a pœnis, quas pro his merémur, éripias.

DEus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui ſupplicántis propítius réſpice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris merémur, avérte.

OMnípotens ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro N. & dírige eum ſecúndum tuam cleméntiam in viã ſalútis ætérnæ, ut te donánte tibi plácita cúpiat, & tota virtúte perfíciat.

DEus, a quo ſancta deſidéria, recta consilia, & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt pacem; ut & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hóſtium ſubláta formídine tépora ſint tua protectióne tranquílla.

URge igne Sancti Spíritus renes noſtros & cor noſtrum, Dómine: ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor animábus famulórum famularúmque tuárum, remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam, quam ſemper optavérunt; piis ſupplicatiónibus conſequántur.

ACtiónes noſtras, quæſumus Dómine aſpirándo præveni & adjuvándo proſéquere: ut cuncta noſtra orátio & operátio a te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui vivórum domináris ſimul & mortuórum, omniúmque miſeréris, quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænóſcis: te ſúpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quóſque vel præſens ſæculum adhuc in carne rétinet vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia ómnium delictórum ſuórum véniam conſequántur. Per Dñm.

℣. Dñs vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. ℣. Exáudiat nos omnípotens & miſéricors Dñs. ℟. Amen. ℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

O R D O

Commendationis animæ.

Primo dicuntur Litaniæ Breves in hunc modum.

KYrie eléiſon.
Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon.
Sancta María, Ora pro eo.
Omnes ſancti Angeli & Archángeli, Oráte pro eo.
Sancte Abel. ora.

Om-

Omnis chorus Justórum, oráte pro eo.
Sancte Abraham. ora.
Sancte Joánnes Baptísta, ora pro eo.
Sancte Joseph. ora.
Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Omnes Sancti Apóstoli & Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro eo.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntí. ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro eo.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Omnes sancti Póntifices & Confessóres, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora pro eo.
Sanctá Lúcia. ora.
Omnes Sanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro eo.
Propítius esto, Parce ei Dñe.
Propitius, esto Líbera eum Dómine.
Propítius esto, Líb. eum Dñe
Ab ira tua, líbera.
A perículo mortis, líbera.
A mala morte, líbera.
A pœnis inférni, líbera.
Ab omni malo, líbera.
A potestáte diaboli, líbera.
Per nativitátem tuam, líbera eum Dómine.
Per Crucem & passiónem tuam, líbera.
Per mortem & sepultúram tuam, líbera.
Per gloriósam resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritus Sancti Parácliti, libéra.
In die Judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus audi nos,
Ut ei parcas, te rogámus
Kyrie eléis. Christe eléison, Kyrie eléison.

Deinde cum in agone sui exitus anima anxiatur, dicantur sequentes Orationes.

Oratio.

PRoficíscere ánima Christiána de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit: in nómine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nómine Spíritu Sáncti, qui in te effúsus est, in nómine Angelórum & Archangelórum, in nómine Thronórum & Dominatiónum: in nómine Principátuum & Potestátum, in nómine Chérubim & Séraphin: in nómine Patriarchárum & Prophetárum, in nómine sanctórum Apostolórum & Evangelistárum; in nómine sancto-

ctórum mártyrum & Confeſſórum, in nómine ſanctórum Monachórum & Eremitárum, in nómine ſanctárum Vírginum, & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei hódie ſit in pace locus tuus & habitátio tua in ſancta Sion. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Oratio.

DEus miséricors, Deus clemens, Deus qui ſecúndum multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, & præteritórum críminum culpas vénia remiſſiónis evácuas; réſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum N. & remiſſiómem ómnium peccatórum ſuórum tota cordis confeſſióne poſcéntem deprecátus exáudi. Rénova in eo, piiſſime Pater quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólica fraude violátum eſt, & unitáti córporis Eccléſiæ mémbrum redemptiónis annécte. Miſerére Dómine gemítuum, miſerére lacrymárum ejus & non habéntem fidúciam niſi in tua miſericórdia, ad tuæ ſacraméntum reconciliatiónis admítte, Per Chriſtum Dóminum noſtrum.
℟. Amen.

COmméndo te omnipoténti Deo: cariſſime frater, & ei, cujus es creatúra, commítto: ut cum humanitátis débitum morte interveniénte perſólveris, ad Auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat: revertáris. Egrediénti itaque animæ tuæ de córpore ſpléndidus Angelórum cœtus occúrrat, judex Apoſtolórum tibi ſenátus advéniat; candidatórum tibi mártyrum triumphátor exércitus óbviet: liliáta rutilántium te Confeſſórum turma circúmdet: jubilántium te Vírginum chorus excípiat, & beátæ quiétis in ſinu Patriarchárum te compléxus aſtríngat: mitis atque feſtívus Chriſti Jeſu tibi aſpéctus appáreat, qui te inter aſſiſténtes ſibi júgiter interéſſe decérnat, ignóres omne quod horret in ténebris, quod ſtridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi teterrimus sátanas cum ſatellítibus ſuis, in advéntu tuo te comitántibus Angelis contremíſcat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, & diſſipéntur inimíci ejus, & fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant; ſicut fluit cera a fácie ignis, ſic péreant peccatóres a fácie Dei, & juſti epuléntur & exúltent in conſpéctu Dei: confundántur ígitur, & erubéſcant omnes tartáreæ legiónes, & miníſtri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te a cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifíxus eſt. Líberet te ab æté-

térna morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constítuat te Christus Filius Dei vivi intra Paradísi sui semper amœna viréntia, & inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te absólvat, atque ad déxteram suam in electórum suórum te sorte constítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, & præsens semper assístens, manifestíssimam beátis óculis aspícias veritátem. Constitútus ígitur inter ágmina beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Oratio.

SUscipe Dómine servum tuum in loco sperándæ sibi salvatiónis a misericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera Dñe ánimam servi tui ex ómnibus perículis inférni, & de láqueis pœnárũ, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Henoch & Elíam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Noe de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera Dñe ánimam servi tui, sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Job de passiónibus suis. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Isaac de hóstia, & de manu patris sui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera Dñe ánimam servi tui, sicut liberásti Loth de Sódomis & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera Dñe ánimam servi tui, sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Susánnam de falso crímine. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti David de manu regis Saul & de manu Goliæ. ℟. Amen.

Líbera Dñe ánimam servi tui, sicut liberásti Petrũ & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et sicut beatíssimam Theclam vírginem & mártyrem tuam de tribus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberáre dignéris ánimam hujus servi tui, & tecum fácias in bonis congaudére cæléstibus. ℟. Amen.

Oratio.

COmmendámus tibi Dómine ánimam fámuli tui N. precamúrque te, Dómine Jesu Christe Salvátor mundi, ut propter quam ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárũ tuórum sínibus insinuáre non rénuas. Agnósce Dñe creatúrã tuam, non a diis aliénis creátã, sed a te solo Deo vivo & vero: quia non est álius Deus præter te, & non est secúndum ópera

tua.

tua. Lætífica Dñe ánimam ejus in conspéctu tuo, & ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, & ebrietátum, quas suscitávit furor sive fervor mali desidérii. Licet enim peccáverit, tamen Patrē, & Fíliū, & Spíritū Sanctū non negávit sed crédidit; & zelum Dei in se hábuit & Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit. *Oratio.*

DElícta juventútis & ignorántias ejus, quæsumus, ne memíneris Dñe: sed secúndum magnam misericórdiā tuā memor esto illius in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cæli, collæténtur illi Angeli. In regnum tuum Dñe servum tuum súscipe. Suscípiat eum sanctus Míchael Archangelus Dei, qui milítiæ cæléstis méruit principátum. Véniant illi obviā sancti Angeli Dei qui perdúcant eum in civitátem cæléstem Jerúsalem. Suscípiat eum beátus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni cæléstis tráditæ sunt. Adjuvet eū Sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiónis. Intercédat pro eo sāctus Joánnes eléctus Dei Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia. Orent pro eo omnes sancti Apóstoli, quibus a Dño data est potéstas ligándi atque solvéndi. Intercédant pro eo omnes Sancti & Elécti Dei, qui pro Christi nómine torménta in hoc sæculo sustinuérunt: ut vínculis carnis exútus pervenire mereátur ad glóriam regni cæléstis, præstánte Dño nostro Jesu Christo: Qui cum Patre & Spíritu Sancto vivit & regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet, Confitémini Dómino, 23. & *totus Psal.* Beáti immaculáti *per Horas distributus.* 24.

Egressa autem anima dicitur hoc ℟. Subveníte Sancti Dei, occúrrite Angeli Dñi: * Suscipiéntes ánimam ejus: * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi. ℣. Suscípiat te Christus qui vocávit te, in sinu Abrahæ Angeli dedúcant te. Suscipiéntes. ℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine & lux perpétua lúceat ei. Offeréntes.

Deinde. Kyrie eléison. Christe eléis. Kyrie eleison. *Postea.* Pater noster. *secretò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. ℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat ei. ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus. ℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

TIbi Dómine commendámus ánimam fámuli tui N. ut defúnctus sæculo tibi vivat, & quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dñm nostrum. ℟. Amen.

EDICTIO MENSÆ.
prandium sacerdos be-
vnus mensam incipit. Be-
te. *& alii repetunt* Be-
te.
le dicitur ℣. Oculi óm-
& alii prosequuntur.
sperant Dómine, & tu
cam illórum in témpo-
ortúno. Aperis tu ma-
uam, & imples omne
l benedictione.
ı Patri. Sicut erat.
eléif. Christe eléison.
eléison. Pater noster.
. ℣. Et ne nos indú-
tentatiónem.
d líbera nos a malo.
ostea Sacerdos dicit.
Orémus.
ıedic Dómine nos, &
æc tua dona, quæ de
rgitáte sumus sumptúri.
Christum Dóminum no-
. ℟. Amen.
de Lector. Jube domne
icere. *Bñe.* Mensæ cælé-
rtícipes fáciat nos Rex
æ glóriæ. ℟. Amen.
prandium aguntur gra-
e modo. Dicto a Lectore.
utem Dómine miserére
. ℟. Deo grátias, *om-*
rgunt.
rdos incipit ℣. Confiteán-
bi Dómine ómnia ópe-
ı. ℟. Et Sancti tui be-
ant tibi.
lória Patri. ℟. Sicut.
stea Sacerdos absolute
dicat.
Gimus tibi grátias om-
nípotens Deus pro uni-
ı beneficiis tuis: Qui

vivis & regnas in sæcula sæ-
culórum. ℟. Amen.
Deinde alternatim dicitur
Psalmus. Miserére mei. 57.
vel Psalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes gentes, * laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri. Sicut erat.
Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Sacerdos dicit. Pater noster. *secretò.*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. ℣. Dispérsit, dedit paupéribus. ℟. Justítia ejus manet in sæculum sæculi. ℣. Benedícam Dñm in omni témpore. ℟. Semper laus ejus in ore meo. ℣. In Dño laudábitur ánima mea. ℟. Audiant mansuéti, & læténtur. ℣. Magnificáte Dñm mecum. ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. ℣. Sit nomen Dñi benedíctum. ℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.
Deinde fit Orémus.

RETribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen tuum vitam ætérnam. ℟. Amen. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias. ℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.
Pater noster. *secretò.*

Quo finito dicit Sacerdos: Deus det nobis suam pacem. ℟. Amen.

Ante cœnam Sacerdos benedicturus mensam incipit Benedícite. *& alii repetunt* Benedícite.

Deinde Sacerdos incipit ℣. *& alii prosequuntur.*

EDent páuperes, & saturabúntur & laudábunt Dóminum, qui requírunt eum; vivent corda eórum in sæculum sæculi. Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléis. Kyrie eléison. Pater noster. *secretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. Orémus. Benedic Dómine. *ut supra in prandio.* ℣. Jube domne benedícere. *Bñd.* Ad cœnam vitæ ætérnæ perdúcat nos Rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

In fine cœnæ dicitur ℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus: escam dedit timéntibus se. Glória Patri. Sicut erat.

Sacerdos dicat.

BEnedíctus Deus in donis suis, & Sanctus in ómnibus opéribus suis. Qui vivit & regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde alternatim dicitur Ps. Laudáte Dóminum omnes. *& reliqua ut supra.* clxxxiv.

Quando semel comeditur, omnia dicantur ut in cœna.

Prædictus modus benedicendi mensam & agendi gratias, servatur omni tempore hujus Paschatis Verni, præterquam diebus infrascriptis quibus, Versiculi & Psalmi tantum variantur.

Feria v. in cœna Domini dicitur absolutè & sine nota. ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Deinde Pater noster. *totum secretò.*

Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua Sacerdos signo Crucis benedicit mensam: nec dicitur Jube domne. *nec tu autem. In fine repetit.* ℣. Christus factus est. *ut suprà.*

Postea Psalm. Miserére mei Deus. 57.

Quo finito sine ℣. Glória Patri. *secretò dicitur* Pater noster.

Deinde sacerdos dicit absolute. Orationem.

Oratio.

REspice quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum.

Et non pronuntiatur. Qui tecum *nec* Fidélium ánimæ. *sed secretò dicitur,* Pater noster. *nec additur.* Deus det nobis suam pacem.

In Parasceve eodem modo fit sicut in Cœna Domini, sed additur ad ℣. Christus factus est. Mortem autem Crucis.

Sabbato Sancto ad benedicendum mensam dicitur, Benedícite. ℟. Benedícite.

℣. Vé-

[redacted]

℣. Véſpere autem Sábbati, quæ lucéſcit in prima Sábbati, allelúja. Venit María Magdaléne, & áltera María, vidére ſepúlcrum, allelúja. Glória Patri. Sicut erat.

In fine repetitur ℣. Véſpere autem. *ut ſupra cum* Glória Patri. Sicut erat.

Pſalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. clxxxix. *cum* Glória Patri. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. *& alia ut ſupra in prima Benedictione*.

In die Paſchæ, & deinceps uſque ad cœnam ſequentis Sabbati, ad benedicendum menſam dicitur ℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúja. Exultémus & lætémur in ea, allelúja. Glória Patri.

In fine repetitur. Hæc dies quam fecit. *cum* Glória Patri. *Pſalm*. Confitémini. 23.

In Aſcenſione Domini uſque ad Vigiliam Pentecoſtes excluſive, Aſcéndit Deus in jubilatióne, allelúja. Et Dóminus in voce tubæ allelúja. Glória Patri.

In fine dicitur ℣. Aſcéndens Chriſtus in altum, allelúja. Captívam duxit captivitátem allelúja. Glória Patri.

Pſalm. Omnes Gentes plaudite. 65. *vel* Laudáte Dóminum. clxxix.

In Pentecoſte, a Vigilia ejuſdem incluſive uſque ad cœnam ſequentis Sabbati excluſive, ℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja. Et hoc, quod cóntinet ómnia, ſciéntiam habet vocis, allelúja. Glória Patri.

In fine dicitur ℣. Repléti ſunt omnes Spíritu Sancto, allelúja, & cœpérunt loqui, allelúja. Glória Patri.

Pſal. Magnus Dóminus, & laudábilis 60. *vel* Laudáte Dóminum. clxxxix.

ITINERARIUM.

CLericus in ipſo itineris ingreſſu, ſi ſolus fuerit dicat quæ ſequuntur in ſingulari, ſi cum ſociis in plurali. *Añt*. In viam pacis.

Canticum. Benedíctus Dóminus. 21. *& in fine* Glória Patri.

Poſtea dicitur, Añt. In viam pacis & proſperitátis nos dírigat omnípotens & miséricors Dóminus, & Angelus Ráphael comitétur nobíſcum in via ut cum pace, ſalúte & gáudio revertámur ad própria.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon Pater noſter. *ſec*.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo. ℣. Salvos fac ſervos tuos. ℟. Deus meus ſperántes in te. ℣. Mitte nobis Dómine auxílium de Sancto. ℟. Et de Sion tuére nos. ℣. Eſto nobis Dñe turris fortitúdinis. ℟. A fácie inimíci. ℣. Nihil profíciat inimícus in nobis. ℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis. ℣. Benedíctus Dóminus die quotídie. ℟. Próſperum iter fáciat nobis Deus ſalutárium noſtrórum. ℣. Vias tuas Dómine demónſtra nobis. ℟. Et sémitas tuas édoce nos.

℣. Uti-

℣. Utinam dirigántur viæ nostræ. ℟. Ad custodiéndas justificatiónes tuas.

℣. Erunt prava in diréĉta. ℟. Et áspera in vias planas.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℣. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui filios Israel per maris médium sicco vestigio ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te, stella duce pandísti: tríbue nobis quæsumus, iter prósperum, tempúsque tranquíllum; ut Angelo tuo sancto cómite ad eum, quo pérgimus locum ac demum ad ætérnæ salútis portum pervenire feliciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illæsum custodísti; quæsumus, ut nos fámulos tuos custodíre dignéris; esto nobis Dómine in procínctu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia & frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus, ut te duce, quo téndimus, prósperé perveniámus, & demum incólumes ad propria redeámus.

ADésto quæsumus Dómine, supplicatiónibus nostris, & viam famulórum tuórum in salútis prosperitáte dispóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes tuo semper protegámur auxílio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus ut família tua per viam salútis incédat, & beáti Joánnis præcursóris hortaménta sectándo, ad eum quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sǽcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Procedámus in pace.

℟. In nómine Dómini. Amen.

RÆPARATIO
AD MISSAM.

Pro opportunitate Sacerdotis facienda.

Antiphona.
eminiscaris Domine delicta
ftra, vel parentum noftro-
eque vindictam fumas de
noftris.
ntiphona in Feftis duplicibus
uplicatur.
dicuntur fequentes Pfalmi
lecta tabernacula. 96.
fti Domine. 97.
Domine. 97.
propter quod. 126.
undis clamavi. 132.
repetitur, Antiphona. Ne
aris Domine delicta noftra,
ntum noftrorum: neque vin-
umas de peccatis noftris.
Sacerdos dicit: K

eleifon.
eifon.
fter. *fecretè.*
e nos inducas in tentatio-

ibera nos a malo.
ilii, Domine miferere mei.
animam meam, quia pec-

ertere Domine aliquantu-

precare fuper fervos tuos.
nifericordia tua Domine fu-

uadmodum fperavimus in te.
dotes tui induantur jufti-

ncti tui e ...ent.
cultis meis munda me Do-

alienis parce fervo tuo.
xaudi orationem meam.
amor meus ad te veniat.
nus vobifcum.
m fpiritu tuo.
Oremus.
tuæ pietatis, mitiffime
s, inclina precibus no-
gratia fancti Spiritus illu-
noftrum; ut tuis myfte-
s miniftrare, teque æternа
diligere mereamur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet fecretum: purifica per infufionem fancti Spiritus cogitationes cordis noftri, ut te perfecte diligere, & digne laudare mereamur.

URe igne fancti Spiritus renes noftros, & cor noftrum Domine, ut tibi cafto corpore ferviamus, & mundo corde placeamus.

MEntes noftras quæfumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet: & inducat in omnem, ficut tuus promifit Filius, veritatem.

ADfit nobis, quæfumus Domine, virtus Spiritus Sancti: quæ & corda noftra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverfis.

DEus, qui corda fidelium fancti Spiritus illuftratione docuifti: da nobis in eodem Spiritu recta fapere, & de ejus femper confolatione gaudere.

COnfcientias noftras, quæfumus Domine, vifitando purifica: ut veniens Dominus nofter Jefus Chriftus Filius tuus, paratam fibi in nobis inveniat manfionem. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia fæcula fæculorum.

ORATIONES

Pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem, & communionem dicendæ.

Oratio fancti Ambrofii Epifcopi.

DIE DOMINICA.

SUmme Sacerdos, & vere Pontifex Jefu Chrifte: qui te obtuliſti Deo Patri hoftiam puram, & immaculatam in ara Crucis pro nobis miferis peccatoribus, & qui de-
difti

indignum, quem inter cetera dona tua etiam ad officium ſacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ: doce me quæſo, per ſpiritum Sanctum tuum, tantum tractare myſterium ea reverentia, & honore, ea devotione, & timore, quibus oportet, & decet. Fac me per gratiam tuam ſemper illud de tanto myſterio credere, & intelligere, ſentire, & firmiter tenere, dicere, & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret ſpiritus tuus bonus in cor meum, qui ſonet ibi ſine ſono, & ſine ſtrepitu verborum loquatur omnem veritatem. Profunda quippe ſunt nimis, & ſacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Miſſarum ſolemnia mundo corde, & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, & nefandis, vanis, & noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia & fida cuſtodia, ac tutela fortiſſima, ut hoſtes omnium bonorum confuſi diſcedant. Per virtutem tanti myſterii, & per manum ſancti Angeli tui repelle a me, & a cunctis ſervis tuis impuriſſimum ſpiritum ſuperbiæ, & cænodoxiæ, invidiæ, & blaſphemiæ, fornicationis, & immunditiæ, dubietatis, & diffidentiæ. Confundantur qui nos perſequuntur, pereant illi, qui nos

... terrena divinis
adeſt ſanctorum A
tia, ubi tu es Sac
cerdos mirabiliter
conſtitutus.

F E R I

Quis digne hoc
niſi tu Deus omni
feceris dignum?
vere ſcio, & id
confiteor, quia n
cedere ad tantum
pter nimia peccat
tas negligentias m
veraciter ex toto
& ore confiteor,
facere dignum,
cere mundum de
ptum ſemine, &
ſtos, & ſanctos.
tentiam tuam te
ut concedas mihi
crificium celebrar
tremore, cum co
lacrymarum fonte
ritali, & cæleſti ga
mea dulcedinem
tiæ tuæ, & excubi
gelorum tuorum in

F E R I

Ego enim Domi

[redacted]

ne aliquod boni operis testimo-
m non agnoscas, officium saltem
ensationis creditæ non recuses:
per me indignum eorum salutis
eat pretium, pro quibus Victi-
salutaris dignatus es esse & re
ptio. Profero etiam, Domine
digneris propitius intueri) tri-
tiones plebium, pericula popu-
m, captivorum gemitus, mise-
orphanorum, necessitates pere-
orum, inopiam debilium, des-
tiones languentium, defectus se-
, suspiria juvenum, vota vir-
m, lamenta viduarum.

FERIA V.

u enim misereris omnium Do-
e, & nihil odisti eorum, quæ
sti. Memorare, quæ sit nostra
tantia; quia tu Pater noster es,
tu Deus noster es, ne irasca-
satis, neque multitudinem vi
um tuorum super nos contineas.
enim in justificationibus no-
prosternimus preces ante fa-
tuam, sed in miserationibus
multis. Aufer a nobis iniqui-
s nostras: & ignem Sancti Spi-
s in nobis clementer accende.
r cor lapideum de carne no-
: & da nobis cor carneum, quod
met, te diligat, te delectetur,
equatur, te perfruatur. Ora-
, Domine, clementiam tuam,
sereno vultu familiam tuam,
tui nominis officia præstolan-
, aspicere digneris: & ut nul-
sit irritum votum, nullius va-
postulatio, tu nobis preces sug-
, quas ipse propitius audire, &
dire delecteris.

FERIA VI.

ogamus etiam te, Domine san-
Pater, & pro spiritibus fidelium
nctorum: ut sit illis salus, sa-
s, gaudium, & refrigerium,
magnum pietatis Sacramentum.
ine Deus meus, sit illis hodie
num, & plenum convivium de te
vivo qui de cælo descendisti,
as vitam Mundo, de tua Carne
ta, & benedicta, Agni videli-
immaculati, qui tollit peccata
di, quæ de sancto, & glorioso
æ Virginis Mariæ utero est as-
pta, & de Spiritu Sancto con-
cepta; ac de illo pietatis fonte,
qui per lanceam militis ex tuo sa-
cratissimo latere emanavit, ut exin-
de refecti, & satiati, refrigerati,
& consolati, exultent in laude &
gloria tua. Peto clementiam tuam
Domine, ut descendat super panem
tibi sacrificandum plenitudo tuæ be-
nedictionis, & sanctificatio tuæ Di-
vinitatis. Descendat etiam Domine
illa Sancti Spiritus tui invisibilis,
incomprehensibilisque Majestas, si-
cut quondam in Patrum hostias de-
scendebat, qui & oblationes nostras
Corpus, & Sanguinem tuum effi-
ciat, & me indignum Sacerdotem
doceat tantum tractare Mysterium
cum cordis puritate, & lacrymarum
devotione, cum reverentia, & tre-
more, ita ut placide ac benigne su-
scipias Sacrificium de manibus meis
ad salutem omnium, tam vivorum,
quam defunctorum.

SABBATO.

Rogo etiam te, Domine, per
ipsum sacrosanctum Mysterium Cor-
poris, & Sanguinis tui, quo quoti-
die in Ecclesia tua pascimur, & po-
tamur, abluimur, & sanctificamur,
atque unius summæ Divinitatis par-
ticipes efficimur; da mihi virtutes
tuas sanctas, quibus repletus, bona
conscientia ad Altare tuum acce-
dam, ita ut hæc cælestia Sacramen-
ta efficiantur mihi salus, & vita.
Tu enim dixisti ore tuo sancto &
benedicto: Panis, quem ego dabo,
Caro mea est, pro mundi vita.
Ego sum panis vivus, qui de cælo
descendi. Si quis manducaverit ex
hoc pane, vivet in æternum. Panis
dulcissime sana palatum cordis mei,
ut sentiam suavitatem amoris tui.
Sana illud ab omni languore, ut
nullam præter te sentiam dulcedi-
nem. Panis candidissime, habens
omne delectamentum, & omnem
saporem, qui nos semper reficis,
& numquam in te deficis: comedat
te cor meum, & dulcedine saporis
tui repleantur viscera animæ meæ.
Manducat te Angelus ore pleno:
manducet te peregrinus homo pro
modulo suo, ne deficere possit in
via, tali recreatus viatico. Panis
sancte, panis vive, panis munde,
qui descendisti de cælo, & das vi-
tam mundo, veni in cor meum, &
mun-

munda me ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Intra in animam meam, sana & munda me interius, & exterius. Esto tutamen, & continua salus animæ, & corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a præsentia potentiæ tuæ, ut foris, & intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam, ubi non in Mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo & Patri, & eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica, ita ut nec esuriam, nec sitiam in æternum: Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio ante Missam.

AD mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator de propriis meis meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor, & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non caute custoditam: Ergo, o pia Deitas, o tremenda Majestas; ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio: & quem judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas: quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Jesu Christe: Rex æterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te, miserere mei pleni miseriis & peccatis: tu qui fontem miserationis numquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis & pretiose Sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo Sanguine redemisti. Pœnitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitates & peccata mea: ut purificatus mente & corpore, digne degustare merear sancta sanctorum & concede, ut hæc sancta prælibatio Corporis & Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

OMnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi: accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cæli, & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: ut te panem Angelorum, Regem regum, & Dominum dominantium, tanta suscipiam reverentia, & humilitate, tanta contritione, & devotione, tanta puritate, & fide, tali proposito, & intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi quæso Dominici corporis, & sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem & virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, & inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

[redacted]

O R A T I O.

rius XIII. Pontifex Maximus cessit cuilibet dicenti qua se- intur quinquaginta annorum In- gentiam.

o volo celebrare Missam, & :onficere Corpus & Sangui- Domini nostri Jesu Christi, ritum sanctæ Romanæ Eccle- ad laudem omnipotentis Dei, sque Curiæ triumphantis, ad atem meam, totiusque Cu- ilitantis, pro omnibus, qui mmendaverunt orationibus meis :nere, & in specie, & pro statu sanctæ Romanæ Eccle- Amen.

Audium cum pace, emenda- tionem vitæ, spatium veræ pœnitentiæ, gratiam, & consola- tionem Sancti Spiritus, perseve- rantiam in bonis operibus, tribuat mihi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

QUia Sacerdos aut tacita men- tis cogitatione, aut submissa vocis expressione debet reci- tare singillatim nomina, pro qui- bus in illa celebratione vult sin- gulariter orare (ut insinuatur per illas litteras N. N. *in Canone con- tentas) & ne hujusmodi deter- minatarum personarum nominatio, ob multitudinem, aut incertum ordinem ingerat Sacerdoti cele- branti confusionem, non inutile erit sequentem servare ordinem ex vigesima quæstione Quodlibet: Do- ctor. Subtilis; & ex aliorum gra- vissimorum Doctorum scriptis excer- ptum.*

Memento Domine, si tibi placet.

V I V O R U M.

MEi, Parentum, Cognatorum, Fratrum, Sororum, & ami- um meorum.

:tus Cardinalium, atque om- m Prælatorum, & Sacerdo- n, ac sanctæ Dei Ecclesiæ Mi- rorum.

nium meæ curæ subjectorum, nquam spiritualium filiorum, omnium fundatorum, patrono- n, & benefactorum spiritua- m, & temporalium.

nnium Principum Christia- um, Dominationum, & rumpublicarum temporalium.

mnium peccantium, inimico- nque meorum, atque conver- is omnium hæreticorum, & delium.

omnium, pro quibus scis, & me debere orare.

M O R T U O R U M.

1 ANimarum Parentum, Fratrum, Sororum, Cognatorum, at- que amicorum omnium.

2 Animarum omnium benefacto- rum, tam spiritualium, quam corporalium.

3 Animarum omnium mihi in gene- re, & in specie commissarum.

4 Animarum Prælatorum, Sacerdo- tum, atque omnium Ministrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dei, & Apostolicæ.

5 Animarum morte improvisa cor- poribus exutarum, atque earum, quarum non est specialis memoria.

6 Animarum, quæ mei occasione in Purgatorio purgantur, earum quoque miserrime in Purgatorio existentium.

7 Et earum omnium, pro quibus scis, & vis me debere orare.

GRATIARUM ACTI

POST MISSAM.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Quæ Antiph. in Festis duplicibus tantum duplicatur.

Canticum. Benedicite omnia opera Domini Domino. 17.

Psalm. Laudate Dominum in sanctis ejus. 19.

Et in fine dicitur. Gloria Patri.

Deinde repetitur Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit. Kyrie eleis. Christe eleison. Kyrie eleison, Pater noster. *secretò.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.

℟. Et Sancti tui benedicant tibi.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

℣. Non nobis Domine, non nobis.

℟. Sed nomini tuo da gloriam.

℣. Dñe exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, & operatio, a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

DA nobis, quæsumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Orationes post celebrationem, & communionem dicendæ.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

GRatias tibi ago Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccator gnum famulum tuum, n meritis, sed sola dignation cordiæ tuæ satiare dignatu tioso corpore, & sanguin Domini nostri Jesu Christi cor, ut hæc sancta Comm sit mihi reatus ad pœnam tercessio salutaris ad ve mihi armatura fidei, & sc næ voluntatis. Sit vitior rum evacuatio: concupisc libidinis exterminatio: & patientiæ, humilitatis dientiæ, omniumque virtu mentatio: contra insidias rum omnium, tam visibiliu invisibilium, firma defen tuum meorum, tam ca quam spiritualium, perf tatio; in te uno, ac ver ma adhæsio: atque finis consummatio. Et precor t illud ineffabile convivium catorem perducere digneri cum Filio tuo, & Spiritu Sanctis tuis es lux vera plena, gaudium sempitern cunditas consummata, & perfecta. Per eumdem, &c

Alia Oratio S. Bonaven

TRansfige, dulcissime Jesu, medullas, & vi mæ meæ suavissimo, ac sal amoris tui vulnere, vera, & Apostolica sanctissima ut langueat, & liquefiat a solo semper amore & desid te concupiscat, & deficia tua, cupiat dissolvi, & es Da, ut anima mea te esu nem Angelorum, refectione rum sanctarum; panem nost tidianum supersubstantialem tem omnem dulcedinem, rem, & omne delectamentu tatis: te, in quem desidera prospicere, semper esuriat, dat cor meum, & dulcedi tui repleantur viscera anim te semper sitiat fontem vita sapientiæ & scientiæ, fon

, torrentem voluptatis, domus Dei: te semper quærat, te inveniat, ad ad te perveniat, te me- e loquatur, & omnia laudem, & gloriam no- cum humilitate & di- um dilectione, & dele- m facilitate, & affectu, rantia usque in finem: us semper spes mea, to ea, divitiæ meæ, dele jucunditas mea, gau- , quies & tranquillitas ıea, suavitas mea, odor edo mea, cibus meus, , refugium meum, ab- n, sapientia mea, the- , in quo fixa, & firma, ter semper sit radicata & cor meum. Amen.

Beatissimam Virginem Mariam.

ssima, o serenissima, & gloriosa Virgo Maria, em omnium creaturarum tissimo utero fulsti di- , solaque virgineo ubere os veracissimum sacrum- , & Sanguinem, ego ccator modo sumere præ- m humiliter deprecor mi- , ut apud ipsum pro me tercedere digneris: ut, hoc tam ineffabili ac acrificio, per me indi- ranter, vel negligenter, ter, seu irreverenter, ractando, & sumendo, ıdo actum est, commis- nissum, tuis sacratissimis dulgere dignetur idem oster Jesus Christus Fi- jui cum Patre, & Spiri- vit & regnat in sæcula Amen.

S. Thomæ ad sacram Eucharistiam.

e devote, latens Dei-

s figuris vere latitas;
meum totum subjicit,
ntemplans, totum de-

ıs, gustus in te fallitur,
solo tuto creditur:

Credo quidquid dixit Dei Filius;
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul & humanitas.
Ambo tamen credens atque confi-
tens,
Peto quod petivit latro pendens.
Plagas, sicut Thomas, non in-
tueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitam præstans ho-
mini:
Præsta meæ menti de te vivere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pellicane Jesu Domine,
Me immundum munda tuo San-
guine:
Cujus una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni sce-
lere.
Jesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio,
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ.
Amen.

Aliæ Orationes dicendæ post cele-brationem Missæ.

Alia Oratio post Communionem.

ANima Christi sanctifica me, Corpus Christi salva me, Sanguis Christi inebria me, aqua lateris Christi munda me. O bone Jesu exaudi me, & ne permittas me separari a te, ab hoste maligno defende me, in hora mortis meæ voca me, & pone me juxta te, ut cum Angelis tuis laudem te in sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio.

OBsecro te dulcissime Domine Jesu Christe, ut passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar, atque defendar. Vulnera tua sint mihi cibus, potusque, quibus pascar, inebrier, & delecter. Aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium peccatorum meorum. Mors tua sit mihi gloria sempiterna, & nunc, & in perpetuum. Amen.

ORA-

ORATIO.

A PAPA URBANO VI

EDITA.

ANte oculos tuos, Domine, culpas nostras ferimus, & plagas, quas accepimus, conferimus.

Si pensamus malum quod fecimus, minus est quod patimur, majus est quod meremur.

Gravius est quod commisimus, levius est quod toleramus.

Peccati pœnam sentimus, & peccandi pertinaciam non vitamus.

In flagellis tuis infirmitas nostra teritur, & iniquitas non mutatur.

Mens ægra torquetur, & cervix non flectitur.

Vita in dolore suspirat, & in opere non se emendat.

Si expectas, non corrigimur, si vindicas, non duramus.

Confitemur in correctione, quod egimus, obliviscimur post visitationem, quod flevimus.

Si extenderis manum, facienda promittimus: si suspenderis gladium, promissa non solvimus.

Si ferias, clamamus ut parcas; si peperceris, iterum provocamus, ut ferias.

Habes Domine confitentes reos: novimus quod nisi dimittas, recte nos perimas.

Præsta Pater omnipotens sine merito, quod rogamus, qui fecisti ex nihilo qui te rogarent. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Gregem tuum pastor æterne non deseras,

℟. Sed per beatos Apostolos tuos perpetua defensione custodias.

℣. Protege Domine populum tuum ad te clamantem, & Ap
tuorum patrocinio confide

℟. Perpetua defensione c

℣. Ora pro nobis sancti
Dei.

℟. Ut digni efficiamur p
bus Christi.

PRæsta, quæsumus o
Deus, ut nullis nos
perturbationibus concuti,
Apostolicæ confessionis pe
sti. Per Dominum.

℟. Amen.

IMpleatur, clementissime
nostris opportunam nos
opem devote a nobis prol
tatio, qua sanctus olim
Chrysostomus, in hac Ba
ditus, te cum beatissimis
Petro & Paulo repræsentat
loquentem; Circumdate
vam Sion, & circumvall
hoc est, custodite, muni
bus firmate, ut quando
tempore, & orbem terræ
aspiciens sepulcrum vestr
quam desiturum, & quæ
propter me geritis stigmat
misericordia vincam, &
percipiam vestram interce
Etenim quando Sacerdotium
gnum video lacrymari, su
patiens ad commiserationem
& illius meæ vocis re
Protegam urbem hanc pro
vid servum meum, & An
ctum meum, Domine, Fiat
Amen, Amen.

O F F I C I A
A N C T O R U M
Pro aliquibus Locis.

'A FEBRUARII.

'VI. FEBRUARII.

S. Dorotheæ Virgin. & 'art. Semiduplex.

Oratio.

potens sempiterne Deus cujus nomine gloriosa Martyr Dorothea mulnera tormentorum supesupplicitet exoramus : ıterventu cuncta pericula , ipsamque in nostris bus celerem adjutricem ; . Per Dominum noſum Christum.

fit commemorat. Fer. no Nocturno y Lectiones Ecclesiastici. Confitebor ıine Rex. *ut in Commun.* cvi.

secundo Nocturno.

Lectio iv.

thea Cæsareæ Cappado- pro Christo captiva , in triumphum Cupidiıpricium tyrannum du- :enim expugnanda binis Cryſtæ & Calliſtæ tra- e datam Deo fidem meiorum prodiderant, tam ecertavit ; ut ambas ab ıſtris ad antiquam fidei redire impulerit : ita ut ınguine pro Christo fuproditionis crimen elue- 'othea vero victorias vi- ectebat , cruentas qui- riæ tamen plenas ; utpo- robe noverat , non tam 'irginem Christo Sponso *Verna.* quæ aliena , quam quæ sua purpura rüberet.

℟. Propter veritatem. cl.

Lectio v.

Itaque cum faces lateri admoverentur , has illa nuptiales tædas credere ; cum ad gladium citaretur , inter lictores, non secus ac paranymphos ad thalamum ire , & ad supplicii tandem locum , velut ad cæli hortos ridere visa est. Hæc inter Theophilus quispiam risit tam innocentem virginis risum , & sibi e Sponsi viridariis rosam vernam , vel quodpiam autumni munus pomum , virginem poposcit ; promisit Dorothea utrumque , & gladio percussa fidem extemplo liberavit.

℟. Dilexisti justitiam. cl.

Lectio vi.

Adest namque lectissimus e cælo Ephebus , ac promissum Theophilo , eodem in calatho , ver , & autumnum offert. Miratur ille purpureas in hyeme rosas , miratur poma recentia , miratur & certantem cum munere suo muneris bajulum ; & jam non contentus horti vidisse munera , ad ipsos per omnia tormenta penetrare hortos contendit Christianus ; quæ ille , ut spinas , generose calcavit , nihil pœnarum metuens , dummodo quas rosas quæreret , inveniret.

℟. Afferentur Regi. cil.

In tertio Nocturno , Homilia in Evang. Simile erit regnum cælorum. *ut in Communi Virg.* ciii.

Nona Lectio Homil. de Feria.

[redacted]

DIE IX. FEBRUARII.

In Festo Sancti Simeonis Prophetæ.
Duplex.

In secundis Vesper. S. Joannis de Matha fit a Capitul. de S. Simeone.

¶ *Si ob aliquam causam dici contigerit 1. Vesp. hujus Festi integras, tunc dicatur sequens Antiphona.* Simeon justus, *cum rel. de Laud. ut infra.*

Psalm. Dixit Dominus. *cum rel. de Dominica, & loco ult. Psal.* Laudate Dominum omnes Gentes. 123.

Capitulum. Beatus vir.

Hymnus. Iste Confessor. *in quo mutatur tertius versus, ut in Communi Confess. non Pontificis.*

℣. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto.

℟. Non visurum se mortem nisi videret Dominum.

Ad Magnificat in utrisque Vesp. Antiphona. Simeon, repletus Spiritu Sancto accepit puerum Jesum in ulnas suas, & benedixit Deum in æternum.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Unigenitum tuum ulnis sancti Simeonis in templo sancto tuo suscipiendum præsentasti: tuam supplices deprecamur clementiam, ut eo interveniente, in templo sancto gloriæ tuæ præsentari mereamur. Per eumdem Dominum nostrum.

Et fit comm. S. Joannis de Matha, Antiphona. Hic vir despiciens.

℣. Justum deduxit Dominus.

Oratio propria ut in Breviario.

Deinde commem. Fer. & S. Apolloniæ Virg. & Mart. Antiphona. Veni Sponsa.

℣. Specie tua, & pulchritudine.

Oratio. Deus, qui inter cetera, *ut in Communi Virg.*

Ad Matutinum, Invitator Antiphonæ, Psalmi, & ctur. sumunt. de Communi soris non Pontificis.

In primo Nocturno.

De libro Sapientiæ

Lectio i.

JUstus si morte præoc fuerit, in refrigerio e nectus enim venerabilis e diuturna, neque annorum computata: cani autem s sus hominis, & ætas se vita immaculata. Placens ctus est dilectus, & vive peccatores translatus est. est, ne malitia mutaret ctum ejus, aut ne fictio ret animam illius. Fasci nim nugacitatis obscurat l inconstantia concupiscenti vertit sensum sine malitia summatus in brevi exple pora multa; placita eni Deo anima illius: prop properavit educere illum dio iniquitatum.

℟. Simeon justus & timo pectabat redemptionem

* Et Spiritus Sanctus erat

℣. Responsum accepit Si Spiritu Sancto, non visu mortem nisi videret Chris mini. Et Spiritus.

Lectio ii.

POpuli autem videntes intelligentes, nec pon præcordiis talia, quoniam Dei, & misericordia est ctos ejus, & respectus in illius. Condemnat autem mortuus vivos impios, & tus celerius consummata vitam injusti. Videbunt nem sapientis, & non inte quid cogitaverit de illo D quare munierit illum Do Videbunt, & contemnent illos autem Dominus irri

Et erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commovebit illos a fundamentis, & usque ad supremum desolabuntur.

℟. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini: * Et benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, Domine. ℣. Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in ulnas suas. Et benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis.

Lectio iii.

ET erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.

℟. Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus in templum, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, accepit eum Simeon in ulnas suas, & benedixit Deum dicens: * Nunc dimittis Domine servum tuum in pace. ℣. Suscipiens Simeon puerum manibus, exclamabat dicens Nunc. Gloria Patri. Nunc.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Lectio iv.

SIc olim prædictum est; Mater Sion dicit: Homo, & homo factus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. O omnipotentia nascentis! o magnificentia de Cælo ad terram descendentis! Adhuc in utero portabatur, & ex utero Matris a Joanne Baptista salutabatur. In templo præsentabatur, & a Simeone sene famoso, annoso, probato, coronato agnoscebatur. Tunc cognovit, tunc adoravit, tunc dixit: Nunc Domine dimittis servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.

℟. Suscipiens Jesum in ulnas suas Simeon exclamavit, & dixit: * Tu es vere lumen, ad illuminationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. ℣. Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit. Tu es vere lumen.

Lectio v.

DIfferebatur exire de sæculo, ut videret natum, per quem conditum est sæculum. Agnovit infantem senex, factus est in puero puer. Innovatus in ætate qui plenus erat pietate: Simeon senex ferebat Christum infantem. Christus regebat Simeonis senectutem. Dictum ei fuerat a Domino, quod non gustaret mortem, nisi videret Christum Domini natum. Natus est Christus: & impletum est desiderium senis in mundi ipsius senectute. Ipse ad senem hominem venit, qui mundum inveteratum invenit.

℟. Senex puerum portabat; puer autem senem regebat: * Quem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum, quem genuit, adoravit.

℣. Accipiens Simeon puerum in manibus, gratias agens benedixit Dominum. Quem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum. &c.

Lectio vi.

IN isto quidem sæculo diu esse nolebat, & Christum in hoc sæculo videre cupiebat, cantans cum Propheta, & dicens: Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Denique ut noveritis, ita esse istius lætitiam conclusit, dicens: Nunc dimittis servum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum. Prophetæ cecinerunt, conditorem Cæli, & terræ in terra cum hominibus futurum. Angelus nuntiavit, Creatorem carnis & Spiritus in carne venturum: salutavit Joannes ex utero in uterum Salvatorem: Simeon senex Deum agnovit infantem.

℟. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

Gloria Patri. Quia te vidi justum coram me. &c.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 2.*

IN illo tempore: Homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus, & timoratus, expectans consolationem Israel. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 2. Commentar. in Lucam cap. 2. post initium.

ET ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus, & timoratus expectans consolationem Israel: Non solum ab Angelis, & Prophetis, & a Pastoribus, sed etiam a senioribus, & justis generatio Domini accepit testimonium. Omnis ætas, & uterque sexus, eventorumque miracula fidem astruunt. Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magus adorat, utero clausus exultat, vidua confitetur, Justus expectat.

℟. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii.

ET bene justus, qui non suam, sed populi gratiam requirebat, cupiens ipse corporeæ vinculis fragilitatis exsolvi, sed expectans videre promissum: sciebat enim quia beati oculi, qui eum viderent. Et ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Vides justum velut corporeæ carcere molis inclusum, velle dissolvi, ut incipiat esse cum Christo. Dissolvi enim, & cum Christo esse, multo melius est.

℟. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris; * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis.

℣. Vi-

[redacted]

℣. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos.
Gloria Patri. Et vos.

Nona Lectio, Homil. de Feria.

Quando autem transfertur post Pascha.

Lectio ix.

SEd qui vult dimitti, veniat in Templum, veniat in Jerusalem, expectet Christum Domini, accipiat in manibus verbum Dei, complectatur operibus, velut quibusdam suæ fidei brachiis: tunc dimittetur, ut non videat mortem, qui viderit vitam. Vides uberem in omnes gratiam Domini generatione diffusam, & prophetiam incredulis negatam esse, non justis. Ecce, & Simeon prophetat in ruinam, & resurrectionem plurimorum venisse Dominum Jesum Christum, ut injustorum, iniquorumque merita discernat, & pro nostrorum qualitate factorum, Judex justus, & verus, aut supplicia decernat, aut præmia.

Te Deum laudamus. 26.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

SImeon, Justus, & timoratus expectabat redemptionem Israel, & Spiritus Sanctus erat in eo.

Psalm. Dominus regnavit. *cum reliquis de Laudibus Dominicæ ut in Psalterio.*

Antiphona. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Dominum.

Antiphona. Accipiens Simeon puerum in manibus, gratias agens benedixit Dominum.

Antiphona. Et benedixit illis Simeon dicens: ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel.

Antiphona. Dixit Simeon ad Mariam: tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Capitulum. Beatus vir.

Hymn. Jesu corona celsior. *ut in Communi Conf. non Pontif.*

℣. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto. ℟. Non visurum se mortem, nisi videret Dominum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cum inducerent puerum Jesum Parentes ejus, accepit eum Simeon in ulnas suas, & benedixit Deum, dicens: Nunc dimittis servum tuum in pace.

Oratio. Omnipotens sempiterne Deus. *ut supra.*

Deinde fit commem. Feriæ.

Postea fit commem. S. Apolloniæ, Antiphona. Simile est regnum cælorum. ℣. Diffusa est gratia.

Oratio ut supra.

Ad Horas, Antiphonæ sumuntur ex Laudibus ut suprà: Capitul. ℟ia brevia, de Communi Confess. non Pontificis.

In ii. Vesper. Antiphonæ, & Psalmi dicuntur ut supra in primis, a Capitul. fit de S. Scholastica Virg. Oratio propria ut in Breviario.

Deinde fit commem. S. Simeonis, Antiphona ℣. & Oratio ut in primis Vesper. & Feriæ.

DIE XI. FEBRUARII.

In festo BB. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V.

Duplex.

AD VESPERAS.

Capitulum. *Ad Hebr.* 13. 7.

FRatres, Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

Hymnus.

FEstivis resonent cantica plausibus,

Et quam Virgo Parens provida destinat
Illustrem sobolem, lumine ut impleat
Orbem, laudibus efferant.
Hi sunt, qui patriæ sedis honoribus
Calcatis, superant ardua montium,
Ut myrrhæ lacrymas, atque anima ferant
Mæstam thuris imaginem.
Hos satis decorat vestibus inclyta
Virgo, ut quam subiit, perniciem fleant,
Cum Nati ingemuit tristia funera
Crucis proxima stipiti.
Servorum titulo signat ab æthere
Cælestis Genitrix, & nova germina
In partem sociat luctus, & imperat,
Cætum hinc surgere perpetem.
Regis qui superum volvere jugiter
Curet supplicium, sævaque prædicet
Quæ in Templo Simeon mente prophetica
Matris vulnera noverat.
Acclini Dominum Te prece poscimus,
Sanctorum resera compita gressibus
Signata, & paribus nos quoque præbeas
Ad Te pergere viribus.
Amen.

℣. Orate pro nobis Septem beati Patres. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Isti sunt Viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt. Semen eorum & gloria eorum non derelinquetur.

Oratio.

DEus, qui ad recolendam memoriam dolorum Sanctissimæ tuæ genitricis per Septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclesiam tuam fecundasti: concede propitius, ita nos eorum consociari fletibus, ut perfruamur & gaudiis. Qui vivis, & regnas.

Deinde fit commem. S. Scholasticæ Virginis, ut in Breviario, & Feriæ.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Mirabilem Dominum in Servis Deiparæ, * Venite, adoremus. *Psalmus.* Venite, exultemus. I.

Hymnus.

PRæclara septem lumina
Tusci micantis Ætheris,
Vos virgo Mater excitat,
Ut luce mundus splendeat
Vos labra lacte perlita
Servos Mariæ nominant:
Tum Virgo vos Senarios
Adire colles imperat.
Vos ipsa Mater inclyta
Funebri pallio induit;
Ut defleatis vulnera,
Quæ pertulit sævissima.
Hoc ipsa cæli è culmine
Petro revelat martyri:
Jubetque cœtum perpetem
Hinc posteris constitui.
Qui famulentur jugiter,
Ipsamque semper diligant,
Colant, propagent, prædicent
Ejus dolores flebiles.
Quæso, Duces fortissimi,
Ah vos sequamur strenue:
Ardor dolorque fervidus
In Virginem nos occupent.
Et tu superna Trinitas
Perfunde sancto robore,
Vitamque fac non imparem
Nostris Beatis ducere. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

In vertice Montium plantavit Regina Martyrum vineam justorum,

[redacted]

rum, qui dolores ejus meditabantur die ac nocte.

Psalm. Beatus vir, qui non abiit. *cum reliq. ut in Communi Confessoris non Pontif.* lxxviii.

Antiphona. Domina dixit ad eos, Filii mei estis vos: exultate, quia ego vos genui.

Antiphona. Voce sua ad Dominam clamaverunt, & exaudivit eos de monte sancto suo.

℣. Lætamini in Domino & exultate justi. ℟. Et gloriamini omnes recti corde.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. *Cap.* 44.

LAudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a sæculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua præditi nuntiantes in Prophetis dignitatem Prophetarum, & imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba. In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.

℟. Lætabitur deserta, & invia, & exultabit solitudo: * Et florebit quasi lilium.

℣. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Et.

Lectio ii.

HOmines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: & sunt, quorum non est memoria: perierunt, quasi qui non fuerint: & nati sunt, quasi non nati, & filiis ipsorum cum ipsis.

℟. Saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: * Quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine.

℣. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami, & junci. Quia scissæ sunt in deserto aquæ.

Lectio iii.

SEd illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filii eorum propter illos usque in æternum manent: semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem, & generationem: sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Ecclesia.

℟. Hæc est vera fraternitas, quæ regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsit: * Propter amorem Domini Jesu Christi.

℣. Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Propter amorem.

Gloria Patri. Propter.

In secundo Nocturno, Antiph. Non diligentes vanitatem, nec requirentes mendacium, omnia sæculi bona abdicaverunt, & a Domino mirificati sunt.

Antiph. In multitudine misericordiæ Dominæ suæ sperantes, introierunt in domum ejus, & adoraverunt ad templum sanctum ejus.

Antiph. Ex ore infantium & lactentium, Servos tuos illos dicentium perfecisti Domina laudem eorum. Quam admirabile est nomen tuum!

℣. Exultent justi in conspectu Dei.

℟. Et delectentur in lætitia.

cionius, Solteneus de Solteneis, demum Alexius de Falconeriis. Cum hi trigesimotertio supra millesimum ac bis centesimum annum, auspicatissimo Assumptæ Virginis festo, in sodalitio quodam, cui titulus Laudentium erat, Augustissimæ Dei Genitrici, prout par erat, laudes exsolverent; ab eadem, dulcissime iis apparente, inopine moneri se sentiunt ad sublimioris vitæ genus posthabito mundo amplectendum: absolutisque idcirco, quibus dabant operam, laudibus, confestim perciti in unum, collatisque mutuo consiliis, superius Dei vocantis, vocantisque Deiparæ oraculis parere mox decreverunt. Quod, & sedulo factum est ab iisdem: nam consulto statim mature Urbis Episcopo, post fortunæ abdicatis bonis, erogatisque ample in egenos, ciliciis carni obstrictis, vilioribus detritisque vestibus cinerei coloris induti, in ruralem parvam ædiculam secesserunt natalicio die amantissimæ ipsorum Parentis, ut vitæ sanctioris primordia optime inirent, qua die mortalibus orta sacratissimam vitam ipsa in-

mari Servos, insi
tum. Quanta
amoris flamma in
cujus (ignaris i
Servi erant, excit
serint, non facile
Illud solum scitu
se dediderunt, ut
suam venerari, m
re habere, more
omnibus, & obte
eam cunctis sum
rint. Hinc etiam a
tique ei fuere,
populi plausum in
tem ab ipsa iis p
bitaturi tetenderit
cifixum Jesum,
Matrem dolentes
rent, apparuit ill
lugubri assignato i
lorum suorum, u
istis, eos consecr
℞. Vocabo Servos
duam illos tunica
lo meo confortabo
testatem meam da
eorum.
℣. Et erunt quasi
tibus Jerusalem.
meam.

Lectio

[redacted]

tyr Florentiam accessit; &, audita inspectaque simul non fucata Sanctimonia ipsorum, ita Dei amici cæperunt se mutuo diligere; ut familiarissime versarentur invicem secum, seseque alterne foverent. Inter cætera porro illud accidit, quod sperante inclyto Martyre honorem Deo non modicum, magnum Terris commodum proditum iri, si propitia Virgine longe lateque propagarentur, una cum ipsis impense eam exorante, ut argumento aliquo voluntatem suam patefaceret; invocata Virgo amans in visione ei revelavit, se Viros illos Septem, & qui venturi erant post eos, inter mundi homines omnes ad singulare servitium suum selegisse, & commiserandis pœnis jam latis suis amarissimis constituendum Ordinem esse ad sui honorem & gloriam. Hoc prodigioso Virgineo decreto animati humillimi Patres, non quia suæ mentis fuisset successores posteros gignere, sed ut jussa reserata facerent supremæ eorum Reginæ, quæ nomine suo duraturam sibi familiam fundari voluerat, instituere deinceps Sacrum Servorum Ordinem decreverunt; non tam ut primi ejus Fundatores quam ut Cælestis suæ fundatricis Ministri Obsequentes; quos proinde Dominus, ut Servos bonos, & fideles suos ac Matris, in vita multis virtutibus, in morte multis prodigiis, post transitum multis miraculis adornavit: novissime vero Benedictus decimustertius, ejus Instituti Professor, cujus sanctus Petrus erat, ejus quoque in eos hæres amoris, Pontifex renunciatus, eorum miram Institutionem ut inclaresceret Orbi, lectionibus his recenseri peramanter consuluit ac mandavit.

℟. Vidi conjunctos viros habentes lugubres vestes, & Angelus Domini locutus est ad me dicens: * Isti sunt Viri sancti facti amici Dei.
℣. Vidi Angelum Dei fortem volantem per medium cælum, voce magna clamantem, & dicentem. Isti.
Gloria Patri. Isti.

In tertio Nocturno Antiphona. Ingredientes sine macula, & operantes justitiam, habitaverunt in tabernaculo tuo, & requieverunt in monte sancto tuo.

Antiphona. Gloriam & magnum decorem imposuisti super eos Regina Martyrum: cum in memoriam dolorum tuorum lugubrem vestem eos induisti.

Antiphona. Hæc fuit generatio quærentium Dominam, quærentium Stellam ex Jacob: Te laudamus Rex gloriæ.

℣. Justi autem in perpetuum vivent.
℟. Et apud Dominum est merces eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap.* 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: Quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliq.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyt.

Lib. 4. *cap.* 54. *in Luc.* 12.

PUsillum gregem electorum, vel ob comparationem majoris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis devotionem nominat: quia videlicet Ecclesiam suam quantalibet numerositate jam dilatatam, tamen usque ad finem mundi humilitate vult crescere, & ad promissum Regnum humilitate pervenire. Ideoque ejus labores blande consolatus, quam Regnum Dei tantum quærere præcipit,

cipit, eidem regnum a Patre dandum complacita benignitate promittit.

℟. Dabitur lugentibus Sion corona pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: * Et vocabuntur fortes justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

℣. Sacerdotes Domini vocabuntur Ministri Dei nostri. Et vocabuntur.

Lectio viii.

VEndite quæ possidetis, & date eleemosynam. Nolite, inquit, timere ne propter Regnum Dei militantibus, hujus vitæ necessaria desint; quin etiam possessa, propter eleemosynam vendite. Quod tunc digne fit, quando quis semel pro Domino suis omnibus spretis, nihilominus post hæc labore manuum, unde & victum transigere, & eleemosynam dare queat, operatur. Unde gloriatur Apostolus, dicens: Argentum, aut aurum, aut vestem nullius concupivi: ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos.

℟. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: * Et flores mei fructus honoris & honestatis.

℣. Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Et flores.

Gloria Patri. Et flores.

Nona Lectio, Homil. de Feria.

AD LAUDES, [..] & *per Horas, Antiphona.*

SApientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem.

Psalmus. Dominus regnavit. *cum reliquis de Laudibus Dominicæ.* 17.

Antiphona. Isti sunt Viri Septem boni testimonii, pleni Spiritu sancto, & sapientia.

Antiphona. Apparuit eis Domina Angelorum, & dilexit eos in visione, & in agnitione magnalium suorum.

Antiphona. Beati Viri tui, Regina omnium: beati Servi tui, qui stant coram te semper.

Antiphona. Laudem dicite Deo nostro omnes Servi ejus, & qui timetis eum pusilli & magni.

Capitulum. *Ad Hebr. 13. 7.*

FRatres, Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

Hymnus.

MAtris sub Almæ Numine
Septena Proles nascitur:
Ipsa vocante ad asperum
Senarii tendit verticem.

Quos terra fructus proferet,
Dum Sacra Proles germinat,
Uvis repente turgidis
Onusta vitis edocet.

Virtute claros nobili
Mors sancta Cælo consecrat:
Tenentque Olympi limina
Servi fideles Virgini.

O gens beata respice
Regno potita Numinis
Quos hinc recedens tartari
A fraude cinctos deseris.

Ergo per Almæ vulnera
Matris rogamus supplices,
Mentis tenebras amove,
Cordisque fluctus comprime.

Et tu Superna Trinitas
Perfunde sancto robore
Vitamque fac non imparem
Nostris Beatis ducere. Amen.

℣. Exultabunt Sancti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Ad Benedictus. Antiphona.

Fecit misericordiam Dominus cum Patribus nostris: erexit nobis cornu salutis in domo suæ Genitricis. Serviamus illi.

Ora-

[redacted]

Oratio.

qui ad recolendam me-
iam Dolorum Sanctissi-
Genitricis per septem
tres nova Servorum e-
lia Ecclesiam tuam fe-
concede propitius, ita
n consociari fletibus, ut
ır & gaudiis. Qui vivis,
.
ommemoratio Feriæ.
ertiam, Antiphona.
Viri Septem.
ı. Fratres, Mementote.
.
tamini in Domino, * Et
usti. Lætamini.
riamini omnes recti cor-
ultate.
tri. Lætamini.
nt justi in conspectu Dei.
ectentur in lætitia.
extam. Antiphona.
eis Domina.
um. *Eccli.* 44.
isti in generationibus gen-
ıæ gloriam adepti sunt,
ous suis habentur in lau-

ultent justi, * In con-
i. Exultent.
ectentur in lætitia. In.
tri. Exultent.
autem in perpetuum

ıd Dominum est merces

Nonam Antiphona.
icite Deo.
um. *Eccli.* 44.
rum propter illos usque
ernum manent. Semen
gloria eorum non dere-
.
ti autem, * In perpe-
ent. Justi.
ıd Dominum est merces
ı perpetuum.
tri. Justi.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Ad Vesperas, Antiphona.

Sapientia. *cum rel. ut supra in Laud. Psalm.* Dixit Dominus. *cum reliq. de Dominica; & loco ult. Ps.* Laudate Dominum omnes Gentes. 126 *Vesp. a Cap. Hymn. & ℣. ut in i. Vesp. de seq. comm. præc.*

Ad Magnificat, Antiphona.

O magnum charitatis opus! Regina generis humani, primis nostris Patribus mire apparens, e mundo eos evocare, singulariter sibi seligere, lugubrem vestem induere, unaque cum posteris in peculiares servos ac filios consecrare dignata est. Te, Mater dulcissima & Domina, laudamus, benedicimus, glorificamus.

Oratio ut supra.

Postea commemor. Feriæ.

DIE XII. FEBRUARII.

In Festo Sancti Juliani Martyris.

Duplex.

Antiphona ad Magnificat in i. Vesp. Cum pervenisset beatus Julianus ad locum ubi decollandus erat, positis genibus dixit: Gratias tibi Christe rex gloriæ, qui nos usque in hanc salutis horam perduxisti, & cum hæc dixisset, gladio cæsus sanctissimam Cælo animam reddidit.

Oratio.

DEus, qui beatum Julianum Martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti: ex ejus nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla ejus adversa formidare. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat &c.

Postea fit commem. Feriæ.

In primo Nocturno, Lectiones Fratres, Debitores sumus, *de Communi plurimorum Martyrum.* xlix.

ret confirmante, Basilissam nobilitate generis conspicuam, Parentum jussis obtemperans, Uxorem duxit: cui prima nuptiarum nocte persuasit, ut pari consensu Virginitatem in Conjugio servarent illæsam. Quam vero gratum Deo fuerit pium illud mutuæ voluntatis propositum, circumfusa clarissima luce & una cum Christo Domino, ejusque Genitrice apparentibus, ac plaudentibus, Sanctorum sacrarumque Virginum Choris, Cælestia signa docuerunt.

℟. Honestum fecit. xxviii.

Lectio v.

HAud multo post utriusque Parentibus vita functis, universa hæreditate in Christi pauperes erogata, curas omnes ad animarum lucra studiosissime contulerunt. Itaque innocentissimæ vitæ exemplis, & salutaribus documentis, scientia sanctorum, Julianus Viros, Basilissa feminas, informabant. Interea cum in Oriente Maximinus rerum potiretur, & persecutionis Diocletiani adhuc procella sæviret, assiduas

tas primum a
Præfecto mir
peravit. Mo
atque in div
ciatus, Cels
ni filium Ch
pius autem
Juliano divel
bos in Carc
viginti milite
stum conver
Celso baptiz
cum Juliano
picis, & resi
columes exie
furente Mar
lantur, Juli
stodia cum C
jus Matre, &
ibique Marci
hementer co
credidit, atq
bytero, qui
sti Confessi
fuerat, bapti
inde nobilis
sociis ad be
læditur: tun
plicíis, ad e
xus una cum

[redacted]

te Maximino, multis etiam post excessum clarus miraculis.

℟. Stola jucunditatis. xxix.

In tertio Noct. Homilia S. Hilarii Episc. Nihil est opertum. *ut in Communi unius Mart.* xxxvii.

Nona Lect. Homil. de Feria.

Antiphona ad Benedictus, ut in i. Vesperis.

Et fit commem. Feriæ.

In ii. Vesperis ad Magnificat, Antiphona. Sancte Martyr Juliane deprecare Dominum, ut nobis omnibus misereri dignetur.

Oratio ut supra.

Et fit commem. Feriæ.

DIE XIII. FEBRUARII.

In festo Beatæ Eustochii Virginis.
Duplex majus.

Oratio.

OMnipotens æterne Deus, qui beatam Eustochium Virginem tuam adversus potestates tenebrarum admirabili virtute & invicta patientia roborasti: ejus meritis & precibus concede, ut ab omni diabolica nequitia liberati secura tibi mente serviamus. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Epistola S. Pauli. De Virginibus. *ut in Communi Virginum.* xcviii.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

EUstochium Virgo nata est Patavii, atque ibidem in Monasterio sancti Prosdocimi Institutum sancti Benedicti professa. Vitam egit innocentissimam, eamdemque infestam tot ærumnis, ut manifesto appareat, Deum in illa exemplum patientiæ statuere, ad posterorum documentum & solatium relinquere voluisse. Facta enim dæmoni potestate in eam sæviendi, horribile dictu est, quot modis ad extremum pene spiritum sanctissimam Puellam excruciarit. Sæpe illam verberibus contundebat. Nonnumquam omni cibo potuque prohibitam, tridui, ac etiam quatridui inedia conficiebat. Quibus illa rebus ab instituto virtutis cursu abduci non potuit. Dum corpus extrinsecus torquebatur, mens intra ab oratione numquam desistebat. Ærumnas ab adversario illatas cumulabat accessione multarum magnarumque asperitatum, quas ultro suscipiebat; tamque alacriter omnia patiebatur Dei amore incensa, & spe divinæ opis erecta, ut profiteretur nullas se illorum, qui beatissimi putantur, delicias suis cruciatibus anteferre.

℟. Propter veritatem. ci.

Lectio v.

UBi aperta vi hostis teterrimus nihil profecit, dolo & fallaciis grassari cœpit. Quasdam ejus Monasterii Virgines in fraudem induxit, vanissimisque suspicionibus oppletas incitavit in Eustochium. Ergo quam coli ab omnibus æquum erat, maledictis proscinditur, simulatrix ac malefica dicitur, & quasi auctrix fuisset cujusdam insanabilis morbi, in quem Abbatissa inciderat, conjicitur in carcerem, eique vix panis & aqua præbetur, quod satis sit ad vitam tolerandam. Tres ipsos menses exegit in illo squalore atque inedia. Hanc etiam vexationem & contumeliam omnium gravissimam pertulit admirabili alacritate: omnem famæ ac salutis suæ curam rejecit in Deum, maledicentibus benedixit, pro persequentibus ac calumniantibus oravit: ita denique se gessit, ut virtutum ex ipsius factis dictisque omnibus se prodentium fulgore omnis illa suspicionum caligo discuteretur; tantaque fieret voluntatum & judiciorum conversio, ut quæ antea supplicio digna putaba-

tabitur, uno jam ore ab omnibus Sancta nominaretur.

℟. Dilexisti justitiam. ci.

Lectio vi.

CUm bonum certamen certasset, ut erat diuturno morbo confecta, intellexit se jam vocari ad coronam. Itaque Sacramentis Ecclesiæ rite susceptis, Sorores vocat, iisque aperit venisse diem, quo sibi ex hac vita migrandum sit. Tum gaudio exultans, ipsaque oris hilaritate præseferens voluptatem animi lætitia triumphantis, atque in Sponsi, quem unice amaverat, complexum venire gestientis, placidissime obdormivit in Domino Idibus Februarii, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, ætatis suæ vigesimo quinto. Mortuam multis modis Deus illustravit. Nam & vultus vita functæ mansit is, ut animi beatitudinem indicaret species ipsa corporis; & inventum fertur in sinistro latere nomen Jesu altius impressum, quam ut ulla ratione deleri posset; effossoque ex sepulchro, quarto post obitum anno, illius corpore, fertur etiam aquam limpidissimam prosiliisse, quæ & hodie manans, vim habere dicitur admirabilem ad morbos depellendos! Corpus ejus in Æde Monialium sancti Prosdocimi honorifice asservatur, & summa veneratione colitur. ℟. Afferentur. cii.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evang. Simile erit regnum cælorum decem Virginib. *de Comm. Virginum, primo loco.* cii.

Nona Lectio, Homil. & commem. de Fer.

DIE XIV. FEBRUARII.

In Festo S. Fuscæ Virg. & Mart. Duplex. *Oratio.*

INdulgentiam nobis quæsumus Domine, beata Fusca Virgo, & Martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum.

Deinde fit commem. Feriæ.

Postea sancti Valentini Presbyt. & Martyr. ut in Breviario.

In i. Nocturno, Lectiones Confitebor tibi Domine Rex. *de Communi Virginum ii. loco.* cvi.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

FUsca virgo, Ravennæ Siroo Patre Idolorum cultore nobili genere orta, ab Hermolao Presbytero, viro sanctissimo, annos quindecim nata, una cum Maura Nutrice Christianæ fidei præceptis erudita est, atque Baptismatis lavacro abluta; quo cognito Pater cum Filiam a Christi fide variis modis avertere, labore semper irrito, tentavisset, illaque immane facinus summa libertate detestaretur, in carcerem conjectam ibi per triduum sine cibo detinuit, immissis etiam nobilibus Matronis, aliisque familiaribus adolescentulis, si quomodo ad inanem Deorum cultum revocarent; quibus nihil commota, cum in susceptæ Religionis proposito permaneret, Sirous in tantam iram exarsit, ut, ni Mater intercessisset, è carcere eductam, ense omnino confossurus videretur.

℟. Propter veritatem. ci.

Lectio v.

SUb id tempus Quintianus Præses, is qui in Sicilia Agatham trucidavit, Fuscam, & Mauram ad se vinctas adduci imperat. At cum Apparitores orantem, & Angelum juxta eam summo splendore fulgentem conspexissent, adeo territi sunt, ut nihil ausi ad Quintianum inanes redierint: quem tamen paulo post Fusca, & Maura ultro adeunt, seque

[redacted]

:que Christianas voce libera pro-
tentur. Quare commotus Præ-
:s, utramque verberibus primum
ædi, deinde teterrimum in car-
erem contrudi jubet, ubi cum
ies aliquot acerbe vixissent, Fu-
:a extra Urbem ducta, gladio
teri infixo, cum antea cælitus
missa vox illam esset ad necem
ortiter subeundam hortata, con-
oditur.
℟. Dilexisti justitiam. ci.

Lectio vi.

QUo ipso mortis genere Mau-
ra Nutrix martyrium felici-
er consummavit: cadaveri enim,
uod assidue amplexabatur, illa-
rymans, rogato Carnifice, ut se
adem ratione confoderet, illam
sequuta est. Quarum corpora
Christianis Nautis noctu rapta,
t ad Sabratham Provinciæ Tri-
olitanæ Urbem importata, inde
ostea ea diruta Civitate Torcel-
um, Venetiarum Insulam trans-
ta sunt, ibique in Cathedrali
'emplo honorifice condita, pia
ncolarum veneratione coluntur.
℟. Afferentur Regi. cii.

*In tertio Nocturno, Homil. san-
i Gregorii in Evangel.* Simile
st regnum cælorum thesauro.
*t in Communi non Virginum,
um Responsoriis Virg.* ciii.
*Lectio nona erit de Homil. cum
ommem. Feriæ.*

DIE XV. FEBRUARII.

n festo S. Ephysii Mart. Duplex.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui
per Crucem, & Passionem
am mundum vicisti, eodemque
gno mirabili beatum Ephysium
lartyrem tuum fidei præconem
electum ad convertendas infide-
um gentes cælitus vocare di-
atus es: præsta quæsumus, ut
em fidei propagatorem habui-
us in terris, intercessorem glo-
riosum habere mereamur in cæ-
lis. Qui vivis &c.

In primo Nocturno.

De Epistola beati Pauli Apostoli
ad Corinth. I. cap. I.

Lectio i.

FRatres, verbum Crucis pereun-
tibus quidem stultitia est;
iis autem, qui salvi fiunt, idest
nobis, Dei virtus est. Scriptum
est enim: Perdam sapientiam sa-
pientium, & prudentiam pruden-
tium reprobabo. Ubi sapiens?
Ubi scriba? Ubi conquisitor hu-
jus sæculi? Nonne stultam fecit
Deus sapientiam hujus mundi?
Nam quia in Dei sapientia non
cognovit mundus per sapien-
tiam Deum; placuit Deo per
stultitiam prædicationis salvos fa-
cere credentes. Quoniam & Ju-
dæi signa petunt, & Græci sa-
pientiam quærunt. Nos autem
prædicamus Christum crucifixum,
Judæis quidem scandalum, gen-
tibus autem stultitiam; ipsis au-
tem vocatis Judæis, atque Græ-
cis, Christum Dei virtutem, &
Dei sapientiam. Quia quod stul-
tum est Dei, sapientius est ho-
minibus, & quod infirmum est
Dei, fortius est hominibus. Vi-
dete enim vocationem vestram
fratres, quia non multi sapien-
tes secundum carnem, non multi
potentes, non multi nobiles, sed
quæ stulta sunt mundi elegit
Deus, ut confundat sapientes;
& infirma mundi elegit Deus,
ut confundat fortia; & ignobilia
mundi, & contemptibilia elegit
Deus, & ea, quæ non sunt, ut
ea, quæ sunt, destrueret, ut
non glorietur omnis caro in con-
spectu ejus. Ex ipso autem vos
estis in Christo Jesu, qui factus
est nobis sapientia a Deo, &
justitia, & sanctificatio, & re-
demptio. Ut quemadmodum scri-

vos. Et sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non hujus sæculi, neque Principum hujus sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo Principum hujus sæculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum, nobis autem revelavit Deus per spiritum suum: spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei. Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata

quis dicat: ego qu
li: alius autem,
nonne homines esti
tur est Apollo? Q
lus? Ministri ejus
stis, & unicuique
dedit. Ego plantavi
gavit, sed Deus inc
dit. Itaque neque
est aliquid, neque
qui incrementum d
autem plantat, &
unum sunt. Unus
propriam mercede
cundum suum labor
sumus adjutores: I
ra estis, Dei ædific
cundum gratiam D
est mihi, ut sapie
fundamentum posui
superædificat. Un
tem videat, quom
ficet. Fundamentu
nemo potest ponere
quod positum est,
stus Jesus. Nemo
tur in hominibus.
vestra sunt: vos au
Christus autem Dei
℟. Iste cognovit ju

In secundo Nocturn

Physius Æli

ne, & mira voce proprio eum nomine vocante, commotus, ad fidem conversus fuisse creditur. Sacro baptismate regeneratus, religionis zelo, & fidei dilatandæ desiderio fervere cœpit, nihilque magis in votis habuit, quam sacrilegum Deorum cultum ubique gentium profligare. Hinc cum efferatos quosdam populos Sardiniæ Insulam Italiæ adjacentem pravis moribus & religione infestare comperisset, Deo inspirante, expeditionem statim paravit, atque ad eam partem classem applicuit, ut gentes adhuc superstitione infectas ad Christianam fidem perduceret. Hostibus itaque in Arborensi Provincia non tam armis, quam oratione fusis, cum innumeros ex dispersis Christo lucratus esset, Calarim, quæ totius Insulæ caput & Metropolis erat, festinus perrexit, ut quos forte idolorum profano cultui, & nefariis ritibus occupatos videret, ab errore & impietate revocaret.

℟. Honestum fecit. xxviii.

Lectio v.

HUic tam pio ac eximio operi cum vehementer incumberet, de rebus ab eodem gestis monitus per litteras Diocletianus ira protinus excanduit: utque Ephysium a proposito deterreat, Julium quemdam Præsidem in Sardiniam mittit, qui fortissimum Christi athletam profusa liberalitate ad pristinum Deorum cultum alliciat; secus, si invicto prorsus animo obsistentem flectere nequeat, omni suppliciorum acerbitate a sententia dimoveat. His omnibus nullatenus exterritus Ephysius, quod neque precibus & pollicitationibus, neque judiciis severitate & minacibus verbis adduci posset, ut Christianam Religionem desereret, in tenebricosum carcerem omni prorsus humano auxilio destitutus includitur, ærumnis & diuturna inedia conficiendus. Sed cum constantior in dies evaderet, neque Christum libere confiteri desineret, fustibus crudelissime cæsus pene exanimis in carcerem iterum detruditur, ut loci horrore & vulnerum acerbitate vexatus animam efflaret. Dei autem virtute repente convalescens ad Apollinis templum adduci postulavit: quod nuntium lætus excipiens iniquus Præses, quod fractæ constantiæ indicium crederet, precibus annuit libenter: Non longe autem a loco, fusa ad Deum supplicatione, idola subversa sunt, & illico templum corruit. Quo miraculo adeo exterritus est Julius, ut delegata Flaviano potestate statim e littore solveret, iracundia simul, & timore correptus.

℟. Desiderium animæ. xxviii.

Lectio vi.

FLavianus itaque ea spe illusus, quod posset aliquando sanctissimum confessorem ad Deorum cultum revocare, precibus primum, propositisque præmiis eumdem aggreditur: cum autem frustra & inutiliter verba funderet, nec quidquam sperandum amplius duceret, eumdem gladio percuti jubet. Novo interim prodigio Dei virtus enituit: nam cum carnifex ictum libraret, gladium manu forte excidisse fertur, quem denuo erigere frustra, sæpius tentaverit. Ira itaque magis excandescens Flavianus, qui miraculi novitate mitescere debuerat, jubet corpus Martyris oleo, resina, pice inungi, acetoque respersum admotis flammis aduri, & lente torqueri: quod immane supplicium cum hymnos

D.o

M nis Cortonensis appellata, Laviani in Tuscia ortum habuit. Primis adolescentiæ suæ annis mundi voluptatibus capta, in Montis Policiani civitate vanam & lubricam vitam duxit: sed cum amasium ab hostibus fœde transfossum indicio canis in fovea sub strue lignorum tumulatum fortuito reperisset, illico facta est manus Domini super eam; quæ magno culparum suarum mærore tacta, exiit foras, & flevit amare. Itaque Lavianum reversa, crine detonso, neglecto capite, pullaque veste contecta, erroribus suis mundique illecebris nuntium misit: inque ædibus Deo sacris, fune ad collum alligato, humi procumbens, ab omnibus, quos antea moribus suis palam offenderat, veniam exoravit. Mox Cortonam profecta, in cinere & cilicio ab se læsam Dei Majestatem placare studuit: donec post triennale virtutum experimentum a Fratribus Minoribus, spiritualis vitæ ducibus, Tertii Ordinis habitum impetravit. Uberes exinde lacrymæ ei

petebatur, præ
per vicos & pl
cusare non dest
cio se ream in
a Confessario d
sam faciem oli
causam sævire
ferens suam fo
maceratione nor
aliisque magnæ
mentis suorum
expiata, atque
phatrix, ut s
a mundi illec
digna facta est
mini consueti
Ejusdem quoqu
ginis Matris do
ardenter experie
cta, cunctis s
& vere mortua
Ad eam proind
ctionis magistr
iam regionibus
bant: ipsa ver
erat perfusa,
secreta, consci
imo & peccata
partibus Deum
dolore & lacrym

[redacted]

Imminentes bellorum tumultus assiduis orationibus sedavit. Denique summæ pietatis operibus vivos & mortuos sibi demeruit. ℟. Dilexisti. cxii. *Lectio vi.*

TOt sanctis operibus occupata, de rigore, quo assidue corpus suum exercebat, nihil remisit, neque a studio cælestia meditandi se avelli passa est: in utroque vitæ genere plane admiranda, utramque sororem, Magdalenam & Martham, referens. Tandem pro se Dominum orans, ut ex hac valle lacrymarum sursum in cælestem patriam revocaretur, exaudita est oratio ejus, die atque hora dormitionis ei patefactis. Meritis itaque & laboribus plena, ac cælestibus donis cumulata, cœpit corporis viribus destitui, per dies decem & septem nullo cibo, sed divinis tantum colloquiis refecta est: tum sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis ritè susceptis, vultu hilari atque oculis in cælum conversis, octavo Kalendas Martias anno ætatis quinquagesimo, suæ conversionis vigesimo tertio, humanæ vero salutis millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, felix migravit ad sponsum. Corpus in hanc usque diem vegetum, incorruptum, illæsum, & suaviter olens, summa religione colitur in Ecclesia Fratrum Minorum, quæ jam ab eadem Margarita appellatur. Miraculis continuo floruit: quibus permoti Romani Pontifices ad augendum ejus cultum plurima liberaliter indulserunt: Benedictus vero decimustertius in festo Pentecostes die sextadecima Maji anni millesimi septingentesimi vigesimi octavi solemnem ejus Canonizationem religiosissime celebravit.

℟. Fallax gratia. cxii.

In iii. Noct. Homil. in Evang. Simile est regnum cælorum thesauro. *de Communi non Virg.* cxii.

Lectio ix. de Homilia cum Commem Feriæ occurr.

In Laudibus, ad Benedictus, Antiphona. Ut cognovit, resipuit Seraphici Ordinis Magdalena: dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum.

℣. Diffusa est gratia.

In Anno Communi, Vesp. integræ erunt de sancto Mathia Apostolo, ut in Breviario, sine commemorat. præced. Venetiis vero fiat commem. præced. & Fer.

In anno vero Bissextili, tunc in ii. Vesp. S. Margaritæ, omnia sumuntur ex Communi non Virg. præter hic posita.

Ad Magnificat, Antiphona. Ego dilecto meo, & ad me conversio ejus: inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.

Deinde fit commemoratio Feriæ.

FESTA MARTII.

PRIMA EX SEXTIS FERIIS.

Sacrarum quinque Plagarum D. N. J. Christi. Dupl. maj.

AD VESPERAS.

Antiphona. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

Psalm. Credidi. *cum reliq. ut in Feria v. in Cæna Domini.*

Antiphona. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Antiphona. Alligavit Dominus plagam populi sui & percussuram ejus sanavit.

Antiphona. Omnis, qui transibit, stupebit, super omnes plagas ejus.

Antiphona. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & vide

videte, si est dolor sicut dolor meus.

Capitulum. *Isaiæ 53.*

CHristus vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, cujus livore sanati sumus.

℟. Deo gratias.

Hymnus.

PAnge lingua gloriosi
Lauream certaminis,
Et super Crucis trophæo
Dic triumphum nobilem:
Qualiter Redemptor Orbis
Immolatus vicerit.

De parentis protoplasti
Fraude Factor condolens,
Quando pomi noxialis
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notavit,
Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat:
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hostis unde læserat.

Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, Orbis Conditor:
Atque Ventre Virginali
Carne amictus prodiit.

Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:
Membra pannis involuta
Virgo Mater alligat:
Et Dei manus, pedesque
Stricta cingit fascia.

Sempiterna sit Beatæ
Trinitati gloria,
Æqua Patri, Filioque,
Par decus Paraclito:
Unius, Trinique nomen
Laudet Universitas. Amen.

℣. Videbunt in quem transfixerunt.

℟. Et dolebunt super eum ut in morte primogeniti.

Ad Magnificat, Antiphona. Dum in Cruce penderet Unigenitus Dei Filius, & ab omnibus subsannaretur, Mater ejus Virgo Maria, ipsum verum Deum, & hominem condolens venerabatur.

Oratio.

DEus, qui Unigeniti Filii tui passione, & per quinque vulnera ejus sanguinis effusione humanam naturam peccato perditam reparasti: tribue nobis, quæsumus; ut qui ab eo suscepta vulnera veneramur in terris, ejusdem pretiosissimi Sanguinis fructum consequi mereamur in cælis. Per eumdem Dominum.

Deinde commem. Fer.

Ad Matutinum, Invitatorium. Christum in Cruce confixum, quinque plagis vulneratum, * Venite, adoremus.

Psalm. Venite, exultemus. 1.

Hymn. Pange lingua gloriosi lauream certaminis. *ut in primis Vesperis.*

In primo Nocturno, Antiphona. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?

Psalm. In Domino confido. 8.

Antiphona. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Psalm. Domine, quis habitabit. 9.

Antiphona. Torcular calcavi solus, & de Gentibus non fuit vir mecum.

Psalm. Domini est terra. 30.

℣. Foderunt manus meas, & pedes meos.

℟. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

De Isaia Propheta.

Lectio i. *Cap. 53.*

QUis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? & ascendet sicut virgultum coram eo; & sicut

[redacted]

t radix de terra sitienti. Non t species ei, neque decor, & dimus eum, & non erat aspe- us, & desideravimus eum. De- ectum, & novissimum Viro- m, virum dolorum, & scien- m infirmitatem, & quasi ab- onditus vultus ejus, & despe- us, unde nec reputavimus eum. ere languores nostros ipse tulit, dolores nostros ipse portavit: t nos putavimus eum quasi le- psum, & percussum à Deo, & umiliatum. Ipse autem vulne- tus est propter iniquitates no- tas, attritus est propter scelera ostra: disciplina pacis nostræ su- er eum, & livore ejus sanati imus.

. Gratificavit nos Deus in di- ecto Filio suo: * In quo habe- us redemptionem per sanguinem ius in remissionem peccatorum.

'. Ecce venit plenitudo tempo- s, in quo misit Deus Filium uum in terras. In quo.

Lectio ii.

OMnes nos quasi oves erravi- mus, unusquisque in viam iam declinavit, & posuit Do- inus in eo iniquitatem omnium strum. Oblatus est, quia ipse luit, & non aperuit os suum: ut ovis ad occisionem ducetur, quasi Agnus coram tondente obmutescet, & non aperiet os um. De angustia, & de judi- o sublatus est: generationem us quis enarrabit? Quia abscis- s est de terra viventium: pro er scelus populi mei percussi m. Et dabit impios pro sepul- ra, & divitem pro morte sua: quod iniquitatem non fece- t, neque dolus fuerit in ore us. Et Dominus voluit conte- re eum in infirmitate.

. Nos qui aliquando eramus ngè, facti sumus prope per san- guinem Jesu Christi: * Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.

℣. A Domino factum est istud; & est mirabile in oculis nostris. Ipse.

Lectio iii. *Cap. 63.*

QUis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine for- titudinis suæ. Ego qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vesti- mentum tuum sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi so- lus, & de Gentibus non est vir mecum: calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos in ira mea, & aspersus est sanguis eo- rum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi: dies enim ultionis in corde meo, annus Redemptionis meæ venit: circumspexi, & non erat auxilia- tor; quæsivi, & non fuit qui adjuvaret.

℟. In primogenito ex mortuis complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum. * Pacificans per sanguinem Cru- cis ejus, sive quæ in cælis, sive quæ in terris sunt.

℣. Ipse est caput corporis Ec- clesiæ, in omnibus primatum te- nens. Pacificans.

Gloria Patri. Pacificans.

In secundo Nocturno, Antiph. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia os- sa mea.

Psalm. Deus Deus meus respice. 21.

Antiphona. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.

Psalm. Jubilate Deo omnis ter- ra, psalmum dicite. 75.

Antiphona. Vulnus, & livor, & plaga tumens non est circum- liga-

Edit. Ven. Vol. 3. Tom. 5. pag. 539.

Lectio iv.

CAptus est Jesus post plurimas illusiones tam Judæorum, quam Gentium, post sanguinis plures effusiones, clavis immitibus manibus simul, & pedibus perforatur: & configitur ligno Crucis Salvator noster mitissimus Jesus. Intuere, & respice rosam Passionis sanguineæ, quomodo rubet in indicium ardentissimæ charitatis! Contendunt passio, & charitas: ista, ut ut plus ardeat: illa, ut plus rubeat.

℟. Per mortem destruxit Jesus eum, qui mortis habebat imperium: * Ut liberaret eos, qui timore mortis obnoxii erant servituti.

℣. Unde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. Ut.

Lectio v.

VIde quomodo hoc flore rosæ floruerit optima vitis nostra rubicundus Jesus. Vide totum corpus, sicubi rosæ sanguineæ florem non invenias. Inspice ma-

Sancto Anselmo tr
themio, Bellarmino
ter Opera supposititi
Venet. Vol. 3. Tom.

Lectio v

REspice Domin
de Sanctuaric
excelso cælorum h
intuere hanc sacr
stiam, quam tibi
Pontifex noster, sa
Dominus Jesus, p
trum suorum, &
super multitudine n
Cognosce Pater tu
Joseph. Heu! fera
voravit eum, &
furore suo vestimen
ce quinque scissura
in eo reliquit.

℟. Videmus Jesum
tionem mortis glo
coronatum: * Ut
gustaret mortem.

℣. Decebat eum,
lios in gloriam add
rem salutis eorum
consummari. Ut p
Gloria Patri. Ut

Psalm. Dominus regnavit, exultet. 101.

Antiphona. In amaritudine sermo meus est, & manus plagæ meæ aggravata est super gemitum meum.

Psalm. Cantate Domino. *ii.* 104.

℣. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. ℟. Attritus est propter scelera nostra.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap.* 19.

IN illo tempore: Sciens Jesus, quia omnia jam consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dixit, Sitio. Et reliqua.

Homilia sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Lib. 12. *Comment. in Joann.*

CUm ab immanibus Judæis omnis in Christum expleta esset impietas, nec quicquam jam ad summam crudelitatem reliquum esset, ad extremum Caro Christi sanctissima proprium quiddam, ac naturale rursus patitur. Multis enim, ac variis doloribus exsiccata, siti torquetur. Graves siquidem dolores magnam ad sitim commovendam vim habent, naturali quodam & inexplicabili calore humidum consumentes, & igneis ardoribus præcordia urentes. ℟. Manifestata est gratia Dei per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi. * Qui destruxit mortem, illuminavit autem vitam in incorruptionem.

℣. Liberavit, & vocavit nos vocatione sua sancta per gratiam, quæ data est nobis in Christo. Qui.

Lectio viii.

COnsummatum esse ait impietatis Judaicæ modum, & impotentem sæviendi animum. Quid enim Judæi intentatum reliquerunt, aut quid non extremæ crudelitatis adhibuerunt? Quod supplicii, aut contumeliæ genus prætermiserunt? Quamobrem jure, consummatum est, ait: sed hora jam eum ad prædicandum spiritibus, qui apud inferos erant, invitante. Advenit enim, ut mortuorum, ac vivorum dominaretur, ipsam pro nobis mortem suscepit, communem hanc naturæ passionem sustinuit in carne sua. Cum autem Jesus caput inclinasse comperissent, & jam eum expirasse putarent, frustra ejus crura confringi existimant: sed cum adhuc mortuum esse nonnihil dissiderent, lancea latus ejus perfodiunt, unde cruor aqua mixtus scaturiit, quod Eulogiæ mysticæ & sancti baptismatis imago quædam erat atque primitiæ. Christi enim est vere, & a Cristo sanctum baptisma & mysticæ Eulogiæ vis ex sancta nobis carne prodiit.

℟. Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo * In sanguine tuo.

℣. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes. In sanguine.

Gloria Patri. In sanguine.

Lectio nona dicitur de Homilia Feriæ.

A D L A U D E S,

& per Horas, Antiphona.

VEre languores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portavit.

Psalm. Dominus regnavit. *cum reliq. de Domenica.* 17.

Antiphona. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Antiphona. Alligavit Dominus plagam populi sui, & percussuram ejus sanavit.

Antiphona. Omnis, qui transibit, stupebit super omnes plagas ejus,

Antiphona. O vos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.

Capitulum. *Isaiæ 53.*

CHristus vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, cujus livore sanati sumus. ℟. Deo gratias. *Hymnus.*

LUstra sex qui jam peregit,
Tempus implens corporis,
Sponte libera Redemptor,
Passioni deditus,
Agnus in Crucis levatur
Immolandus stipite.
Felle potus ecce languet:
Spina, clavi, lancea
Mite corpus perforarunt:
Unda manat, & cruor:
Terra, pontus, astra, mundus
Quo lavantur flumine!
Crux fidelis, inter omnes
Arbor una nobilis:
Silva talem nulla profert
Fronde, flore, germine:
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sustinet.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit nativitas;
Et superni membra Regis
Tende miti stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre mundi victimam,
Atque portum præparare
Arca mundo naufrago,
Quam sacer cruor perunxit,
Fusus Agni corpore.
Sempiterna sit Beatæ
Trinitati gloria,
Æqua Patri, Filioque;
Par decus Paraclito;
Unius, Trinique nomen
Laudet universitas. Amen.

℣. Videbunt in quem transfixerunt. ℟. Et dolebunt super eum, ut in morte Primogeniti.

Ad Benedictus, Antiphona. Unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis, & aqua. *Oratio.*

DEus, qui Unigeniti Filii tui passione, & per quinque vulnera ejus sanguinis effusione humanam naturam peccato perditam reparasti: tribue nobis, quæsumus, ut qui ab eo suscepta vulnera veneramur in terris, ejusdem pretiosissimi Sanguinis fructum consequi mereamur in cælis. Per eumdem Dominum.

Deinde fit commem. Fer.

Ad Primam, Antiphona. Vere languores.

Ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ.

Ad Tertiam, Antiph. Ipse autem. *Capitul.* Christus vulneratus est. *ut suprà.*

℟. *br.* Foderunt manus meas: * Et pedes meos. Foderunt. ℣. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Et pedes. Gloria Patri. Foderunt.

℣. O vos omnes qui transitis per viam. ℟. Attendite, & videte dolorem meum.

Ad Sextam, Antiphona. Alligavit Dominus.

Capitulum. *Isaiæ 50.*

FAciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me: Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus.

℟. *br.* Vere languores nostros * Ipse tulit. Verè.

℣. Et dolores nostros ipse portavit. Ipse. Gloria. Verè.

℣. Disciplina pacis nostræ super eum. ℟. Et livore ejus sanati sumus.

Ad Nonam, Antiphona. O vos omnes.

Capitulum. *Isaiæ 53.*

TRadidit Christus in morte animam suam, & cum sceleratis

[redacted]

tus est, & ipse peccata
tulit, & pro transgres-
gavit.
e vulneratus est, * Pro-
itates nostras. Ipse.
is est propter scelera
ropter. Gloria. Ipse.
is est, quia ipse voluit.
n aperuit os suum.
ras, *Antiphonæ, Psal-*
lum, Hymnus, & ℣. ut
Vesperis.
gnificat, Antiphona.
vestra Redemptio: ma-
quæ vos fecerunt, cla-
tæ sunt: propter vos
æsus sum, spinis coro-
, aquam petii pendens,
porrexerunt; in escam
dederunt, & in latus
mortuus, & sepultus re-
vobiscum sum, & vivo
n.
Deus qui Unigeniti Filii
ne. *ut supra.*
mmem. Fer.

I. MARTII.

B. Johannæ Mariæ Bo-
Virginis. Duplex.

Oratio.

ne Jesu Christe virtu-
omnium exemplar, &
, qui beatam Johannam
Virginem tuam admi-
ientia pro Nominis tui
orasti: da populo tuo
nnia celebranti, ita se-
ia, ut assequatur & præ-
i vivis, & regnas.
t commem. Feriæ.
o Nocturno, Lectiones
nibus. *ut in Communi*
. xcviii.
ecundo Nocturno.

Lectio iv.

Maria Bonomo Virgo,
ie, & Virginia ingenuis
arentibus nata est Axi-
ignobili pago ex sep-
tem fœderatis Communibus apud agrum Vicentium anno humanæ salutis millesimo sexcentesimo sexto. Ab ineunte ætate non obscura præbuit Sanctitatis indicia; postque exactos summa pietate pueriles annos, Virginitatem suam Deo consecrare decrevit. Mortua Matre, forti animo restitit Patri, precibus atque minis omnia tentanti, ut eam a sancto proposito removeret. Voti tandem compos effecta sexdecim annos nata in Bassanensi Monasterio Ordinis sancti Benedicti Monasticum institutum professa est, in quo omnium se virtutum exemplar exhibuit. Corpus suum omni pœnarum genere in servitutem redigere studebat, ciliciis, ferreo cingulo, crebrisque flagellis ita in se sæviens, ut sæpe copiosus cruor diffluerct.
℟. Propter veritatem. ci.

Lectio v.

PRæter consueta jejunia plures in hebdomada dies non solum vini, sed & panis usu sibi interdicto vilibus cibis contenta ducebat, imo nec sitim aqua extinguere curabat. A Sororibus suis derelicta, linguarum morsibus dire agitata, invictæ patientiæ, atque profundissimæ humilitatis exemplum præbuit: quod maxime enituit in pluribus morbis, quibus sæpe sæpius vexata fuit, præcipue vero ischiade toleranda, qua ad mortem usque laboravit. Castitatem adeò coluit, ut ne oculos quidem in quemquam conjicere auderet. Tanto quoque divini amoris igne æstuabat, ut extra sensus frequenter rapta, diuturnas atque admirabiles extases passa fuerit, in quibus eximiis a Deo gratiis illustrabatur. Mirifica etiam in Beatam Virginem pietate excelluit, & lacrymarum dono enituit. Qui-

[redacted]

bus aliisque virtutibus fulgentem dignam sane Sorores existimarunt, cui Monasterii regimen semel atque iterum committerent: in quo quidem munere tanta charitate atque humilitate erga omnes se gessit, ut quamvis Mater esset, & Sororum Magistra, omnium se tamen Ancillam exhiberet atque Ministram.

℟. Dilexisti justitiam. ci.

Lectio vi.

MEritis tandem atque virtutibus cumulata, & omni asperitatum genere cruciata, in gravissimum morbum incidit, in quo acerbissimos dolores forti animo pertulit. Ingravescente deinde morbo Sorores suas salutaribus monitis instruxit, sanctissimisque Ecclesiæ Sacramentis coram eis devotissime susceptis, animam Deo reddidit Kalendis Martiis anno millesimo sexcentesimo septuagesimo, ætatis suæ sexagesimo quarto. Pluribus in vita, & post mortem miraculis claruit, quibus rite probatis, Pius sextus Pontifex Maximus beatorum catalogo adscripsit.

℟. Afferentur. ci.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangel. Decem Virginibus. *de Communi Virginum.* ciii.

Nona erit de Homilia Feriæ cum ejus commem. in Laudib. ac secundis Vesper.

DIE II. MARTII.

In festo beati Joannis Marinonii Confessoris.

Ad Vesper. & Matut. in Hymno mutatur tertius Versus.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui beatum Joannem Confessorem tuum per assiduam Passionis tuæ contemplationem imitatorem tui eximium effecisti: ipsius quæsumus intercessione concede; ut ejusdem vestigiis inhærentes, Passionis tuæ fructus percipere valeamus: Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

Postea fit commem. Feriæ.

In primo Nocturno, Lect. Justus si morte. lxxx.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

JOannes Marinonius ex illustri Familia Venetiis natus, Canonicus fuit in celebri sancti Marci Basilica, ubi non pauca præbuit virtutum exempla. Sed divini amoris æstu ad majora vocatus, perfectius vitæ institutum sibi proposuit. Motus enim fama nascentis tunc Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum, provolutus pedibus sancti Cajetani ejusdem Ordinis Institutoris ab ipso impetravit, ut suos inter Alumnos cooptaretur. Incredibile autem dictu est, quanta animi alacritate novum hoc vitæ genus amplexus fuerit. In observandis Instituti legibus diligentissimus, orationi continuò intentus, in cilicio, jejuniis, vigiliis corpus exercens suum, exemplum sese omnibus præbuit veræ Evangelicæ perfectionis. Contemplationi præsertim Dominicæ Passionis addictus, tantam inde hausit humilitatem, ut vilissimum se peccatorem coram Deo, & hominibus profitens, cùm oblatum sibi intelligeret à Pontifice Paulo quarto Archiepiscopatum Neapolitanum, precibus, & lacrymis imploraverit, ne tanta sibi dignitas conferretur. Hinc solùm cogitans, quæ Dei sunt, vitam duxit tam castam, & omni virtutum genere exercitatam, ut a sancto Cajetano, Angelus in carne, & a sancto Andrea Avellino, viva Imago veræ sanctitatis diceretur.

℟. Honestum fecit. lxxxii.

Le-

Lectio v.

CHaritate erga Proximum, Pater pauperum, & Angelus consilii ac pacis dici poterat. In reficiendis enim egenis, & visendis infirmis, iisque assiduo in publicis Nosocomiis tum Neapoli, tum Venetiis adjuvandis, paternæ ostendit viscera misericordiæ. Spiritum vero consilii ostendit maxime in regendis tum Religiosis suis, quibus plures per annos præesse coactus est, tum pluribus Sanctimonialibus, aliisque spiritualibus filiis, inter quos præsertim fuit Cardinalis de Arretio, cujus heroicas virtutes jam Sedes Apostolica approbavit, ac sanctus Andreas Avellinus, quem universa veneratur Ecclesia. Ad pacem hortari Principes per litteras conabatur, cum bellum imminens videretur. Pacem initam præcognoscens, prophetico quodam spiritu concionando annunciavit, ut Populum consolaretur. Pacem quoque afferre turbatis spiritibus, & anxiis conscientiis peculiare fuit ejus donum, quod maxime effulsit, cum morientibus præsto esset.

℟. Amavit eum Dominus. lxxxii.

Lectio vi.

PRo honore Dei Vir licet suavis, & mitis, zelo exarsit maximo in Hæreticorum erroribus, & in sæculi vitiis expugnandis. Pluries in hebdomada ad Populum, pluries in die ad Religiosos suos de divinis rebus sic loquebatur, ut in simplicitate sermonis, igneo veluti eloquio præditus videretur, & quasi de parva scintilla magnum in Populo excitans divini amoris incendium, omnes implebat horrore, ac dolore culparum, ut pœnitentiam peragerent. Lethali demum morbo correptus, meritis plenus Neapoli in ædibus sancti Pauli obdormivit in Domino ætatis suæ anno septuagesimo secundo, fama Sanctitatis & Miraculorum maxime clarus.

℟. Iste homo perfecit. lxxxii.

In tertio Noctur. Homilia in Evang. Sint lumbi vestri præcincti. *de Communi i. loco.* lxxxv.

Nona Lect. Homilia, & commemor. Fer.

SECUNDA EX SEXTIS FERIIS

Mensis Martii.

Sacratiss. Spineæ Coronæ Domini nostri Jesu Christi.

Duplex majus.

AD VESPERAS.

Antiphona. Dilectus meus candidus. *cum reliq. de Laudib.*

Psal. Dixit Dominus. *cum reliq. de Dominica, & loco ultimi.*

Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. *Cant. 3.*

EGredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua.

Hymnus.

EXite Sion filiæ,
Regis pudicæ virgines,
Christi Coronam cernite,
Quam mater ipsa texuit.
Horret revulsis crinibus
Spinis cruentatum caput,
Et vultus ille decolor
Mortem propinquam respicit.
Quæ terra sulcis invia,
Dumis rigens, & sentibus
Lugubre munus protulit,
Quæ sæva messuit manus?
Christi rubescens sanguine
Aculeos mutat rosis,
Palmamque vincens fructibus,
Spina est triumphis aptior.
Culpis satæ mortalium
Te, Christe, spinæ vulnerant;
Evelle nostras, cordibus
Tuasque nostris insere.

[redacted]

Virtus, honor, laus, gloria,
Deo Patri, cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

℣. Plectentes Coronam de spinis.
℟. Posuerunt super caput ejus.

Ad Magnificat, Antiphona.
Egredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua, parans crucem Salvatori suo.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui in memoriam passionis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus Spineam veneramur in terris, ab ipso gloria, & honore coronari mereamur in cælis. Qui tecum vivit, & regnat, &c.

Postea fit commem. Feriæ.

Ad Matutinum, Invitatorium.
Christum Regem Spinis coronatum: * Venite Adoremus.
Psalm. Venite, exultemus. 2.
Hymn. Exite Sion filiæ.

In primo Nocturno, Antiphona.
Erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, & fructum suum dabit in tempore suo.
Psalm. Beatus vir. 3.
Antiphona. Convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.
Psalm. Quare fremuerunt. 4.
Antiphona. In tribulatione dilatasti mihi.
Psalm. Cum invocarem. 140.
℣. Gloria & honore coronasti eum Domine.
℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

De Isaia Propheta.

Lectio i.

QUis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix terra sitienti. Non est species ei, neque decor; & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum; despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus, & despectus, unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: & nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus.

℟. Maledicta terra in opere hominis: * Spinas, & tribulos germinavit Christo.
℣. Quia comedit Adam de ligno, ex quo præceperat Deus, ne comederet. Spinas.

Lectio ii.

OMnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de judicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussi eum.

℟. Apparuit Moysi Dominus in flamma ignis de medio rubi: * Et videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.
℣. Dixit ergo Moyses, vadam & videbo visionem hanc magnam. Et videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.

Le-

[redacted]

Lectio iii.

impios pro sepultu-
divites pro morte sua:
iquitatem non fecerit,
s fuerit in ore ejus.
s voluit conterere eum
ate: si posuerit pro
mam suam, videbit
gævum, & voluntas
manu ejus dirigetur.
uod laboravit anima
it, & saturabitur: in
justificabit justus ser-
nultos, & iniquitates
portabit.
nis, & ligna; Deus
sibi * Victimam ho-

Abraham oculos suos,
ost tergum arietem in
hærentem. Victimam.
·i. Victimam.
Nocturno, *Antiphona*.
ut scuto bonæ volun-
oronasti me.
ba mea. 58.
. Minuisti eum paulo
angelis, gloria & ho-
asti eum.
ne Dominus noster. 6.
. Peccatores intende-
, paraverunt sagittas
aretra, ut sagittent

Domino confido. 8.
Domine super caput
Coronam de lapide

cti Bernardi Abbatis.
in Epiph. Domini.
Lectio iv.
ni filiæ Sion: vobis
s filiæ Sion, animæ
debiles, delicatæ, fi-
i filii, in quibus nihil
inis, nihil est virilis
edimini de sensu car-
lectum mentis, de ser-
lis concupiscentiæ ad

libertatem spiritualis intelligen-
tiæ. Egredimini de terra vestra,
& de cognatione vestra, & de
domo patris vestri, & videte re-
gem Salomonem in diademate,
quo coronavit eum mater sua,
in corona paupertatis, in coro-
na miseriæ: siquidem coronatus
est & à noverca sua corona spi-
nea, corona miseriæ, coronan-
dus a familia sua corona justi-
tiæ, quando exibunt Angeli, &
tollent de regno ejus omnia scan-
dala, quando veniet ad judicium
cum senioribus populi sui, cum
pugnabit pro eo orbis terrarum
adversus insensatos. Coronat eum
& Pater corona gloriæ, sicut ait
Psalmista, Gloria & honore co-
ronasti eum Domine. Videte eum
filiæ Sion in diademate, quo co-
ronavit eum mater sua.
℟. Cum apparuerit Princeps pa-
storum, quo percusso dispersæ
sunt oves gregis: * Percipietis
immarcescibilem gloriæ coronam.
℣. Cum fecerit grande convi-
vium, ut ostendat divitias gloriæ
regni sui. Percipietis.

Serm. 41. in Cantica. Lectio v.

EGo, Fratres, ab ineunte mea conversione pro acervo meritorum, quæ mihi deesse sciebam, mihi fasciculum collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei colligare, & inter ubera mea collocare curavi. Memoriam abundantiæ suavitatis horum eructabo, quoad vixero in æternum non obliviscar miserationes istas, quia in ipsis vivificatus sum. Mihi hic salutaris fasciculus servatus est: nemo tollet eum a me, inter ubera mea commorabitur. Hæc meditari dixi sapientiam, in his justitiæ mihi perfectionem constitui: in his plenitudinem scientiæ, in his divitias salutis, in

his copias meritorum . Ex his mihi interdum potus salutaris amaritudinis, ex his rursum suavis unctio consolationis . Hæc me erigunt in adversis , in prosperis reprimunt , & inter læta tristiaque vitæ presentis via regia incedenti tutum præbent utrobique ducatum , hinc inde mala imminentia propulsando. Hæc mihi conciliant mundi Judicem , dum tremendum potestatibus , mitem humilemque figurant, dum non solum placabilem , sed & imitabilem repræsentant eum , qui inaccessibilis est principatibus, terribilis apud reges terræ.

℟. Accepit regnum decoris: * Et diadema speciei.

℣. Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen , quod est super omne nomen. Et diadema.

Lectio vi.

HÆc propterea mihi in ore frequenter, sicut vos scitis; hæc in corde semper sicut Deus scit ; hæc stylo meo admodum familiaria , sicut apparet : hæc mea sublimior interim philosophia, scire Jesum, & hunc Crucifixum. Non requiro, sicut sponsa, ubi cubet in meridie , quem lætus amplector mea inter ubera commorantem. Non requiro, ubi pascat in meridie, quem intueor Salvatorem in Cruce . Illud sublimius, istud suavius: panis illud, hoc lac ; hoc viscera reficit parvulorum, hoc replet ubera matrum , & ideo inter ubera mea commorabitur . Hunc & vos, dilectissimi , tam dilectum fasciculum colligite vobis, hunc medullis inserite cordis , hoc munite aditum pectoris , ut & vobis inter ubera commoretur . Si enim ante oculos habueritis quem portatis, pro certo videntes angustias Domini, levius vestras portabitis , ipso auxiliante Ecclesiæ sponso ; qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

℟. Arcam de lignis Sethim deaurabis auro mundissimo intus & foris: * Faciesque supra coronam auream per circulum.

℣. Pones in arcam testificationem , quam dabo tibi . Faciesque supra.

Gloria Patri. Faciesque.

In tertio Nocturno, Antiphona. Ingressus sine macula , & operatus justitiam coronatus est in monte sancto tuo .

Psal. Domine , quis habitabit. 14.

Antiphona . Super caput ejus coronam de lapide pretioso posuisti Domine.

Psalm. Domine in virtute tua. 20.

Antiphona . Adversus eos , qui tribulant me , impinguasti in oleo caput meum.

Psalm. Dominus regit me. 22.

℣. Corona aurea super caput ejus.

℟. Expressa signo sanctitatis.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap. 19.*

IN illo tempore : Apprehendit Pilatus Jesum , & flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Ex Sermone 50. de diversis.

VIdete filiæ Sion regem Salomonem . Non dicit Ecclesiasten, aut Ididam. Nam & his nominibus appellatus est rex ille; & significat Jesum Christum nostrum verum Salomonem, qui est Salomon, idest, pacificus in exilio: Ecclesiastes, idest , concionator in judicio : Idida, idest , dilectus Domini in regno , tibique rex . In exilio mansuetus , in judicio justus , in regno glorio-

In exilio amabilis, in
erribilis, in regno ado-
In diademate, quo co-
um mater sua. Est au-
: corona misericordiæ,
: imitabilis. Coronavit
noverca sua corona mi-
: in hac contemptibilis,
m loquor, quæ se ei
rem exhibuit, sed no-

:s altare ad adolendum
a de lignis Sethim:
que ei coronam aureo-
gyrum.
que altare contra velum
ropitiatorio. Faciesque.

Lectio viii.

nabit eum familia sua
ona justitiæ, & in hac
: coronat eum Pater suus
loriæ, & in hac deside-
Videant ergo eum pec-
n corona miseriæ, idest
& compungantur, vi-
m filiæ Sion, animæ af-
in corona misericordiæ,
itur: videbunt eum im-
rona justitiæ, & peri-
videbunt eum sancti in
gloriæ, & perpetualiter
it. Coronantur quidem
imitatores ipsius, sed
ndustria adjuti per gra-
olus iste à matre corona-
quia solus cum ordina-
tionibus tamquam spon-
lamo processit ex utero

stus sciens dolorem, &
tem spinis coronatus:
st, qui coronat vos in
rdia, & miserationibus.
eratus propter iniquita-
as, attritus propter sce-
ra, cujus livore sanati
Ipse. Gloria Patri. Ipse.
nona dicitur de Homilia

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

DIlectus meus candidus, & rubicundus, comæ capitis ejus sicut purpura regis vincta canalibus.

Psalm. Dominus regnavit. *cum reliq. de Dominica. 16.*

Antiphona. Requievit super eum spiritus timoris Domini: corona sapientiæ & exultationis decoravit illum.

Antiphona. Induit eum Dominus vestimentis salutis, & indumento justitiæ quasi sponsum decoratum corona.

Antiphona. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

Antiphona. Rex æternæ gloriæ pro nobis coronatus, benedicet coronæ anni benignitatis suæ.

Capitulum. *Cant. 3.*

EGredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua.

Hymnus.

LEgis figuris pingitur
Christi corona nobilis:
Implexa spinis victima,
Ardensque testatur rubus.
Arcam corona cinxerat;
Mensæque sacrum circulum,
Aramque thure fumidam,
Corona nectit ambiens.
Christi dolorum conscia
Salve corona gloriæ,
Gemmis & auro pulchrior,
Vincens coronas siderum.
Virtus, honor, laus, gloria,
Deo Patri, cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula.
Amen.

℣. Eris corona gloriæ in manu Domini. ℟. Et diadema regni in manu Dei tui.

Ad Benedictus, Antiphona.

Exivit Jesus portans spineam

[redacted]

coronam, & purpureum vestimentum.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui in memoriam passionis Domini nostri Jesu Christi, Coronam ejus Spineam veneramur in terris, ab ipso gloria, & honore coronari mereamur in cælis. Qui tecum vivit, & regnat, &c.

Postea fit commem. Feriæ.

Ad Primam, Antiphona.

Dilectus meus.

Ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ.

Ad Tertiam, Antiphona.

Requievit super eum.

Capitul. Egredimini. *ut supra.*

℟. *br.* Eris corona gloriæ, * In manu Domini. Eris corona.

℣. Et diadema regni in manu Dei tui. In manu.

Gloria Patri. Eris.

℣. Gloria & honore coronasti eum Domine.

℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Sextam, Antiphona.

Induit eum.

Capitulum. *Apoc. 6.*

VIdi, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum: & data est ei corona, & exivit vincens, ut vinceret.

℟. *br.* Gloria & honore, * Coronasti eum Domine. Gloria.

℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti.

Gloria Patri. Gloria.

℣. Tuam coronam adoramus Domine. ℟. Tuam gloriosam recolimus passionem.

Ad Nonam, Antiphona.

Rex æternæ gloriæ.

Capitulum. *Isaiæ 28.*

IN die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.

℟. *br.* Tuam coronam, * Adoramus Domine. Tuam.

℣. Tuam gloriosam recolimus passionem. Adoramus.

Gloria Patri. Tuam.

℣. Plectentes coronam de spinis.

℟. Posuerunt super caput ejus.

In secundis Vesperis dicuntur omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Et genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes: Ave Rex Judæorum: & expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus.

Postea fit commem. Feriæ.

TERTIA EX SEXTIS FERIIS

Mensis Martii.

Pretiosissimi Sanguinis Domini nostri Jesu Christi.

Duplex primæ Classis.

AD VESPERAS,

Antiphona. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua.

Psalmi de Dominica, & loco ultimi. Psalm. Laudate Dominum omnes gentes. 123.

Antiphona. Ego, qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum.

Antiphona. Vestitus erat Veste aspersa Sanguine, & vocatur nomen ejus Verbum Dei.

Antiphona. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua, sicut calcantium in torculari?

Antiphona. Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum.

Capitulum. *Heb. 9.*

FRatres, Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, idest non

non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium Sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa.

Hymnus.

FEstivis resonent compita vocibus:
Cives lætitia frontibus explicent:
Tædis flammiferis ordine prodeant
Instructi pueri & senes.
Quem dura moriens Christus in arbore,
Fudit multiplici vulnere Sanguinem;
Nos facti memores dum colimus, decet
Saltem fundere lacrymas.
Humano generi pernicies gravis
Adami veteris crimine contigit:
Adami integritas & pietas novi
Vitam reddidit omnibus.
Clamorem validum summus ab Æthere
Languentis Geniti si Pater audiit,
Placari potius Sanguine debuit,
Et nobis veniam dare.
Hoc quicumque stolam Sanguine proluit
Abstergit maculas; & roseum decus,
Quo fiat similis protinus Angelis,
Et Regi placeat, capit.
A recto instabilis tramite postmodum
Se nullus retrahat; meta sed ultima
Tangatur; tribuet nobile præmium,
Qui cursum Deus adjuvat.
Nobis propitius sis Genitor potens,
Ut quos Unigenæ Sanguine Filii
Emisti, & placido flamine recreas,
Cæli ad culmina transferas.
Amen.

℣. Redemisti nos Domine in sanguine tuo.
℟. Et fecisti nos Deo nostro Regnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Accessistis ad Sion montem, & Civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, & testamenti novi mediatorem Jesum, & Sanguinis aspersionem melius loquentem, quam Abel.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Unigenitum Filium tuum Mundi Redemptorem constituisti, ac ejus Sanguine placari voluisti: concede, quæsumus, salutis nostræ pretium solemni cultu ita venerari: atque a præsentis vitæ malis ejus virtute defendi in terris, ut fructu perpetuo lætemur in cælis, Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus.

Et fit commem. Feriæ.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Christum Dei Filium, qui suo nos redemit Sanguine: * Venite adoremus.

Psalmus. Venite. 2.

Hymnus.

IRa justa Conditoris,
Imbre aquarum vindice,
Criminosum mersit Orbem,
Noe in Arca sospite:
Mira tandem vis amoris
Lavit Orbem Sanguine.
Tam salubri terra felix
Irrigata pluvia,
Ante spinis quæ scatebat,
Germinavit flosculos:
Inque nectaris saporem
Transiere absynthia.
Triste protinus venenum
Dirus anguis posuit,
Et cruenta belluarum
Desiit ferocia:

Mitis Agni vulnerati
Hæc fuit victoria.
O scientiæ supernæ
Altitudo impervia!
O suavitas benigni
Prædicanda pectoris!
Servus erat morte dignus,
Rex luit pœnam optimus.
Quando culpis provocamus
Ultionem Judicis,
Tunc loquentis protegamur
Sanguinis præsentia:
Ingruentium malorum
Tunc recedant agmina.
Te redemptus laudet Orbis
Grata servans munera,
O salutis sempiternæ
Dux, & auctor inclyte,
Qui tenes beata regna
Cum Parente, & Spiritu.
Amen.

In primo Nocturno, Antiphona. Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur Puer, vocatum est nomen ejus Jesus. *Psalm.* Quare fremuerunt.

Antiphona. Factus in agonia, prolixius orabat, & factus est sudor ejus, sicut guttæ Sanguinis decurrentis in terram. *Psalmus.* Domine, quid multiplicati. 4.

Antiphona. Judas, qui eum tradidit, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos, dicens, Peccavi, tradens Sanguinem Justum. *Psalmus.* Conserva me Domine. 10.

℣. Redemisti nos Domine.
℟. In Sanguine tuo.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Lectio i.

CHristus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, idest, non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium Sanguinem, introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi? Et ideo novi testamenti mediator est, ut, morte intercedente, in redemptione earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hereditatis.

℟. Jesus, ut sanctificaret per suum Sanguinem populum, extra portam passus est; * Exeamus igitur ad eum extra castra improperium ejus portantes.
℣. Nondum enim usque ad Sanguinem restitistis adversum peccatum repugnantes. Exeamus.

Lectio ii.

UBi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum vivit, qui testatus est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato Legis à Moyse universo populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, dicens: Hic Sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur; Et sine sanguinis effusione non fit remissio.

℟. Moy-

℟. Moyses sumptum sanguinem respersit in populum: * Et ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum.
℣. Fide celebravit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiva, tangeret eos. Et ait.

Lectio iii.

HAbentes itaque, fratres, fiduciam in introitu Sanctorum in Sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam; & viventem per velamen, idest Carnem suam, & Sacerdotem magnum, super Domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem, (fidelis enim est, qui repromisit,) & consideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum.
℟. Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in Sanguine Christi; * Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum.
℣. Complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per Sanguinem Crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt. Ipse enim.
Gloria Patri. Ipse enim.

In ii. Nocturno, Antiphona. Pilatus volens populo satisfacere tradidit illis Jesum flagellis cæsum.
Psalm. Dominus regit me. 22.
Antiphona. Videns autem, quia nihil proficeret accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a Sanguine justi hujus.
Psalm. Exaltabo te, Domine. 29.
Antiphona. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.
Psalmus. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor. 75.
℣. Sanguis Jesu Christi filii Dei,
℟. Emundat nos ab omni peccato.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Lectio iv.

VUltis Sanguinis Christi audire virtutem? redeamus ad ejus exemplum, & priorem typum recordemur, & pristinam scripturam narremus. In Ægypto, nocte media, Ægyptiis Deus plagam decimam minabatur, ut eorum primogenita deperirent, quia primogenitum ejus populum detinebant. Sed ne amata plebs Judæorum una cum illis periclitaretur, quia unus locus continebat universos, remedium discretionis inventum est. Proinde exemplum mirabile, ut discas in veritate virtutem: Ira divinæ indignationis sperabatur, & domos singulas mortifer circuibat. Quid igitur Moyses? Occidite, inquit, agnum anniculum, & sanguine ejus linite januas. Quid ais Moyses? Sanguis ovis rationalem hominem liberare consuevit? Valde, inquit, non eo quod sanguis est, sed quia Dominici Sanguinis per eum demonstratur exemplum.
℟. In timore incolatus vestri conversamini: * Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis.
℣. Sed pretioso Sanguine, quasi agni immaculati Christi. Scientes, quod.

Lectio v.

NAm sicut Regnantium statuæ, quæ sine causa sunt, & sermone, nonnumquam ad se confugientibus hominibus anima & ratione decoratis, subvenire

con-

conſueverunt, non quia ſunt ære confectæ, ſed quia retinent imaginem Principalem: Ita & ſanguis ille, qui irrationalis fuit, animas habentes homines liberavit: Non quia ſanguis fuit, ſed quia hujus Sanguinis oſtendebat adventum. Et tunc Angelus ille vaſtator, cum linitos poſtes atque aditus perviderer, transjecit greſſus, & non eſt auſus intrare. Nunc ergo ſi viderit inimicus, non poſtibus impoſitum ſanguinem Typi, ſed fidelium ore lucentem Sanguinem veritatis Chriſti templi poſtibus dedicatum, multo magis ſe ſubtrahet. Si enim Angelus ceſſit exemplo, quanto magis terrebitur inimicus, ſi ipſam perſpexerit veritatem? Vis & aliam hujus Sanguinis ſcrutari virtutem? volo; unde primum cucurrit inſpicias, & de quo fonte manavit. De ipſa primum Cruce proceſſit: Latus illud Dominicum initium fuit. Mortuo enim, ait, Jeſu, & adhuc in Cruce pendente, appropinquat miles: Latus lancea percuſſit, & exinde aqua fluxit, & Sanguis. Unum baptiſmatis ſymbolum, aliud ſacramenti. Ideo non ait: exiit Sanguis, & aqua; ſed exiit aqua primum, & Sanguis: Quia primum baptiſmate diluimur, & poſtea myſterio dedicamur.

℟. Empti eſtis pretio magno: * Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.

℣. Pretio empti eſtis: nolite fieri ſervi hominum. Glorificate.

Lectio vi.

Latus miles aperuit, & templi ſancti parietem pateſecit. Et ego theſaurum præclarum inveni, & fulgentes divitias me gratulor reperire. Sic & de illo agno factum eſt. Judæi ovem occiderunt, & ego fructum de ſacramento cognovi. De latere Sanguis, & aqua. Nolo tam facile, auditor, tranſeas tanti ſecreta myſterii. Reſtat enim mihi myſtica atque ſecretalis oratio. Dixi baptiſmatis ſymbolum & myſteriorum, aquam illam & Sanguinem demonſtrare. Ex his enim ſancta fundata eſt Eccleſia per lavacri regenerationem, & renovationem Spiritus ſancti. Per baptiſma, inquam, & myſteria, quæ ex latere videntur eſſe prolata. Ex latere igitur ſuo Chriſtus ædificavit Eccleſiam, ſicut de latere Adam ejus conjux Heva prolata eſt. Nam hac de cauſa Paulus quoque teſtatur, dicens: De corpore ejus, & de oſſibus ejus ſumus: Latus videlicet illud ſignificans. Nam, ſicut de illo Latere Deus fecit fœminam procreari: ſic & de ſuo Latere Chriſtus aquam nobis & ſanguinem dedit, unde repararetur Eccleſia.

℟. Commendat charitatem ſuam Deus in nobis: * Quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

℣. Multo igitur magis nunc juſtificati in Sanguine ipſius, ſalvi erimus ab ira per ipſum. Quoniam cum adhuc.

Gloria Patri. Quoniam.

In iii. Nocturno, Antiphona. Exivit ergo Jeſus, portans Coronam Spineam, & purpureum veſtimentum, & dicit eis: Ecce Homo.

Pſalm. Ut quid Deus. 84.

Antiphona. Et bajulans ſibi Crucem; exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum: ubi crucifixerunt eum.

Pſalm. Domine Deus ſalutis. 97.

Antiphona. Ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus Cru-

Crura, sed unus militum lancea Latus ejus aperuit, & continuo exivit Sanguis & aqua.
Psal. Deus ultionum Dñs. 100.
℣. Christus dilexit nos.
℟. Et lavit nos a peccatis nostris in Sanguine suo.
Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap.* 19.

IN illo tempore: Cum accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi. *Tract.* 120. *in Joann.*

VIgilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret: Latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud, sed aperuit, ut illuc quodammodo vitæ ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclesiæ manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille Sanguis in remissionem fusus est peccatorum: Aqua illa salutare temperat poculum; hæc & lavacrum præstat, & potum. Hoc prænuntiabat, quod Noe in latere Arcæ ostium facere jussus est, qua intrarent animalia, quæ non erant diluvio peritura, quibus præfigurabatur Ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appellata est vita, materque vivorum: Magnum quippe significavit bonum, ante magnum prævaricationis malum. Hic secundus Adam inclinato capite in Cruce dormivit: ut inde formaretur ei conjux, quæ de latere dormientis effluxit. O mors, unde mortui reviviscunt! Quid isto Sanguine mundius? Quid Vulnere isto salubrius?
℟. Hic est, qui venit per aquam, & Sanguinem, Jesus Christus: * Non in aqua solum, sed in aqua, & Sanguine.
℣. In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris. Non.

Lectio viii.

TEnebantur homines captivi sub diabolo, & dæmonibus serviebant. Sed redempti sunt a captivitate: Vendere enim se potuerunt, sed redimere non potuerunt. Venit Redemptor, & dedit pretium: Fudit sanguinem suum, & emit orbem terrarum. Quæritis, quid emerit? Videte, quid dederit, & invenietis quid emerit. Sanguis Christi pretium est: Tanti quid valet? Quid nisi totus orbis? Quid, nisi omnes gentes? Valde ingrati sunt pretio suo, aut multum superbi sunt, qui dicunt, aut illud tam parum est ut solos Afros emerit, aut se tam magnos esse, pro quibus solis illud sit datum. Non ergo exultent, non superbiant: Pro toto dedit, quantum dedit.
℟. Prædestinavit nos Deus in adoptionem Filiorum per Jesum Christum: * In quo habemus redemptionem per Sanguinem ejus.
℣. Remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis. In quo.
Gloria Patri. In quo.

Nona Lectio Homilia, & comm. Feriæ.

Si autem hoc festum transferendum sit post Pascha, tunc legatur Lect. sequens.

Lectio ix.

HAbuit ille sanguinem, unde nos redimeret, & ad hoc accepit sanguinem, ut esset, quem pro nobis redimendis effunderet: Sanguis Domini tui, si vis, datus est pro te; si nolue-

lueris esse, non est datus pro te. Forte enim dices: Habuit sanguinem Deus meus, quo me redimeret, sed jam cum passus est totum dedit, quid illi remansit, ut det & pro me? Hoc est magnum, qui semel dedit, & pro omnibus dedit. Sanguis Christi volenti est salus, nolenti supplicium. Quid ergo dubitas, qui mori non vis, a secunda potius morte liberari? Qua liberaris, si vis tollere Crucem tuam, & sequi Dominum; quia ille tulit suam, & quæsivit servum.

Te Deum laudamus. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

HI, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde venerunt?

Psalmi de Dominica. 17.

Antiphona. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas in Sanguine Agni.

Antiphona. Ideo sunt ante Thronum Dei, & serviunt ei die, & nocte.

Antiphona. Et ipsi vicerunt draconem propter Sanguinem Agni, & propter testamentum Verbi sui.

Antiphona. Beati qui lavant stolas suas in Sanguine Agni.

Capitulum. *Heb. 9.*

FRatres, Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, idest non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum, ac vitulorum, sed per proprium Sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa.

Hymnus.

SAlvete Christi vulnera,
Immensi amoris pignora,
Quibus perennis rivuli
Manant rubentis Sanguinis.

Nitore stellas vincitis,
Rosas odore, & balsama,
Pretio lapillos indicos,
Mellis favos dulcedine.

Per vos patet gratissimum
Nostris asylum mentibus;
Non huc furor minantium
Unquam penetrat hostium.

Quot Jesus in Prætorio
Flagella nudus excipit!
Quot scissa pellis undique
Stillat Cruoris guttulas!

Frontem venustam, proh dolor!
Corona pungit Spinea,
Clavi retusa cuspide
Pedes manusque perforant,

Postquam sed ille tradidit
Amans volensque spiritum,
Pectus feritur lancea,
Geminusque liquor exilit.

Ut plena sit redemptio,
Sub torculari stringitur,
Suique Jesus immemor,
Sibi nil reservat Sanguinis.

Venite quotquot criminum
Funesta labes inficit:
In hoc salutis balneo,
Qui se lavat, mundabitur.

Summi ad Parentis dexteram
Sedenti habenda est gratia,
Qui nos redemit Sanguine,
Sanctoque firmat Spiritu.
Amen.

℣. Justificati in sanguine Christi.
℟. Salvi erimus ab ira per ipsum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Erit Sanguis Agni vobis in signum, dicit Dominus: Et videbo Sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Unigenitum Filium tuum Mundi Redemptorem constituisti, ac ejus Sanguine placari voluisti: concede, quæsumus, salutis nostræ pretium solemni cultu ita venerari; atque a præ-

sentis

ıtis vitæ malis ejus virtute de-
ıdi in terris, ut fructu perpe-
o lætemur in cælis. Qui te-
um vivit, & regnat.

Et fit commemoratio Feriæ.

*Ad Primam, in Responsorio di-
tur* ℣. Qui tuo nos Sanguine
demisti.

*Lectio brevis, ut infra ad No-
m.* Accipiens Moyses Sangui-
:m.

Ad Tertiam, Antiphona.
i sunt, qui venerunt.
apitul. Fratres, Christus assi-
:ns. *ut supra.*
. *br.* Redemisti nos Domine:
In Sanguine tuo. Redemisti.
· Ex omni tribu, & lingua, &
)pulo, & natione. In Sanguine.
loria Patri. Redemisti.
· Sanguis Jesu Christi Filii Dei.
Emundat nos ab omni peccato.

Ad Sextam, Antiphona.
:o sunt ante Thronum Dei.
apitulum. *Hebr. 9.*
I sanguis hircorum, & tauro-
rum; & cinis vitulæ aspersus
ıuinatos sanctificat ad emunda-
nem carnis: Quanto magis
ıguis Christi, qui per Spiri-
n sanctum semetipsum obtulit
ımaculatum Deo; emundabit
ıscientiam nostram ab operi-
s mortuis ad serviendum Deo
ven.i?
brev. Sanguis Jesu Christi Fi-
Dei, * Emundat nos. San-
ıis Jesu.
. Ab omni peccato. Emundat.
loria Patri. Sanguis.
. Christus dilexit nos.
. Et lavit nos in Sanguine suo.

Ad Nonam, Antiphona.
ko sunt ante Thronum Dei.
Capitulum. *Heb. 9.*
A Ccipiens Moyses sanguinem
vitulorum & hircorum,
m aqua, & lana coccinea, &
ssopo, ipsum quoque librum,
& omnem populum aspersit, di-
cens: Hic sanguis testamenti,
quod mandavit ad vos Deus.
℟. *br.* Christus dilexit nos, &
lavit nos, * In Sanguine suo.
Christus.
℣. Et fecit nos Regnum, & Sa-
cerdotes, Deo, & Patri. In.
Gloria Patri. Christus.
℣. Justificati in Sanguine Christi.
℟. Salvi erimus ab ira per ipsum.

*In secundis Vesp. Antiphonæ, Psalmi, & Hymnus, ut in pri-
mis: Sed loco ultimi Psalmi di-
catur:* Lauda Jerusalem Domi-
num. 137.
℣. Te ergo quæsumus, tuis fa-
mulis subveni.
℟. Quos pretioso Sanguine re-
demisti.

Ad Magnificat, Antiphona.
Habebitis autem hunc diem in
monumentum: & celebrabitis eum
solemnem Domino in generatio-
nibus vestris, cultu sempiterno.

Oratio ut supra.

Et fit commem. Feriæ.

DIE XVIII. MARTII.

In festo S. Gabrielis Archangeli.

Duplex secundæ Classis.

*Pro Civitate, & Diœcesi Vene-
tiarum.*

Ad Vesp. Antiphona. Ingresso
Zacharia. *cum reliq. de Laudib.*
Psalm. Dixit Dominus. *cum rel.
de Dominica, & loco ultimi.*
Psalm. Laudate Dominum omnes
Gentes. 123.
Capitulum. *Dan. 9.*
ECce vir Gabriel, quem vi-
deram in visione a princi-
pio; cito volans, tetigit me in
tempore sacrificii vespertini. Et
docuit me, & locutus est mihi,
dixitque: Daniel, nunc egressus
sum ut docerem te & intelli-
geres. *Hymnus.*
CHriste, sanctorum decus An-
gelorum,

Gen-

Gentis humanæ Sator & Redemptor,
Cælitum nobis tribuas beatas
Scandere sedes.

Angelus fortis Gabriel, ut hostes
Pellat antiquos, & amica cælo,
Quæ triumphator statuit per orbem,
Templa revisat.

Virgo Dux pacis, Genitrixque lucis,
Et sacer nobis Chorus Angelorum
Semper assistat, simul & micantis
Regia cæli.

Præster hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque sancti
Spiritus, cujus resonat per omnem
Gloria mundum. Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona. Ingressus Gabriel Angelus ad Mariam Virginem, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus.

Oratio.

DEus, qui inter cæteros Angelos, ad annunciandum Incarnationis tuæ mysterium, Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius; ut qui festum ejus celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in cælis. Qui vivis, & regnas.

Deinde fit commem. Feriæ, nisi transferatur post Pascha.

Ad Matutinum, Invitatorium. Regem Archangelorum Dominum, * Venite, adoremus.
Psalm. Venite, exultemus. 1.
Hymnus, Christe sanctorum. *ut supra.*

In primo Nocturno, Antiphona. Dixit Angelus Gabriel ad Danielem: Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis implebitur visio.
Psal. Domine Dominus noster. 8.
Antiphona. Ecce vir Gabriel, quem videram in visione, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini, & docuit me.
Psalm. In Domino confido. 10.
Antiphona. Cumque Gabriel loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram, & tetigit me, & statuit in gradu meo.
Psal. Domine quis habitabit. 14.
℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens Thuribulum aureum in manu sua.

De Daniele Propheta.

Lectio i. *Cap. 9.*

EGo Daniel, cum adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei; adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi dixitque: Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animadverte sermonem, & intellige visionem.
℟. Dum oraret Daniel, & conteretur peccata sua, & peccata populi sui, * Ecce Archangelus Gabriel, cito volans, tetigit eum in tempore sacrificii vespertini.
℣. Cumque prosterneret preces suas in conspectu Dei sui. Ecce.

Lectio ii.

SEptuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum

tuum,

tutum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur Justitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & ungatur Sanctus sanctorum. Scito ergo, & animadverte. Ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.

℟. Locutus est Gabriel Danieli, & dixit: Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: * Ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es.

℣. Tu autem animadverte sermonem, & intellige visionem. Ego autem.

Lectio iii.

ET post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem, & Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.

℟. Ecce vir Gabriel, quem videram, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini, & docuit me, & dixit, * Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres.

℣. Gabriel fac me intelligere istam visionem: & venit, & stetit juxta ubi ego stabam, & ait ad me. Daniel. Gloria. Daniel.

In ii. Nocturno, Antiphona. Gabriel Angelus apparuit Zachariæ, dicens: Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem.

Psalm. Cæli enarrant. 14.

Antiphona. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.

Psalm. Domini est terra. 30.

Antiphona. Respondens autem Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.

Psalm. Benedicam Dominum in omni tempore. 52.

℣. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini.

℟. De manu Angeli.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

Homil. 34. in Evangel. ante med.

Lectio iv.

CÆlestium spirituum, qui minima nunciant, Angeli: qui vero summa annunciant, Archangeli vocantur. Hinc est enim quod ad Mariam Virginem non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nunciabat. Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula, etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate, quam de visione omnipotentis Dei plena scientia perficit, idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum personæ sine nominibus sciri non possint: sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt; apud nos etiam nomina a ministerio trahunt.

℟. Factum est, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, * Apparuit.

ruit ei Angelus Gabriel ſtans a dextris altaris incenſi.

℣. Cumque ingreſſus in templum Domini incenſum poneret ſecundum conſuetudinem ſacerdotii ſui. Apparuit.

Lectio v.

Michael namque, Quis ut Deus: Gabriel autem, Fortitudo Dei: Raphael vero dicitur Medicina Dei. Et quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur: ut ex ipſo actu & nomine detur intelligi, quia nullus poteſt facere, quod facere prævalet Deus. Unde & ille antiquus hoſtis, qui Deo eſſe per ſuperbiam ſimilis concupivit, dicens: In cælum conſcendam, ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum, ſimilis ero Altiſſimo: dum in fine mundi in ſua virtute relinquetur extremo ſupplicio perimendus, cum Michaele Archangelo præliaturus eſſe perhibetur; ſicut per Joannem dicitur: Factum eſt prælium cum Michaele Archangelo: ut qui ſe ad ſimilitudinem Dei ſuperbus extulerat, per Michaelem peremptus diſcat, quia ad Dei ſimilitudinem per ſuperbiam nullus exurgat.

℟. Deſcendit Gabriel Angelus ad Zachariam, dicens; * Ne timeas, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem.

℣. Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum: Ait autem ad illum Angelus. Ne timeas, quoniam.

Lectio vi.

Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui Dei Fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare veniebat, qui ad debellandas aereas poteſtates humilis apparere dignatus eſt. De quo per Pſalmiſtam dicitur: Tollite portas, principes, veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Et rurſum; Dominus virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ. Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum Dominus, & potens in prælio contra poteſtates aereas ad bella veniebat. Raphael quoque interpretatur, ut diximus, Medicina Dei, quia videlicet dum Tobiæ oculos quaſi per officium curationis tetigit, cæcitatis ejus tenebras terſit. Qui ergo ad curandum mittitur, dignus videlicet fuit, ut Dei medicina vocaretur.

℟. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum: & miſſus ſum loqui ad te, & hæc evangelizare. * Ecce eris tacens, & non poteris loqui uſque in diem, quo hæc fiant.

℣. Pro eo quod non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur tempore ſuo. Ecce eris.

Gloria Patri. Ecce eris.

In iii. Nocturno, Antiphona.

Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem deſponſatam Joſeph.

Pſalm. Cantate Domino. i. 100.

Antiphona. Gabriel Angelus Mariæ dixit: Ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua.

Pſalm. Dominus regnavit. 101.

Antiphona. Suſcipe verbum virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum Gabrielem tranſmiſſum eſt.

Pſalm. Benedic anima mea Domino. 107.

℣. In conſpectu Angelorum pſallam tibi, Deus meus.

℟. Ado-

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 1.*

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Homil. 1. super Missus est.

NOn arbitror, hunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa, crebra soleant ad terras fungi legatione, quod ex ejus nomine palàm intelligi datur, quod interpretatum, Fortitudo Dei dicitur. Et quia non ab alio forte excellentiore (ut assolet) spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est, A Deo. Vel ideo dictum est, A Deo, ne cui vel beatorum spirituum, suum, Deus, antequam Virgini, revelasse putetur consilium, excepto dumtaxat Gabriele, qui utique tantæ inter suos inveniri potuerit excellentiæ; ut tali & nomine dignus haberetur, & nuncio.

℞. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuncians ei verbum: & expavescit Virgo de lumine, * Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Dominum; ecce concipies & paries, & vocabitur Altissimi Filius.

℣. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio, & ait Angelus ei. Ne timeas.

Lectio viii.

NEc discordat nomen a nuncio, Dei quippe virtutem Christum, quem melius nunciare decebat, quam hunc, quem simile nomen honorat? Nam quid est aliud fortitudo, quam virtus? Non autem dedecens, aut incongruum videatur, Dominum & nuncium communi censeri vocabulo: cum similis in utroque appellationis, non sit tamen utriusque similis causa. Aliter quippe Christus Fortitudo, vel Virtus Dei dicitur, aliter Angelus. Angelus enim tantum nuncupative, Christus autem etiam substantive. Christus Dei virtus & dicitur, & est: qui forti armato, qui suum atrium in pace custodire solebat, fortior superveniens, ipsum suo brachio debellavit; & sic ei vasa captivitatis potenter eripuit.

℞. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti: * Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti, dum virgo Deum & hominem genuisti, & post partum, Virgo inviolata permansisti.

℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quæ Gabrielis.

Gloria Patri. Quæ.

Lectio ix. de Homilia Feriæ occurr. si celebretur in Quadrages. alioquin sequens.

Lectio ix.

ANgelus vero Fortitudo Dei appellatus est, vel quod hujuscemodi meruerit prærogativam officii, quo ejusdem nunciaret adventum virtutis: vel quia Virginem natura pavidam, simplicem, verecundam, de miraculi novitate ne expavesceret, confortare deberet. Quod & fecit: Ne timeas, inquiens, Maria, invenisti gratiam apud Deum. Sed & ipsius sponsum, hominem utique nihilominus humilem ac timoratum, non irrationabiliter forsitan idem Angelus confortasse

cre-

creditur: quamquam tunc ab Evangelista non nominetur, Joseph, inquit, fili David, ne timeas accipere Mariam conjugem tuam. Convenienter itaque Gabriel ad hoc opus eligitur: imo quia tale illi negotium injungitur, recte tali nomine designatur.

Te Deum laudamus. 16.

A D L A U D E S,
& per Horas, Antiphona.

INgresso Zacharia templum Domini, apparuit ei Gabriel Angelus, stans a dextris Altaris incensi.

Psalm. Dominus regnavit. *cum reliq. de Dominica.* 17.

Antiphona. Ait autem Angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua.

Antiphona. Ego sum Gabriel Angelus, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te.

Antiphona. Gabriel Angelus locutus est Mariæ, dicens: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum.

Antiphona. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Gabriel Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Capitulum. *Dan. 9.*

ECce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque, Daniel nunc egressus sum ut docerem te, & intelligeres.

Hymnus.

PAllidi tandem procul hinc timores,
Sacra defensor rotat arma Princeps
Ipse jam nobis metuendus olim
Nunc timet hostis.
Luce perfusus Gabriel serena,
Virgini arcanum reserat verendum:
Nuncians partum, parit alta mæsto
Gaudia mundo.
Jam procellosi silet unda ponti:
Turbidus cæli furor en quiescit,
Exulant luctus; Deus & minaces
Exuit iras.
Plaude stirps Adæ redimenda misso,
Plaude Legato: veniet Redemptor,
Dura captiva moriens resolvet
Vincula gentis.
Nostra cælestis rege corda custos,
Bella quos vexant vide Præliator,
Dæmonum semper male fido nobis
Agmina pelle.
Sit decus Patri, pariterque Nato,
Atque mananti simul ex utroque,
Quem prius factus, simul & redemptus
Orbis adorat.
Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.

℟. Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona.

Gabriel Angelus descendit ad Zachariam, & ait illi: Uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem, & multi in nativitate ejus gaudebunt: ipse enim præibit ante faciem Domini parare vias ejus.

Oratio.

DEus, qui inter cæteros Angelos, ad annunciandum Incarnationes tuæ mysterium, Gabrie-

[redacted]

1 Archangulum elegisti :
e propitius ; ut qui festum
elebramus in terris, ipsius
nium sentiamus in cælis.
ivis &c.
e fit commem. Feriæ, si fa-
sit.
l Tertiam, Antiphona.
tem Angelus.
Ecce vir Gabriel.
Stetit Angelus, * Juxta
empli. Stetit.
ıbens thuribulum aureum
ıu sua. Juxta.
Patri. Stetit.
endit fumus Aromatum in
ctu Domini.
manu Angeli.
l Sextam, Antiphona.
ım Gabriel.
itulum. *Dan. 9. f*
autem veni ut indicarem
bi, quia vir desideriorum
ptuaginta hebdomades ab-
æ sunt, ut finem accipiat
um, & impleatur visio &
tia, & ungatur sanctus
um.
Ascendit fumus aroma-
* In conspectu Domini.
lit.
manu Angeli. In conspectu.
Patri. Ascendit.
conspectu Angelorum psal-
bi, Deus meus.
lorabo ad templum sanctum
& confitebor nomini tuo.
d Nonam, Antiphona.
autem Maria.
itulum. *Dan. 9. g*
ergo, & animadverte : Ab
tu sermonis, ut iterum æ-
ır Jerusalem, usque ad Chri-
lucem hebdomades septem,
bdomades sexaginta duæ

In conspectu Angelorum,
lam tibi, Deus meus. In
ctu.

℣. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Psallam.
Gloria Patri. In conspectu.
℣. Adorate Deum.
℟. Omnes Angeli ejus.
In ii. Vesperis omnia ut in primis, sed loco ultimi, dicitur Psalm. Confitebor tibi Domine in toto corde meo : * quoniam audisti. *ut in Vesperis Feriæ sextæ in Psalterio.*
Capitulum & Hymnus ut supra in primis Vesperis.
℣. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.
℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.
Ad Magnificat, Antiphona.
Archangelus Gabriel ait ad Mariam : Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini : fiat mihi secundum verbum tuum : & discessit ab ea Angelus.
Oratio ut supra.
Deinde fit commem. S. Joseph, & Feriæ, si facienda sit.

EODEM DIE.

Sancti Gabrielis Archangeli.

Duplex Majus.

Pro aliquibus Locis.

Omnia ut supra, præter sequentia.

AD VESPERAS.

Hymnus.

CHriste sanctorum decus Angelorum,
Gentis humanæ Sator & Redemptor,
Cælitum nobis tribuas beatas
Scandere sedes.
Angelus pacis Michael in ædes
Cælitus nostras veniat, serenæ
Auctor ut pacis lacrymosa in orcum
Bella releget.
Angelus fortis Gabriel, ut hostes
Pellat antiquos, & amica cælo,

Quæ

Regia cæli.

Præstet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque sancti
Spiritus, cujus resonat omnem
Gloriam mundum.

Amen.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Ex Homilia de Laudibus Virginis super Missus est.

Lectio iv.

MIssus est Angelus Gabriel à Deo. Non arbitror hunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod ex ejus nomine palam intelligi datur, quod interpretatum Fortitudo Dei dicitur, & quia non ab aliquo alio forte excellentiore se (ut assolet) spiritu, sed ad ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est, à Deo. Vel ideò dictum est, à Deo, ne cui, vel beatorum spirituum, suum Deus antequam Virgini revelasse putetur consilium, excepto dumtaxat Archan-

enim tantum num
stus autem etiam
℟. Descendit Gal

Lectio

CHristus Dei
tur, & est,
to, qui suum att
stodire solebat,
niens, ipsum suc
lavit, & sic ei
potenter eripuit
fortitudo Dei ap
quod hujuscemo
rogativam officii
nuntiaret adventu
quia Virginem n
simplicem, verec
raculi novitate ex
fortare deberet,
Ne timeas, inqu
venisti enim grat
Convenienter it
hoc opus eligitu
le illi negotium
ctæ tali nomine
℟. Ego sum Gab

In tertio

Lectio sancti
dùm L

lia S. Juliani Archiepiscopi
Toletani.
. *contra Judaeos statim post principium.*
tamentum illud septuaginta
bdomadarum de Christi na-
e Daniel per Angelum di-
similiter & Zacharias, ap-
e sibi Angelo, Joannem fi-
de se generandum audivit,
ria Angelo sibi praedicenti
um ex se nascendum, &
it, & assensit. Haec tria
ngelum dicta, & completa
us. Jam ergo solicitè in-
im est, utrum Angelus
qui Zachariae, & Mariae
uit, ipsi quoque Danieli il-
dixerit. ℟. Missus est Ga-
45. *Lectio viii.*
uidem ipse Daniel in pro-
ietiae suae volumine, quan-
sacramenta hebdomadarum
risti nativitate per Ange-
utura cognovit, sic ipsius
nomen evidenter expres-
ixit enim: Ecce vir Ga-
quem videram in princi-
ito volans tetigit me, &
Daniel, animadverte ser-
a: & reliqua, quae ibi com-
antur. Item bis tempori-
cundum Evangelium, An-
isius nomen mirificum sic
ur expressum. Dixit enim
Angelus Zachariae: Ego
briel, qui asto ante Deum,
us sum loqui ad te, &
bi evangelizare.
nde Maria Virgo. 45.
Lectio de Feria occurrente, transferatur post Oct. Paschae nunc dicitur sequens.
Lectio ix.
od etiam de beatae Mariae
irginis partu sic in eodem
lio legitur; Missus est,
, Angelus Gabriel a Deo
itatem Galilaeae, cui no-
irs Verna.

men Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Jam ergo manifestum est, quod unus idemque Angelus Gabriel fuerit, qui & praefixa illa tempora Danieli de Christi nativitate aperuit, & partum Virginis praesentem esse monstravit. Ad tempus itaque praefinitum occurrit, & olim a se dicta, operis efficientia completa esse convincit, & illic fidelis in prophetia hebdomadarum, & hic fidelis per mysterium revelatum. Te Deum. 16.

Ad Laudes, Hymnus.

Placare, Christe, servulis,
Quibus Patris clementiam
Tuae ad Tribunal gratiae
Patrona Virgo postulat.
Et vos beata, per novem
Distincta gyros, agmina:
Antiqua cum praesentibus,
Futura damna pellite.
Auferte Gentem perfidam
Credentium de finibus,
Ut unus omnes unicum
Ovile nos Pastor regat.
Deo Patri sit gloria,
Natoque Patris unico,
Sancto simul Paraclito
In sempiterna saecula. Amen.

DIE XXV. MARTII.

In festo Annuntiationis B. Mariae Virginis, Civitatis Venetiarum & totius Serenissimi Dominii principalis Patronae.

Duplex primae Classis, cum Octava.

Omnia ut in Breviario sub hac die, sed extra Quadragesimam ritu Paschali.

DIE XXVI. MARTII.

Secunda die infra Octavam Annuntiationis B. M. Virg.

Semiduplex.

Omnia ut in die praeter Lectiones, ut sequitur.

Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus; quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem.

℟. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum, & expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria: invenisti gratiam apud Dominum: * Ecce concipies, & paries, & vocabitur Altissimi Filius.

℣. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum. Ecce.

Lectio ii.

ET judicabit gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium Domus Jacob: venite, & ambulemus in lumine Domini. Projecisti enim populum tuum, domum Jacob quia repleti sunt ut olim, & augures habuerunt ut Philisthiim, & pueris alienis

vit se homo
vir; ne ergo
℟. Suscipe
ria, quod
Angelum tr
pies & par
hominem:
ris inter om
℣. Paries
Virginitatis
mentum; e
eris Mater
Gloria Patri

In sec

De expositio
in li

Lib. I. Ca

POtest m
sima
Dei genitri
quippe fuit
creaturæ a
suæ dignit
non mons s
ut ad conc
bi pertinger
cem supra
ros usque a
xit? Hujus
lentissimam

fiet filium, dicit Dominus: * Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus, Fortis.
℣. Super solium David, & super regnum ejus sedebit in æternum. Et vocabitur.

Lectio v.

NAm sicut mons altitudinem, ita domus designat habitationem. Mons quippe, & domus Maria apte dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata meritis, Dei Unigenito, in quo recumberet, sacrum præparavit uterum. Nam mons in vertice montium Maria non fieret, si supra Angelorum altitudinem hanc Divina secunditas non levaret. Et domus Domini non fieret, si in ejus ventre per assumptam humanitatem Verbi Divinitas non jaceret.
℟. Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet; * Et erit justitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus.
℣. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis. Et erit.

Lectio vi.

SEd recte mons frugifer Maria dicitur, de qua optimus fructus, idest novus homo generatur, quam certe in fecunditatis suæ gloria pulchram, ornatamque Propheta respiciens, ait: Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. De hujus montis fructu David Deo exultans ait: Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Terra quippe fructum suum dedit, quia quem Virgo peperit, non concepit materiali opere, sed sancti Spiritus obumbratione.
℟. Sancta, & Immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam nescio, * Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.
℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia quem.
Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap.* 1. c

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.
Homilia S. Joannis Damasceni.

In Annuntiatione B. M. V.

REx cælestis misit ad Virginem ministrum suum Gabrielem, ut ipsam salutatione lætitiæ compellaret, certioremque faceret, esse se a Creatore electam, dicendo: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Et quomodo benedicta non esset, & gratia plena, cum qua creaturarum Dominus fuit, copulando sibi ex ea templum, quo opem generi ipsius afferret? Hodie qui format res omnes visibiles, & invisibiles, effinxit sibi imaginem humanam. Hodie qui producit omnes creaturas spirituales, & materiales, produxit sibi carnis figuram. O Misericordiæ Creatoris abyssum, & excellentiam descensus ejus!
℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum, quia cum essem parvula, placui Altissimo: * Et de meis visceribus genui Deum, & hominem.
℣. Beatam me dicent omnes gene-

nerationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et.

Lectio viii.

QUando Angelum vidit Maria, turbata est ob sermonem ejus, secumque cogitare cœpit, undenam esset ista salutatio. Angelus vero dicit ei: Ne timeas Maria, nacta es gratiam Dei. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Profecto gloriosa hæc, & illustris inter mulieres gratiam nacta est apud Deum, cum ab eo electa est, ut corpus ex ipsa sumeret, compingeretque ex sancto ejus sanguine, ut ei non fuerit antea puritate similis, nec post futurus pari sanctitate præditus.

℟. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti: * Dum Virgo Deum, & hominem genuisti, & post partum, Virgo, inviolata permansisti.

℣. Beata es, quæ credidisti, quia perfecta sunt ea, quæ dicta sunt tibi a Domino. Dum.

Gloria Patri. Dum.

In Quadrages. nona Lectio dicitur de Homil. Fer. occurr. & de ea fit commem. Alias.

Lectio ix. (*quæ in Quadrages. octavæ uniatur.*)

QUamobrem omnes simul occurramus, senes, & adolescentes, ætate graves, & juniores, ad honorandam Dominam nostram, ac nostræ naturæ reginam, laudibus prædicantes puritatis ejus decorem, perpetuam ejus virginitatem reverentes, altitudinem denique sanctitatis ejus honorantes, dicamus: O gloria filiarum! ò matrum decus! ò genitricem viro incognitam, ò virginem filio gravidam! ò Miraculum, quo missi a Deo Prophetæ perculsi sunt; & cujus gloria Angelos superat, propitius sis servorum tuorum, qui auxilium tuum implorant, deprecationibus.

Te Deum laudamus. 16.

DIE XXVII. MARTII.

Tertia die infra Oct. Annuntiationis B. V. M. Semiduplex.

In primo Nocturno.

De Isaia Propheta.

Lectio i. *Cap. 14. 2.*

PRopè est, ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Jacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: adjungetur advena ad eos, & adhærebit domui Jacob. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum, & possidebit eos domus Israel super terram Domini in servos, & ancillas: & erunt capientes eos, qui se ceperant, & subjicient exactores suos.

℟. Missus est Gabriel. 50.

Lectio ii.

COntrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium. Cædentem populos in indignatione, plaga insanabili subjicientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquievit, & siluit omnis terra, gavisa est, & exultavit. Abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani: ex quo dormisti, non ascendet, qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est in occursum adventus tui suscitavit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerunt de soliis suis, omnes principes nationum.

℟. Ave Maria. 50.

Lectio iii.

JUravit Dominus exercituum, dicens: Si non, ut putavi, Ita erit: & quomodo mente tractavi,

[redacted]

ctavi, sic eveniet: ut conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: & auferetur ab eis jugum ejus, & onus illius ab humero eorum tolletur. Hoc consilium, quod cogitavi super omnem terram, & hæc est manus extenta super universas gentes: Dominus enim exercituum decrevit: & quis poterit infirmare? & manus ejus extenta, & quis avertet eam?
℟. Suscipe Verbum. 50.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

In Lucæ cap. 1. de Nativitate sancti Joannis Baptistæ.

Lectio iv.

POst sextum mensem conceptionis Joannis, qui est octavo Kalendas Octobris sextus Mensis Martius principium anni, quia princeps, & primarius omnium ipso mense conceptus, & passus est. De quo, & Paulus testatur: Qui est, inquit, initium omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt omnia in cælis, & in terra. Quem mensem Judæis solemnem Moyses solicitè, & crebro commendabat, dicens: Hic mensis initium mensium primus erit vobis in mensibus anni. Ex die igitur conceptionis Joannis, octavo Kalendas Aprilis, quando Angelus Gabriel ingressus est ad Mariam, & salutavit eam, dicens: Pax tecum, quia invenisti gratiam apud Dominum.
℟. Ecce virgo concipiet. 50.

Lectio v.

QUæ audito hoc verbo conturbata est, & cogitabat intra semetipsam, quæ esset ista salutatio. Cui dixit Angelus: Ne timeas Maria, quia invenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum: hic erit magnus: & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in sæcula, & regni ejus non erit terminus. Cui respondit Maria: & quomodo hæc cognoscam, cum virum non noverim? Et dixit illi Angelus: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: propter quod is, qui nascetur sanctus, vocabitur Filius Dei. Tunc Maria fida sermoni dixit: Ecce Ancilla Domini, contingat mihi secundum sermonem tuum.
℟. Egredietur virga. 51.

Lectio vi.

FUit igitur, quando hæc Angelus ad Mariam annuntiavit, octavo Kalendas Aprilis, qui est ipse dies æquinoctialis ad inchoationem lucis, jam enim detersa caligine a mundo, lux in mundum adveniebat, sicut Joannes in Epistola sua dicit: Quia tenebræ transierunt, & lumen verum jam lucet. De quo lumine iterum in Evangelio dicit: Fuit lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Conceptus ergo est Dominus noster octavo Kalendas Aprilis, Mense Martio, qui est dies Passionis Domini, & conceptionis ejus, in qua enim die conceptus est, in eadem & passus est.
℟. Sancta, & immaculata. 51.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 1. c*

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph

permaneret in te, atque gratia sua fœcundaret te. Replevit enim te, ut fieret in te, possetque veraciter dicere, quod longe ante Sapientis ore vaticinatum fuerat de te: Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

℟. Sancta & immaculata. 51.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 1. c*

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Homil. 3. super Missus est.

AVe, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Quid mirum si gratia plena erat, cum qua Dominus erat! Sed hoc potius mirandum, quomodo, qui Angelum miserat ad Virginem, ab Angelo inventus est esse cum Virgine. Itane velocior Angelo fuit Deus, ut festinantem nuntium celerior ipse præveniret ad terras? Nec mirum: nam cum esset rex in accubitu suo, nardus Virginis dedit odorem suum & ascendit in conspectu gloriæ ejus fumus aromatis, & invenit gratiam coram oculis Domini. Statimque Rex egrediens de loco sancto suo, nimio pervolans desiderio prævenit nuntium suum ad Virginem, quam amaverat, quam sibi elegerat, cujus decorem concupierat.

℟. Congratulamini mihi. 51.

Lectio viii.

NOn dixit, Dominus in te, sed Dominus tecum. Nec tantum Dominus Filius tecum, quem carne tua induis, sed & Dominus Spiritus sanctus, de quo concipis, & Dominus Pater, qui genuit, quem concipis. Pater, inquam, tecum, qui Filium suum facit & tuum, Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile Sacramentum, miro modo & sibi reserat genitale secretum, & tibi servat virginale signaculum, Spiritus sanctus tecum, qui cum Patre, & Filio tuum sanctificat uterum. Dominus ergo tecum.

℟. Gaude Maria virgo. 52.

In Quadrag. nona Lectio legitur de Homil. Fer. occurr. & fit de ea commem. Alias

Lectio nona (quæ in Quadrages. octavæ uniatur.)

BEnedicta tu in mulieribus: O Virgo prudens, ò Virgo devota, quis te docuit placere Deo virginitatem? Christo devoves te exhibere virginem, & nescis, quia ipsi exhiberi te oportet etiam matrem? Aperi virgo sinum, expande gremium, præpara uterum, quia ecce facturus est tibi magna, qui potens est, in tantum ut pro maledictione Israel beatam te dicant omnes generationes. Nec suspectam habeas prudens Virgo fœcunditatem, quia non auferet integritatem. Concipies, sed sine peccato? gravida eris, sed non gravata; paries, sed non cum tristitia, nescies virum, & gignes filium. Te Deum. 16.

DIE XXIX. MARTII.

Quinta die infra Octavam Annuntiationis B. M. Virginis.

Semiduplex.

In primo Nocturno.

De Isaia Propheta.

Lectio i. *Cap. 19. a*

ONus Ægypti. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & com-

& commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus, & cor Ægypti tabescet in medio ejus. Et concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, civitas adversus civitatem, & regnum adversus regnum.

℟. Missus est Gabriel. 50.

Lectio ii.

ET dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus ejus, & consilium ejus præcipitabo: & interrogabunt simulacra sua, & divinos suos, & pythones, & ariolos. Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum. Et arescet aqua de mari, & fluvius desolabitur, atque siccabitur. Et deficient flumina: attenuabuntur, & siccabuntur rivi aggerum. Calamus & juncus marcescet.

℟. Ave Maria, gratia. 50.

Lectio iii.

IN die illa erit Altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus. Erit in signum, & in testimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Salvatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægyptii Dominum in die illa & colent eum in hostiis, & in muneribus: & vota vovebunt Domino, & solvent.

℟. Suscipe verbum Virgo. 50.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

De Annunt. Dominica serm. 1.

Lectio iv.

COnsiderare est fratres in solemnitate hodierna Dominicæ Annuntiationis, velut amœnissimam quamdam planitiem, supplicem nostræ reparationis historiam. Injungitur nova legatio Angelo Gabrieli: & novam Virgo professa virtutem novæ salutationis honoratur obsequio. Antiqua excluditur maledictio mulierum, novam nova Mater accepit benedictionem. Impletur per gratiam, quæ concupiscentiam nescit, ut Spiritu superveniente, Altissimi pariat filium, quæ virum dedignatur admittere. Intrat ad nos eadem porta salutis antidotum, qua venenum serpentis ingrediens universitatem generis humani occuparat.

℟. Ecce Virgo concipiet. 50.

Lectio v.

AByssus planè imperscrutabilis incarnationis Dominicæ Sacramentum, abyssus impenetrabilis; Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Quis enim investiget, quis attingat, quis apprehendat? Altissimum est Mysterium, nec nos oportet temere super hujuscemodi præcipitare sententiam. Denique ipsa est Virginis nostræ gloria singularis, & excellens prærogativa Mariæ, quæ Filium unum eumdemque cum Deo Patre meruit habere communem. Sed nec nobis alia dari posset occasio similis salutis, & hæreditatis: factus quidem primogenitus in multis fratribus, qui unigenitus erat, adsciscat eos sine dubio in hæreditatem, quos vocavit in adoptionem.

℟. Egredietur virga. 51.

Lectio vi.

EGredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini. Illud sane diligenter attende quia florem hunc de radice, non de virga dixerit

ascensurum. Quia etenim, si nova Christo caro in Virgine creata esset ex nihilo, quod existimaverunt nonnulli, non de radice flos, sed forte de virga dici poterat ascendisse. Nunc autem quia prodiit ex radice, sine dubio ab origine communem probatur habuisse materiam. Nam quia super eum Spiritus requievit, nihil in eo contradictionis fuisse declarat.

℟. Sancta & immaculata. 51.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap.* 1. c

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Homilia 1. *super Missus est.*

TUrbata est Maria in sermone Angeli: turbata est, sed non perturbata; turbatus sum, inquit, & non sum locutus, sed cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Ita ergo & Maria turbata est, & non est locuta, sed cogitabat, qualis esset ista salutatio. Quod turbata est, verecundiæ fuit virginalis, quod non perturbata, fortitudinis, quia tacuit, & cogitavit, prudentiæ. Cogitabat autem qualis esset ista salutatio. Sciebat prudens Virgo, quod sæpe Angelus Satanæ transfigurat se in Angelum lucis, & quia nimirum humilis, & simplex erat, nihil tale penitus a sancto Angelo sperabat: & ideo cogitabat, qualis esset ista salutatio.

℟. Congratulamini mihi. 51.

Lectio viii.

TUnc Angelus intuitus Virginem, & varias secum volvere cogitationes deprehendens, pavidam consolatur, confirmat dubiam, ac familiariter vocat ex nomine, benignè, ne timeat, persuadet. Ne timeas, inquit, Maria, invenisti gratiam apud Deum. O si scires, quantum tua humilitas Altissimo placeat, quanta te apud ipsum sublimitas maneat, angelico te indignam nec colloquio judicares, nec obsequio. Ut quid enim indebitam tibi dixeris gratiam Angelorum, quæ invenisti gratiam apud Deum? Invenisti, quod quærebas: invenisti, quod nemo ante te potuit invenire.

℟. Gaude Maria. 52.

In Quadrages. nona Lectio dicitur de Homilia Fer. occurr. & de ea fit commem. Alias,

Lectio ix. (*quæ in Quadrages. octav. uniatur.*)

INvenisti gratiam apud Deum. Quam gratiam? Dei, & hominum pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem. Hæc est ergo gratia, quam invenisti apud Deum. Et hoc tibi signum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Intellige prudens Virgo ex nomine promissi Filii, quantam, & specialem gratiam inveneris apud Deum. Et tu quidem, Virgo, parvulum paries, parvulum nutries, parvulum lactabis. Sed vide parvum, & cogita magnum. Erit enim magnus, & Filius Altissimi vocabitur.

Te Deum laudamus. 16.

DIE XXX. MARTII.

Sexta die infra Octavam Annuntiationis beatæ Mariæ Virginis. Semiduplex.

[redacted]

In primo Nocturno.

De Isaia Propheta.

Lectio i. *Cap. 25. a*

DOmine, Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen. Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non sit civitas, & in sempiternum non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te. ℟. Missus est. 50.

Lectio ii.

QUia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua; spes à turbine, umbraculum ab æstu, spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem. Sicut æstus in siti, tumulum alienorum humiliabis, & quasi calore sub nube torrente, propaginem fortium marcescere facies; & faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium. convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.

℟. Ave Maria gratia. 50.

Lectio iii.

ET præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditus est super omnes nationes. Præcipitabit mortem in sempiternum; & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de universa terra: quia Dominus locutus est. Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, & salvabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, & exultabimus, & lætabimur in salutari ejus.

℟. Suscipe Verbum. 50.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Sermone 52. de diversis.

Lectio iv.

SApientia, quæ Dei erat, & Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens, ædificavit sibi Domum, ipsam scilicet Matrem suam Virginem Mariam, in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide & operibus præparare? nimirum ternarius numerus ad fidem propter sanctam Trinitatem: quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Quod autem in beata Maria Sancta Trinitas fuerit, fuerit dico per præsentiam majestatis, ubi solus Filius erat per susceptionem humanitatis, testatur Nuntius cælestis, qui ei arcana mysteria referans, ait: Ave gratia plena, Dominus tecum; & post pauca: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Ecce habes Dominum, habes virtutem Altissimi, habes Spiritum sanctum, habes Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

℟. Ecce Virgo. 50.

Lectio v.

UTrum autem, & quatuor principales virtutes, tamquam quatuor columnas possederit, inquisitione dignum videtur. Primum ergo videamus, an fortitudinem habuerit; quæ nimirum virtus quomodo illi abesse potuit, quæ abjectis sæcularibus pompis; spretisque voluptatibus carnis soli Deo in virginitate vivere proposuit? Ni fallor, hæc Virgo est, quæ apud Salomonem legitur, Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Porro quod

temperans fuit?

℟. Egredietur virga. 51.

Lectio vi.

AT vero, cum de cælestibus mysteriis ab eodem Angelo doceretur, diligenter quæsivit, quomodo conciperet & pareret, quæ virum utique non cognosceret; & in hoc sine dubio prudens extitit. Justitiæ autem præsefert insigne, ubi se Ancillam Domini confitetur, nam quod justorum sit confessio, testatur, qui ait: Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo. Fuit igitur beata Virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, justa in confessione. His itaque quatuor morum columnis, & tribus fidei prædictis extruxit in ea sibi Domum Sapientia cælestis, quæ adeo mentem ejus replevit, ut de plenitudine mentis foecundaretur & caro.

℟. Sancta, & immaculata Virginitas. 51.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum

tas exornat ...
quanta putas ...
est, in qua hu...
foecunditas, & ...
virginitatem? ...
audis humilem ...
virginitas, sed ...
humilitas; illa ...
præcipitur.

℟. Congratulam...
qui diligitis. 5...

Ex Homil. 2. ...

Lecti...

MIssus est, ...
ad Virg...
carne, Virgine...
nem professione...
que, qualem ...
lus, mente, & ...
nec noviter ne...
tam, sed a sæ...
Altissimo præc...
præparatam, a...
tam, a Patribu...
Prophetis prom...
loquar de plu...
aliam prædixis...
quando ad serp...
citias ponam in...

[redacted]

Ex Homil. 3. sup. eodem loco.
Lectio nona (quæ in Quadrag. octavæ uniatur.)

ET ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Quo ingressus ad eam? Puto in sacrarium pudici Cubiculi, ubi illa fortassis clauso super se ostio orabat Patrem in abscondito. Solent Angeli adstare orantibus, & delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione. Holocaustum sanctæ devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis. Mariæ autem orationes quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam, tam reverenter salutavit.

Te Deum laudamus. 16.

DIE XXXI. MARTII.

Septima die infra Octavam Annuntiationis B. M. V.
Semiduplex.
In primo Nocturno.
De Isaia Propheta.
Lectio i. *Cap. 40. c*

SUper montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem: exalta; noli timere. Dic civitatibus Juda: Ecce Deus vester: Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: Ecce merces ejus cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit, fœtas ipse portabit.

℟. Missus est Gabriel. 50.

Lectio ii. *Cap. 41. a*

TAceant ad me insulæ, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus. Quis suscitavit ab Oriente justum, vocavit eum, ut sequeretur se? dabit in conspectu ejus gentes, & reges obtinebit; dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit.

℟. Ave Maria, gratia plena. 50.

Lectio iii. *Cap. 42. a*

ECce servus meus, suscipiam eum electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet. Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox ejus foris. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet judicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium: & legem ejus insulæ expectabunt.

℟. Suscipe verbum Virgo. 50.

In secundo Nocturno.
Sermo sancti Ildefonsi Archiepiscopi Toletani.
Ex lib. de Virginitate B. M.
Lectio iv.

DOmina mea, atque Dominatrix mea, dominans mihi, mater Domini mei; ancilla Filii tui, genitrix factoris mundi, te rogo, te oro, te quæso, ut habeam spiritum Domini tui, spiritumque Filii tui, nec non & spiritum Redemptoris mei, ut de te vera & digna sapiam, vera & digna loquar, vera & digna quæcumque sunt, diligam. Tu enim es electa a Deo, assumpta a Deo, advocata a Deo, proxima Deo, adhærens Deo, conjuncta Deo, visitata ab Angelo, beatificata ab Angelo, salutata ab Angelo, benedicta ab Angelo, turbata in sermone ejus, attonita in cogitatione, stupefacta in salutatione

lutatione, admirata in dictorum annuntiatione.

℟. Ecce virgo concipiet. 50.

Lectio v.

INveniſſe te apud Deum gratiam audis, & ne timeas, juberis. Unde & tu fiducia roboraris, cognitione miraculorum inſtrueris, ad novitatem inauditæ gloriæ proveheris. De prole ab Angelo nuntiata es, poſt fœtum integra & pudica manes. Certa virginitas nobis proponitur, & naſciturum ex te ſanctum Dei Filium tibi ab Angelo, evangelizatur: quæ ſit naſcentis Regis potentia, mirabiliter intimatur. Quomodo fiat, quæris, de origine interrogas, de ratione perſcrutaris, de experientia requiris, de ordine ſciſcitaris: Audi inauditum oraculum, conſidera inuſitatum opus, animadverte incognitum arcanum, attende inviſum factum; Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.

℟. Egredietur Virga. 51.

Lectio vi.

TOta inviſibiliter Trinitas conceptionem operabitur in te, ſola perſona Filii Dei in corpore tuo naſcitura, carnem aſſumet de te. Ideoque quod concipietur ex te, quod naſcetur ex te, quod prodiet ex te, quod germinabit ex te, quod parturietur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Erit enim hic magnus, hic Deus virtutum, hic Rex omnium ſæculorum, hic factor omnium rerum. Ecce Beata tu inter mulieres, integra inter puerperas, Domina inter ancillas, Regina inter ſorores. Ecce ex hoc beatam te dicent omnes generationes, beatam te noverunt omnes cæleſtes Virtutes, beatam te prædicant omnes Vates, beatam te celebrant omnes nationes; Beata tu fidei noſtræ, beata tu animæ noſtræ, beata dilectioni noſtræ, beata præconiis & prædicationibus meis.

℟. Sancta, & Immaculata. 51.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Evangelii ſecundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 1. c*

IN illo tempore: Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In Evang. Lucæ cap. 1. in Homiliis hiemal. de Temp. Fer. iv. Quatuor Temp. Menſis Decembr.

AD Mariam Virginem Gabriel mittitur, qui Dei Fortitudo nominatur: illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aereas poteſtates humilis apparere dignatus eſt. De quo per Pſalmiſtam dicitur: Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Et rurſum: Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum Dominus, & potens in prælio, contra poteſtates aereas ad bella veniebat. Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Bene gratia plena vocatur, quæ nimirum gratiam, quam nulla alia meruerat, aſſequitur: ut ipſum videlicet gratiæ concipiat & generet auctorem.

℟. Congratulamini mihi. 51.

Lectio viii.

ECce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. Jeſus Salvator, ſive Salutaris interpretatur; cujus

Sa-

Sacramentum alloquens Joseph Angelus exposuit: Ipse enim (inquiens) salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Non ait populum Israel, sed populum suum: hoc est, in unitate fidei ex præputio, & circumcisione vocatum: quibus ex adversa parte vocatis; fieret unus pastor, & unum ovile. Hic erit magnus & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus. Idem ergo Filius Altissimi: qui in utero virginali conceptus, & natus est. Idem homo in tempore creatus ex matre, qui Deus est ante tempora natus ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est; omittat Nestorius, hominem tantum dicere ex Virgine natum.

℟. Gaude Maria Virgo. 52.

In Quadrages. nona Lectio dicitur de Homilia Fer. occurr. & de ea fit commem. Alias,

Lectio nona (quæ in Quadrages. octavæ uniatur.)

IDeoque, & quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. Ad distinctionem nostræ sanctitatis, Jesus sanctus singulariter nasciturus asseritur. Nos quippe, etsi sancti efficiamur, non tamen nascimur, quia ipsa naturæ corruptionis conditione constringimur, ut merito cum Propheta gementes singuli dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ille autem solus veraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Sanctum, inquit, vocabitur Filius Dei: Quid hic dicis Nestoriane, qui beatam Mariam Dei negans esse genitricem, aperte niteris impugnare veritatem? Ecce Deum dixit superventurum, Dei Filium nasciturum. Quomodo ergo aut Dei Filius Deus non est, aut quæ Deum edidit, quomodo Theotocos, id est, Dei genitrix non esse potest.

Te Deum laudamus. 16.

FESTA APRILIS.

DIE I. APRILIS.

Octava Annuntiationis B. V. M.
Duplex.

In primo Nocturno.
De Isaia Propheta.

Lectio i. *Cap. 62. a*

PRopter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, & Salvator ejus ut lampas accendatur. Et videbunt Gentes justum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit; & eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.

℟. Missus est. 50.

Lectio ii.

NOn vocaberis ultra Derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata, quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur. Habitabit enim juvenis cum Virgine, & habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.

℟. Ave Maria. 50.

Lectio iii.

TRansite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & elevate signum ad populos. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion:

Ecce

Ecce Salvator tuus venit: ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo. Et vocabunt eos, Populus sanctus, redempti a Domino. Tu autem vocaberis, Quæsita civitas, & non derelicta.
℟. Suscipe Verbum Virgo. 50.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joannis Damasceni.
Homil. in Annuntiat. B. M. V.

Lectio iv.

JAm tempus est, fratres dilectissimi, ut hac Davidica voce exclamemus: Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti! Etenim præsens solemnitas festivitatum nostrarum initium est, & nostrarum solemnitatum caput, unde orta est salus nostra, ac lex nostra initium habuit. Nos enim eramus prius avitæ ac primogeniæ rebellionis rei, & adjecto illi insuper gravissimorum peccatorum reatu, facti eramus tenebrarum incolæ, ac regionum mortis, nec ullus ex Prophetis a Deo missis, & sanctis justis lumine nos illuminare poterat, redimendo a peccatis, & nequitia prævaricationum nostrarum. Quamobrem Creator ipse, Redemptor evasit, nosque sui ad nos accessus lumine illustravit, nobisque commissa sunt secreta adventus ejus, cum ipse Gabrielem Archangelum misit annuntiatum miracula incarnationis suæ.
℟. Ecce virgo. 50.

Lectio v.

HOdierna dies solemnitatum nostrarum est origo, & salutis nostræ initium. Hodie filius Dei, qui temporibus anterior est, hominis filius fit. Hodie initium est renovationis humanæ naturæ. Hodie facta est abolitio peccati primigenii. Hodie sanctificata est nostra natura Creatoris in ipsa inhabitatione. Hodie digna evasit, ut Archangelis dominaretur. Hodie completum est tempus, de quo Prophetarum oracula personuerunt. Hodie tempus completum est, quod sanctorum & electorum mentes desiderabant.
℟. Egredietur virga. 51.

Lectio vi.

HOdie Adam Creatori suo de progenie sua templum ædificavit, in quo tectus habitaret, & quod redimeret, Mariam Virginem, pretiosam, benedictam, sanctam, puriorem naturæ Adamicæ partem, & humanæ stirpis reginam puram, qua nulla usquam corpore purior invenietur in omni genere humano; sanctam, qua nulla inter creaturas futura est intellectuales quoad animam sanctior; gloriam Israeliticæ generis ac stirpis Davidicæ lumen, de qua avus ipsius David exclamat, propheticam vocem extollendo: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.
℟. Sancta, & immaculata. 51.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundùm Lucam. *Lectio vii. Cap. 1. c*

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.
Homil. 4. super Missus est.

DIxit Maria ad Angelum: quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Primo quidem prudenter tacuit, cum adhuc dubia cogitabat, qualis esset ista salutatio malens nimirum

mirum humiliter non respondere, quam temere loqui, quod nesciret. Jam vero confortata & bene præmeditata, Angelo quidem foris loquente, sed Deo intus persuadente, erat enim Dominus cum illa, dicente Angelo, Dominus tecum, dixit ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Non dubitat de facto, sed modum quærit, & ordinem.

℟. Congratulamini mihi. 51.

Lectio viii.

AIt itaque: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Qui potest capere, capiat. Quis enim excepta fortassis illa, quæ hoc sola in se felicissime meruit experiri, intellectu capere, ratione discernere possit, qualiter splendor ille inaccessibilis virgineis se se visceribus infuderit, & ut illa inaccessibilem accedere ad se ferre potuisset? Et fortasse propter hoc maxime dictum est, obumbrabit tibi, quia res nimirum in Sacramento erat, & quod sola per se Trinitas in sola & cum sola Virgine voluit operari, soli datum est nosse, cui soli datum est experiri.

℟. Gaude Maria virgo. 51.

In Quadrag. Lect. ix. dicitur de Fer. occurr. & de ea fit commem. Alias,

Lectio ix. (quæ in Quadrages. Oct. uniatur.)

ECce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Semper solet esse gratiæ Divinæ familiaris virtus humilitas: Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliter ergo respondet, ut sedes gratiæ præparetur. Ecce, inquit, Ancilla Domini. Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ cedere non novit honoribus, insolescere gloria nescit? Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat. Non mediocris revera humilitatis insigne, nec oblata tanta gloria oblivisci humilitatem. Audiamus quotquot sumus, quid illa responderit, quæ Dei Mater eligebatur, sed humilitatem non obliviscebatur. Te Deum laudamus. 16.

F E R I A S E X T A

post Dominicam in Albis.

Officium de Lancea & Clavis Domini.

Duplex ii. Classis.

Ad primas Vesperas, Antiphona. Hasta Regem gloriæ. *cum reliq. de Laudib.*

Psalm. Dixit Dominus. *cum rel. de Dominica, & loco ult.*

Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes. 123.

Capitulum - *Sap. 5. d*

SUmet Dominus scutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem duram iram in Lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

Hymnus.

PAnge lingua gloriosæ
Lanceæ præconium,
Quæ reclusit pretiosæ
Cataractæ fluvium,
Passo Christo dolorose,
Pro salute Gentium.

Hasta Gazis præoptata
Mundi pandit pretium,
Cordis tactu præparata
Fit sagitta fortium,
Arma Clavi sunt beata
Contra vires dæmonum.

Dulcis Hasta Dei latus
Spoliasti sanguine:
Dulces Clavi, qui reatus
Expurgastis flumine,
Ut sit mundus emundatus,
Et sanatus vulnere.

Hasta fulcis viatores,

Et timentes animat,
Et ostenso bellatores,
Cordis succo roborat:
Clavus firmat & dat rores,
Pusillosque recreat.
Jesu victor inferorum,
Qui triumphans Lancea,
Et virtute qui Clavorum
Restaurasti omnia;
Fac, ut horum nos armorum
Muniant præsidia. Amen.

℣. Accipiet armaturam zelus illius, alleluja.

℟. Et armabit creaturam ad ultionem inimicorum, alleluja.

Ad Magnificat, Antiphona.

Gaude pia plebs justorum, omne genus Germanorum, tantis de muneribus, nam clenodia salutis tibi dedit Rex virtutis, suis de vulneribus; Clavos, Lanceam & Crucem, ut sequaris Christum ducem, alleluja.

Oratio.

DEus, qui in assumptæ carnis infirmitate Clavis affigi & Lancea vulnerari pro mundi salute voluisti: concede propitius; ut qui eorumdem Clavorum & Lanceæ solemnia veneramur in terris, de glorioso victoriæ tuæ triumpho gratulemur in cælis: Qui vivis.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Cælestis Regis Lanceam venite adoremus: * Et pro Clavis ejus Christo jubilemus, alleluja.

Psalm. Venite. I.

Hymnus.

PAschali jubilo sonent præconia
Armorum Domini, per quæ victoria
Venit Christicolis: sint in memoria
Crux, & Clavi, & Lancea.
Crux apud inferos spoliat tartara,
Lancea superis tribuit præmia,
Clavis consociant cælos & infima,
Fletum mutant lætitia.
Clavus dum figitur in I
nibus,
Et dum demergitur in s
dibus,
Hasta dum fodicat latu
minibus,
Manat gratiæ fluvius
Lancea sæviens in Dei p
Et inde proferens aqua
Sanguine,
Mundum lætificat impe
mine:
Omnes ad aquas cur
Te summa Deitas cælu
gnificat;
Ordo Seraphicus laudibus
His noster pariter cœtus
sceat,
Et in sæcula te cana
Amen.

In primo Nocturno, Ant.

Exaltatur Crucis lignum
Christus occubuit lanceat
ligno hoste nos eripuit, a
Psalm. Beatus vir. Qua
muerunt. Domine, quid
plicati. *ut in Communi*
Martyris s xxiii.

℣. Tuam Lanceam adoran
mine, alleluja.

℟. Tuam gloriosam Passio
colimus alleluja.

De libro ii. Paralypom

Lectio i. *Cap.*

FEcit igitur Rex Salom
centas hastas aureas d
ma sexcentorum aureorum
in singulis hastis expendel
Trecenta quoque scuta au
centorum aureorum, qui
gebantur singula scuta: po
ea Rex in armamentario,
erat consitum nemore.

℟. Videte gloriosa loca
tum, & latus meum Lanc
foratum pro salute mundi:
pate, & videte, quia eg
sum, alleluja, alleluja.

℣. Vere languores nostr
tu

tulit, & dolores nostros ipse portavit. Palpate.

De libro Sapientiæ.

Lectio ii. *Cap. 5. c*

ET accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace justitiam, & accipiet pro galea judicium certum. Sumet scutum inexpugnabile, æquitatem. Acuet autem duram iram in Lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

℟. Latus ejus aperuit, alleluja, patefecit ostium vitæ. * Alleluja, alleluja.

℣. Ingrediamur illud. Allel. all.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Lectio iii. *Cap. 6. b*

INduite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem: sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam justitiæ, & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

℟. Inter Clavos Christus in Cruce separatus est, * Alleluja, alleluja, alleluja.

℣. Et in sancta resurrectione mundus in ejus laudibus vigilavit. Alleluja.

Gloria Patri. Alleluja.

In secundo Nocturno, Antiph. Tuam Lànceam adoramus Domine, & tuam gloriosam Passionem recolimus, alleluja.

Psalmi. Cum invocarem. Verba mea auribus. Domine Dominus noster. *ut in eod. Communi.* xxvi.

℣. Vere languores nostros ipse tulit, alleluja.

℟. Et dolores nostros ipse portavit, alleluja.

Sermo Innocentii Papæ sexti.

In Decreto de Festo Lanceæ & Clavorum Domini.

Lectio iv.

IN Redemptoris nostri Domini Jesu Christi sacratissima Passione sic nos gloriari oportet, ut ipsius Passionis cuncta mysteria dinumerantes & merita, singulis etiam ejus salutaribus instrumentis gloriemur. Inter quæ illud celebriter memorandum est, quod ipse Salvator, emisso in Cruce jam spiritu, sustinuit perforari Lancea latus suum; ut inde sanguinis & aquæ profluentibus undis formaretur unica & immaculata ac virgo sancta mater Ecclesia sponsa sua. O beatissima ipsius sacri lateris apertura, unde nobis tot & tanta divinæ pietatis dona fluxerunt! O felix Lancea, quæ tot bona nobis efficere, & ad tanti triumphi gloriam meruit superaddi!

℟. Surge virgo Ecclesia, sponso redde munia: tui clavi gravia imprimunt vestigia, per quæ ruit infernalis Sisara, * Nam clavum Jahel malleo fixit in ejus tempora, alleluja, alleluja.

℣. Dulces clavi pungite corda nostra. Nam.

Lectio v.

HÆc, latus ipsum aperiendo, sacratissimas januas nobis regni cælestis aperuit. Hæc vulnerando jam mortuum, vulnera

tanti ponderis meruerunt; sed & nos etiam per ipsorum salutiferas plagas dulcedinem tantam ipsius divinæ charitatis accepimus, ut manus nostræ a peccati solutæ nexibus, pedesque nostri a mortis laqueis fuerint liberati, sunt devotissime recolendi.

℟. Hasta nitet margaritis nimis coruscantibus, * Allel., allel. allel.
℣. Mucro gemmis infinitis sanguine vernantibus. Alleluja.

Lectio vi.

QUid enim vulnere & plagis hujusmodi sanctius? Quid eis salubrius, ex quibus salus nostra processit, & in quibus assidue se possunt curare animæ devotorum? Licet igitur Lancea & Clavi prædicti, aliaque ipsius Passionis salutaria instrumenta sint a cunctis fidelibus Christi ubilibet veneranda, & de ipsa etiam Passione in eadem Ecclesia solemnia annis singulis officia celebrentur & fiant; dignum tamen & conveniens reputamus, si de ipsius Passionis specialibus instru-

Dominus regn
Cantate Domi
ni Virginum.
℣. Omnis te
psallat tibi, a
℟. Psalmum
Domine, allel
Lectio sancti
Jo
Lectio vii.
IN illo temp
quia omnia
ut consummar
xit: Sitio. Et
Homilia s
Ep
Tract. 12
UNus mil
ejus ape
exivit sanguis
ti verbo Evang
non diceret, I
aut vulneravit
sed aperuit: u
do vitæ ostium
de Sacramenta
quibus ad vita
est, non intrat

[redacted]

ibrans miles Lanceam acu-
am aperuit templum san-
gloriæ Dei; * In quo ha-
plenitudo Divinitatis, al-
, allel.
bi abscondita est fortitudo
ante faciem ejus ibit mors.
to habitat.

Lectio viii.

opter hoc prima mulier fa-
ta est de latere viri dor-
is, & appellata est vita,
que vivorum, magnumque
it bonum ante magnum præ-
tionis malum: & secundus
inclinato capite in Cruce
ivit, ut inde formaretur ei
x, quæ de latere dormien-
fluxit. O mors unde mor-
evivifcunt! Quid isto san-
mundius? Quid vulnere isto
ius? Facta sunt enim hæc,
, ut Scriptura impleretur:
on comminuetis ex eo. Et
n alia Scriptura dicit: Vi-
t, in quem transfixerunt.
uam Lanceam adoramus Do-
, alleluja: tuam gloriosam
mus Passionem: * Alleluja,
ja, alleluja.
asta Regem gloriæ cruen-
Christum. Alleluja.
a Patri. Alleluja.

Lectio ix.

Jo testimonia de Scripturis
singulis reddidit, quasi fa-
issent, narravit. Nam quia
t: Ad Jesum autem cum
ent, ut viderunt eum jam
um, non fregerunt ejus
; ad hoc pertinet testimo-
. Os non comminuetis ex
uod præceptum est eis, qui
are Pascha jussi sunt ovis
latione in veteri lege, quæ
nicæ passionis umbra præ-
t. Unde Pascha nostrum
atus est Christus, de quo
Propheta dixerat: Sicut
ovis ad occisionem ductus est.
Item quia subjunxerat, dicens:
Sed unus militum Lancea latus
ejus aperuit, ad hoc pertinet al-
terum testimonium. Videbunt in
quem transfixerunt. Ubi promis-
sus est Christus in ea, qua cru-
cifixus est, carne venturus.
Te Deum laudamus. 16.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

HAsta Regem gloriæ Christum cruentavit, dum Crucis in arbore Dominus regnavit, allel.
Psalmus. Dominus regnavit. *cum reliq. de Dominica.* 17.
Antiphona. Hanc tremendam Lanceam omnes adoremus, & in ejus laudibus semper jubilemus, alleluja.
Antiphona. Unus militum Lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis & aqua, allel.
Antiphona. Fui mortuus, & ecce sum vivens in sæcula sæculorum, alleluja.
Antiphona. Sempiterna gaudia Christus tunc donavit, cum Clavis & Lancea mortem superavit, all.
Capit. Sumet Dominus. *ut supr.*

Hymnus.

VErbum supernum prodiens
Salvare quod perierat,
Hasta Clavisque moriens
Complevit ad quod venerat.
O gloriosa Lancea,
Timor tremorque dæmonum,
Regna pandis siderea,
Per sanctæ necis meritum.
De Clavorum stigmatibus
Emanat mundi pretium,
E cunctis aromatibus
Spirans odorem cælicum.
In corde Christi mergitur
Mucro leone sævior:
De forte fons exoritur,
Cibusque melle dulcior.
In Natum Pater phialam
Effudit iracundiæ,

Ut

Ut nobis cœnam maximam
Gratis suæ det gloriæ.
O Christe nostrum gaudium,
De vulnerato latere
Da lac & vinum depluum
Ardente corde sugere.
Precamur, Auctor omnium,
Tu nostra sis refectio:
Tuorum quoque meritum
Armorum sit protectio. Amen.

℣. Per sanctam Lanceam de inimicis nostris, allel.
℟. Libera nos Deus noster, allel.

Ad Benedictus, Antiphona.

O felix & omni laude digna Lancea Salvatoris, quæ pertransiens latus ejus chirographum peccati affixit patibulo crucis, alleluja.

Oratio. Deus, qui in assumptæ. *ut supra.*

Ad Primam, Antiphona.

Hasta Regem gloriæ.

Psalm. Deus in nomine tuo. *cum reliq. de Psalterio.*

Capitulum. Regi sæculorum.

℟. *brev.* Christe Fili Dei vivi, miserere nobis, * Allel., allel. Christe Fili Dei.
℣. Qui vulneratus es pro nobis. Alleluja, allel.
℣. Gloria. ℟. Christe Fili Dei.

Ad Absol. Capituli, Lectio brevis Ego sum primus. *ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam, Antiphona.

Hanc tremendam Lanceam.

Capit. Sumet Dominus.

℟. *br.* Apprehende arma & scutum, * Allel., allel. Apprehende.
℣. Et exurge in adjutorium mihi. Allel., allel.
℣. Gloria Patri. Apprehende.
℣. Foderunt manus meas & pedes meos, alleluja.
℟. Dinumeraverunt omnia ossa mea, alleluja.

Ad Sextam, Antiphona.

Unus militum.

Capitulum. *Apoc. 1.*

GRatia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est; & a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

℟. *br.* Foderunt manus meas & pedes meos, * Alleluja, allel. Foderunt.
℣. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Allel. allel.
℣. Gloria Patri. Foderunt.
℣. Quem tu percussisti persecuti sunt, allel. ℟. Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt, allel.

Ad Nonam, Antiphona.

Sempiterna gloria.

Capitulum. *Apoc. 1. d*

EGo sum primus & novissimus: & vivus, & fui mortuus: & ecce sum vivens in sæcula sæculorum.

℟. *br.* Quem tu percussisti persecuti sunt, * Allel., allel. Quem.
℣. Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Allel., allel.
℣. Gloria Patri. Quem.
℣. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, allel.
℟. Attritus est propter scelera nostra, allel.

In ii. Vesp. omnia ut in i. & loco ult. Psalm. Credidi. 115.

Ad Magnificat, Antiphona.

Collaudemus Christi clementiam, qui per gloriosos Clavos & Lanceam dat Ecclesiæ, de inimicis victoriam, & in cælo vitam & coronam perpetuam, allel.

DOMINICA II.
post Pascha.

In festo S. Raphaelis Archangeli.
Duplex ii. Classis.

Ad Vesperas Antiphona.

Missus est Angelus Raphael. *cum rel. de Laud. ut infra.*

Psalm.

Psalm. Dixit Dominus. *cum rel. de Dominica: & loco ultim. Psal.* Laudate Dñs omnes Gentes. 123.

Capitulum. *Tob. 12.*

QUando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

Hymnus.

TIbi, Christe, splendor Patris,
Vita, virtus cordium,
In conspectu Angelorum
Votis voce psallimus
Alternantes concrepando,
Melos damus vocibus.

Collaudamus venerantes
Omnes cæli principes,
Sed præcipue fidelem
Medicum, & Comitem
Raphaelem, in virtute
Alligantem dæmonem.

Quo Custode procul pelle,
Rex Christe piissime,
Omne nefas inimici,
Mundo corde, & corpore:
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.

Gloriam Patri melodis
Personemus vocibus:
Gloriam Christo canamus,
Gloriam Paraclito,
Qui trinus, & unus Deus
Extat ante sæcula. Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi, alleluja.
℟. Habens thuribulum aureum in manu sua, allel.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ego sum Raphael Angelus, qui asto ante Dominum: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus, allel.

Oratio.

DEus, qui beatum Raphaelem Archangelum Tobiæ famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis, ut ejusdem semper protegamur custodia, & muniamur auxilio. Per Dominum.

Deinde fit commem. Dominica.

Ad Matutinum, Invitat.

Regem Archangelorum Dominum, * Venite adoremus. Allel.

Psalmus. Venite, exultemus. 2.

Hymnus. Tibi Christe splendor. *ut supra.*

In primo Nocturno.

Tempore Paschali, Antiphona.

Multa magnalia de Raphaele Archangelo, qui cæco lumen reddidit, Saram liberavit a dæmone, & Tobiam cum salute reduxit ad propria. Alleluja.

Psal. Domine Dominus noster. 6.
Psalm. In Domino confido. 8.
Psal. Domine quis habitabit. 9.

Extra Tempus Pasch. Antiphona.

Ingressus Tobias invenit juvenem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum, & ignorans quod Angelus esset salutavit eum.

Psalmi dicuntur ut supra.

Antiphona. Angelus Raphael seipsum occultans, ait: Ego sum Azarias magni Ananiæ filius.

Antiphona. Sanum ducam filium tuum in regionem Medorum, & sanum tibi reducam, allel.

℣. Data sunt Angelo incensa multa, alleluja.
℟. Ut adoleret ea ante altare aureum, quod est ante oculos Domini, allel.

De libro Tobiæ.

Lectio i. *Cap. 12.*

VOcavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Et respondens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus? Me duxit, & reduxit sanum, pecuniam a Gabelo ipse rece-

recepit, uxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ipsa compescuit, gaudium parentibus ejus fecit, meipsum a devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Sed pero te, pater mi, ut roges eum, si forte dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere.

℟. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei. * Et missus est Angelus Domini sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ, allel. ℣. Tobias & Sara in tribulatione positi, cum lacrymis orare cœperunt. Et missus.

Lectio ii.

ET vocantes eum, pater scilicet & filius, tulerunt eum in partem, & rogare cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occulte: Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viventibus, confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Etenim sacramentum regis abscondere, bonum est: opera autem Dei revelare, & confiteri, honorificum est. Bona est oratio cum jejunio & eleemosyna magis quam thesauros auri recondere: quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam a vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te.

℟. Egressus Tobias invenit juvenem splendidum, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum, & salutavit eum, & dixit: * Unde te habemus, bone juvenis, allel.

℣. Et ignorans, quod Domini Angelus esset, salutavit eum, & dixit. Unde te habemus.

Lectio iii.

ET nunc misit me Dominus, ut curarem te, & Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem: Ego enim sum Raphael Angelus, unus ex septem qui astamus ante Dominum. Cumque hæc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam. Dixitque ei Angelus: Pax vobis, nolite timere. Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram; ipsum benedicite, & cantate illi. Videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor. Tempus est ergo, ut revertar ad eum, qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus. Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & ultra eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum, & exurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

℟. Ingressus Angelus ad Tobiam, salutavit eum, & dixit: Gaudium sit tibi semper: * Forti animo esto, in proximo enim est, ut a Deo cureris, alleluja.

℣. Et

respondens Tobias, ait:
: gaudium mihi erit, qui
ebris sedeo, & lumen cæli
ideo? Forti.
a Patri. Forti.

In secundo Nocturno.

ore Paschali, Antiphona.
ngele Raphael, veni in ad-
um populo Dei, alleluja.
i. Cæli enarrant. 14.
ni est terra. 30.
icam Dominum. 52.
a Temp. Pasch. Antiphona.
autem Angelus: Apprehen-
anchiam piscis, & trahe
extra aquas.
hona. Obsecro te, Azaria
, ut dicas mihi, quod re-
im habebunt ista, quæ de
servare jussisti.
hona. Lumina fel sanat,
rtus cordis & jecoris, dia-
xpellit potestatem.
cendit fumus aromatum in
ctu Domini, alleluja.
: manu Angeli, alleluja.
io S. Augustini Episcopi.
*I. in Dominica xv. de beato
a, qui est 226. de Tempore.*

Lectio iv.

tus Tobias, qui panem su-
m noverat frangere esurien-
ercedem celerem mercena-
æparat laboranti. Patienter
e percepta, quæ nuper est
a, admirabamur patris filii-
tractatum, quemadmodum
as monet, quem æstimabat
am sub cælesti gloria mer-
im. Ad hoc enim cæcita-
currit exitium, ut Ange-
isciperet medicum, qui di-
facibus incensus, sic anhe-
Honesta est oratio cum
o, & eleemosyna. Oratio
lavis est cæli: ascendit pre-
& descendit Dei misera-
Licet alta sit terra, altum
, audit tamen Deus ho-
minis linguam, si mundam ha-
beat conscientiam. Cum sensibus
loquimur, si sit solus noster ge-
mitus. Sufficit auribus imber
oculorum: fletus citius audit,
quam voces. Oratio invidi solet
de auribus propulsari. Erat pa-
tris & filii anima una; dum esset
proprietas membrorum, erat illis
singularis germanitas animorum.
Fili, inquit, dimittamus istum
hominem, adjicientes ad merce-
dem placitam, quia nobis multa
opere suo contulit bona: & ro-
gare cœpit mercenarium, ut mer-
cedis suæ sumat effectum. Fra-
ter, inquit, accipe quod tuum
est, & tunc vade salvus. Recipe
mercedem tuam, quia mihi, &
filio meo bonam præbuisti mise-
ricordiam. Tolle, ut dixi, sub-
stantiam, quam cum filio meo
reportasti; nam gratia, quam ti-
bi debemus, non potest ponde-
rari.

℟. Interrogavit Tobias Angelum:
De qua domo, aut de qua tri-
bu es tu? qui respondens, ait:
* Ego sum Azarias Ananiæ ma-
gni filius, alleluja.
℣. Genus quæris mercenarii, an
ipsum mercenarium, qui cum
filio tuo eat? Sed ne forte soli-
citus sis. Ego.

Lectio v.

CONTINUO Angelus gaudet de
cogitata mercede, qui mis-
sus fuerat gratis facere pietatem.
Tobis, inquit, vel Tobias, quid
de mea mercede satis superflue
cogitatis? Habete, quod vobis
donavit Pater ille cælestis. Ego
minister sum curationis, ille est
auctor sanitatis. Nescitis, cujus
mercenarii ope perfrui meruistis.
Defunctos captivitatis sepelire
non timuistis. Tobis, ascenderunt
ad Dominum opera tua, quia,
relicto prandio, reddidisti mor-

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap. 5.*

IN illo tempore: Erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. 17. in cap. 5. Joann.

MIrum non esse debet a Deo factum miraculum: mirum enim esset, si homo fecisset. Magis gaudere, quam mirari debemus, quia Dominus noster & Salvator Jesus Christus homo factus est, quam quod divina inter homines Deus fecit. Plus est enim ad salutem nostram, quod factus est propter homines, quam quod fecit inter homines; & plus est, quod vitia sanavit animarum, quam quod sanavit languores corporum moriturorum.

℟. Benedicite Deum cæli. 75.

Lectio viii.

SEd quia ipsa anima nec eum noverat, a quo sananda erat, & oculos habebat in carne unde facta corporalia videret; nondum habebat sanos in corde, unde Deum latentem agnosceret: fecit quod videri poterat. Ingressus est locum, ubi jacebat magna multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.

℟. Tempus est ut revertar. 75.

Lectio ix.

ET cum esset medicus & animarum & corporum, & qui venisset sanare omnes animas crediturorum, de illis languentibus unum elegit quem sanaret, ut unitatem significaret. Si mediocri corde, & quasi humano captu & ingenio consideremus facientem, & quod ad potestatem pertinet, non magnum aliquid perfecit: & quoad benignitatem, parum fecit. Tot jacebant, & unus curatus est, cum posset u verbo omnes erigere.

Te Deum laudamus. 16.

A D L A U D E

& per Horas, Antiphona.

MIssus est Angelus Raph ad Tobiam, & Saram, curaret eos, alleluja.

Psalm. Dominus regnavit. c *reliquis de Dominica.* 17.

Antiphona. Ingressus Angelus Tobiam salutavit eum, & dixi Gaudium sit tibi semper, allel

Antiphona. Forti animo esto T bias, in proximo enim est, ut Deo cureris, alleluja.

Antiphona. Benedicite Deum c li, & coram omnibus viventib confitemini illi, quia fecit v biscum misericordiam suam, all

Antiphona. Pax vobis, nolite t mere, Deum benedicite, & ca tate illi, alleluja.

Capitulum. *Tob.* 12

QUando orabas cum lacrym & sepeliebas mortuos, derelinquebas prandium tuu & mortuos abscondebas per di in domo tua & nocte sepelie eos, ego obtuli orationem tu Domino.

Hymnus.

CHriste, sanctorum decus A gelorum,
Rector humani generis, & ctor
Nobis sacratum tribue benig
Scandere cælum.
Angelum nobis medicum salut
Mitte de cælis Raphael, omnes
Sanet ægrotos, pariterque stros
Dirigat actus.
Hinc Dei nostri genitrix Mar
Totus & nobis Chorus Ange rum
Semper assistat, simul & be
Concio tota.

Præ-

Extra Temp. Pasch. Antiphona. Est hic Sara Raguelis filia, quæ tibi conjugio dabitur & omnis substantia ejus.

Antiphona. Septem viros habuit, quos dæmonium oppressit: timeo ne mihi simile contingat.

Antiphona. Per tres dies orationi cum uxore tua vacabis, ut in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

℣. Apprehendit Angelus Raphael dæmonium, alleluja.

℟. Et relegavit illud in deserto superioris Ægypti, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap. 5.*

IN illo tempore: Erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 35. in cap. 5. Joannis, sub initium.

CUm vellet Deus appropinquantis baptismatis fidem nos erudire, non solum peccata, sed morbos per aquam expulit. Propiores enim veritati imagines, & in baptismate, & in passione, & in aliis certiores fuerunt, quam vetustiores. Nam sicut regii familiares, hastatis honoratiores sunt, ita & propiores figuræ. Et descendens Angelus, motæ aquæ sanandi virtutem largiebatur, ut intelligerent Judæi longe magis Angelorum Dominum omnia animæ impedimenta sanare posse. Et quemadmodum hujus aquæ natura per se non sanabat, siquidem semper sanasset, sed dumtaxat cum ab Angelo movebatur: ita & in nobis non simplex aqua operatur, sed cum Spiritus gratiam accipit, omnia abluit peccata.

℟. Benedicite Deum cæli, dixit Angelus Raphael, & coram omnibus viventibus confitemini ei * Quia fecit vobiscum misericordiam suam, alleluja.

℣. Ipsum benedicite, & cantate illi, & narrate omnia mirabilia ejus. Quia.

Lectio viii.

JUxta hanc piscinam jacebat multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Verum tunc infirmitas corporis sanari volentem impediebat, nunc unusquisque potestatem habet accedendi. Non enim Angelus aquam movet, sed Angelorum Dominus totum perficit: non habet excusationis locum infirmus, non habere se hominem, qui sibi opituletur, neque, dum venit, alium descendere; sed licet universus mundus accedat, non consumitur gratia, neque virtus deficit, sed eadem semper permanet. Ut enim solares radii singulis diebus illuminant, neque ex nimia copia vis eorum minuitur; ita, imo longe minus, Spiritus operatio ob accipientium multitudinem remittitur. Hoc autem factum est, ut qui qua corporis morbos sanari posse didicissent, in eo aliquamdiu exerciti, animæ morbos per aquam curari posse, facilius crederent.

℟. Tempus est, ut revertar ad eum, qui me misit, dixit Angelus Raphael. * Vos autem benedicite Dominum, & narrate omnia mirabilia ejus, alleluja.

℣. Confitemini ei coram omnibus viventibus, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Vos. Gloria Patri. Vos.

Nona Lectio, Homilia Dominicæ secundæ post Pascha.

Alia Homilia. Extra Tempus Paschale.

m 2 Le-

Psalm. Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica; & loco ult. Psalm.* Laudate Dominum omnes Gentes. 123.

Capitulum. *Cant.* 49.

BEnedictiones Patris tui confortatæ sunt benedictionibus Patrum ejus: donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

Hymnus.

TE, Joseph, celebrent agmina cælitum,
Te cuncti resonent Christiadum Chori,
Qui clarus meritis, junctus es inclytæ
Casto fœdere Virgini.
Almo cum tumidam germine conjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi Flaminis Angelus
Conceptum puerum docet.
Tu natum Dominum stringis, ad exteras
Ægypti profugum tu sequeris plagas,
Amissum Solymis quæris, & invenis,
Miscens gaudia fletibus.
Post mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque emeritos gloria suscipit:
Tu vivens, Superis par, frueris Deo
Mira sorte beatior.
Nobis summa Trias parce precantibus,
Da Joseph meritis sidera scandere:
Ut tandem liceat nos tibi perpetim
Gratum promere canticum.
Amen.

℣. Constituit eum Dominus dominus suæ, alleluja.
℟. Et Principem omnis possessionis suæ, alleluja.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto, allel.

Oratio.

DEus, qui ineffabili providentia beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta quæsumus; ut quem Protectorem veneramur in terris, Intercessorem habere mereamur in cælis: Qui vivis, & regnas.

Et fit commem. Dominica.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum, * In veneratione beati Joseph Protectoris nostri, alleluja.

Psalm. Venite, exultemus. 1.

Hymn. Te, Joseph. *ut supra.*

In primo Nocturno.

Tempore Paschali, Antiphona.

Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe Puerum & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi, alleluja.

Psalmi sument. de Communi Confessoris non Pontif. lxxviii.

Extra Tempus Pasch. Antiphona.

Ascendit Ioseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria.

Antiphona. Venerunt Pastores festinantes & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio.

Antiphona. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens, Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum.

℣. Confitebor nomini tuo, alleluja.

℟. Quoniam Adjutor, & Protector factus es mihi, alleluja.

De libro Genesis.

Lectio i. *Cap.* 39.

IGitur Joseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis, Princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens: habitavitque in domo domini sui, qui optime noverat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei; a quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & universa quæ ei tradita fuerant: Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, & multiplicavit tam in ædibus quam in agris cunctam ejus substantiam, nec quidquam aliud noverat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu.

℟. Clamavit populus ad regem alimenta petens. * Quibus ille respondit: Ite ad Joseph, alleluja.

℣. Salus nostra in manu tua est: respice nos tantum, & læti serviemus Regi. Quibus.

Lectio ii. *Genes. cap.* 41.

PLacuit Pharaoni consilium & cunctis ministris ejus: locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, numquid sapientiorem & consimilem tui invenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet, uno tantum Regni solio te præcedam. Dixitque rursus Pharao ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus: vestivitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti.

℟. Fecit me Deus quasi Patrem Regis & Dominum universæ domus ejus: * Exaltavit me, ut salvos faceret multos populos, alleluja.

℣. Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ. Exaltavit me.

Lectio iii. *Genes. cap.* 41.

DIxit quoque Rex ad Joseph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitque nomen ejus, & vocavit eum lingua Ægyptiaca, Salvatorem mundi. Deditque illi uxorem Aseneth filiam Putiphare Sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Joseph ad terram Ægypti (triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu Regis Pharaonis) & circuivit omnes Regiones Ægypti. Venitque fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet.

℟. Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Non sum fraudatus

aspectu tuo: * Insuper ostendit mihi Dominus semen tuum, alleluja.

℣. Qui pascit me ab adolescentia mea benedicat pueris istis: & invocetur super eos nomen meum. Insuper.

Gloria Patri. Insuper.

In secundo Nocturno.

Tempore Paschali, Antiphona. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe Puerum & Matrem ejus, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri, alleluja.

Extra Tempus Pasch. Antiphona. Consurgens Joseph accepit Puerum, & Matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum: & erat ibi usque ad obitum Herodis.

Antiphona. Defuncto Herode Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam Pueri.

Antiphona. Accepit Joseph Puerum, & Matrem ejus, & venit in Terram Israel.

℣. Respice de cælo, & vide, & visita vineam istam, alleluja.

℟. Et perfice eam, alleluja.

Sermo sancti Bernardini Senensis.

Sermon. 1. de S. Joseph.

Lectio iv.

OMnium singularium gratiarum alicui rationabili creaturæ communicatarum, generalis regula est, quod quandocumque divina gratia eligit aliquem ad aliquam gratiam singularem, seu ad aliquem sublimem statum, omnia charismata donet, quæ illi personæ sic electæ, & ejus officio necessaria sunt, atque illam copiose decorant. Quod maxime verificatum est in sancto Joseph, putativo Patre Domini nostri Jesu Christi, & vero Sponso Reginæ mundi & Dominæ Angelorum, qui ab æterno Patre electus est fidelis Nutricius atque Custos principalium thesaurorum suorum, scilicet Filii ejus & sponsæ suæ, quod officium fidelissime prosecutus est. Cui propterea Dominus ait: Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

℟. Dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me: * Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus, alleluja.

℣. Ego Protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Protector meus.

Lectio v.

SI compares eum ad totam Ecclesiam Christi, nonne iste est homo electus & specialis, per quem, & sub quo Christus est ordinate & honeste introductus in mundum? Si ergo Virgini Matri tota Ecclesia sancta debitrix est, quia per eam Christum suscipere digna facta est: sic profecto post eam huic debet gratiam & reverentiam singularem. Ipse enim est clavis veteris Testamenti, in qua Patriarchalis & Prophetalis dignitas promissum consequitur fructum. Porro hic est solus, qui corporaliter possedit quod eis Divina dignatio repromisit. Merito igitur figuratur per illum Patriarcham Joseph, qui populis frumenta servavit. Sed & hic illum præcellit, quia non solum Ægyptiis panem corporalis vitæ, sed omnibus electis panem de cælo, qui cælestem vitam tribuit, cum multa solertia enutrivit.

℟. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis ejus morabi-

rabitur: protegetur sub tegmine illius a fervore: * Et in gloria ejus requiescet, alleluja.

℣. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra. Et in.

Lectio vi.

PRofecto dubitandum non est, quod Christus familiaritatem, reverentiam, atque sublimissimam dignitatem, quam sibi exhibuit, dum ageret in humanis, tamquam filius Patri suo, in cælis utique non negavit, quin potius complevit & consummavit. Unde non immerito in verbo proposito a Domino subinfertur: Intra in gaudium Domini tui. Unde, licet gaudium æternæ beatitudinis in cor hominis intret, maluit tamen Dominus ei dicere, Intra in gaudium; ut mystice innuatur, quod gaudium illud non solum in eo sit intra, sed undique illum circumdans & absorbens, & ipsum velut abyssus infinita submergens. Memento igitur nostri, beate Joseph, & tuæ orationis suffragio apud tuum putativum Filium intercede, sed & Beatissimam Virginem Sponsam tuam nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat per infinita sæcula sæculorum, Amen.

℟. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: * Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo, alleluja.

℣. In te cantatio mea semper, quoniam tu adjutor fortis. Si. Gloria Patri. Si exurgat.

In tertio Nocturno.

Tempore Paschali, Antiphona. Consurgens Joseph accepit Puerum & Matrem ejus, & venit in terram Israel, & habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth, alleluja.

Extra tempus Pasch. Antiphona. Audiens Joseph quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode Patre suo, timuit illo ire.

Antiphona. Admonitus in somnis Joseph secessit in partes Galilææ: & veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

Antiphona. Erat Pater Jesu, & Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo, & benedixit illis Simeon.

℣. Invocavi Dominum Patrem Domini mei, alleluja.

℟. Ut non derelinquat me in die tribulationis, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 3.

IN illo tempore: Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato, & orante, apertum est cælum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Lib. 2. de Consensu Evang.

MAnifestum est illud, quod ait, ut putabatur filius Joseph, propter illos dixisse, qui eum ex Joseph, sicut alii homines nascuntur, natum arbitrantur. Quos autem movet, quod alios primogenitores Matthæus enumerat, descendens a David usque ad Joseph, alios autem Lucas ascendens a Joseph usque ad David, facile est, ut advertant, duos Patres habere potuisse Joseph: unum a quo genitus, alterum a quo fuerit adoptatus. Antiqua est enim consuetudo adoptandi etiam in illo populo Dei, ut sibi filios facerent quos non

ipsi genuissent. Unde intelligitur Lucas Patrem Joseph, non à quo genitus, sed a quo fuerat adoptatus, suscepisse in Evangelio suo, cujus progenitores sursum versus commemorat, donec exiret ad David.

℟. Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, * Et vocabis nomen ejus Jesum, alleluja.

℣. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Et vocabis.

Lectio viii.

CUm enim necesse sit, utroque Evangelista vera narrante, & Matthæo scilicet & Luca, ut unus eorum ejus Patris originem teneret, qui genuerat; alter ejus, qui adoptaverat Joseph: quem probabilius intelligimus adoptantis originem tenuisse, quam eum, qui noluit Joseph genitum dicere ab illo, cujus eum filium esse narrabat? Matthæus autem dicens, Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob, atque ita in hoc verbo, quod est genuit, perseverans, donec in ultimo diceret: Jacob autem genuit Joseph, satis expressit ad eum Patrem se perduxisse originem generantium, a quo Joseph non adoptatus, sed genitus erat. ¶ Quamquam si etiam Lucas genitum diceret Joseph ab Heli, nec sic nos hoc verbum perturbare deberet, ut aliud crederemus, quam ab uno Evangelista gignentem, ab altero adoptantem Patrem fuisse commemoratum. Neque enim absurde quisque dicitur non carne, sed caritate genuisse quem filium sibi adoptaverit. At vero etiam nos, quibus dedit Deus potestatem filios ejus fieri, de natura atque substantia sua non nos genuit, sicut unicum Filium, sed utique dilectione adoptavit.

℟. Surge, & accipe Puerum & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum: * Et esto ibi, usque dum dicam tibi, alleluja.

℣. Ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi Filium meum. Et esto.

Gloria Patri. Et esto ibi, usque dum dicam tibi, alleluja.

Nona Lectio dicitur de Homilia Dominicæ tertiæ post Pascha.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

JAcob autem genuit Joseph, virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, alleluja.

Psal. Dominus regnavit. *cum rel. de Dominica.* 17.

Antiphona. Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, alleluja.

Antiphona. Ascendit autem Joseph a Galilæa de civitate Nazareth, in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, alleluja.

Antiphona. Et venerunt festinantes, & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio, allel. alleluja.

Antiphona. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, alleluja.

Capitulum. *Gen. 49.*

BEnedictiones Patris tui confortatæ sunt benedictionibus Patrum ejus: donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

Hym-

Hymnus.

CÆlitum Joseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columenque mundi,
Quas tibi læti canimus, benignus,
Suscipe laudes,
Te sator rerum statuit pudicæ
Virginis Sponsum, voluitque Verbi
Te Patrem dici, dedit & ministrum
Esse salutis.
Tu Redemptorem stabulo jacentem,
Quem Chorus vatum cecinit futurum,
Aspicis gaudens, humilisque natum
Numen adoras.
Rex Deus Regum, dominator orbis,
Cujus ad nutum tremit inferorum
Turba, cui pronus famulatur æther,
Se tibi subdit.
Laus sit excelsæ Triadi perennis,
Quæ tibi præbens superos honores,
Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

℣. Dedisti mihi protectionem salutis tuæ, alleluja.
℟. Et dextera tua suscepit me, alleluja.

Ad Benedictus, Antiphona.

Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, alleluja.

Oratio.

DEus, qui ineffabili providentia beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta quæsumus; ut quem Protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in cælis: Qui vivis & regnas, &c.

Et fit commem. Dominicæ.

Ad Tertiam, Antiphona.

Missus est.

Capitul. Benedictiones Patris tui.

℟. *brev.* Constituit eum Dominum domus suæ, * Alleluja, alleluja. Constituit.
℣. Et Principem omnis possessionis suæ. Alleluja, alleluja.
Gloria Patri. Constituit.
℣. Confitebor nomini tuo, alleluja.
℟. Quoniam Adjutor & Protector factus es mihi, alleluja.

Ad Sextam, Antiphona.

Ascendit autem.

Capitulum. *Gen.* 49.

DEus Patris tui erit adjutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper.

℟. *brev.* Confitebor nomini tuo, * Alleluja, alleluja. Confitebor.
℣. Quoniam Adjutor & Protector factus es mihi. Alleluja, alleluja.
Gloria Patri. Confitebor.
℣. Justus germinabit sicut lilium, alleluja.
℟. Et florebit in æternum ante Dominum, alleluja.

Ad Nonam, Antiphona.

Et ipse Jesus.

Capitulum. *Gen.* 49.

FIlius accrescens Joseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum.

℟. *br.* Justus germinabit sicut lilium, * Alleluja, alleluja. Justus.
℣. Et florebit in æternum ante Dominum. Alleluja, alleluja.
Gloria Patri. Justus.
℣. Plantatus in domo Domini, alleluja.
℟. In atriis Domus Dei nostri, alleluja.

In ii. Vesper. omnia ut in i.
℣. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, alleluja.
℟. Et fructus ejus dulcis gutturi meo, alleluja.
Ad Magnificat, Antiphona.
Fili, quid fecisti nobis sic? ecce Pater tuus & ego dolentes quærebamus te, alleluja.
Oratio. Deus, qui ineffabili. *ut supra.*
Et fit commem. Dominicæ.

DIE XIX. APRILIS.

In festo S. Leonis noni Papæ, & Confessoris, Duplex.
Oratio.

DEus, qui beatum Leonem Pontificem Sanctorum tuorum meritis coæquasti: concede propitius; ut qui commemorationis ejus festa percolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.
In secundo Nocturno. Lectio iv.

LEo hujus nominis nonus, ex nobili Francorum Prosapia oriundus, Dagsburgensis Comes, ac Tullensis Episcopus, Bruno antea dictus, omnium Cardinalium suffragiis, ac communi fidelium gratulatione ad sanctissimam Petri Sedem evectus est, & in ea sedit annis quinque, duobus mensibus, diebus octo. Vir omnium virtutum genere, & sacra doctrina eximius, ut Apostolicum hoc munus impleret, nullis laboribus, nullis sumptibus, nullis incommodis pepercit.
℟. Inveni David. lxvi.

Lectio v.

GErmaniam, & Italiam sæpius, Galliam semel visitavit: habuit novem concilia, Rhemis, Moguntiæ, Vercellis, Papiæ, Romæ ad restaurandos Christianorum mores: multas Litteras ad Imperatores, Reges, Patriarchas, Episcopos zelo ac pietate flagrantes scripsit. Legatos ad Imperatorem Constantinopolitanum pro reductione Græcorum semel, atque iterum misit. Berengarium, & Michaelem Cerularium Patriarcham insignem Schismaticum anathemate percullit. ℟. Posui adjutorium. lxxii.

Lectio vi.

DUm Romæ ageret, ter in hebdomada à Basilica Lateranensi ad Vaticanum nudis pedibus, noctu orans & psallens pergebat. Principi Apostolorum decimam oblationum partem sibi de more competentem, Pontificio diplomate cessit. Patrimonium suum in erectionem Monasterii impendit; unde etiam quotannis pecunia submitteretur in sumptus Rosæ aureæ, quam Romani Pontifices antiquo & solemni ritu benedicunt. In pauperes, & peregrinos effusam liberalitatem exercuit. Sub leprosi forma, & habitu Christum aliquando excepit. Denique multis pro Ecclesia laboribus exantlatis, obiit die decima nona Aprilis anno millesimo quinquagesimo quarto, ante & post multis miraculis clarus, ac sepultus est in Vaticano.
℟. Iste est qui ante. lxvii.
In tertio Noctur. Homilia sancti Gregorii Papæ in Evangel. Homo peregre. *de Communi Conf. Pontif.* lxviii.
In ii. Vesp. Antiphona ad Magnificat. Dum esset summus Pontifex. lxxi.

DIE XXIII. APRILIS.

In festo S. Georgii Martyris. Duplex. *Oratio.*

DEus, qui nos beati Georgii martyris tui meritis, & inter-

intercessione lætificas: concede propitius; ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dñm.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Laurentii Justiniani Patriarchæ Venetiarum.

In festo S. Martyris ejusdem.

Lectio iv.

GEorgius propugnator eximius terrenæ obrenunciavit militiæ, ut Christi miles efficeretur egregius: facultates, quas habebat, dispersit pauperibus, ut divitias perennes possideret in cælo: suam quoque animam odivit in mundo, ut in vitam illam custodiret æternam. Repererat pretiosam margaritam, latitantem in agro, per quod distractis omnibus, mercatus est eam. Dominum dixisse audierat; Nisi quis renunciaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: prætulit discipulatum Christi opibus, honoribus, voluptatibus, corpori, & temporali vitæ: ideo intrepidus, armatus, & nudus secutus est Christum. Non carceres, gladios, fustes, vincula, aculeos, tortores, ignem, tyrannos expavit, nec mortem: nudus nudum Christum attendebat in stipite, illius accendebatur exemplo, ejusque passionis doloribus angebatur. O beata mens Martyris, quæ nec tribulatione, nec angustia, nec plagis, nec laboribus, nec præsentibus: nec futuris, à Christo valuit separari!

℟. Lux perpetua. xl.

Lectio v.

VIvebat in carne, & corde cum Christo jam pendebat in Cruce, ideoque dicebat Christo, Cruci confixus sum: vivo ego, jam non ego, vivit autem in me Christus. Longe excellentius Martyr, sic mortuus vivebat in Christo, quam si feliciter florens, alienus esset à Christo. Vides quam locuples talis sit mors, quæ vitam cum Christo præstat æternam, sic plane mortuus erat beatus Georgius vivens in Christo. Mortuus quippe erat vitiis, mortuus erat sæculo, mortuus erat & sibi. Nisi taliter fuisset mortuus, minime Christo vivere potuisset. An non mortuus erat sæculo, qui oblatas dignitates, & gaudia, pro amore Christi, & spe æternæ mercedis repulsavit ut stercora? Nonne vitiis erat defunctus, qui laboribus, abstinentia, paupertate, virtutibusque cæteris corpus quotidiana maceratione domabat? De talibus Pauli voce dicitur: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixere cum vitiis, & concupiscentiis. Quomodo vero sibi ipsi vixisse sanctus iste dicendus est, qui verbum Dei circumquaque disseminans, Christi gloriam audientium auribus insonabat? Quos valebat auferre diabolo, lucrabatur Christo: magnanimitate namque præcinctus, & charitatis bono suffultus, coram Regibus & terræ Principibus Christum libera confitebatur voce.

℟. In servis suis. xl.

Lectio vi.

HInc factum est, ut carceri manciparetur, virgis, & scorpionibus cæderetur, lampadarum ustionibus cremaretur, laniaretur, torqueretur, perimeretur. In his, quoniam vivebat Christo: se exhibebat ut mortuum. Nulla plane in illo querimoniæ resonabat vox, nullius repugnandi motus. Tamquam bellator præcipuus arbitratus est, fore

fore incongruum, ut patiente Rege, atque pro animarum occumbente salute, ipse segniter viveret, & sine certaminis exercitatione deficeret: frequenter animo illud Evangelicum revolvebat: Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quamobrem dilectionem, quam habebat ad Dominum, factis maluit ostendere, quam verbis. Redemptorem utique suum non ingratus de munere est imitatus in morte, de quo ait Propheta: Sicut ovis ad occisionem ductus est: & tamquam agnus coram tondente sine voce, sic non aperuit os suum. Obmutuit plane iste, & os suum, nisi orando, aperuit, quatenus hostia Deo acceptabilis fieret, nec illi in longanimitate patientiæ inveniretur dissimilis, qui in Crucis perpessione supplicii eloquium nullum contradictionis emisit. Hinc gestum est, ut Domini sui, sicut socius extitit pœnæ, ita particeps illius efficeretur gloriæ, qui in cælesti regno cum Patre, & Spiritu sancto triumphat in sæcula.

℟. Filiæ Jerusalem. xl.

In tertio Noctur. de Communi unius Martyris primo loco Tempore Paschali. xli.

EODEM DIE.

In festo B. Alexandri Sauli Episc. & Confess. Duplex.

Oratio.

DEus, qui in Ecclesia tua per beatum Alexandrum Confessorem atque Pontificem regularis disciplinæ ac Pastoralis sollicitudinis exempla instaurare dignatus es: fac nos, quæsumus, ita ejus inhærere vestigiis: ut ad animæ salutem jugiter intenti gaudia cum ipso assequamur æterna. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

ALexander, Dominico Saulio & Thomasina Spinula Genuensibus Patritiis Mediolani natus, ab ineunte ætate orandi studio, jejuniis, & singulari cultu in Deiparam, cui etiam castitatem devoverat, non obscura præbuit sanctitatis indicia. Adolescens delata in forum Cruce, Circulatore ejecto, de contemptu Mundi coram stupente Populo gravissimè disseruit. Quo experimento in Congregationem Clericorum Regularium sancti Pauli admissus, brevi virtutum omnium splendore emicuit; devotione præsertim erga Eucharistiam, quam sumens ad deliquium usque accendebatur. Sacerdotio insignitus Theologicis studiis præficitur, quorum subsidio ad animarum salutem se totum convertens, pia sodalitia instituit, sacramentorum frequentiam invexit, Verbique divini ministerium ita exercuit: ut eximii Ecclesiæ Præsules ab eo pastorale discendi genus hausisse palam asseruerint. Universæ Congregationi præpositus, eamdem rexit prudentia & religione mirabili, qua commoti plures clarissimi Viri ab ipso ad pietatem informari voluere. Hos inter beatus Carolus se illo duce perfectionis semitam ingressum profitebatur, cum ejus consilio & opera in Ecclesia Mediolanensi regenda simul uteretur.

℟. Inveni David. lxvi.

Lectio v.

EPiscopatu Aleriensi ex obedientia suscepto, Gregis mores catechesi, concionibus, synodis, locorum omnium difficillima

ma visitatione ad laborem pene solus emendavit. Vetustissimis restinctis odiis, pacis studio se crebro dimicantium armis injecit. Sacerdotum licentiæ restitit, inscitiæ consuluit, & Clericos ipse pietate ac litteris imbuit. Cæterum pristini instituti custos religiosissimus, in victu parcus, in ornatu vulgaris, Ecclesiasticorum proventuum fidelis administer cathedralem Ecclesiam, Episcopium cum Seminario, a fundamentis excitavit. Præcipua tamen ejus cura fuit in pauperes, quæ tum maxime claruit, cum octingentos nautas è manibus piratarum elapsos, una die hospitio excepit, & commeatu providit. Neque redditus tantum, sed vitam ipsam pro grege dare paratus; grassante peste, publicis supplicationibus, nudis & cruentatis pedibus interesse, ægrotos invisere, eisque spiritualem & corporalem alimoniam ministrare non est veritus: Pauperum inde Pater, & Corsicæ Apostolus passim nuncupatus. ℟. Posui adjutorium. lxvi.

Lectio vi.

DOctrina & dicendi facultate ita præstitit, ut extemporali sermone plures Hebræos ad Christum converterit. Altissimæ contemplationis donum assecutus, radiante vultu sæpe rapiebatur in Deum, & Angelorum concentu recreabatur. Tanta fuit ejus fides, ut precum, quibus vigintiquatuor interdum continentes horas dabat, præsidio, tempestates sedaverit, Turcarum Classem everterit, multosque sanitati restituerit. His præclare gestis magnus, patientia major & humilitate, publica convicia sustinuit, & lapide ictus in faciem apud Insulæ Præsidem veniam percussori impetravit. Demum a Gregorio decimoquarto motu proprio ceu Angelus Ticinensibus datus, anno, ut prædixerat, ab ingressu illius Urbis nondum expleto, dum Diœcesis fines viseret, vitæ asperitate ac laboribus fractus, cælesti visione confortatus, Calotii pie obiit: unde corpus suaviter olens Papiam translatum, in majori Ecclesia honorifice conditum fuit. Illum vero virtutibus ac signis illustrem Benedictus decimusquartus in Beatorum numerum retulit.

℟. Iste est, qui ante. lxvii.

Reliqua de Communi Conf. Pont. primo loco. xl.

DOMINICA IV.

post Pascha.

In festo S. Catharinæ Fliscæ Adurnæ Viduæ. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona.

Dum esset Rex. *cum reliq. de Communi nec Virgin. nec Martyris.* cxiii.

Capitulum. *Cant.* 8. & 7.

AQuæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Hymnus.

SUmmis ad astra laudibus
Tollamus omnes Feminam,
Quæ sanctitatis gloria
Auget decus Liguriæ.
Beata, cujus intimo
Latere nesciens sinu,
Fortis inundat Charitas,
Totisque membris æstuat.
Menses per anni circulum
Jejuna plures transigit;
Solo Angelorum pabulo
Vitam labantem sustinens.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Spe-

℣. Specie tua & pulchritudine tua, alleluja.
℟. Intende, prospere procede, & regna, alleluja.

Ad Magnificat, Antiphona in utrisque Vesper. Pone me ut signaculum super cor tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio; lampades ejus, lampades ignis atque flammarum, alleluja.

Oratio.

DEus, qui beatam Catharinam in contemplanda Filii tui Passione Divini amoris igne flagrare fecisti: quæsumus; ut, ipsa intercedente, tuæ in nobis flammam Charitatis accendas, & ejusdem Passionis participes dignanter efficias. Per eumdem Dominum.

Deinde fit commem. Dominicæ, Antiphona. Vado ad eum. *ut in Breviario.*

Ad Matutinum, Invitator. de Communi nec Virginum nec Martyrum.

Hymnus.

DUm mente Christum concipit
Membris fluentem sanguine,
Ardore pectus intimo
Sentit repente corripi.
Hinc sancto amore saucia
Terrena cuncta despicit,
Adversa fert alacriter,
Patique quærit unice.
Mox & flagellis conterens
Artus rebelles jugiter,
Christi dolorum particeps
Crebro meretur effici.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna sæcula.
Amen.

Psalmi de Communi non Virg. sub 1. tantum Antiphona. cx.

Lectiones primi Nocturni, Initium Epist. beati Jacobi Apostoli, ut in hac Dominica quarta post Pascha.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

CAtharina Genuensis, Parentibus Jacobo de Flisco & Francisca de Nigro, antiqua nobilitate conspicuis, in lucem edita teneram ætatem inter adultæ pietatis exercitationes exegit. Nam, castigando corpori intenta, vix octennis in stramento, lignis capiti pro pulvinari suppositis, somnum carpebat. Pueriles nugas aversata, & ab omnibus mundi deliciis abhorrens, Christi cruciatibus, jugi meditatione recolendis, tota fuit. Eo studio incensa in Monasterium ingredi expetebat; sed immatura ætas pium puellæ desiderium interpellavit. Interea Parentes invitam Juliano Adurno Nobili viro despondent, à quo tam aspere ac duriter habita est, ut quinquennium domi luctu tristitiaque tabesceret; donec tædio ac mœrore confecta à pristina severitate deflexit. Frigescente autem Charitate, ne ad ulteriorem vitæ licentiam prorueret, insigni miserentis Dei beneficio factum est. Cum enim aliquando ad pii sacerdotis pedes provoluta ejus se precibus commendaret, repentina mutatione dexteræ Excelsi ac subito sancti Spiritus igne correpta, Amoris in se Divini clementiam potentiamque admirans, & exclamans, fateri ac prædicare cœpit.
℟. Propter veritatem. cxi.

Lectio v.

INde domum reversa, Christum conspicere sibi visa est sanguine toto corpore diffluentem: qua specie sibi divinitus oblata, in contemptum atque odium sui vehemen-

ater exarsit. Membra cilicio
bat: jejunium ita coluit,
r annos tres & viginti ferias
itus & Quadragesimæ tran-
t solo Eucharistiæ pabulo
a, amarissimo tantum usa
ad sitim restinguendam. Pro-
at orationem ad plures ho-
antoque Divini Amoris in-
conflagrabat, ut in corpus
le ardor erumperet. Maxi-
ga proximum ferebatur Cha-
. Infirmis enim in magno
comio incredibili sedulitate
rabat, sumptibus liberaliter
tis. Abjectissima quæque
libenter obibat, tabida
ægrotantium ulcera, ali-
o exosculata. Injurias, con-
ias, Mulier verè fortis, ala-
nimo excepit, assiduisque
ris, animique doloribus pe-
nfecta, cruciatuum Christi
eps fuit.
ilexisti justitiam. cxii.

Lectio vi.

Ot tantisque heroicæ forti-
tudinis & patientiæ proba-
xperimentis, atque in ago-
hristianæ perfectionis egre-
eritam, uberi beneficiorum
Dominus cumulavit. In
nas & frequentes excases ra-
& cælestibus illustrationibus
umque apparitionibus & col-
s dignata, arcana Dei in-
re meruit, & Fidei myste-
riptis præclarissimis confir-
. Prophetiæ dono claruit:
s animorum sensus perspe-
Perditi hominis conversio-
& tranquillam conjugis mor-
& æternam utriusque bea-
em observationibus à Do-
impetravit. Anno igitur æ-
uæ tertio & sexagesimo ex-
morbo oppressam, & Chri-
nfixam Cruci, atque ad fon-
eternæ felicitatis anhelan-
tem, sacra die Exaltationis san-
ctæ Crucis ex vitæ hujus ango-
ribus Dominus evocavit. Præcla-
ra verò fuerunt de Catharinæ vir-
tutibus Doctorum sanctorumque
præconia, summorum quoque
Pontificum oraculis comprobata.
Cultum illius immemorabilem
asseruit Clemens nonus: Clemens,
undecimus ejus memoriam Missa
& Officio celebrandam concessit.
Clemens verò duodecimus novis
fulgentem miraculis in Sanctarum
mulierum numerum retulit.
℟. Fallax gratia. cxii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. simile est regnum cælorum thesauro. *de Communi non Virginum.* cxii.

Nona Lectio de Homilia Dominicæ quartæ post Pascha.

Ad Laudes, Antiph. Dum esset Rex. *cum rel. de Communi non Virgin. Capitul.* Aquæ multæ, *ut suprà.*

Hymnus.

TUrbam jacentem pauperum,
Quam dirus angor opprimit,
Ceu membra Christi languida,
Matrona clemens confovet.
Opes opemque conferens,
Vilique fungens munere,
Persternit illis lectulos,
Sordesque purgat sedula.
Quò quisque plagis fœdior
Huic illa servit promptior;
Tabem nec horret ulcerum,
Horrere nescit charitas.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis, alleluja.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluja.

Ad Benedictus, Antiphona. Pone me ut signaculum.

Ora-

Oratio. Deus, qui beatam Catharinam. *ut supra.*

Deinde fit commemor. Dominicæ, Antiph. Vado ad eum *ut in Brev.*

In ii. Vesper. omnia ut in i.

DIE XXV. APRILIS.

In festo Sancti Marci Evangelistæ. Duplex i. Classis cum Octava.

Omnia dicuntur ut in Breviario in ejus Festo.

In secundis Vesperis fit commemoratio sequentis.

DIE XXVI. APRILIS.

Secunda infra Oct. S. Marci fit de sanctis Cleto & Marcellino Pontific. & Martyr. Semiduplex cum commem. Octav. sancti Marci.

Vesperæ de sequenti Festo S. Peregrini Latiosi Confess. cum commem. Octavæ sancti Marci.

DIE XXVII. APRILIS.

In festo Sancti Peregrini Latiosi Confessoris Duplex.

In Hymno, Iste Confessor. *mutatur tertius Versus.*

Oratio.

DEus, qui beato Peregrino Angelum comitem, Magistram Deiparam, Jesum tetri ulceris medicum mirè dedisti: da per merita ipsius, obsecramus; ut sanctum Angelum, Virginem, Salvatorem, singulariter & amemus in terris, & collaudemus in cælis. Per eumdem Dominum.

Deinde fit commem. Octavæ sancti Marci Evangelistæ.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

PEregrinus, Forolivii ex nobili Latiosorum familia ortus, sanctissimæ Virginis Deiparæ devotus, quadam die in Ecclesia Cathedrali ante illius Imaginem diutiùs orans & petens, ut vias suas dirigeret, eam pretiosis vestibus indutam sibi, ut ad Servos suos se conferret, præcipientem audivit. Quare adolescens Angelo Comite Senas profectus, Priori Servorum visionem mandatumque Virginis exposuit, ac recipi humiliter postulavit. In receptione splendore quodam cælesti, quo futura sanctitas ejus præmonstrabatur, Caput illius circumfulsit. Triginta annos natus, Forolivium remissus, ubi diù laboribus, vigiliis, jejuniis, orationibus exercitam vitam duxit. Numquam (mirandum!) per annos triginta sedere visus; at si quando somno aut lassitudine victus stare non posset, saxo pro sede utebatur. Numquam in lecto, neque infirmus decubuit; noctes ferè omnes insomnes in orationibus & piis meditationibus ducere solitus. Nulla die conscientiæ examine & sacramentali confessione prætermissis, peccata lacrymis etiam exterioribus deflebat.

℞. Honestum fecit. lxxxiii.

Lectio v.

ADmirabili fuit patientia. Nam cùm Crus ex cancri morbo intumuisset, atque putredine adeò esset infectum, ut fœtorem omnibus inferret; sic tamen absque omni querimonia semper fuit, ut cives illum alterum Job appellarent. Cùm autem Crus illud medicorum consilio amputandum esset, Peregrinus, nocte præcedente, solus ex loco, in quo jacebat, surgens & reptans, ut poterat, in Capitulum venit, ibique ante Crucifixi imaginem (quæ adhuc manet, & magnam habet apud Forolivienses venerationem), vehementiùs orans, & obdormiscens, Christum de Cruce descendentem, & Crus tangentem vidit. Expergefactus, ita Crus sanatum sensit, ac si numquam tumidum, ulceratum, pu-

ridumve fuisset. Medici verò mane, ut Crus secarent, advenientes, cùm illud sanum vidissent, stupore affecti, domum, tanto miraculo per urbem divulgato, regressi sunt. ℟. Amavit. lxxiii.

Lectio vi.

PEregrinus piis laboribus ac ætate confectus (erat enim octogenarius,) brevi febre correptus Kalendis Maji anno salutis millesimo trecentesimo quadragesimoquinto migravit ad Christum. Ejus animam, beato Philippo Ordinis Servorum beatæ Mariæ Virginis, qui, ut ipse Religionem ingrederetur, dux fuerat, & beato Francisco Senensi ejusdem Ordinis comitantibus, à Virginibus in cælum deferri visam, memoriæ proditum est. Multa post mortem miracula sanctitatem ipsius declararunt. In quibus cæcus Peregrino manum ex feretro oculis illius admovente lumen recepit. Mulier etiam multis obsessa dæmonibus, ad sacrum corpus ipsius perducta, liberata est. Quidam ex arbore procera in terram delapsus, Peregrini nomine invocato, sine ulla læsione repertus fuit. Ad cujus tumulum Kalendis Maij non tantùm Civitas Forolivienfis, sed finitimi populi quotannis ad illum venerandum confluere, votaque ei nuncupare solent. Paulus quintus Summus Pontifex anno millesimo sexcentesimo nono concessit, ut Officium Divinum in toto Servorum Ordine recitari possit; Benedictus verò decimustertius anno reparatæ salutis millesimo septingentesimo vigesimosexto inter Sanctos Cælites ritu solemni recensuit. ℟. Iste homo perfecit. lxxxiii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. Nolite timere. *ut in Communi Confess. non Pont.* xc.

In Laudibus fit commem. Octavæ S. Marci, ac etiam in secundis Vesperis; necnon de sancto Vitale. Martyre, ut in Breviario.

DIE XXVIII. APRILIS.

In festo Sancti Vitalis Martyris. Duplex.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Vitalis Martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

VItalis miles, sanctorum Gervasii & Protasii pater, una cum Paulino judice Ravennam ingressus, cum vidisset Ursicinum medicum, ob christianæ Fidei confessionem ductum ad supplicium, paululum in tormentis titubare, exclamavit: Ursicine medice, qui alios curare solitus es, cave ne te mortis æternæ jaculo conficias. Qua voce confirmatus Ursicinus martyrium fortiter subivit. Quare Paulinus incensus Vitalem comprehendi jubet, & equuleo tortum, atque in profundam foveam demersum lapidibus obrui. Quo facto quidam Apollinis sacerdos, qui Paulinum in Vitalem incitarat, oppressus a Dæmone clamare cœpit: Tu me nimiùm, Vitalis Christi Martyr, incendis: & illo æstu jactatus, se præcipitavit in flumen. ℟. Lux perpetua lucebit. xl.

De Sermone S. Petri Damiani.

Sermo de S. Vitale. Lectio v.

IMmensas Deo laudes & gratias referamus, dilectissimi Fratres, quia dum per totum orbem paschalis festivitas rutilat, nostræ patriæ fines etiam beati Vitalis triumphalis dies illustrat. Hodie nam-

namque miles Christi gloriosus pro fide Imperatoris sui in æternum victurus occubuit; hodie, devicto humani generis inimico, cum triumpho gloriæ regna siderea penetravit: hodie, inde hymnidicis Angelorum choris, palatium Regis æterni purpuratus intravit, ubi cum ignitis beatorum Spirituum cœtibus inenarrabiliter emicat, cum trabeatis Senatoribus curiæ cælestis exultat, cum Patriarchis in aureo sublimiter solio intronizatus, cum laureatis Martyribus mirabiliter coronatus, cum his omnibus stola indutus gloriæ ineffabilis exultatione tripudiat, & in conspectu æterni Regis melodum alleluja jucundissima suavitate decantat. ℟. In servis suis. xl.

Lectio vi.

O Quam beate moritur, qui moriendo oritur; quam feliciter temporalem vitam finivit, qui perpetualiter vivere incipit! Hinc est, quod sancta Ecclesia dies migrationis Sanctorum natales vocare consuevit: quia protinus in cælo nascuntur, cum in terra visibiliter moriuntur, & tunc vere incipiunt vivere, cum mortalem vitam videntur finire. Perpendite, fratres mei, hic invictissimus miles Christi quam forte, quam robustum pectus habuerit, qui de suo periculo omnimode securus, de alieno sollicitus, uno verbi telo inimicum perculit, & claudicantem, jam inflicto vulnere, socium ad agendum fortiter excitavit. Docta manus ad prælium, dum vibrat hastam, socium ut surgeret, tetigit, & vincenti jam adversario lethale vulnus inflixit. ℟. Filiæ Jerusalem. xl.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium. Ego sum vitis. *ut in Communi Martyrum Tempore Paschali.* xlii.

Si contigerit transferri post tempus Paschale, tunc in secundo Nocturno Lectio v. & vi. erit de Communi unius Martyr. primo loco xxviii *& in tertio Homilia in Evang.* Nolite arbitrari. xxxvi.

EODEM DIE.

Quarta infra Octav. S. Marci.
Pro Dominio Veneto.
Semiduplex.

Omnia ut in ejus Festo in Breviario, præter Lectiones sequentes desumptas ex Octavario Romano.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Ambrosii Episcopi.
Libro 10. *Comment. in Luca* 23. *paulò ante medium.*

Lectio iv.

PRopter nos dividuntur vestimenta Christi, quia non possunt singuli habere omnia; & per sortes, quia non pro hominis voluntate divisio fit Spiritus sancti. Divisiones enim gratiarum sunt, sed omnia operatus est Spiritus, dividens singulis prout vult. Et fortasse milites isti quatuor Evangelistarum habent typum, qui scripserunt Evangelium: intuere nunc Christi vestimenta divisa. Ubi illa quæram? quære in Matthæo; invenies penes ipsum solum clamydem coccineam, penes Joannem vestem purpuream, penes Marcum purpuram tantùm, penes Lucam vestem albam: hæc enim sola pro sua fuit portione contentus. Quantos vere Christus sua veste vestivit? Puto autem quod non quatuor tantùm, sed omnes vestivit milites, & omnibus abundavit. ℟. Lux perpetua. xxi.

Lectio v.

ACcipe & aliud; istæ quatuor partes, non partes vestium, sed

:d qualitates mihi videntur esse
irtutum. Alius enim de regno
ublimiùs scripsit, alius de ho-
ninis institutione diffusiùs. Lu-
as nitorem sibi sacerdotalis vestis
legit: Marcus verborum textum
on desideravit: Joannes verò
uasi quasdam inflexit sententias,
uibus vestiat fidem nostram. Non-
: tibi videtur intextum grande
lud: In principio erat Verbum;
: Verbum erat apud Deum, &
Deus erat Verbum; Hoc erat in
rincipio apud Deum: Omnia per
psum facta sunt? At verò Marcus,
ınquam purpuræ fulgore con-
:ntus, sine ulla intextione ver-
orum, initium, inquit, Evan-
elii Jesu Christi Filii Dei.

℟. Virtute magna. xxi. *Lectio vi.*

ERgo cetera vestimenta Chri-
sti divisa sunt, nempè vel
esta, vel gratia; tunica verò
on potuit dividi: & ideò, se-
undùm Joannem, super illam
ors agitatur: quia fides non pro
ortione singulorum, sed pro ju-
e omnium. Quod enim non di-
iditur, singulis manet integrum.
It benè desuper texta in Joanne
egitur: sic enim texitur fides
Christi, ut de divinis ad huma-
a descendat; eò quòd ante sæ-
ula ex Deo genitus posteriore
empore susceptionem carnis as-
umpserit. Per hoc ergo signifi-
abatur nobis quòd non debeat
des scindi; sed solida permanere.

℟. Isti sunt agni novelli. xxi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secun-
dum Lucam.

Lectio ii. *Cap.* 10.

IN illo tempore: Designavit Do-
minus & alios septuaginta du-
os: & misit illos binós ante fa-
ciem suam, in omnem civitatem,
& locum, quò erat ipse ventu-
rus. Et reliqua.

De Homilia sancti Gregorii
Papæ.

Ex Homil. 17. *in Evang.*

SEd quando nos vitam corrige-
re valemus alienam, qui ne-
gligimus nostram? Curis enim
sæcularibus intenti tanto insensi-
biliores intus efficimur, quantò
ad ea, quæ foris sunt, studiosio-
res videmur. Usu quippe curæ
terrenæ à cælesti desiderio ani-
mus obdurescit: & dum ipso suo
usu durus efficitur per actionem
sæculi, ad ea emolliri non va-
let, quæ pertinent ad charitatem
Dei. Sacerdos enim non distat à
populo, quando nullo vitæ suæ
merito vulgi transcendit actio-
nem. Ploremus Jeremiæ lacry-
mis: Quomodo obscuratum est
aurum, mutatus est color opti-
mus, dispersi sunt lapides san-
ctuarii in capite omnium platea-
rum? Aurum quippe obscuratum
est: quia sacerdotum vita, quon-
dam per gloriam virtutum clara,
nunc per actiones infirmas osten-
ditur reproba.

℟. Ego sum vitis vera xxi.

Lectio viii.

COlor optimus est mutatus:
quia ille sanctitatis habitus
per terrena & abjecta opera ad
ignominiam despectionis venit.
Lapides vero sanctuarii intrinse-
cus habebantur, nec sumebantur
in summi Sacerdotis corpore,
nisi cùm Sancta Sanctorum ingre-
diens in secreto sui conditoris
apparebat. Nos ergo sumus lapi-
des sanctuarii, qui apparere sem-
per debemus in secreto Dei, quos
numquam necesse est foris con-
spici, idest, numquam in extra-
neis actibus videri: sed dispersi
sunt in capite omnium platea-
rum; quia hi, qui per vitam
probam & orationem intus sem-
per esse debuerunt, per vitam re-
pro-

probam foris vacant. Ecce jam pene nulla est sæculi actio, quam sacerdotes non administrent.

℟. Candidi facti sunt. xxi.

Nona Lectio de S. Vitale Martyre, ut in Breviario, & fit de eo commem. in Laudib.

Vesper. de seq. Festo, cum commem. Octavæ S. Marci.

DIE XXIX. APRILIS.

Quinta infra Oct. S. Marci fit de S. Petro Martyre. Duplex, cum commem. Octav. S. Marci.

Vesp. a Capitul. de seq. commem. præced. ac Octav.

DIE XXX. APRILIS.

Sexta infra Octav. S. Marci fit de S. Catharina Senensi Virgin. Duplex, cum commem. Octav.

Vespera de sequenti, commemor. præcedentis solum.

FESTA MAJI.

DIE I. MAJI.

Septima infra Octav. S. Marci fit de sanctis Apostolis Philippo & Jacobo. Duplex ii. Classis, sine commemor. Oct. S. Marci, nisi in secundis Vesp. Antiphona ad Magnif. ut in primis.

DIE II. MAJI.

Octavæ sancti Marci. Duplex.

Omnia ut in die, præter Lectiones sequentes ex Octavario Romano.

In i. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Expositione S. Gregorii Papæ super Ezechielem Prophetam.

Homilia 3. lib. 1. Lectio iv.

QUatuor ergo facie uni sunt: quia si requiras, quid Matthæus de Incarnatione Domini sentiat; hoc nimirum sentit, quod Marcus, Lucas, & Joannes. Si quæras, quid Joannes sentiat; hoc proculdubio, quod Lucas, Marcus, & Matthæus. Si quæras, quid Marcus; hoc quod Matthæus, Joannes, & Lucas. Si quæras, quid Lucas; hoc quod Joannes, Matthæus, & Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt: quia notitia fidei, qua cognoscuntur a Deo, ipsa est in uno quæ est simul in quatuor. Quidquid enim in uno inveneris, hoc in omnibus simul quatuor cognosces.

℟. Lux perpetua lucebit. xxi.

Lectio v.

ET quatuor pennæ uni. Quia Dei omnipotentis Filium Dominum nostrum Jesum Christum simul omnes concorditer prædicant; & ad divinitatem ejus mentis oculos levantes, penna contemplationis volant. Evangelistarum ergo facies ad humanitatem Domini pertinet, penna ad divinitatem: quia in eum, quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendunt. Sed dum hunc esse incircumscriptum atque incorporeum ex divinitate annuntiant, per contemplationis pennam quasi in aera levantur. Quia itaque una est fides incarnationis ejus in omnibus, & par contemplatio divinitatis ejus in singulis, recte nunc dicitur: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni.

℟. Virtute magna. xxi.

Lectio vi.

SEd quæ virtus esset, si fidem atque contemplationem Domini habentes prædicatores illius, sancta opera non haberent? Sequitur: Et pedes eorum, pedes recti. Quid per pedes, nisi gressus actuum designantur? quatuor ergo animalium pedes recti esse describuntur, quia sanctorum Evangelistarum atque omnium perfectorum opera ad sequendam iniquitatem non sunt retorta. Hi autem pedes rectos non habent, qui ad mala mundi, quæ reli-

eliquerunt ℟. reflectuntur, de uibus scriptum est: Canis reersus ad suum vomitum.
. Isti sunt Agni novelli. xxi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap.* 10.

IN illo tempore: Designavit Dominus & alios septuaginta uos, & misit illos binos ante aciem suam, in omnem civitaem, & locum, quo erat ipse enturus. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episc.

Homilia 42. de Sanctis, circa medium.

IPse Dominus noster loculos habuit in via, & ipsos loculos Judæ commendaverat. Patieatur quidem furem. Sed ego à Domino meo discere cupiens, ico: Domine patiebaris furem, nde habebat, unde tolleret? le hominem miserum & infirmum monuisti, nec sacculum ortare, Tu portasti loculos, & rat ubi furem patereris. Si non ortares, nec ille inveniret, quod uferret. Quid restat? nisi quod ic dicat mihi: intellige quod udis, noli portare sacculum. Quid est sacculus? pecunia clau, idest occulta sapientia. Note fieri sapientes penes vosmetpsos. Accipite Spiritum santum. Fons in te debet esse, non acculus; unde erogatur, non bi includatur.
. Ego sum vitis vera. xxi.

Lectio viii.

NEminem in via salutaveritis. Potest quidem & simpliciter sic accipi, quia jussit nos estinanter agere injuncta. Sed st aliud, quod hic magis recoitem non dissimile intelligere, uod plus pertinet ad me, & ad mnes dispensatores, sed & ad vos auditores. Qui salutat, salutem dicit: Nam & antiqui in epistolis suis sic scribebant, ille illi salutem. Salutatio à salute nomen accipit. Qui salutat in via, per occasionem salutat. Video vos cito intellexisse, nec tamen debeo jam finire. Non enim omnes cito intellexistis. Sed quia de via loquimur, tamquam in via ambulemus. Veloces tardos expectate, & pariter ambulate.
℟. Candidi facti sunt. xxi.

Lectio ix.

QUid ergo dixi: Qui in via salutat, per occasionem salutat? Non ad eum ibat, quem salutat. Aliud agebat, aliud occurrit, aliud petebat, aliud transverso quod ageret, invenit. Si ergo prædicas, hoc age per dilectionem non per occasionem. Sicut ergo homines, qui sua quærentes, non aliud prædicant Evangelium, de quibus Apostolus gemens, dicit: Omnes enim sua quærunt, non quæ Jesu Christi. Et hi salutabant, hoc est, salutem annuntiabant: Evangelium prædicabant, sed aliud quærebant, & ideo per occasionem salutabant.

Te Deum laudamus. 16.

Vespera de Inventione S. Crucis cum commem. Octavæ S. Marci.

DOMINICA I.

Festum Translationis S. Januarii Episcopi & Martyr. Principalis Patroni Civitatis & Regni Neapolitani.

Quod Dominica prima vel secunda Mensis Maji celebratur, à Sacra Rituum Congregatione concessum pro eadem Civitate, & Regno sub ritu Duplicis majoris cum Octava.

Si hæc fuerit Dominica in Albis, Festum Translationis cum Oct. ex antiqua consuetudine celebra-

lebratur Dominica secunda ejusdem Mensis Maji, accedente etiam Concess. S. R. Congr. sub die 16. Septembris 1664.

Ex antiqua præterea consuetudine in Civitate & Diœcesi Neapolitana, prædictum Festum celebratur prima Dominica Maji, etiam si occurrat eodem die Festum SS. Philippi, & Jacobi, Inventio S. Crucis, & aliorum, translatis ipsis in primam diem non impeditam.

Omnia de Communi unius Mart. tempore Paschali, exceptis his quæ sequuntur.

In 1. Vesper. ad Magnificat, Antiphona. Beatus Januarius, Præsul & Martyr inclytus, extinxit impetum ignis, obturavit ora ferarum, & in occisione gladii pro Christo mortuus, legitimi certaminis coronam accepit, alleluja.

Oratio.

DEus, qui in Translatione beati Januarii Martyris tui, atque Pontificis, pretioso nos præsidii tui pignore locupletasti: quæsumus; ut ipso intercedente, populum tuum ab omnibus periculis eruas, ac de thesauris tuis divitias in nos, ineffabilis misericordiæ benignus effundas. Per Dominum.

Et fit commem. Dominicæ occurr.

Lectiones 1. Noctur. A Mileto, *de Communi unius Mart. Pontif. extra tempus Paschale, cum* ℟℟. *temporis Pasch.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

QUo tempore beatus Pontifex Januarius pro Christi confessione Puteolis capite plexus est, venerabilis ejus Cruor, quem pro Christianæ Fidei veritate constantissimè fuderat, piè collectus; atque in duabus vitreis ampullis reconditus est. Posteà verò, pace Ecclesiæ reddita, sanctus Severus, ædificata jam propè Neapolim sancti Januarii Basilica, sacratissimum Martyris Corpus cum magna Neapolitani Cleri, populique frequentia, iis etiam, qui de genere beati Januarii erant, comitantibus, Neapolim religiosissimè transtulit: & Corpus quidem in ejus Basilica condidit; Cruoris verò ampullæ, ad hanc usque diem seorsum servatæ, illustre miraculum spectantibus exhibent. Nam cùm è regione desecti pro Christo Capitis ponuntur; Cruor admirandum in modum colliquefieri, perinde atque recens effusus, ad hæc usque tempora cernitur.

℟. Lux perpetua. xl.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Tom. 6. Orat. de Mart.

Lectio v.

SÆpenumero, charissimi, sub aurora Solem exorientem vidistis, & quasi croceos radios emittentem. Talia Sanctorum erant corpora, dum veluti crocei quidam radii, rivi sanguinis undique ex illis defluerent, eorumque corpus, multò quàm cælum Sol ipse, splendidiùs illustrarent. Hunc sanguinem Angeli contuentes oblectabantur, dæmones horrebant, & ipse diabolus tremebat. Non enim sanguis erat simpliciter, quod cernebatur, sed sanguis salutaris, sanguis sanctus, sanguis cælo dignus, sanguis qui pulchras Ecclesiæ arbores perenni irrigatione fecundat.

Lectio vi.

VIdit hunc sanguinem, horruitque diabolus, recordatus est quippe alterius sanguinis Dominici. Propter illum sanguinem hic effluxit. Ex quo enim Domini latus apertum est, sexcenta

penta deinde latera effossa contue-
ris. Quis enim non summa cum
alacritate gaudiorum, sese agones
istos ineundos, Dominicis passio-
nibus communicaturus, & Chri-
sti morti conformis futurus ac-
cingit? Est enim sufficiens hæc
retributio, & amplior merces, &
quod certamina excedit præmium;
vel illud etiam, quod ante in-
gressum cælorum regnum conse-
quimur.

℟. Filiæ Jerusalem. xl.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. Ecce ego mitto vos. *sumitur ex festo sancti Barnabæ Apostoli die 11. Junii.*

℟. *vii.* Ego sum vitis. xli.

℟. *viii.* Candidi facti sunt. xli.

Lectio nona de Homil. Dominicæ currentis.

In Laudib. Antiph. ad Benedict.

Igne me Domine examinasti, &
non est inventa in me iniquitas:
propter hoc lætatum est cor
meum, & exultavit lingua mea,
alleluja.

Liberasti me Domine à rugienti-
bus præparatis ad escam, & à
pressura flammæ, quæ circumde-
dit me, & in medio ignis non
sum æstuatus, allel.

Feria secunda & tertia, seu secunda, & tertia dies infra Oct. semper est impedita a festo dupl. vel occurrente, vel translato, vel semiduplici occurrente.

FERIA QUARTA.

Sive Quarta die infra Octavam.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In ii. & iii. Noct. Lect. sumuntur ex quarta die infra aliam Oct. ejusdem Sancti die 22. Septembris, ut infrà.

Responsoria verò ex die Festo ut suprà.

Pars Verna.

Sed Lectio nona erit sequens.

QUòd si rebus ipsis id ita
fieri videre desideras, lege
Actuum Apostolorum librum:
perspicies profectò, cùm sæpè
Judæorum populus in Apostolos
insurrexerit, ac dentes exacuerit;
illos columbæ simplicitatem imi-
tando, & cum decenti modestia
respondendo, iram ipsorum su-
perasse, furorem extinxisse, impe-
tum retardasse. Nam cum illi
dicerent: Nonne præcipiendo præ-
cepimus vobis, ne doceretis in
nomine isto? quamvis innumera
possent edere miracula, nihil ta-
men asperum neque dixerunt,
neque fecerunt, sed summa cum
mansuetudine respondentes dice-
bant; Si justum est vos audire
magis quam Deum, judicate.
Perspexisti simplicitatem colum-
bæ, vide nunc serpentis pruden-
tiam. Non enim possumus, in-
quiunt, nos quæ vidimus & au-
divimus, non loqui.

Te Deum laudamus. 16.

FERIA QUINTA.

Sive quinta die infra Octav.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 50. de Verbis Domini.

Lectio iv.

PAstor bonus Christus. Quid
Petrus? nonne bonus pastor?
Nonne & ipse animam suam pro
ovibus suis posuit? Quid Paulus?
Quid cæteri Apostoli? Quid eo-
rum tempore consequentes beati
Episcopi Martyres? Quid etiam
iste sanctus Januarius? Nonne
omnes pastores boni, non merce-
narii, de quibus dicitur: Amen
dico vobis, perceperunt merce-
dem suam? Omnes ergo illi pa-
stores boni, non solum quia san-
guinem fuderunt, sed quia pro

ovibus fuderunt: non enim fuderunt elatione, ſed charitate.

℟. Lux perpetua. xl.

Lectio v.

NAm & apud hæreticos, qui propter iniquitates & errores ſuos aliquid moleſtiarum perpeſſi fuerunt, nomine martyrii ſe jactant: ut hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi ſunt. Si autem vultis ſcire, in quo numero habendi ſunt, paſtorem bonum Paulum Apoſtolum audite: quoniam non omnes, qui corpora ſua in paſſione etiam ignibus tradunt, æſtimandi ſunt ſanguinem fudiſſe pro ovibus, ſed potius contra oves. Si diſtribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, ut ardeam, jam ipſi ſunt. Sed vide, quid ſequitur: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ecce venitur ad paſſionem, ecce venitur & ad ſanguinis effuſionem, venitur & ad corporum incenſionem: & tamen nihil prodeſt, quia charitas deeſt. Adde charitatem, proſunt omnia: detrahe charitatem, nihil proſunt cetera. ℟. In ſervis ſuis. xl.

Lectio vi.

QUale bonum eſt charitas iſta, fratres? quid pretioſius? quid luminoſius? quid firmius? quid utilius? quid ſecurius? quomodo autem habet vel exiguam charitatem, qui etiam convictus non amat unitatem? Hanc Dominus unitatem commendans, paſtoribus bonis commendans paſtores bonos, noluit multos appellare paſtores. Neque enim, ut dixi, jam non erat paſtor bonus Petrus, Apoſtoli ceteri, & poſteriores ſancti Epiſcopi beatuſque Januarius? Omnes hi paſtores boni: & tamen ille paſtoribus bonis non commendavit paſtores bonos, ſed paſtorem bonum. Ego ſum, inquit, Paſtor bonus.

℟. Filiæ Jeruſalem. xl.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Evangelii ſecundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 10. b*

IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum. Et reliqua.

Homilia ſancti Hilarii Epiſcopi.

Can. 10. in Matth. circa medium.

INſtructos nos ſerpentis prudentia monet eſſe oportere. Hunc, antequam Adam traduceret, jam ſapientem Geneſis nuncupavit, & prudentiam ejus malignantis conſilii ordine docuit. Primum enim animam ſexus mollioris aggreſſus eſt, ſpe deinde illexit, & communionem immortalitatis ſpopondit, & per hæc tanta præmia, opus conſilii & voluntatis ſuæ geſſit. Pari igitur opportunitate introſpecta uniuſcujuſque & natura & voluntate verborum adhibenda prudentia eſt; ſpes bonorum futurorum revelanda, & cæleſtia perfectæ fidei præmia proferenda.

℟. Ego ſum vitis. xli.

Lectio viii.

ET quod ille mentitus eſt, nos prædicemus ex vero, ſecundum ſponſionem Dei, Angelis ſimilis futuros eſſe, qui credent, ut mentes plebium faciles & abſolutas, circumſævientibus licet lupis & hæreticis, promiſſis regnorum cæleſtium occupemus, & rerum fidem ſerpentis prudentia columbæ ſimplicitate tradamus.

℟. Candidi facti ſunt. xli.

Lectio ix.

MOnet etiam traditis abeſſe oportere curam reſponſionis,

nis, sed expectandum potius quid spiritus Dei suggerat. Quia fides nostra omnibus præceptis divinæ voluntatis intenta, ad responsionem scientiæ instruetur: in exemplo habentes Abraham, cui postulato ad hostiam Isaac, non defuit aries ad victimam.

Te Deum laudamus. 16.

FERIA SEXTA.

Sive Sexta die infra Octavam.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Maximi Episcopi.

De S. Cypriano, Homil. I.

Lectio iv.

IN Translatione beatissimi Januarii, fratres charissimi, universa nobiscum Christi exultat Ecclesia, quam in omne gaudium, & cælestis eruditione sermonis instruxit, & munere triumphalis sanguinis decoravit. Fuit enim in eo, sicut compertum habemus, & contra errores diaboli spiritalis sapientiæ plenitudo, & adversum persecutiones mundi, Christiani pectoris infatigata constantia. Quis non hujusmodi virum, quantis valet præcordiis prosequatur, cujus eloquentia inspirata divinitus & Ecclesia docuit, & sæculum confutavit?

℟. Lux perpetua. xl.

Lectio v.

VEre hic mirabilis, atque omnium ubique studiis celebrandus, quem sanctitas Sacerdotem, peritia Doctorem, fides Martyrem consecravit. Pretiosa, inquit David, in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Videte, carissimi, in quantum venerabilis Januarius etiam propheticam supergressus est laudem, cujus, in conspectu Domini non solum mors, sed vita extitit pretiosa. Moriendo namque, proprium Christo sanguinem dedit, vivendo nihilominus cohortatione fortissima, innumeros cælo Martyres acquisivit.

℟. In servis suis. xl.

Lectio vi.

QUid hoc clarius Sacerdote, qui inter hominum turbas gloria cælestis conversationis emicuit, atque inter Angelicos cœtus, & sua factus est & aliorum morte conspicuus? justissime hic cum Patriarcha David cantavit Domino Deo suo dicens: Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Exultavit itaque cor ejus in Deo vivo, cum morientis, ac morituri sæculi vanitate despecta, totum se divinis mancipavit obsequiis. Exultavit & caro ejus in Deo, quæ de hoc mundo non miseri corruptione languoris, sed piis pro religione suppliciis consecrata migravit.

℟. Filiæ Jerusalem. xl.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 10. *b*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Serm. 119. *de divers.*

AUdistis, fratres, cum sanctum Evangelium legeretur, quemadmodum Dominus noster Jesus Christus disciplina sua Martyres suos corroboraverit, dicens: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Considerate, fratres mei, quid faciat, si unus lupus inter multas oves veniat; quantacumque sint ovium millia, uno lupo in medio, turbabuntur, & si non omnes laniantur,

tur, omnes tamen ferrentur. Qualis ergo erat ista ratio, quale consilium, qualis potestas, nec lupum ad oves admittere, sed in lupos oves mittere? Mitto, inquit, vos sicut oves in medio luporum: non ad limites luporum, sed in medio luporum.

℟. Ego sum vitis. xli.

Lectio viii.

ERat ergo luporum agmen, oves paucæ. Cum enim multi lupi occiderunt paucas oves, conversi sunt lupi, & facti sunt oves. Audivimus ergo, quod monuit, qui coronas promisit, & agonem præmisit, & quia expectat certantes adjuvat laborantes. Cujusmodi certamen indixit? estote, inquit, astuti ut serpentes, & simplices sicut columbæ. Hoc qui intellexerit, & tenuerit, securus moritur. Quis autem securus moritur, nisi qui se sic noverit moriturum, ut mors in illo moriatur, vita coronetur?

℟. Candidi facti. xli.

Lectio ix.

QUapropter, charissimi, exponendum est nobis, quamvis hinc jam sæpius dixerimus, quid sit, simplices esse sicut columbæ, astuti ut serpentes. Si jam simplicitas columbarum indicta est nobis, astutia serpentis quid facit in columbæ simplicitate? Amo in columba, quod fel non habet, timeo in serpente, quod venenum habent. Noli ex omni parte horrere serpentem: habet quod oderis, habet quod imiteris. Serpens enim, cum fuerit senectute prægravatus, & senserit pondus vetustatis, coarctat se super cavernam; & ponit tunicam veterem, ut novus exultet. Imitare illum, Christiane, qui audis Christum dicentem: Intrate per angustam portam. Et Paulus Apostolus tibi dicit: Exuite veterem hominem cum actibus suis, & induite novum.

Te Deum laudamus. 16.

SABBATO,

Sive Septima die infra Octavam.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In ii. & iii. Noct. Lection. sumuntur ex die septima infra aliam Oct. ejusdem Sancti die 25. Sept. ut infra.

Respons. vero ex die Festo, ut supra.

DOMINICA II. MAJI.

Sive in die Oct. Translationis,

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

Lectiones vero secundi ac tertii Nocturni, sumuntur ex alia die Octav. Festi ejusdem Sancti die 26. Septembris, ut infra. Responsoria vero ut supra ex die Festo.

Nona Lectio de Homilia Dominicæ occurrentis, & de ea fit commem.

DIE X. MAJI.

In festo S. Job Prophetæ Confess. Semiduplex.

In primis Vesp. ad Magnificat, Antiphona. Cum audisset Job nuntiorum verba, sustinuit patienter, & ait: Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum aliquid contra Deum locutus est, alleluja.

Oratio.

DEus, qui nos beati Job Confessoris tui annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum nostrum.

Ec

Et fit commem. SS. Gordiani, & Epimachi Mart. Oratio propria ut in Breviario.

In primo Nocturno.

Incipit liber Job.

Lectio i. *Cap. 1.*

VIr erat in terra Hus nomine Job, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo. Natique sunt ei septem filii, & tres filiæ. Et fuit possessio ejus septem millia ovium, & tria millia camelorum, quingenta quoque juga boum, & quingentæ asinæ: ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.

℟. Si bona suscepimus de manu Dei: mala autem quare non sustineamus? * Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum, alleluja.

℣. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc. Dominus. *Lectio ii.*

ET ibant filii ejus, & faciebant convivium per domos, unusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent, & biberent, cum eis. Cumque in orbem transissent dies convivii mittebat ad eos Job, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo, offerebat holocausta pro singulis, dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus.

℟. Antequam comedam, suspiro, & tamquam inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor, quem timebam, evenit mihi: & quod verebar, accidit: nonne dissimulavi? nonne silui? nonne quievi? * Et venit super me indignatio.

℣. Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt a me. Et venit super me indignatio.

Lectio iii.

QUadam autem die cum venissent Filii Dei, ut assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan: Cui dixit Dominus: Unde venis? Qui respondens ait: Circuivi terram, & perambulavi eam. Dixitque Dominus ad eum: Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, ac rectus, & timens Deum, & recedens a malo? Cui respondens Satan, ait: Numquid Job frustra timet Deum? nonne tu vallasti eum, ac domum ejus, universamque substantiam per circuitum, operibus manuum ejus benedixisti, & possessio ejus crevit in terra? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.

℟. Quare detraxistis sermonibus veritatis: ad increpandum verba componitis, & subvertere nitimini amicum vestrum? * Verumtamen, quæ cogitatis, explete, alleluja.

℣. Quod justum est, judicate: & non invenietis in lingua mea iniquitatem. Verumtamen. Gloria Patri. Verumtamen.

In secundo Nocturno.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Papæ.

Lib. 2. cap. 1. *Lectio iv.*

SCriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur: ut interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus, quantum proficimus: ibi a profectu quam longe distamus: narrat au-

tem gesta Sanctorum, & ad imitationem corda provocat infirmorum: dumque illorum victricia facta commemorat, contra vitiorum prælia debilia nostra confirmat: fitque verbis illius, ut eo mens minus inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum fortium triumphos videt.

℟. Induta est caro mea putredine, & sordibus pulveris cutis mea aruit, & contracta est: * Memento mei Domine, quoniam ventus est vita mea, alleluja.

℣. Dies mei velocius transierunt, quam a texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe. Memento.

Lectio v.

NOnnunquam vero non solum nobis eorum virtutes asserit, sed etiam casus innotescit: ut & in victoria fortium, quid imitando arripere, & rursum videamus in lapsibus, quid debeamus timere. Ecce enim Job describitur tentatione auctus, sed David tentatione prostratus: ut & majorum virtus spem nostram foveat, & majorum casus ad cautelam nos humilitatis accingat. Quatenus dum illa gaudentes sublevant, ista metuentes premant: & audientis animus illinc spei fiducia, hinc humilitate timoris eruditus, nec temeritate superbiat, quia formidine premitur; nec pressus timore desperet, quia ad spei fiduciam virtutis exemplo roboratur.

℟. Paucitas dierum meorum finietur brevi: dimitte me Domine, ut plangam paululum dolorem meum * Antequam vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, alleluja.

℣. Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me? Antequam vadam.

Ex lib. 1. Moral. cap. 1.

Lectio vi.

VIr erat in terra Hus nomine Job. Idcirco Sanctus vir ubi habitaverit, dicitur, ut ejus meritum virtutis exprimatur. Hus namque quis nesciat, quod sit in terra Gentilium? Gentilitas autem eo obligata vitiis extitit, quo cognitionem sui Conditoris ignoravit. Dicatur itaque ubi habitaverit: ut hoc ejus laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim gravioris culpæ est, inter bonos bonum non esse, ita immensi est præconii bonum etiam inter malos extitisse.

℟. Non abscondas me Domine à facie tua: manum tuam longe fac a me: * Et formido tua non me terreat, alleluja.

℣. Corripe me Domine in misericordia, non in furore tuo; ne forte ad nihilum redigas me. Et formido.

Gloria Patri. Et formido.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap. 19.*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Expos. in Luc. lib. 8. n. 91. 92. 93.

BOnus ordo, ut vocaturus Gentes, & Judæos jussurus interfici, qui noluerunt regnare super se Christum, hanc præmitteret comparationem, ne diceret

ır : Nihil dederat populo
orum : unde poterat melior
ut quid ab eo , qui nihil
it , exigitur ? Non medio-
ista est mna , quam supra
:r Evangelica , quia non in-
, lucernam accendit , lu-
quærit admoto , gratulatur
tam .
Quis mihi tribuat , ut in in-
protegas me , & abscondas
donec pertranseat furor
Domine ? nisi tu qui solus
eus ? * Et constituas mihi
us , in quo recorderis mei ,
uja .
Numquid sicut dies hominis
tui , ut quæras iniquitatem
a , cum sit nemo , qui de
tua possit eruere . Et.

Lectio viii.

Enique ex una decem mnas
alius fecit , alius quinque .
asse istæ moralia habent , quia
que sunt corporis sensus ,
decem duplicia , idest my-
Legis , & moralia probita-
Unde & Matthæus quinque
ita , & duo talenta posuit :
uinque talentis ut sint mo-
, in duobus utrumque , my-
m , atque morale . Ita quod
ro inferius , re uberius .
Versa est in luctum cithara
, & organum meum in vo-
flentium : * Parce mihi
line , nihil enim sunt dies
, alleluja .
Cutis mea denigrata est su-
me , & ossa mea aruerunt .
e mihi.
ria Patri. Parce mihi.
*na Lectio de SS. Gordiano ,
Epimacho Martyr. ut in Bre-
io sed si transferri contingat ,
tur sequens .*

Lectio ix.

r hic possumus decem mnas ,
decem verba intelligere , idest
Legis Doctrinam ; quinque autem mnas magisteria disciplinæ . Sed legisperitum in omnibus volo esse perfectum ; non enim in sermone ; sed in virtute est Regnum Dei . Bene autem , quia de Judæis dicit , duo soli multiplicatam pecuniam deferunt ; non utique æris , sed dispensationis usuris . Alia est enim pecunia fœnebris , alia doctrinæ cælestis usura .

Te Deum laudamus. 16.

Ad Benedictus in Laud. Antiph.

In omnibus his non peccavit Job labiis suis , neque stultum aliquid contra Deum locutus est.

Et fit commem. SS. Mart. Gordiani , & Epimachi .

In secundis Vesp. Antiphona ad Magnificat , ut in primis .

DIE XVI. MAJI.

In festo S. Joannis Nepomuceni Presbyteri & Martyr.

Urbis Venetiarum Compatroni minus principalis.

Duplex majus.

Duplex vero minus pro Dominio Veneto , & alibi .

Ad Vesperas , Antiphona .

Interrogabat eum Rex, *cum reli. de Laudib. ut infra.*

Psalm. Dixit Dominus. *cum reli. de Dominica , & loco ultimi.*

Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes. 74.

Capitulum. *Eccli. 21. 28.*

Labia imprudentium stulta narrabunt : verba autem prudentium statera ponderabuntur : in ore fatuorum cor illorum : & in corde sapientium os illorum.

Hymnus.

Invictus Heros Numinis
Mergendus unda fluminis ,
Stat fortis in silentio
Dum sit sigilli mentio .
Hinc Rex minatur funera ;
Hinc terror infert vulnera ;

Manus ligantur funibus,
Artus cremantur ignibus.
Sed hæc Joannes despicit;
Nec Regis iram respicit:
Secreta non vult pandere:
Horret sigillum frangere.
Stat mutus Agnus innocens,
Nil de tegendis proferens:
Stat: dumque Rex nil elicit,
E ponte Justum dejicit.
Præceps ab alto sternitur,
Undis profundis mergitur;
Mersum sed applaudentibus
Undæ salutant ignibus.
Stellæ natant in flumine,
Illi parentant lumine;
Docetque cæli claritas,
Quæ sit Joannis charitas.
Da, sempiterna Trinitas,
Ut in bono sit firmitas:
Aut lacrymarum flumina
Mergant cadentum crimina.
Amen.

℣. Sacramentum Regis abscondere bonum est, alleluja.

℟. Opera autem Dei revelare honorificum, alleluja.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam: & in ipsa laudabo eum, alleluja.

Oratio.

DEus, qui ob invictum beati Joannis Sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam martyrii corona decorasti: da, ut ejus exemplo & intercessione ori nostro custodiam ponentes, Beatis, qui lingua non sunt lapsi, annumeremur. Per Dominum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Exultent in Domino Sancti, * Alleluja.

Psalm. Venite, exultemus. 2.

Hymnus.

IN profunda noctis umbra,
Et gravi caligine
Lustrat ædem flamma munda,
Sic jubente Numine.
Nocte nascitur Joannes,
Astra cælo devolant:
Nocte mergitur Joannes,
Astra funus apparant.
Hinc cor ejus igne flagrans
Fortis urit charitas:
Hinc ab ejus ore manans
Mira prodit suavitas.
Nunc amore cor bonorum
Ad salutem pertrahit:
Nunc timore cor malorum
A gehenna retrahit.
Pauperes solatur ære,
Derelictis subvenit:
Non sinit justos jacere;
Damna famæ præpedit.
Per Joannis sanctitatem,
O beata Trinitas,
Mentibus da puritatem,
Corde regnet charitas.
Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Erit lumen Israel in igne, & sanctus ejus in flamma, alleluja.

Psalmi de Communi unius Martyr. xxiii.

℣. Sacramentum Regis abscondere bonum est, alleluja.

℟. Opera autem Dei revelare honorificum, alleluja.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. *Cap.* 21. 26.

STultus a fenestra respiciet in domum: vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium: & prudens gravabitur contumeliis. Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientium os illorum. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur: & qui cum eo manserit, odiosus erit. Tacitus & sensatus honorabitur.

℟. Me-

℟. Metuebat Rex Joannem, * Sciens eum virum justum & sanctum, alleluja.

℣. Et custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Sciens.

Lectio ii. *Cap.* 28. 21.

Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Beatus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non est ligatus. Jugum enim illius, jugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est. Mors illius, mors nequissima: & utilis potius infernus, quam illa.

℟. Lex veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non est inventa in labiis ejus: in pace & in æquitate ambulavit mecum: * Et multos avertit ab iniquitate, alleluja.

℣. Labia enim Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus. Et multos.

Lectio iii.

Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum, & in flamma sua comburet justos. Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

℟. Sepivi aures meas spinis: * Et ori meo feci ostia & seras, alleluja.

℣. Beatus qui lingua sua non est lapsus, & qui non servivit indignis se. Et ori.

Gloria Patri. Et ori.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Non quæsivit a Domino ducatum, neque a Rege cathedram honoris, alleluja.

℣. Pone Domine custodiam ori meo, alleluja.

℟. Et ostium circumstantiæ labiis meis, alleluja.

Lectio iv.

Joannes Nepomuci Bohemiæ oppido, unde Nepomuceni cognomen duxit, a parentibus ætate provectis, non sine futuræ sanctitatis præsagio, flammis supra nascentis domum mirabiliter collucentibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidisset, beatæ Virginis ope, cui natum parentes referebant acceptum, e vitæ periculo evasit incolumis. Egregia indole piaque institutione cælestibus indiciis obsequente, inter sanctas religiosasque exercitationes pueritiam egit. Nam Ecclesiam frequenter adire, ac Sacerdotibus ad aras operantibus ministrare in deliciis habebat. Zatecii politioribus litteris ad humanitatem informatus, Pragæ vero gravioribus disciplinis excultus, philosophiæ, Theologiæ, sacrorumque Canonum magisterium & lauream emeruit. Sacerdotio initiatus, atque a scientia sanctorum ad lucra animarum rite comparatus, ministerio verbi Dei se penitus addixit. Cum igitur in vitiis extirpandis, & revocandis in viam salutis errantibus, eloquentiæ & pietatis ube-

res ederet fructus, inter Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis cooptatus, mox sibi demandatam Evangelii coram Rege Vvenceslao quarto prædicandi provinciam suscepit, eo successu, ut Joannis suasu multa Rex faceret, magnoque in honore ejus virtutes haberet. Conspicuas tamen, quas ille obtulit, dignitates, Dei Servus, ne a divini verbi præconio avocaretur, constantissime recusavit.

℟. Instans orationi, & ministerio Verbi, hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino, * Quia erat vir bonus & plenus Spiritu sancto. Alleluja.

℣. Et apponebatur multa turba Domino. Quia erat.

Lectio v.

Regiis illum eleemosynis in pauperes erogandis præfectum Joanna Regina conscientiæ sibi moderatorem adscivit. Cum autem Vvenceslaus ab officio suo institutoque decessisset, atque in vitia præceps abriperetur, piæ vero conjugis obtestationes & monita gravate ferret; contendere ausus est, ut in Sacramentali judicio Sacerdoti credita Reginæ arcana sibi à Joanne panderentur. At Dei minister blanditiis primum, tormentis deinde, & carceris squallore tentatus, nefariæ Regis cupiditati fortiter obstitit. Furentem tamen Vvenceslai animum cum ab execrando proposito nec humana nec divina jura deterrerent; supremum agonem, quem instare sibi Athleta Christi noverat, populo in concione de impendentibus etiam Regni calamitatibus admonito, non obscure prænuntiavit. Mox Boleslaviam profectus ad beatæ Virginis Imaginem antiquo cultu celebrem, cæleste præsidium ad certandum bonum certamen effusis precibu[s] imploravit. Inde vesperi revertentem in pervigilio Dominicæ Ascensionis Rex è fenestra conspicatus accersit: cumque vehementius urgeret, & proximam in aquis, si obluctari pergeret, submersionem intentaret, Joannes invicta constantia terrores minasque refutavit. Itaque Regis imperio in Moldavam flumen Pragam interfluens noctu dejectus, illustrem martyrii coronam est consecutus.

℟. Dispersit, dedit pauperibus: * Justitia ejus manet in sæculum sæculi. Alleluja.

℣. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Justitia.

Lectio vi.

Sacrilegum facinus clam patratum & Martyris gloriam insigne prodigium divinitus patefecit. Ubi enim exanime corpus secundo flumine vehi cœpit, ardentes faces aquis supernatantes apparuerunt. Quamobrem ex arena postridie mane corpus ereptum, Canonici deinde, Regis iram nihil timentes, in Metropolitanam Ecclesiam solemni pompa intulerunt, & sepulturæ mandarunt. Cum autem in dies invicti Sacerdotis memoria miraculis & maxima fidelium, eorum præcipue qui fama periclitantur, veneratione cresceret; post annos demum amplius tercentos in juridica recognitione Corporis, quod sub humo tamdiu jacuerat, lingua ejus incorrupta & vivida reperta est; quæ sexto post anno Judicibus a Sede Apostolica delegatis exhibita, novo prodigio repente intumuit, subobscurum ruborem in purpureum commutavit. His itaque aliisque signis rite probatis, Benedictus decimus tertius Pontifex Maximus die decimanona mensis Martii anno salutis

lucis millesimo septingentesimo vigesimo nono primum hunc Sacramentalis sigilli Assertorem, arcani fidem sanguine obsignantem, Sanctorum Martyrum Catalogo adscripsit.

℟. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: * Propter quod vigilate. Alleluja.

℣. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter. Gloria Patri. Propter.

In tertio Nocturno.

Antiph. Igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas. Alleluja.

℣. Dixi: Custodiam vias meas. Alleluja.

℟. Ut non delinquam in lingua mea. Alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 11.

IN illo tempore: Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex Discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

In Evang. Homilia 6.

DIscessis Joannis Discipulis, quid de eodem Joanne turbis dicat, audiamus. Quid existis videre in desertum? Arundinem vento agitatam? Quod videlicet, non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem, nisi carnalis animus designatur? qui mox ut favore vel detractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura favoris flaverit, hilarescit & extollitur: sed si inde ventus detractionis eruperit, unde aura laudis veniebat, mox hunc quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat.

℟. Cum corriperetur ab illo de omnibus malis quæ fecit Rex, adjecit & hoc: * Et inclusit Joannem in carcere. Alleluja.

℣. Laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Et inclusit.

Lectio viii.

SEd arundo agitata vento Joannes non erat, quia hunc nec blandum gratia, nec cujuslibet detractionis ira asperum faciebat: nec prospera hunc erigere, nec adversa noverant inclinare. Arundo ergo vento agitata non erat, quam ab statu sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Discamus ergo, fratres charissimi arundinem vento agitatam non esse: solidemus animum inter auras linguarum positum, stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram provocet, atque ad remissionem inutilis gratiæ nullus favor inclinet. Non nos prospera elevent, non adversa perturbent: ut qui in soliditate fidei figimur, nequaquam rerum transeuntium mobilitate moveamur.

℟. Reddidit Deus Justo mercedem laborum suorum, & deduxit illum in via mirabili: * Et fuit illi in velamento diei, & in luce stellarum per noctem. Allel.

℣. Transvexit illum per aquam nimiam, inimicos autem illius demersit. Et fuit.

Gloria Patri. Et fuit.

Lectio ix.

ADhuc autem de ejus expressione subjungitur: sed quid existis videre in deserto hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum

gum sunt. Camelorum enim pilis, ut scitis, vestitus Joannes fuisse describitur. Et quid est dicere: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt; nisi aperta sententia demonstrare, quia non cælesti, sed terreno Regi militant ii, qui pro Deo perpeti aspera fugiunt, & solis exterioribus dediti, præsentis vitæ mollitiem & delectationem quærunt? Te Deum laudamus. 16.

A D L A U D E S,

& per Horas, Antiphona.

INterrogabat eum Rex multis sermonibus: At ille nihil illi respondebat. Alleluja.

Psal. Dominus regnavit, *cum rel. de Laudibus.* 17.

Antiph. Rex dixit: Ne abscondas à me verbum, quod te interrogo. Dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Alleluja.

Antiph. Affirmabat Rex, se divitem & beatum facturum: Non obedio præcepto Regis, sed præcepto legis, quæ data est nobis, alleluja.

Antiph. Tunc Rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius desævit. Alleluja.

Antiph. Beatus, qui lingua sua non est lapsus, & qui non servivit indignis se. Alleluja.

Capitulum. *Eccli.* 21.

LAbia imprudentium stulta narrabunt, verba autem prudentium statera ponderabuntur: in ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientium os illorum.

Hymnus.

VIx in sepulchro conditur,
Signis Joannes proditur:
Per cratium repagula
Interminicant miracula.
Hic ejus hostes illico
Pudore mœsti publico,
Ultrice dextra Numinis,
Pœnas rependunt criminis.
Hic damna rerum flentibus,
Famæve conquerentibus
Abducta res revertitur,
Ablata fama redditur.
Hic corpus ægritudines,
Tempus vicissitudines,
Periculum securitas,
Mortem fugit mortalitas.
Hic viva lingua Martyris,
Sed muta, voce sanguinis
Clamans, ut Abel, improbat,
Regisque crimen exprobrat.
Unius ò da Trinitas,
Triumque simplex Unitas,
Ut, qui Joanni supplicant,
Id impetrent quod flagitant.
Amen.

℣. Posui ori meo custodiam, alleluja.

℟. Cum consisteret peccator adversum me, alleluja.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles, alleluja. *Oratio.*

DEus, qui ob invictum beati Joannis Sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam martyrii corona decorasti: da, ut ejus exemplo & intercessione ori nostro custodiam ponentes, Beatis, qui lingua non sunt lapsi, annumeremur. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona. Rex dixit.

Capitulum. Labia imprudentium *ut supra.*

℟. *br.* Sacramentum Regis, Abscondere bonum est. * Alleluja, alleluja. Sacramentum.

℣. Opera autem Dei revelare honorificum. Alleluja alleluja. Gloria Patri. Sacramentum.

℣. Pone Domine custodiam ori meo, alleluja.

℟. Et ostium circumstantiæ labiis meis, alleluja.

Ad

Ad Sextam, Antiphona.
Affirmabat Rex.
Capitulum. *Eccli.* 28.
SEpi aures tuas spinis: linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras.
℟. *br.* Pone Domine Custodiam ori meo. * Alleluja, alleluja. Pone.
℣. Et ostium circumstantiæ labiis meis. Alleluja, alleluja.
Gloria Patri. Pone Domine.
℣. Dixi: Custodiam vias meas, alleluja.
℟. Ut non delinquam in lingua mea, alleluja.
Ad Nonam, Antiphona.
Beatus.
Capitulum. *Eccli.* 28.
AUrum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos: & attende ne forte labaris in lingua.
℟. *br.* Dixi Custodiam vias meas. * Alleluja alleluja. Dixi.
℣. Ut non delinquam in lingua mea. Alleluja, alleluja.
Gloria Patri. Dixi.
℣. Posui ori meo custodiam, allel.
℟. Cum consisteret peccator adversum me, alleluja.
In secundis Vesperis, Antiphonæ & Psalmi ut in 1. Vesperis; & loco ult. Psalm. Credidi.
Capitulum. Labia imprudentium. *ut suprà.*
Hymnus.
JAm faces Lictor ferat, & minantem
Jam ferox ensem, rabidumque tortis
Vinculis ferrum, sacra ni Sacerdos
Abdita pandat.
Sentiet vires, animæque magnæ
Prodigum pectus: violentus ira
Non quatit recti solida tenacem
Mente satelles.
En ruit præceps tumulatus unda
Martyr, & fluctu placido silentem
Naufragus linguam melioris ævi
Servat in usum.
At superjectæ facili natantes
Amne discurrunt, rutilantque circa
Martyrem flammæ: bene gesta plaudens
Ornat Olympus.
Ornat & Linguam, rosei instar ignis
Vividam servans, & adhuc rubentem,
Indicat quænam fuerit tacentis
Gratia linguæ.
Sit decus Patri, Genitoque, Sanctum
Spiritum laudent, ab utroque puris,
Qui calet flammis, sine fine psallens
Orbis uterque.
Amen.
℣. Posui ori meo custodiam. Allel.
℟. Cum consisteret peccator adversum me. Alleluja.
Ad Magnificat, Antiphona.
In conspectu potentium admirabilis ero, facies principum mirabuntur me: tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient. Alleluja.
Oratio. Deus, qui ob invictum. *ut supra.*
Deinde fit commem. S. Paschalis, ut in Breviario.
In Dominio Veneto, & alibi fit à Capitulo de S. Paschale cum commem. S. Joannis.

DIE XVII. MAJI.

Aliud Officium S. Joannis Nepomuceni Martyris.
Duplex. *Oratio.*
DEus, qui ob invictum beati Joannis Sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam martyrii corona decorasti: da nobis ejus intercessione & exemplo, lin-

linguam caute custodire, ac omnia potius mala, quam animæ detrimentum, in hoc sæculo tolerare. Per Dominum.

In i. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno, Lectiones. Joannes Nepomuci, &c. *sumuntur, ut supra in proprio.*

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. Nihil est opertum. *de Communi unius Mart.* xxxvii.

DIE XXI. MAJI.

In festo S. Felicis a Cantalicio Confess. Semid.

Pro tota Italia & Insulis adjacentibus.

Duplex pro Dominio Veneto.

In Hymno, Iste Confessor. *mutatur tertius Versus.*

Oratio.

FAc nos, Domine Jesu, in simplicitate & innocentia cordis nostri ambulare: quarum amore de sinu Matris inter beati Felicis Confessoris tui brachia descendisti: Qui vivis & regnas.

Et fit commem. S. Bernardini Senensis. Confessoris; Antiph. Hic vir despiciens.

℣. Justum deduxit.

Oratio. Domine Jesu. *ut in Brev.*

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

FElix à Cantalicio, in Sabinis humilibus, sed piis parentibus natus, à puero pascendis gregibus, mox & agro colendo addictus, multo impensius rerum cælestium meditatione animum nutrire, & corpus assiduis vigiliis ac jejuniis domare cœpit, Ereniticam agens vitam potius quam rusticam. Ferventiores autem in Deum pietate incensus, cum non posset quotidie, ut optabat, sacris Mysteriis interesse, Grege ad loca solitaria compulso, ipsimet te Crucem arborum corticibus incisam diu orare, seque acriter flagellare consueverat; sed & aliquando glebas in agro vertere, simulque Sacris in Templo adesse visus est. Alias inter aratdum furentibus, quos junxerat, indomitis juvencis; humi stratus, & aratro superducto plane proscindendus, lacerata duntaxat veste, surrexit illæsus. Quo periculo, ut ad tutiorem regularis disciplinæ palæstram vocaret jam pridem Deo pareret, admonitus; rustica suppellectili pauperibus distributa jussa, ad Fratres Minores, quos Capuccinos vocant, propere se contulit.

℟. Honestum fecit. lxxxiii.

Lectio v.

ADhuc tyro, necdum vota solemnia professus, religiosæ perfectionis apicem jam attigisse videbatur. Obedientiæ sedulus cultor, ad præcipientis non modo verbum, sed etiam nutum præsto erat. Seque Cœnobii jumentum dictitans, vilissima quæque ministeria semper arripuit; ac ludibria & contumelias hilari vultu excipiebat. Paupertatis quam esset studiosus, illustri documento Deus ipse declaravit. Ostiatim enim per vicos & plateas alendis Fratribus mendicans (quod ille munus per annos quadraginta nudis fere semper pedibus obivit) cum die quadam insueto pondere se opprimi sentiret, manticam scrutatus, injectum clam nummum deprehendit: quo projecto, nec sine indignatione proculcato, alacer & levis inde abiit. Castitatem, quam usque ad obitum servavit illibatam, sanctus corpore & spiritu à Paulo quinto propterea appellatus, vigili oculorum custodia & voluntario cor-

Corporis cruciatu communivit; asperrimo flagello se quotidie cruentans, a ferreo cilicio constrictus septem etiam Urbis Basilicas identidem invisens. Jejunia Ordinis inedia quandoque cumulavit. Lectus ejus doloris potius quam quietis erat; brevem quippe somnum, flexis nuda super tabula genibus, ac fasce sarmentorum capiti supposito, capiebat. ℟. Amavit eum. lxxxiii.

Lectio vi.

Vitæ austeritate sibi asper, aliis charus acceptusque, sanctis præsertim Carolo & Philippo Nerio, simplicitate atque innocentia semper fuit. In oratione pernoctans, dulcissimam frequenter extasim est passus: & aliquando in ulnis suis reclinatum à Virgine Matre puerum Jesum suavissime complecti meruit prophetiæ gratia & miraculorum clarus, demortuum etiam filium Matri vivum restituit. Meritorum tandem in bona senectute cumulatus, secunda (ut prædixerat) Feria Pentecostes, ad cælestem patriam, Deipara invitante, lætus abiit. Ejus corpus in Ecclesia sui Ordinis summa Urbis veneratione colitur, Domino crebris miraculis servi sui sanctitatem illustrante: quem propterea Urbanus Papa octavus Beatorum, Clemens vero undecimus Sanctorum fastis adscripsit.

℟. Iste homo lxxxiii.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap. 11.*

In illo tempore; Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. 9. de Verbis Domini.

Omnia sæva & immania, prorsus facilia & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam, quantum potuit cupiditas, facit? quam facile toleratur quælibet adversitas temporalis, ut æterna pœna vitetur, & æterna requies comparetur? Non immerito ille vas electionis cum ingenti lætitia dixit: Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad superventuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Ecce unde illud jugum suave est, & sarcina levis, & si angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Psalmista: Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. ℟. Iste est. lxxxvi.

Lectio viii.

Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. Propter quod ita divinæ pietatis dispensatione actum est, ut interior homo, qui renovatur de die in diem, non adhuc sub lege positus, sed jam sub gratia exoneratus sarcinis innumerabilium observationum, quod erat revera grave jugum, sed duræ cervici convenienter impositum, facilitate simplicis fidei, & bonæ spei, & sanctæ charitatis, quidquid molestiarum exteriori homini forinsecus intulisset ille Princeps, qui missus est foras, interiori gaudio leve fieret.

℟. Sint lumbi vestri. lxxxvi.

Lectio ix.

Nihil enim tam facile est bonæ voluntati, quam ipsa sibi, & hæc sufficit Deo. Quantumlibet ergo sæviat iste Mundus

dus, verissime Angeli, nato in carne Domino, clamaverunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: quia ejus, qui natus erat, suave jugum est, & sarcina levis. Et sicut dicit Apostolus: Fidelis Deus qui nos non sinit tentari supra id quod possumus ferre: sed facit cum tentatione etiam exitum: ut possimus sustinere.

Te Deum laudamus. 16.

DIE XXIII. MAJI.

In festo S. Jeremiæ Prophetæ Martyr. Semiduplex.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: ut intercedente beato Jeremia Martyre tuo, & a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.

In primo Nocturno.

Incipit Jeremias Propheta.

Lectio i. *Cap.* 1.

VErba Jeremiæ filii Helciæ de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anatoth in terra Beniamin. Quod factum est verbum Domini ad eum, in diebus Josiæ filii Amon Regis Juda, in tertiodecimo anno Regni ejus. Et factum est in diebus Joakim filii Josiæ Regis Juda usque ad consummationem undecimi anni Sedeciæ filii Josiæ Regis Juda usque ad transmigrationem Jerusalem in mense quinto. Et factum est Verbum Domini ad me dicens: Priusquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de vulva, sanctificavi te, & Prophetam in Gentibus dedi te. Et dixi: A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

℟. Beatus vir. xxxix.

Lectio ii.

ET dixit Dominus ad me: Noli dicere, Puer sum, quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis, & universa quæcumque mandavero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, ut eruam te: Dicit Dominus. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me; Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super Gentes, & super Regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Et factum est verbum Domini ad me dicens: Quid tu vides Jeremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me: Benè vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illud. Et factum est Verbum Domini secundo ad me dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego video, & facies ejus a facie Aquilonis.

℟. Tristitia vestra. xxxix.

Lectio iii.

ET dixit Dominus ad me: Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ. Quia ecce ego convocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus, & venient, & ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem, & super omnes muros ejus in circuitu, & super universas urbes Juda. Et loquar judicia mea cum eis, super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libaverunt diis alienis, & adoraverunt opus manuum suarum. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum; nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam

bro Ecclesiastici.

Cap. 51.

› nomen tuum assiduè, laudabo illud in con- & exaudita est oratio liberasti me de perdi- eripuisti me de tem- o. Propterea confite- udem dicam tibi, & be- mini Domini. Cùm ad- essem, priusquam ober- quæsivi sapientiam palam : mea. Ante templum ı pro illa, & usque in inquiram eam. Et ef- iquam præcox uva: læ- cor meum in ea. Am s meus iter rectum, à mea investigabam eam. modicè aurem meam, illam. Multam inveni › sapientiam, & mul- ci in ea.

us Spiritu Sancto beatus ascensiones suas dispo- le suo: * Et totis visceri- at Dominum, alleluja. ci Spiritus Domini sa- & prudentiam multam latitudinem cordis. Et ribus diligebat.

Lectio ii.

mihi sapientiam, dabo am. Consiliatus sum e- rem illam: zelatus sum non confundar. Col- anima mea in illa, & › eam confirmatus sum. as extendi in altum, & n ejus luxi. Animam xi ad illam, & in agni- ni eam. Possedi cum b initio: propter hoc quar. Venter meus con- t quærendo illam: pro- am possidebo possessio- it mihi Dominus lin- edem meam: & in ipsa m.

℟. Spiritus Sanctus à throno pro- cedens, illius cor penetravit, * Novo sanctificationis signo, alleluja.

℣. Advenit ignis divinus, con- fringens, urens, & illuminans: & tribuit ei charismatum dona. Novo.

Lectio iii.

APpropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ. Quid adhuc retarda- tis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer. Ape- rui os meum, & locutus sum: Comparate vobis sine argento, & collum vestrum subjicite jugo, & suscipiat anima vestra disci- plinam: in proximo est enim in- venire eam. Videte oculis ve- stris, quia modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem. As- sumite disciplinam in multo nu- mero argenti, & copiosum au- rum possidete in ea. Lætetur ani- ma vestra in misericordia ejus, & non confundemini in laude ipsius. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

℟. Amore vulneratus languebat jugiter, dicens: * Quis me separa- bit à charitate, alleluja.

℣. Certus sum enim, quia ne- que mors, neque vita poterit me separare à charitate Dei: quo- niam ipse in me manet, & ego in eo. Quis.

Gloria Patri. Quis.

In secundo Nocturno, Antiph. Quam dilecta tabernacula tua Domine: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini, al- leluja.

℣. Unam petii a Domino, hanc requiram, alleluja.

℟. Ut inhabitem in domo Do- mini, alleluja.

Le-

Lectio iv.

PHilippus Nerius, piis honestisque parentibus Florentiæ natus, ab ipsa ineunte ætate non obscura dedit futuræ sanctitatis indicia. Adolescens, ampla patrui hæreditate dimissa, Romam se contulit, ubi Philosophia ac sacris litteris eruditus, totum se Christo dicavit. Ea fuit abstinentia, ut sæpè jejunus triduum permanserit. Vigiliis & orationibus intentus, septem Urbis Ecclesias frequenter visitans, apud cœmeterium Callisti in cælestium rerum contemplatione pernoctare consuevit. Sacerdos ex obedientia factus, in animarum salute procuranda totus fuit: & in confessionibus audiendis ad extremum usque diem perseverans, innumeros penè filios Christo peperit: quos verbi Dei quotidiano pabulo, Sacramentorum frequentia, orationis assiduitate, aliisque piis exercitationibus enutriri cupiens, Oratorii Congregationem instituit.

℟. Oculis & manibus in cælum semper intentus, * Invictum ab oratione spiritum non relaxabat, alleluja.

℣. Clamans clamabat ad Dominum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Invictum.

Lectio v.

CHaritate Dei vulneratus languebat jugiter: tantoque cor ejus æstuabat ardore, ut cùm intra fines suos contineri non posset, illius sinum, confractis atque elatis duabus costulis, mirabiliter Dominus ampliaverit. Sacrum vero faciens, aut ferventius orans, in aera quandoque sublatus, mira undique luce fulgere visus fuit. Egenos & pauperes omni charitatis officio prosequebatur: dignus qui & Angelo in specie pauperis eleemosyn erogaret, & dum egentibus no panem deferret, in foveam lapsu inde pariter ab Angelo incol mis eriperetur. Humilitati ad ctus, ab honoribus semper a horruit, atque Ecclesiasticas d gnitates, etiam primarias, n semel ultro delatas, constanti simè recusavit.

℟. Obitum suum longè ante pr scivit, dixitque Fratribus: * C pio dissolvi, & esse cum Chri sto, alleluja.

℣. Interiora mea intra me efferbu runt absque ulla requie. Cupi dissolvi, & esse.

Lectio vi.

PRophetiæ dono fuit illustris & in animorum sensibus pe netrandis mirificè enituit. Virginitatem perpetuo illibatam se vavit: idque assecutus est, u eos qui puritatem colerent, e odore: qui verò secus, ex fœ tore dignosceret. Absentibus in terdum apparuit, iisque pericli tantibus opem tulit. Ægrotos pl rimos, & morti proximos sa tati restituit. Mortuum quoq ad vitam revocavit. Cælestiu spirituum, & ipsius Deipar Virginis frequenter fuit appari tione dignatus, ac plurimoru animas splendore circumfusas i cælum conscendere vidit. Dem que anno salutis millesimo quin gentesimo nonagesimo quinto, c ctavo Kalendas Junias, in quam diem inciderat festum Corporis Christi, Sacro maxima spiritu exultatione peracto, ceterisqu functionibus expletis, post me diam noctem, qua prædixerat ho ra, octogenarius obdormivit i Domino. Quem Gregorius dec musquintus miraculis clarum i Sanctorum numerum retulit.

℟. Hodie Philippus migravit sæculo, gemma Sacerdotum: * Pe quem

quem in cælo viventem tanta miracula coruscant.

℣. O Virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum. Per quem.

Gloria Patri. Per quem.

In iii. Nocturno, Antiphona. Congregate illi sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia, alleluja.

℣. Memento Congregationis tuæ, alleluja.

℟. Quam possedisti ab initio, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. *Cap.* 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Expos. in Luc. lib. 7. v. 131. 132.

BEati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes. In superioribus vigilare nos voluit, per omnia expectantes momenta Domini Salvatoris adventum, ne dum aliquis remittit & negligit, de die in diem opera sua differens, judicii futuri die, vel propria morte præventus, meritum suæ commendationis amittat. Et illa quidem in omnes præcepti forma generalis: (quod si dixerit servus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire) verum sequentis exemplis dispensatoribus, hoc est, Sacerdotibus videtur esse proposita, quo sciant sibi gravem in futurum pœnam esse subeundam, si sæcularibus intenti deliciis familiam Domini plebemque commissam sibi gubernare neglexerint. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis.

℟. Domus mea, domus orationis vocabitur: * In ea omnis qui petit, accipit, & qui quærit, invenit, & pulsanti aperietur, alleluja.

℣. Lætificabo eos in domo orationis. In ea omnis qui petit, accipit, & qui quærit, invenit, & pulsanti aperietur.

Lectio viii.

SEd quia exiguus est profectus, & parva meritorum gratia, supplicii metu ab errore revocari, majorque prærogativa charitatis & amoris est; Dominus ad promerendam sui gratiam studia nostra acuit, & adquirenda cupiditate divinitatis inflammat, dicens: Ignem veni mittere in terram. Non utique illum ignem consumptorem bonorum, sed bonæ voluntatis auctorem, qui aurea Dominicæ domus vasa meliorat, fœnum vero consumit & stipulam, ac sæcularia omnia mundi voluptate concreta, perituræque opus carnis exurit ille ignis divinus, qui flammigerabat in ossibus Prophetarum, sicut Sanctus Jeremias dixit: Quia factus est sicut ignis ardens flammigerans in ossibus meis. Est enim ignis Domini, de quo dictum est: Ignis ante eum ardebit.

℟. Obsecro itaque, filii, orationes fieri, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus: * Et diligite decorem domus Dei, alleluja.

℣. Manete in vocatione, attendite lectioni, exhortationi, & doctrinæ: conversationem inter gentes habete bonam. Et diligite decorem.

Gloria Patri. Et diligite.

Lectio nona pro S. Eleutherio ut in Breviario.

nunc fulserit. In eo, adjunctis regni curis, regiæ virtutes emicuere: magnanimitas, clementia, justitia, & præ ceteris Catholicæ Fidei zelus, ejusque religiosi cultus tuendi ac propagandi ardens studium. Id præstitit in primis hæreticos insectando, quos nullibi regnorum suorum consistere passus, propriis ipse manibus ligna comburendis damnatis ad rogum advehebat. Præstitit insuper in erigendis, dotandis, & consecrandis Christiano ritu Cordubensi, Giennensi, Hispalensi, & aliarum urbium Ecclesiis, Maurico ereptarum jugo, simulque in instaurandis primariis templis, Toletano, Burgensi, & aliis pia & regia munificentia.

℟. Honestum fecit. lxxxiii.

Lectio v.

INter hæc, per Castellæ & Legionis Regnum, in quo patri Alfonso successerat, collectis magnis exercitibus annuas expeditiones contra Saracenos Christiani nominis hostes suscepit. In quibus ut semper vinceret, præcipui exercitus fuere preces piissimi Regis ad Deum fusæ, & quod ante pugnam, ut sibi Deum propitiaret, flagris in se sæviebat, atque aspero cilicio muniebat corpus: sicque insignes contra ingentes Maurorum acies victorias reportavit, & plures urbes Christiano cultui imperioque restituit: & conquisitis Giennii, Cordubæ, & Murtiæ Regnis, ac Granatensi vectigali facto, ad expugnandam Hispalim, primariam Bœticæ urbem, hortante in visione (ut traditum est) beato Isidoro, olim illius urbis Episcopo, victricia signa transtulit. In ea obsidione (ut fertur) præsentem divinam opem habuit; nam ferream catenam, quæ super Bœtim transversum extent Mahometanis pro repagulo era coorto validiori vento, una navibus regiis, Regis jussu delata, tanto impetu fregit, longius prætervecta; pontemque ligneum & simul spes Maurorum obruperit, & ad deditinem coegerit.

℟. Amavit eum. xxxiii.

Lectio vi.

TOt victorias beatæ Virgi Mariæ patrocinio ferebi acceptas; cujus imaginem secu in castris habens, peculiari cu tu prosequebatur. Capta Hispa li, prima Religionis cura fuit nam templum Maurorum ... tum, & Christianorum ... tum sacris, insigni Archiepisco patu, & honestissimo Canonico rum & Dignitatum Collegio regia & religiosa liberalitate exo navit. Alia deinde in urbe tem pla & cœnobia erexit: inter qu pietatis officia, dum trajicere Africam parat, Mahometanu in ea imperium eversurus, a cælestem regiam vocatur. In ex tremo vitæ agone sacram Eu charistiam pro Viatico allatam fune ad collum alligato, & hu mi stratus, cum lacrymis ube tim fusis adorans, eaque digni reverentiæ, humilitatis, & Ca thólicæ Fidei obtestationibus ac cepta, obdormivit in Domino. Jacet ejus corpus incorruptum adhuc post quatuor sæcula; in templo maximo Hispalensi, ho norificentissimo inclusum sepul chro.

℟. Iste homo perfecit. lxxxiii.

In iii. Noct. Homil. venerabili Bedæ Presbyt. in Evang. Nolite timere. xci.

Nona Lect. & commemor. S. Felicis Papæ & Martyr. ut in Breviario.

[redacted]

proficiamus exemplo .
inum.
ommemor. S. Eleutherii,
na. Qui odit.
; ut palma.
nfirmitatem. xxxii.
ertiam, *Antiphona.*
t cor meum.
um. *Rom. cap. 5.*
tas Dei diffusa est in
libus nostris per inhabi-
piritum ejus in nobis.
lunc manent tria hæc,
es, charitas. * Allelu-
uja. Nunc.
r autem horum est cha-
leluja, allel.
atri. Nunc.
amini charitatem, al-

ilamini spiritualia, al-

Sextam, *Antiphona.*
um & caro mea.
um. *Joann. 1. 3.*
viderit fratrem suum ne-
sitatem habere, & clau-
era sua ab eo, quomo-
tas Dei manet in eo?
Filioli mei: non diliga-
o, neque lingua. * Al-
llel. Filioli.
opere & veritate. Alle-
eluja.
Patri. Filioli.
oc cognoscimus, allel.
iiam ex veritate sumus,

Nonam, *Antiphona.*
caro mea.
um. *1. Cor. 13.*
tas patiens est, benigna
, non æmulatur, non
peram, non inflatur,
ambitiosa, non quærit
i sunt, sed quæ Jesu

i hoc scimus, quoniam
ius eum, si mandata ejus

observemus. * Alleluja, alleluja. In hoc.
℣. Qui dicit se nosse eum, & mandata ejus non custodit, mendax est. Alleluja, allel.
Gloria Patri. In hoc.
℣. Qui autem servat verbum ejus, alleluja.
℟. Vere in hoc charitas Dei perfecta est, alleluja.
In ii. Vesper. omnia ut in I.
℣. Memento Congregationis tuæ, alleluja. ℟. Quam possedisti ab initio, alleluja.
Ad Magnificat, Antiphona.
Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos, allel.
Oratio ut supra.
Et fit commem. seq. & S. Joannis Papæ & Martyr. ut in Breviario.

DIE XXX. MAJI.

In festo S. Ferdinandi III. Confessoris Castellæ & Legionis Regis cognomento Sancti. Duplex.

Oratio.

DEus, qui beato Confessori tuo Ferdinando præliari prælia tua, & Fidei inimicos superare dedisti: concede; ut ejus nos intercessione muniti, ab hostibus mentis & corporis liberemur. Per Dominum.

Deinde fit commem. S. Felicis Papæ & Mart. ut in Breviario.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

FErdinandus Tertius Castellæ & Legionis Rex, cui Sancti cognomentum jam inde à quatuor sæculis Ecclesiasticorum & sæcularium consensus dedere, tantum prudentiæ adolescens adhuc specimen præbuit, ut Berengaria mater, Castellæ Regina, à qua persanctè educatus fuerat abdicatum à se regnum in filium tran-

lentes Deo, seque invicem confortantes, flexis genibus deprecabantur; Domine Jesu Christe Deus Omnipotens dirige sanctum Angelum tuum ad auxilium nostrum, ut confundantur omnes, qui Adorant sculptilia. Ac deinde, impavidi pridie Kalendas Junii sacras cervices ferro præcidendas constantissime obtulerunt: Quorum corpora Zeno presbyter aromatibus condita prope ejusdem Chrysogoni sepulchrum tumulavit.

℟. Filiæ Jerusalem. lx.

In tertio Nocturno, Homilia S. Augustini Episcopi in Evangel. Ego sum Vitis, vos. lxiv.

In Laudib. commem. S. Petronillæ Virg. Antiph. Simile est.

℣. Diffusa est gratia.

Oratio. Exaudi nos Deus.

E O D E M D I E.

B. Angelæ Merici Societ. S. Ursulæ Fundatric. Virgin. Duplex.

Oratio.

DEus, qui novum per beatam Angelam sacrarum Virginum Collegium in Ecclesia tua florescere voluisti: da nobis ejus intercessione angelicis moribus vivere: ut, terrenis omnibus abdicatis, gaudiis perfrui mereamur æternis. Per Dominum.

Deinde fit commem. S. Petronillæ Virg. Antiph. Simile est.

℣. Diffusa est gratia.

Oratio. Exaudi nos. *de Communi Virginis.*

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

ANgela Mericia Decentiani, Veronensis Diœcesis Oppido ad Lacum Benacum in Ditione Veneta, piis orta parentibus a prima ætate virginitatis lilium, quod perpetuo servare statuerat, sedula sepsit. Ab omni mulieb ornatu abhorrens egregiam vult formam, pulchramque cæsarie studiose fœdavit, ut cælesti dun taxat animarum Sponso placeret In ipso autem adolescentiæ flo parentibus orbata, austerioris vi tæ desiderio in desertum locum aufugere tentavit: sed ab avun culo prohibita novit præstare do mi quod in solitudine non licuit Cilicio ac flagellis frequenter us carnes nonnisi infirma valetudin vinum in Nativitatis & Resurre ctionis Dominicæ tantum cele britate, complures vero dies ni hil omnino degustavit. Oratio dedita brevissimum humi carpe bat somnum: Dæmonem vero sub lucentis Angeli forma sibi illude re conantem agnovit protinus, & conjecit in fugam. Tandem pa ternis bonis abdicatis, & habi tum ac regulam tertii Ordini sancti Francisci amplexa, evan gelicam paupertatem virginitati laudi conjunxit.

℟. Propter veritatem. cl.

Lectio v.

NUllum pietatis officium e ga proximos omittens, pa peribus quidquid sibi ex emend caro victu superesset, largiebatu libenter ministrabat ægrotis, pl raque cum magna sanctitatis fa ma peragravit loca, ut vel sol tio esset afflictis, vel reis venia impetraret, vel infensos invice reconciliaret animos, vel è vi riorum cœno scelestos revocare Angelorum pane, quem nor esuriebat, frequentissime refici tanta charitatis vi ferebatur i Deum, ut sæpius extra sensi raperetur. Sacra Palæstinæ loc summa cum religione obivit: qu itinere & visum, quem ad Cy donias appulsa oras amiserat, e dem regressa recuperavit, & ba

baro-

barorum captivitatem ac naufragium imminens divinitus evasit. Romam denique firmam Ecclesiæ Petram veneratura, & amplissimæ Jubilæi veniæ percupida, sedente Clemente septimo, accessit; quam Summus Pontifex allocutus, ejusdem Sanctimoniam suspexit, & commendavit summopere; nec ab Urbe ipsam abire ante permisit, quam alio cælitus vocatam agnovit.

℟. Dilexisti justitiam. cl.

Lectio vi.

BRixiam itaque, ubi domum ad sanctæ Aphræ templum conduxit, reversa, novam ibi Virginum Societatem, sicut cælesti voce ac visione mandatum sibi fuerat, sub certa disciplina sanctisque vivendi regulis constituit, quem sanctæ Ursulæ invictæ Virginum ducis patrocinio ac nomine insignivit: eam vero perennem futuram morti proxima prædixit. Tandem prope septuagenaria dives meritis evolavit in cælum sexto Kalendas Februarias anni millesimi quingentesimi & quadragesimi, cujus cadaver per ipsos triginta dies inhumatum, flexibile, ac vivo simillimum perseveravit. Demum in sanctæ Aphræ templo inter cæteras, quibus illud abundat, Sanctorum Reliquias reposito, plurima ad ejus sepulchrum agi statim cœpere miracula: quorum fama late diffusa, non Brixiæ modo & Decentiani, sed alibi etiam vulgo cœpit nuncupari Beata, ejusque imago æris imponi: imo sanctus ipse Carolus Borromæus non multis post annis dignam, quæ ab Apostolica Sede in sanctarum Virginum album referretur, Brixiæ palam asseruit. Cultum vero illi jamdiu a populis exhibitum, & tum locorum Ordinariis probatum, tum pluribus etiam summorum Pontificum Indultis munitum, Clemens Papa decimustertius solemni Decreto ratum habuit, ac confirmavit.

℟. Afferentur regi. ci.

In iii. Noct. Homil. in Evang. Simile erit regnum cælorum decem Virginibus. *ut in Communi Virg.* ciii.

In Laud. pro commem. S. Petronillæ, Antiph. Veni sponsa. ℣. Specie tua, & pulchritudine. *Oratio.* Exaudi nos Deus.

FESTA JUNII.

DIE II. JUNII.

In festo B. Jacobi Salomoni Confess. Ordinis Prædicator.

Duplex.

In Hymno, Iste Confess. *mutatur tertius Versus.*

Oratio.

DEus, qui nos beati Jacobi Confessoris tui annua solemnitate lætificas: concede propitius: ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Venetiis dicuntur Lectiones sequentes propriæ.

In aliis autem Diæcesibus leguntur de Scriptura occurrente.

In primo Nocturno.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio i. *Cap. 10.*

FInis legis, Christus, ad justitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniam justitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere: Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptura? Propè est verbum in

ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus.

℞. Euge serve bone. lxxx.

Lectio ii.

OMnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu; auditus autem per verbum Christi.

℞. Justus germinabit. lxxx.

Lectio iii.

SEd dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico: Numquid Israel non cognovit? Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam. Isaias autem audet, & dicit: Inventus sum à non quærentibus me; palàm apparui iis, qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

℞. Iste cognovit. lxxxi.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

JAcobus Salomonius Venetus, nobilissima Familia natus, in ipso ineuntis ætatis flore Parentibus orbatus, sub Aviæ disciplina mirificos in litteris ac pietate progressus fecit. Evangelico accepto consilio, ut nudus nudum Christum sequeretur, patrimonio in pauperes distributo, Prædicatorum Ordinem elegit; in quo sexaginta sex annis sanctissimè vixit, sola contemptione voluptatis, contentione virtutis, ad sancti Patris Dominici exemplar totum in sese exprimendum aspirans. Humilitatem adeò coluit, ut virtutes omnes, ac miracula, quæ ex Divina liberalitate in dies patrabat, diligentissimè absconderet. Charitate in Deum & proximos, præcipuè in pauperes, ita ardebat, ut Pater pauperum communi elogio diceretur. In assidua Divinarum rerum meditatione tanta animi voluptate perfundebatur, ut sæpè in extasim raptus immobilis omnino subsistebat. In ore ejus non nisi Deus ac Divina versabantur: hinc sæpe illud sancti Hieronymi usurpabat: Felix lingua, quæ non nisi de Divinis novit texere sermonem.

℞. Honestum fecit. lxxxii.

Lectio v.

VIrginitatem perpetuo illæsam custodivit; totamque vitam ab omni lethalis peccati labe immunem duxit. In nomine Jesu proferendo uberrimè flebat, quod etiam, cùm de Christi passione, Sanctorumque Martyrum, & præsertim sanctæ Ursulæ Sociarumque ejus sermo erat, præstabat. Secreta cordium ei divinitus revelata, prophetico spiritu donatus. In Sacramento Pœnitentiæ administrando, sæpè illius humeris insidens Columba, rostro in ejus aures immisso, sensibiliter apparuit: & in propriis miseriis, ceterorumque hominum culpis deflendis, ex ipsius oculis lacrymarum fontes scatebant. Animarum salutis negotium nunquam

Dei

Dei operoso Ministro fuit otiosum. In malorum tolerantia invictissimus: ulcus enim gravissimum, ipsius pectus assidue corrodens, ita quatuor annis occultavit, ut ne minimo quidem gemitu aut suspirio acerbissimum dolorem proderet: nec propterea quidquam de consueta sui corporis maceratione remitteret; jamque in ipso, ob decrepitam ætatem assiduamque ægritudinem semimortuo, solus Christus vivebat.

℟. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. lxxxiii.

Lectio vi.

SUi obitus diem Divina revelatione prædixit: qua adveniente, illico ex ulcere, quo pectus ejus graviter affligebatur, ita convaluit; ut ne exiguum quidem ejus vestigium in eo amplius appareret. Ecclesiasticis deinde Sacramentis munitus, dum una cum ceteris Fratribus alternis vicibus, defixis in cælum luminibus, Deo psalleret, ex corporeis vinculis lætissimus animus ad Superos evolavit, anno salutis millesimo tercentesimo quartodecimo, ætatis suæ octuagesimo tertio. Triduo Corpus ejus, ob advenientis Populi concursum, inhumatum, mirificum odorem spiravit, piis Fidelium manibus Beati vestium particulas decerpentibus, Miraculorum gloria illustris; & qui vivus multos juvit, mortuus indigentibus prodesse non destitit: Leprosos mundavit, surdis auditum, mutis loquelam, gressum claudis reddidit, patientibus dolores eripuit, narium ulcera sanavit, semivivam ad vegetam valetudinem reduxit, mortuos ad vitam revocavit: omnibus omnia factus, profusissimæ beneficentiæ præbuit exempla. Romæ sancti Sebastiani Templum clausis januis penetravit.

℟. Iste homo perfecit. lxxxiii.

In tertio Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evang. Sint lumbi vestri præcincti. *ut in Communi Confessoris non Pontif.* lxxxv.

DIE IV. JUNII.

In festo B. Francisci Caracciolo Confessoris. Duplex.

Oratio.

DEus, qui beatum Franciscum novi Ordinis institutorem orandi studio, & pœnitentiæ amore decorasti; da famulis tuis in ejus imitatione ita proficere, ut semper orantes, & corpus in servitutem redigentes ad cælestem Gloriam pervenire mereantur. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

FRanciscus dictus antea Ascanius, ex nobili Familia Caracciolo in Oppido sanctæ Mariæ de Villa in Aprutio ortus, a primis annis eximio enituit pietatis cultu. Adolescens unice Deo famulari exoptans, dum e gravi morbo convalesceret seculo valedixit. Mox Neapolim profectus, Sacerdotio initiatus, sacroque adscriptus sodalitio, contemplationi, lucrandisque animabus se totum devovit, ac extremo supplicio damnatis hortatorem se præbuit assiduum. Contigit autem, ut epistolium alteri destinatum ei per errorem redderetur, quo a piissimis Viris Joanne Augustino Adorno, & Fabricio Caraccinio ad novi religiosi Instituti fundationem vocabatur: rei novitate captus, & divinæ voluntatis demiratus consilia, alacri animo sese illis adjunxit. Conditis autem in Camaldulensium eremo, quo secesse-

cesserant, novi Ordinis legibus, inde Romam simul profecti confirmationem a Sixto quinto impetrarunt, qui eosdem Clericos Regulares Minores appellari voluit. Addito ad tria consueta altero de non ambiendis dignitatibus voto.

℟. Honestum fecit. lxxxiii.

Lectio v.

SOlemni emissa professione ob singularem ejus in divum Franciscum Assisinatem cultum Francisci nomen assumpsit. Adorno biennio post vita functo, ipse toti Religioni, quamquam invitus, præficitur: quo in munere virtutum omnium præclara præbuit exempla. Instituti amplificandi studiosissimus, id assiduis orationibus, lacrymis, & jugi corporis maceratione enixe a Deo postulabat. Quamobrem tertio in Hispaniam se contulit peregrini habitu indutus, victumque ostiatim mendicans. In itinere asperrima quæque perpessus omnipotentis auxilium mirum in modum expertus, navim quam conscenderat ab imminenti naufragio orationis præsidio servavit incolumen. Ut in Regnis illis voti compos fieret, plurimum laboravit, sed ejus sanctitatis fama prælucente, amplissimaque Catholicorum Regum Philippi secundi, & Philippi tertii munificentia adversariorum conatibus singulari animi fortitudine superatis, plura sui Ordinis domicicilia fundavit, quod pari eventu per Italiam præstitit.

℟. Amavit eum. lxxxiii.

Lectio vi.

HUmilitate adeo excelluit, ut Romam veniens in pauperum hospitio receptus se leproso sociaverit, & Ecclesiasticas dignitates a Paulo quinto sibi oblatas constantissime recusaverit. Illibatam perpetuo servavit virginitatem, effrontesque mulieres ejus castimoniæ insidiantes Christo lucrifecit. Erga divinissimum Eucharistiæ mysterium ardenti æstuans amore noctes pene integras in ejus adoratione insomnes ducebat, quod pium exercitium, veluti sui Ordinis tesseram in eo perpetuo servandum constituit. Deiparæ Virginis cultum impense fovit. In proximum eximia exarsit charitate. Prophetiæ dono & cordium scrutatione ditatus fuit. Quadragesimum quartum ætatis suæ annum agens, dum in sacra Lauretana Æde in oratione persisteret sibi vitæ finem imminere agnovit. Aprutium statim deflexit, & in Oppido Agnoni apud alumnos sancti Philippi Nerii morbo correptus, Sacramentis Ecclesiæ devotissime susceptis pridie nonas Junii anni millesimi sexcentesimi octavi in pervigilio festi Corporis Christi placidissime obdormivit in Domino. Sacrum ejus corpus Neapolim delatum in Ecclesia sanctæ Mariæ Majoris, ubi prima sui Ordinis jecerat fundamenta, honorifice conditum fuit. Eum postea miraculis clarum Clemens decimusquartus Pontifex maximus solemni ritu Beatorum albo adscripsit.

℟. Iste homo perfecit. lxxxiii.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangel. Sint lumbi vestri. *ut in Communi Conf. non Pontif.* lxxxv.

DIE VI. JANUARII.

In festo B. Bertrandi Patriarchæ Aquilejensis Confess.

Duplex. Oratio.

DEus, qui beatum Bertrandum pro Ecclesiæ suæ juribus ad mortem usque certantem invicta pastorali fortitudine roborasti;

rasti; præsta fidelibus tuis, ut ad pietatis, & religionis constantiam ejusdem informentur exemplis. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

BErtrandus Patriarcha Aquilejensis, natione Gallus, prope Cadurcum in Oppido sancti Ginesii, unde familiæ cognomen, nobilibus ortus parentibus, in sortem Domini vocatus, inter Canonicos Ecclesiæ Engolismensis Decanus fuit. Theologiæ vero, ac Juri Pontificio operam dedit eo successu, ut summum in utraque facultate gradum assequi, & in Academia Tolosana Sacros Canones interpretari meruerit. Mox Avenionem arcessitus Auditoris sacri Palatii munere decem & septem annos perfunctus est. His igitur aliisque nominibus præclare de Romana Ecclesia meritum Joannes vigesimus secundus ad Patriarchalem dignitatem evexit: qua suscepta Bertrandus in Italiam veniens optimi Pastoris formam exhibuit, partesque omnes diligentissimè implevit. Diœcesanam Synodum fermè quotannis, Concilia duo, Utini unum, alterum Aquilejæ ex universa Provincia coegit: sermonibus ad Clerum, ad Sanctimoniales, ad populum, sanctissima in primis vivendi ratione gregem sibi creditum ad christianam pietatem inflammabat.

℟. Inveni David. lxvi.

Lectio v.

BOnorum Ecclesiæ dispensator fidelis in pauperum usus ea largissime effudit, diuturnæ potissimum famis tempore, quo esurientes ad duo millia singulis diebus saturasse litteris proditum est. Id quoque memoria dignum refertur, quod nunquam cibum sumeret, quin prius in honorem duodecim Apostolorum totidem numero pauperes suis ipse manibus aluisset. Utini duo erexit Monasteria. Ædem sanctæ Mariæ quæ nunc Metropolitana est, & Canonicorum Collegium auxit, ut Conditoris loco habeatur. Forojuliensis Ecclesiæ tranquillitati consuluit: Divinum in ea cultum piis largitionibus fovit: utque peculiaris Deiparæ Virginis honor statis precibus deferretur auctor fuit. Adhuc reparandis Ecclesiæ suæ jacturis labores innumeros, & longinqua vel in extrema senectute itinera suscepit, a Romanis aliquando Pontificibus ablegatus ad Reges, & magnos Principes, quibus ob eximiæ sanctitatis, & sapientiæ opinionem acceptissimus fuit, summoque semper in honore habitus.

℟. Posui adjutorium. lxvi.

Lectio vi.

CUm divina id temporis humanaque omnia funesto partium studio permixta, ac recenti schismate perturbata forent. Bertrandus inter eas procellas sancti Thomæ Cantuariensis præsidium, exemplumque sibi proposuit, quo Ecclesiæ suæ jura vel ipso sanguine, si opus esset, fortiter tueretur, votique compos effectus est. Redux enim e Concilio Patavino, ubi contumeliis lacessitus non aperuit os suum; anno millesimo trecentesimo quinquagesimo, die sexto Junii in factiosos homines incidit, ac quinque vulneribus confossus, pro interfectoribus orans præclara morte justitiæ coronam accepit. Corpus exanime ad Utinenses missum Canonici sepulchro tradunt

O 4 ante

ante Aram maximam. Nicolaus verò Bertrandi successor crebro permotus cum indigenarum, tum exterorum concursu ad Beati Viri sepulchrum, in arcam marmoream transferri, quam Bertrandus ipse, dum viveret, Sanctorum Martyrum Hermagoræ & Fortunati gestis insculptam sacris eorum cineribus excipiendis servandisque paraverat. Publicum jam inde cultum ei delatum Clemens octavus ritè probavit, auxitque Apostolicis litteris Benedictus decimusquartus. Ut autem ejus Officium cum Missa ab universo Clero Utinensis Ecclesiæ celebraretur Clemens decimustertius benigne concessit.

℟. Iste est, qui ante. lxvii.

In tertio Nocturno, Homilia sancti Hilarii in Evangelium. Vigilate. *ut in Communi Confessoris Pontif. ii. loco.* lxxiii.

DIE VII. JUNII.

In festo SS. Pauli, & Barbari Martyr. atque Candidæ Virginis & Martyr. Semiduplex.

Oratio.

Deus, qui nos annua Sanctorum Martyrum tuorum Pauli, Barbari, atque Candidæ solemnitate lætificas: concede propitius; ut quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno, Lectiones de Epistola sancti Cypriani Episc. & Martyr. ad Martyres, & Confessores de Communi Martyrum tempore Paschali, xliii. & *In tertio Noctur. Homil. S. Augustini in Evangelium.* Ego sum vitis. *de eodem Communi.* xliv.



MMEMORATIONES SANCTORUM.

I DIŒCESI VENETIARUM

ffragia per annum dicenda post commemorationem de ftolis & de Patrono, vel Titulari propria Ecclesia.

uce in feriali tantum Officio.

'esperas, & Laudes.

na. Per signum Crucis
nicis nostris libera nos
ster.
nis terra adoret te, &
ibi.
num dicat nomini tuo,
.

Oratio.

tua nos, quæsumus Do-
e, pace custodi, quos
um sanctæ Crucis redi-
gnatus es.

cta Maria ad Vesperas, & Laudes.

na. Sancta Maria succur-
is, juva pusillanimes,
ebiles, ora pro populo,
pro Clero, intercede
oto femineo sexu: sen-
mes tuum juvamen, qui-
celebrant tuam sanctam
norationem.
pro nobis sancta Dei
.
digni efficiamur promis-
Christi.

Oratio.

cede nos famulos tuos,
esumus Domine Deus,
mentis, & corporis sani-
dere: & gloriosa beatæ
emper Virginis interces-
præsenti liberari tristitia,
a perfrui lætitia.

De S. Joseph, ex Decreto Friderici Mariæ Giovanelli Patriarchæ Venetiarum 22. Decembris 1797.

In utrisque Vesp. & Laudibus:

Antiphona. Fecit me Deus quasi Patrem Regis, & Dominum universæ domus ejus: Exaltavit me, ut salvos faceret multos populos.

℣. Constituit eum Dominum domus suæ.

℟. Et Principem omnis possessionis suæ.

Oratio.

DEus, qui ineffabili providentia beatum Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta quæsumus, ut quem Protectorem veneramur in terris, Intercessorem habere mereamur in Cælis.

De Apostolis ad Vesperas.

Antiphona. Petrus Apostolus, & Paulus Doctor Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam, Domine.

℣. Constitues eos Principes super omnem terram.

℟. Memores erunt nominis tui, Domine.

Ad Laudes.

Antiphona. Gloriosi Principes terræ, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

DEus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit; & Coapostolum ejus Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit; exaudi nos propitius; & concede, ut amborum meritis æternitatis gloriam consequamur.

De sancto Marco ad Vesperas, & Laudes.

Ex Concilio Ægidii Patriarchæ Gradensis Cap. ix. & Constit. Andreæ Bondimerio Patriarchæ Venetiarum. Cap. xxxvii.

Antiphona. Beate sancte Marce Evangelista Domini subveni supplicanti populo.

℣. Ora pro nobis beate Marce.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

DEus, qui nobis per ministerium beati Marci Evangelistæ tui veritatem Evangelii patefieri voluisti; concede propitius; ut quod ab illius ore didicimus, gratia tua adjuti operari valeamus.

De S. Laurentio Justiniano Protopatriarcha Venetiarum.

Prius ad libitum Cleri Veneti, postea de præcepto ex Decreto Joannis Baduarii Patriarchæ Venetiarum anno 1691.

Ad Vesperas, & Laudes.

Antiphona. Suscepit Dominus servum suum Laurentium, & exaltavit eum, qui exaltat humiles, recordatus misericordiæ suæ.

℣. Ora pro nobis beate Laurenti. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut beati Laurentii Confessoris tui, atque Pontificis, cujus gaudemus meritis, instruamur exemplis, atq doctrinis.

De SS. Hermagora, & Fortunato.

Ex Concilio Ægydii Patriarch Gradensis Cap. ix. & ex Co stitut. Andreæ Bondimerio P. triarchæ Venet. Cap. xxxvii.

Ad Vesperas.

Antiphona. Sancti Hermagora & Fortunate Martyres Christi supplices vos deprecamur, inte cedite pro nobis, ut vobiscu mereamur esse in cælis.

℣. Lætamini in Domino, & exultate justi. ℟. Et gloriami omnes recti corde.

Ad Laudes.

Antiphona. Media nocte beatu Hermagoras baptizavit Gregoriu cum tota domo sua.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus suis

Oratio.

INtervenientibus, Domine, san ctis Martyribus tuis Hermago ra, & Fortunato, Ecclesiæ tuæ quæsumus, preces placatus ad mitte, ut, destructis adversitati bus, & erroribus universis, secu ra tibi serviat libertate.

De Pace, ad Vesperas, & Laudes.

Antiphona. Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia no est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oratio.

DEus, a quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandatis tui dedita, & hostium sublata formi dine, tempora sint tua protectio ne tranquilla. Per Dominum.

Toto

Toto Tempore Paschali omissis cæteris Commemorationibus dicitur.

De Cruce, Ad Vesperas.

Antiphona. Crucem Sanctam subiit, qui Infernum confregit, accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluja.

℣. Dicite in Nationibus, allel.

℟. Quia Dominus Regnavit a ligno, alleluja.

Ad Laudes.

Antiphona. Crucifixus surrexit a mortuis, & redemit nos, alleluja.

℣. Dicite in Nationibus, alleluja.

℟. Quia Dominus regnavit a ligno, alleluja.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, Qui tecum vivit, & regnat, &c.

ANTIPHONÆ FERIALES

Recitandæ in Vigiliis Sanctorum.

Feria II. Benedictus Dominus Deus Israel.

Feria III. Erexit nobis Dominus cornu salutis, in domo David pueri sui.

Feria IV. De manu omnium, qui oderunt nos, libera nos, Domine.

Feria V. In Sanctitate serviamus Domino, & liberabit nos ab inimicis nostris.

Feria VI. Per viscera misericordiæ Dei nostri visitavit nos Oriens ex alto.

Sabbato. Illuminare, Domine, his, qui in tenebris sedent: & dirige pedes nostros in viam pacis, Deus Israel.

℣. Repleti sumus mane misericordia tua. ℟. Exultavimus, & delectati sumus.

Pro Vigiliis Apostolorum, nisi adsit propria. *Oratio.*

DA quæsumus, omnipotens Deus, ut beati N. Apostoli tui, quam prævenimus, veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Si Apostolus sit etiam Evangelista, adjungatur in Oratione, & Evangelistæ.

OFFICIUM
DE SANCTISSIMO
CORPORE CHRISTI.

Ex indulto Clementis Papæ undecimi, dato Romæ 27. Augusti 1715. recitandum in omnibus Regnis, Dominiis, & Statibus hæreditariis Augustissimæ Domus Austriacæ sub ritu Semiduplici, omnibus Feriis quintis, non impeditis Festo novem Lectionum, etiam translato, exceptis Adventu, Quadrages. Vigil. ac etiam Feria illa, in qua secundum Rubricas Officium Dominicæ aliquando erit apponendum, &c. juxta tenorem Decreti 20. Martii 1706.

Si in Feria iv. vel vi. occurrerit aliquod Fest. ix. Lect. Vesper. ordinanda erunt juxta Rubr. de Concurrent. Officii.

Notandum quod ad Complet. Fer. iv. dicitur in fine Hymn. Jesu tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine. *etiamsi in Vesp. facta sit tantum commemor. de SS. Sacramento, nisi Hymni illius Festi, quod Fer. iv. celebratum est, aliter concludendi sint, ut in Transfig. Domini.*

Eodem modo terminantur Hymni per horas feria v. usque ad Complet. inclusive, dummodo in Vesp. fiat de SS. Sacramento commem. & Hymn. Vesp. sit ejusdem metri, nec habeat Festum seq. conclusionem propriam.

AD VESPERAS. ℣.

Deus in adjutorium, &c. Gloria Patri. Alleluja.

Antiphona. Sacerdos in æternum, Christus Dominus secundum ordinem Melchisedech, panem & vinum obtulit, allel.

Psalm. Dixit Dominus. 119.

Antiphona. Miserator Dominus escam dedit timentibus se in memoriam suorum mirabilium, alleluja.

Psalm. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. 110.

Antiphona. Calicem salutaris accipiam, & sacrificabo hostiam laudis, alleluja.

Psalm. Credidi propter. 123.

Antiphona. Sicut novellæ olivarum, Ecclesiæ filii sint in circuitu mensæ Domini, alleluja.

Psalm. Beati omnes qui timent Dominum. 127.

Antiphona. Qui pacem ponit fines Ecclesiæ, frumenti adipe satiat nos Dominus, alleluja.

Psalm. Lauda Jerusalem Dominum. 137.

Capitulum. 1. Cor. 11. c

Fratres, Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate: hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

Hymnus.

Pange lingua gloriosi
Corporis Mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium

Fru-

Fructus ventris generosi
Rex effudit Gentium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Observata Lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Verbum caro panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.

Si expositum fuerit SS. Sacramentum, genuflectitur in Choro dum dicitur versus.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui,
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori Genitoque
Laus & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio.
Amen.

℣. Panem de cælo præstitisti eis, alleluja.
℟. Omne delectamentum in se habentem, alleluja.

Ad Magnificat, Antiphona.

O quam suavis est Domine spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suavissimo de cælo præstito, esurientes reples bonis, fastidiosos divites dimittens inanes, alleluja.

Pone Verna.

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Si occurrat aliquod Festum Simplex, fit de eo commem.

Et fit commemor. de Cruce, si facienda est, Antiphona. Crucem sanctam subiit, qui infernum confregit, accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluja.

℣. Dicite in nationibus, allel.
℟. Quia Dominus regnavit a ligno, alleluja.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis; ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum.

Ad Completor. & per Horas, in fine Hymnorum dicitur, Jesu tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine.

Ad Matutinum, Invitatorium. Christum Regem adoremus, dominantem gentibus, * Qui se manducantibus dat spiritus pinguedinem, alleluja.

Psalm. Venite, exultemus. 2.

Hymnus.

Sacris solemniis juncta sint gaudia,
Et ex præcordiis sonent præconia,
Recedant vetera, nova sint omnia
Corda, voces, & opera.
Noctis recolitur cœna novissima,

tum singulis,
Ejus fatemur manibus.
Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit & tristibus sanguinis poculum,
Dicens; Accipite quod trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.
Sic Sacrificium istud instituit,
Cujus Officium committi voluit
Solis Presbyteris, quibus sic congruit,
Ut sumant, & dent ceteris.
Panis Angelicus fit panis hominum:
Dat panis cælicus figuris terminum:
O res mirabilis! manducat Dominum
Pauper, servus, & humilis.
Te Trina Deitas unaque poscimus,
Sic nos tu visita, sicut te colimus:
Per tuas semitas duc nos, quo tendimus,
Ad lucem, quam inhabitas.

Benedictio. Ben
Lectiones prim
de Scriptura oc
sponsoriis posit
℟. *i*. Immolabi
do filiorum I
Paschæ. Et ed
mos panes, all
℣. Pascha ne
est Christus:
in azymis sinc
tis. Et edent.
Benedictio. Un
℟. *ii*. Comedet
turabimini pani
nis, quem dedi
ad vescendum,
℣. Non Moyse
nem de cælo,
dat vobis pane
Iste est.
Benedictio. Spi
℟. *iii*. Respexi
suum subcineri
surgens comedi
ambulavit in
lius usque ad
leluja.
℣. Si quis ma
pane vivet in

illos ex adipe fru-
luja.
:tra, melle saturavit
ι.
.
:psius pietas.
nne benedicere.
)eus pater omnipotens.
li Nocturni ponuntur
ß Officium, ordine
um suis ℟iis.
(octurno, Antiphona.
altare Dei, sumam
qui renovat juventu-
alleluja.
:a me Deus. 69.
o adjutori nostro. 93.
ta tabernacula. 95.
panem de terra, al-
:t vinum lætificet cor
leluja.
.
A vinculis.
nne benedicere.
Evangelica lectio.
'ii. Noctur. cum suis
ur inferius post Lect.
line Mensium.

L A U D E S,

oras, Antiphona.
'dificavit sibi domum,
inum, & posuit men-
a.
ninus regnavit. *cum*
.
Angelorum esca nu-
lum tuum, & panem
ftitisti eis, alleluja.
Pinguis est panis
præbebit delicias re-
ija.
Sacerdotes sancti in-
ianes offerunt Deo,

Vincenti dabo man-
um, & nomen no-
ia.
Fratres, Ego enim.

Hymnus.

Verbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram,
Ad opus suum exiens,
Venit ad vitæ vesperam.
In morte a discipulo
Suis tradendus æmulis,
Prius in vitæ ferculo
Se tradidit discipulis.
Quibus sub bina specie
Carnem dedit & Sanguinem;
Ut duplicis substantiæ
Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit socium,
Convescens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

Si expositum fuerit SS. Sacramentum genuflectitur in Choro dum dicitur versus.

O salutaris Hostia,
Quæ cæli pandis ostium;
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.
Uni Trinoque Domino
Sit sempiterna gloria:
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria.
Amen.

℣. Posuit fines tuos pacem, alleluja.
℟. Et adipe frumenti satiat te, alleluja.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum, alleluja.

Oratio. Deus, qui nobis, *ut suprà.*

Si occurrat aliquod Festum Simplex, fit de eo Commemor.

Deinde fit commemor. de Cruce, Antiphona. Crucifixus surrexit a mortuis, & redemit nos, alleluja, allel.

Versicul. & Oratio ut suprà.

Ad Primam in ℟. brev. Christe

æ Fili Dei vivi. ℣. Qui natus es de Maria Virgine. *duplicatur* Alleluja.

Ad Tertiam, Antiphona.

Angelorum esca.

Capitulum. Fratres, Ego enim accepi. *ut suprà.*

℟. *brev.* Panem cæli dedit eis, * Alleluja; alleluja. Panem.

℣. Panem Angelorum manducavit homo. Alleluja, allel.

Gloria Patri. Panem.

℣. Cibavit illos ex adipe frumenti, allel.

℟. Et de petra, melle saturavit eos, allel.

Ad Sextam, Antiphona.

Pinguis est panis.

Capitulum. 1. *Cor.* 11. *f*

QUotiescumque enim manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.

℟. *brev.* Cibavit illos ex adipe frumenti, * Alleluja, alleluja. Cibavit.

℣. Et de petra, melle saturavit eos. Alleluja, allel.

Gloria Patri. Cibavit.

℣. Educas panem de terra, alleluja.

℟. Et vinum lætificet cor hominis, allel.

Ad Nonam, Antiphona.

Vincenti.

Capitulum. 1. *Cor.* 11.

QUicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.

℟. *br.* Educas panem de terra, * Alleluja, allel. Educas.

℣. Et vinum lætificet cor hominis. Allel. allel.

Gloria Patri. Educas.

℣. Posuit fines tuos pacem, alleluja.

℟. Et adipe frumenti satiat te, alleluja.

In ii. Vesp. omnia dicuntur sicut in primis Vesperis.

℣. Panem de cælo præstitisti eis, alleluja.

℟. Omne delectamentum in se habentem, allel.

Ad Magnificat, Antiphona.

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis ejus: mens impletur gratia: & futuræ gloriæ nobis pignus datur, allel.

Oratio. Deus, qui nobis, *ut suprà.*

Si occurrat aliquod Festum Simplex, fit de eo Commemor.

Deinde fit commemor. de Cruce, si facienda est, cum Antiphona, ℣. & Oratio ut suprà in primis Vesperis.

MENSE APRILI.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Ex Homil. 60. ad populum Antioch. Lectio iv.

QUoniam Verbum dicit: Hoc est Corpus meum: & assentiamur, & credamus; & intellectualibus ipsum oculis intueamur. Nihil enim sensibile nobis Christus tradidit; sed sensibilibus quidem rebus, ut omnia intelligibilia. Itidem & in baptismate: per rem nempe sensibilem aquam, donum confertur: intelligibile vero quod perficitur, generatio & renovatio. Si enim incorporeus esses, nuda & incorporea tibi dedisset ipse dona; sed quoniam anima corpori conserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præbet. Quot nunc dicunt, vellem ipsius formam aspicere, figuram, vestimenta, calceamenta. Ecce eum vides, ipsum tangis, ipsum manducas. Et tu quidem vestimenta cupis videre: ipse

vero tibi concedit non tantum videre, verum & manducare, & tangere, & intra te sumere.

℟. Cœnantibus illis, accepit Jesus panem, & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: * Accipite, & comedite: hoc est corpus meum, alleluja.

℣. Dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus ejus, ut saturemur? Accipite.

Lectio v.

IGitur accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, omnes accensi, omnes ferventes & excitati. Nam si Judæi stantes & calceamenta in pedibus habentes, & baculos manibus gestantes, agnum cum festinatione comedebant, te multo magis oportet esse solertem. Nam illi quidem in Palæstinam erat profecturi, & propterea viatorum figuram habebant: tu vero debes in cælum migrare. Quapropter in omnibus oportet te vigilare: nec enim parva pœna proponitur indigne sumentibus. Cogita quantum adversus proditorem indignaris, & contra eos, qui illum crucifixerunt: itaque considera, ne tu quoque sis reus corporis & sanguinis Christi. Illi sanctissimum corpus occiderunt, tu vero polluta suscipis anima, post tot beneficia. Neque enim illi satis fuit homi nem fieri, colaphis cædi, & crucifixi: verum & semetipsum nobis commiscet? & non fide tantum verum & ipsa re nos suum efficit corpus.

℟. Accepit Jesus calicem, postquam cœnavit dicens: Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine: * Hoc facite in meam commemorationem, alleluja.

℣. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Hoc facite in meam.

Lectio vi.

QUo non oportet igitur esse puriorem, tali fruentem Sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manum, carnem hanc dividentem? os, quod igne spiritali repletur, lingua, quæ tremendo nimis sanguine rubescit? Cogita qualis sis insignitus honore, quali mensa fruaris. Quod Angeli videntes horrescunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde splendorem, hoc nos pascimur, huic nos unimur, & facti sumus unum Christi corpus & una caro. Quis loquetur potentias Domini, auditas fecit omnes laudes ejus? Quis pastor oves proprio pascit cruore? Et quid dico, pastor? Matres multæ sunt, quæ post partus dolores, filios aliis tradunt nutricibus. Hoc autem ipse non est passus: sed ipse nos proprio sanguine pascit, & per omnia nos sibi coagmentat.

℟. Ego sum panis vitæ: patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt: * Hic est panis de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducet, non moriatur, alleluja.

℣. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi, si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Hic est panis de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducet, non moriatur, allel. Gloria Patri. Hic est.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vii. *Cap. 6.*

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Caro mea vere

vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Et rel.

Homilia S. Augustini Episc.

Tract. 27. in Joan. circa med.

DIximus, fratres, hoc Dominum commendasse in manducatione carnis suæ, & potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus, & ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra ejus, manet autem ipse in nobis, cum sumus templum ejus. Ut autem simus membra ejus, unitas nos compaginat: ut compaginet unitas, quæ facit, nisi caritas? Et caritas Dei unde? Apostolum interroga. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

℟. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, * In me manet: & ego in eo. allel. ℣. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In.

Lectio viii.

ERgo spiritus est, qui vivificat: spiritus enim facit viva membra: nec viva membra spiritus facit, nisi quæ in corpore, quod vegetat ipse spiritus, invenerit. Nam spiritus, qui est in te, o homo, quo constas ut homo sis, numquid vivificat membrum, quod separatum invenerit a carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam: anima tua non vivificat, nisi membra, quæ sunt in carne tua: unum si tollas, jam non vivificatur ex anima tua, quia unitati corporis tui non copulatur.

℟. Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem; * Et qui manducat me, vivet propter me, alleluja.

℣. Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectus. Et.

Gloria Patri. Et.

Nona lectio de S. Simplici si occurrat: alias: *Lectio ix.*

HÆc dicuntur, ut amemus unitatem, & timeamus separationem. Nihil enim sic debet formidare Christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum ejus, non vegetatur spiritu ejus. Quisquis autem, inquit Apostolus, spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Spiritus ergo est, qui vivificat, caro autem non prodest quidquam. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quid est, spiritus & vita sunt? Spiritaliter intelligenda sunt. Intellexisti spiritaliter? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa Spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt.

Te Deum laudamus. 16.

MENSIBUS MAJO, ET JUNIO.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Ex eadem Homilia 82.

Lectio iv.

UNicuique fidelium Christus semetipsum per mysteria commiscet, & quos genuit, per semetipsum nutrit, nec alteri tradit: per hoc tibi rursum persuadens, quod carnem tuam assumpsit. Ne torpeamus igitur tanta digni caritate & honore putati. Non ne videtis quanta promptitudine parvuli papillas capiunt, & quanto impetu labia uberibus infigunt? Accedamus cum tanta nos quoque alacritate ad hanc mensam, & ad ubera poculi spiritalis: quinimmo cum longe majori trahamus, tanquam infantes lactentes, spiritus gratiam, & unus

anus sit nobis dolor hac esca privari. Non sunt humanæ virtutis opera, hæc, quæ proponuntur; qui tunc ipsa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoque facit. Nos ministrorum tenemus locum: qui vero sanctificat ea & immutat, ipse est. Nullus itaque Judas assistat, nullus avarus: nam tales mensa non suscipit. Si quis est discipulus adsit, ait enim: Cum discipulis meis facio Pascha. Hæc est illa mensa, & minus nihil habet. Non enim illam quidem Christus, hanc autem homo perficit, verum & hanc ipse quoque. ℟. Cœnantibus illis. 137.

Lectio v.

INhumanus accedat nemo, nemo crudelis & immisericors, nemo prorsus immundus. Hæc ad communicantes dico, & ad vos ministrantes. Nam & ad vos sermonem convertere necessarium est, ut multo cum studio hæc dona distribuatis. Non parva nobis imminet ultio, si quemquam, illius culpæ conscii, hujus mensæ participem esse concedatis: sanguis ejus de manibus vestris exquiretur: sive quis dux militiæ sit, sive Præfectus, sive princeps diademate coronatus, indigne autem accedat, prohibe: majorem illo potestatem habes. Propterea vos Deus hoc insignivit honore, ut talia discernatis. Hoc vestra dignitas est: hoc securitas, hoc omnis corona, non ut albam & splendentem tunicam circumeatis induti. Verum & tu laice, cum Sacerdotem videris offerentem, ne ut Sacerdotum esse putes hoc facientem, sed Christi manum invisibiliter extensam. ℟. Accepit Jesus. 137.

Lectio vi.

AUdiamus igitur & Sacerdotes & subditi, quali esca facti sumus digni: audiamus, & horreamus. Sanctis carnibus suis nos dedit impleri: semetipsum apposuit immolatum. Quænam igitur erit nobis excusatio, cum talibus pasti, talia peccemus, cum lupi fiamus Agnum comedentes, cum tamquam oves pasti more leonum diripiamus? Hoc enim mysterium non a rapina tantum, verum & ab omni vel tenui inimicitia purum esse penitus jubet: est enim pacis mysterium. Judæis quidem annuatim propriorum monumenta beneficiorum sollemnitates Deus alligavit: tibi vero singulis diebus per hæc mysteria. Nullus itaque Judas hanc mensam petat, nullus Simon. Hi namque duo propter avaritiam perierunt: hoc igitur barathrum fugiamus. ℟. Ego sum panis. 137.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem, *Lectio vii. c. 6. f*

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Caro mea mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et rel.

Homilia S. Augustini Episc.

Tract. 58. in Joan. post med.

HIc est panis, qui de cælo descendit. Hunc panem significavit manna, hunc panem significavit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt: in signis diversa sunt, sed in re, quæ significatur, paria sunt. Apostolum audi: Nolo enim vos, inquit, ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt; & omnes per Moysen baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt. Spiritalem utique eamdem: nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud: spiritalem vero, quam

quam nos, sed patres nostri, non patres illorum, quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt. Et adjungit. Et omnes eumdem potum spiritalem biberunt. Aliud illi, aliud nos; sed specie visibili quidem, tamen hoc idem significante virtute spiritali. Quomodo enim eumdem potum? Bibebant, inquit, de spiritali, sequente eos petra: petra autem erat Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Christus in Verbo & in carne. Et quomodo biberunt? Percussa est petra de virga bis. Gemina percussio, duo signa crucis significat.

℟. Qui manducat. 138.

Lectio viii.

NOrunt fideles corpus Christi, si corpus Christi non negligant esse. Fiant corpus Christi, si volunt vivere de spiritu Christi. De spiritu Christi non vivit, nisi corpus Christi. Intelligite, fratres mei, quid dixerim. Homo es, & spiritum habes & corpus habes. Spiritum dico, quæ anima vocatur, qua constas quod homo es: constas enim ex anima & corpore. Habes enim spiritum invisibilem, corpus visibile. Dic mihi, quid ex quo vivat. Spiritus tuus vivit ex corpore tuo, an corpus tuum ex spiritu tuo? Respondet omnis, qui vivit; qui autem hoc non potest respondere, nescio si vivit. Quid respondet omnis, qui vivit? Corpus utique meum vivit de spiritu meo. Vis ergo & tu vivere de spiritu Christi? In corpore esto Christi.

℟. Misit me vivens. 738.

Nona Lectio de sancto Simplici, si occurrat; alias.

Lectio ix.

NUmquid enim corpus meum vivit de spiritu tuo? Meum vivit de spiritu meo, & tuum de spiritu tuo. Non potest vivere corpus Christi, nisi de spiritu Christi. Inde est, quod exponens nobis Apostolus Paulus hunc panem, unus panis, inquit, unum corpus multi sumus. O Sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum caritatis: Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat, incorporetur, ut vivificetur. Non abhorreat a compage membrorum, non sit putre membrum quod resecari mereatur, non sit distortum, de quo erubescatur. Sit pulchrum, sit aptum, sit sanum: hæreat corpori, vivat de Deo. Nunc laboret in terra, ut postea regnet in cælo.

Te Deum laudamus. 16.

OFFICIUM

Sancti Januarii Episc. & Mart. semel in mense. semid.

Pro Regno Neapolitano.

Omnia de Communi unius Martyr. infra tempus Pasch. præter ea, quæ sequuntur.

Ad i. Vesperas, Antiphona.

Beatus Januarius Præsul & martyr inclytus, extinxit impetum ignis, obturavit ora ferarum, & in occisione gladii pro Christo mortuus, legitimi certaminis coronam accepit, alleluja.

Oratio.

DEus, qui per beati Januarii martyris tui atque Pontificis confessionem & sanguinem, admirabili testimonio ac triumpho Ecclesiæ tuæ fidem illustrare dignatus es: quæsumus, ut ejusdem nos fidei consortio, & patrocinio munitos, & trium-

riumphi etiam & gloriæ parti-
·ipes efficias. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de ·criptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

JAnuarius, Beneventi Episcopus, Diocletiano & Maximiano in Christianos sævientibus, ad Timothæum Campaniæ Præsidem ob Christianæ fidei pro effionem Nolam perducitur. Ibi jus constantia varie tentata, in rdentem fornacem conjectus, ta illæsus evasit, ut ne vestimenum aut capillum quidem flamna violaverit. Hinc Præses acensus iracundia, martyris corius imperat usque eo distrahi, uoad nervorum compages artuumque solvantur. Festus interea jus Diaconus, & Desiderius Lector comprehensi, vinctique una cum Episcopo ante rhelam Præsidis Puteolos pertrahuntur, & in eumdem carcerem, n quo Sosius Misenas, & Proculus Puteolanus Diaconus, Eutyches, & Acutius laici ad estias damnati detinebantur, simul conjiciuntur.

℟. Lux perpetua. xxxviii.

Lectio v.

POstero die omnes in amphitheatro feris objecti sunt, quæ naturalis oblitæ feritatis, ad Januarii pedes se prostravere. Id Timotheus magicis cantionibus tribuens, cum sententiam capitis in Christi martyres pronuntiasset, oculis repente captus, orante mox beato Januario, lumen recepit: quo miraculo, hominum millia fere quinque Christi fidem susceperunt. Verum ingratus judex nihilo placatior factus beneficio, sed conversione tantæ multitudinis actus in rabiem, veritus maxime Principum decreta, sanctum Episcopum cum sociis gladio percuti jussit.

℟. In servis suis. xxxviii.

Lectio vi.

HOrum corpora finitimæ urbes, pro suo quæque studio certum sibi patronum ex iis apud Deum adoptandi, sepelienda curarunt. Januarii corpus Neapolitani divino admonitu extulere: quod primo Beneventum, inde ad Monasterium Montis Virginis, postremo Neapolim traslatum, & in majori Ecclesiam conditum, multis miraculis claruit. Sed illud in primis memorandum, quod erumpentes olim e monte Vesuvio flammarum globos, nec vicinis modo, sed longinquis etiam regionibus vastitatis metum afferentes: extinxit. Præclarum illud quoque, quod ejus sanguis, qui in ampulla vitrea concretu asservatur, cum in conspectu capitis ejusdem martyris ponitur, admirandum in modum colliquefieri & ebullire, perinde atque recens effusus, ad hæc usque tempora cernitur!

℟. Filiæ Jerusalem. xxxviii.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 10. *b*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 34. in Matth. post initium.

CUm Dominus omnem solicitudinem a discipulorum cordibus ejecerit, & ostensione signorum armaverit, atque ab omnibus negotiis sæcularibus, alie-

descendere. Præterea, ne qui ex passuri erant, subito ac inopinato rerum eventu perturbarentur. Denique, ne cum ista sub ipsum passionis suæ tempus audirent, nimium commoverentur.

℟. Ego sum vitis. xli.

Lectio viii.

JAm, vero, ut intelligant novum hoc esse belli genus, & insolitum præliandi morem, cum illos nudos mitteret, una indutos tunica, sine calceis, absque virga, & absque zona & pera; & ab excipientibus ali juberet: non fecit hic dicendi finem, sed inexplicabilem virtutem suam proferens: Etiam sic euntes, inquit, mansuetudinem tamen ovium ostendite, quamvis ad lupos ituri, nec simpliciter ad lupos, sed etiam in medio luporum (neque vero ovium tantum mansuetudinem habere jubet, sed etiam columbæ simplicitatem) sic enim virtutem meam maxime ostendam, cum ab ovibus lupi supera-

...los occidere, ...
decim tantum ...
nus esset orbis ...
camus igitur, ...
facientes, tam ...
sarios ruimus ...
oves fuerimus ...
si mille circum...
ramus, & vic...
si lupi fuerim...
enim a nobis ...
recedit, qui n...
pascit.

Te Deum lau...

Ad Benedict...

Igne me, Do...
& non est in...
tas: propter h...
meum, & ex...
alleluja.

In secundis ...
ficat, Antiph...
Domine a rug...
ad escam, & ...
quæ circumde...
dio ignis no...
alleluja.

OFFICIUM

IACULATÆ CONCEPTIONIS

B. VIRGINIS MARIÆ.

lum sub ritu Duplici in omnibus Dominiis Cæsareæ laris, extra Italiam quolibet Sabbato non impedito novem Lectionum, exceptis Adventus, Quatuor Tem-, Vigiliar. & Quadrag. Temporibus, juxta Decretum Rituum Congreg. die 15. Decembr. 1727.

VESPERAS.
. Conceptio gloriosæ. *ut ni consueti de S. Maria ut c. parvo.* cxlii.
. *Eccli.* 24. *b*
io, & ante sæcula creata
, & usque ad futurum sæ
deſinam, & in habitatio-
coram ipso ministravi.
maris. cxxxvii.
tio recolitur sanctæ Mariæ
alleluja.
vita inclyta cunctas illu-
sias, alleluja.
Magnificat, Antiphona.
Virginis Mariæ Conceptio
ssimam recolamus, quæ &
dignitatem obtinuit, &
pudicitiam non amisit,

Oratio.

tuis, quæsumus Domi-
cæleſtis gratiæ munus imper
quibus beatæ Virginis par-
t salutis exordium, pia
nis ejus commemoratio pa-
incrementum. Per Domi
um
atutinum, Invitatorium.
nem Virginis Mariæ reco-
Christum ejus filium ado-
minum, alleluja.
Venite, exultemus. 2.
Quem terra.
, *Psalmi, & ℣. Nocturnor.*
io parvo sub una Antiphona.
*Nocturno Lectiones de Scri-
rente.*
cepta est beata Virgo Maria
e David: * Per quam sa-
credentibus apparuit, cu-
oriosa lucem dedit sæculo,

℣. Conceptionem beatæ Mariæ Virginis cum gaudio recolamus. Per quam salus.

℟. ii. Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptionem devotissime recolamus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum, alleluja. ℣. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ Virginis devotissime recolamus. Ut ipsa.

℟. iii. Gloriosæ Virginis Mariæ Conceptionem dignissimam recolamus, * Cujus Dominus humilitatem respexit, quæ Angelo nuntiante concepit Salvatorem mundi, alleluja. ℣. Beatissimæ Virginis Mariæ conceptionem devotissime recolamus. Cujus. Gloria Patri. Cujus.

In ii. & iii. Noctur. leguntur Lect. quæ post Offic. statutis Mensibus assignantur.

AD LAUDES,

& per Horas; Antiphona.

Conceptio gloriosæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David, alleluja.

Psal. Dominus regnavit. *cum rel.* 17.

Antiphona. Conceptio recolitur sanctæ Mariæ Virginis, cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias, all.

Antiphona. Regali ex progenie Maria exorta refulget, cujus precibus nos adjuvari, mente & spiritu devotissime poscimus, alleluja.

Antiphona. Corde & animo Christo canamus gloriam, in hac pia commemoratione præcelsæ genitricis Dei Mariæ, alleluja.

Antiphona. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ recolamus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum, alleluja.

Ca-

ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, pia Conceptionis ejus commemoratio, pacis tribuat incrementum. Per Dominum nostrum.

Ad Primam in ℟. brev. dicitur ℣. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad alias autem Horas, Antiphonæ sumuntur ex Laudibus, ut supra: Capitula & Respons. br. ut in Offic. B. M. in Sabbato. cxl.

In secundis Vesperis omnia ut in i.

Ad Magnificat, Antiphona.

Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo, ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam, alleluja.

Deinde fit commem. Dominicæ.

PRO MENSE APRILIS.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Episcopi.

Sermone 18. de Sanctis in medio.

Lectio iv.

EXultat Maria & matrem se læta miratur, & de Spiritu Sancto se peperisse gaudet, nec quia peperit innupta, terretur: sed quia genuerit, cum exultatione miratur. O femina super feminas benedicta, quæ virum omnino non novit, & virum suo utero circumdedit! Circumdat virum Maria, Angelo fidem dando, quia Heva perdidit virum, serpenti

exiles, quascu
pares gratiarui
sceperis vota,
excusa. Admit
sacrarium exa
nobis antidotu
℟. Cum jucu
beatæ Mariæ r
pro nobis int
Jesum Christur
℣. Corde & a
gloriam in h
tione præcelsa
riæ. Ut.

SIt per te e
ingerimus
quod fida me
quod offerimus
mus, excusa
tu es spes u
te speramus d
in te Beatissi
ctatio præmio
succurre miser
refove flebiles
interveni pro
devoto femine
nes tuum juv
brant tuam sa
℟. Conceptio
Virgo, gaudiu
so mundo. *
sol justitiæ,
* Qui solvens
benedictionem
tem donavit
nam, alleluja

genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in Matth. in initio.

IN Isaia legimus; Generationem ejus quis enarrabit? Non ergo putemus Evangelistam Prophetæ esse contrarium, ut quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare incipiat, quia ibi de generatione divinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem cœpit, ut per hominem, Deum discere incipiamus. Filii David, filii Abraham. Ordo præposterus, sed necessario commutatus. Si enim primum posuisset Abraham, & postea David, rursus repetendus fuerat Abraham, ut generationis series texeretur.

℟. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.

℣. Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Quia.

Lectio viii.

IDeo autem ceteris prætermissis, horum filium nuncupavit: quia ad hos tantum facta est de Christo repromissio. Ad Abraham: In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes, quod est Christus. Ad David; De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Notandum, in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas, quas Scriptura reprehendit: ut, qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Unde & in consequentibus Ruth Moabitis ponitur, & Bethsabee uxor Uriæ.

℟. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster.

℣. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu; sentiant omnes tuum juvamen, quicunque celebrant tuam sanctam conceptionem. Quia. Gloria Patri. Christus.

Lectio ix.

JAcob autem genuit Joseph. Hunc locum objecit nobis Julianus Augustus de dissonantia Evangelistarum, cum Evangelista Matthæus Joseph dixerit filium Jacob, & Lucas eum filium appellarit Heli, non intelligens consuetudinem Scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen, Deo jubente, præceptum, ut si frater, aut propinquus, absque liberis mortuus fuerit, alius accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris, vel propinqui sui. Joseph virum Mariæ. Cum virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis Scripturarum, quod sponsi viri, & sponsæ vocentur uxores.

Te Deum laudamus. 16.

PRO MENSE MAJO.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Ser. in c. 12. Apoc.

Lectio iv.

NOvum fecit Dominus super terram, ut mulier circumdaret virum, nec alium quam Christum, de quo dicitur; Ecce vir, Oriens nomen ejus. Novum quoque fecit in cælo, ut mulier sole appareret amicta. Denique & coronavit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua. Verum hoc alias. Interim sane ingredimini magis, & videte Reginam in diademate, quo coronavit eam Filius suus. In capite, inquit, ejus corona stellarum duodecim.

℟. Conceptio gloriosæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David, * Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias, alleluja.

℣. Concepta est beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus.

Lectio v.

DIgnum plane stellis coronari caput, quod & ipsis longe clarius micans, ornet eas potius, quam ornetur ab eis. Quidni coronent sydera quam sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum & lilia convallium. Nimirum læva sponsi sub capite ejus, & jam dextera illius amplexatur eam. Quis illas æstimet gemmas? quis stellas nominet, quibus Mariæ regium diadema compactum est?

℟. Cum jucunditate conceptionem beatæ Mariæ recolamus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum, alleluja.

℣. Cor-

℣. Corde & animo Christo canamus gloriam in sacra commemoratione præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut.

Lectio vi.

QUid ergo sidereum micat in generatione Mariæ? plane quod ex regibus orta, quod ex semine Abrahæ, quod generosa ex stirpe David. Si id parum videtur, adde quod generationi illi ob singulare privilegium sanctitatis divinitus noscitur esse concessa: quod longe ante eisdem patribus cælitus repromissa, quod mysticis præfigurata miraculis, quod oraculis prænuntiata propheticis. Hanc enim sacerdotalis virga, dum sine radice floruit: hanc Gedeonis vellus, dum in medio siccæ areæ maduit: hanc in Ezechielis visione Orientalis porta, quæ nulli umquam patuit, præsignabat.

℟. Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo. * Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: * Qui solvens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam alleluja.

℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex. Gloria Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 1.

LIber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Episcopi.

Comment. in Matth. cap. 1.

NOn refert quis in originis numero, atque ordine collocetur, dummodo universorum familia cœpta esse intelligatur ab uno. Itaque cum ejusdem tribus sit Joseph & Maria, dum profectus esse ex Abrahæ genere Joseph ostenditur, profecta quoque docetur & Maria. Hæc enim in lege ratio servata est, ut si mortuus sine filiis familiæ princeps esset, defuncti uxorem posterior frater ejusdem cognationis acciperet, susceptosque filios in familiam ejus, qui mortuus esset, referret, maneretque ita in primogenitis successionis ordo; cum patres eorum, qui post se nati essent, aut nomine haberentur, aut genere.

℟. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.

℣. Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Quia.

Lectio viii.

SEquens illud est, ut quia diximus secundum rerum fidem generationis illius ordinem nec numero sibi, nec successione constare, hujus quoque rei ratio afferatur. Non enim levis caussa est, ut aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis: & aliud referatur in summa, aliud vero teneatur in numero. Namque ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes numeratæ sunt, & a David usque ad transmigrationem Babylonis in quibusdam libris decem & septem comprehenduntur. Sed in hoc non mendacii aut negligentiæ vitium est. Tres enim ratione præteritæ sunt. Nam Joras genuit Ochoziam, Ochozias vero genuit Joam, Joas deinde Amasiam, Amasias autem Oziam: & in Matthæo Joras Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit. Hoc ita, quia ex gentili femina Joras Ochoziam genuit, ex Achab scilicet, qui Jezabel habuit uxorem.

℟. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster.

℣. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto femineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam conceptionem. Quia.

Gloria Patri. Christus.

Lectio ix.

DEnique per Prophetam non nisi quarta generatione in throno regio Israelis quemquam de domo Achab esse sessurum dicitur. Purgata igitur labe familiæ gentilis tribus, quæ præteritis jam regulis, in quarto generationum consequentium ordine numeratur, & usque ad Mariam generationes quatuordecim esse scribuntur, cum in numero decem & septem reperiantur, nullus error esse poterit scientibus, non eam solum esse Domino nostro Jesu Christo originem, quæ cœpit ex Maria, sed in procreatione corporea, nativitatis æternæ significantiam comprehendi. Te Deum laudamus. 16.

KALENDARIUM
SANCTORUM
Pro Aliquibus Locis.

FEBRUARIUS.

'I. S. Dorotheæ Virg. & Mart. sem'd. 1
K. S. Simeonis Prophetæ Confess. dupl. 2
I. BB. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V. dupl. 5
II. S. Juliani Martyr. duplex. 11
III. B. Eustochii Virg. duplex maj. 13
IV. S. Fuscæ Virg. & Martyr. dupl. 14
V. S. Ephysii Mart. duplex. 15
X. S. Felicis Nolani Presbyt. Martyr. 19
XIII. S. Margaritæ de Cortona semidupl. pro tota Italia, & Insulis adjacentibus, Venetiis vero duplex. 19

MARTIUS.

rima ex Sextis Feriis. Sacrarum quinque Plagarum D. N. Jesu Christi, duplex majus. 21
. B. Joannæ Mariæ Bonomo Virg. duplex. 27
I. B. Joannis Marinonii Confess. duplex. 28
ecunda ex Sextis Feriis. Sacratiss. Spineæ Coronæ D. N. Jesu Christi, duplex majus. 29
'ertia ex Sextis Feriis. Pretiosissimi Sanguinis D. N. Jesu Christi, duplex primæ Classis. 34
:VIII. S. Gabrielis Archangeli, duplex secundæ Classis, pro Civitate, & Diœcesi Venetiarum. 41
odem die. S. Gabrielis Archangeli, duplex majus pro aliquibus Locis. 47
:XV. Annuntiationis B. M. Virg. Civitat. Venetiarum, & totius Dominii Principalis Patronæ, duplex primæ Classis cum Oct. tam in Quadrag. quam extra. 49
XVI. Secunda die infra Oct. Annunt. semidupl. 49
XVII. Tertia die infra Octav. Annuntiat. semidupl. 52
XVIII. Quarta die infra Octav. Annuntiat. semidupl. 54
XIX. Quinta die infra Octav. Annuntiat. semidupl. 56
XX. Sexta die infra Octav. Annuntiat. semidupl. 58
XXI. Septima die infra Octav. Annuntiat. semidupl. 61

APRILIS.

. Octava Annuntiationis, duplex. 63
'eria Sexta post Dominica in Albis. Officium de Lancea, & Clavis Domini, duplex ii. Classis. 65
Dominica II. post Pascha. S. Raphaelis Archangeli duplex ii. Classis. 70

Domi-

M A I U S.

J U N I U S.

Partis Vernæ Finis.

OFFICIA PROPRIA SANCTORUM

CELEBRANDA

IN METROPOLITANA

Civitate, & Dioecesi Florentina.

PARS VERNA.

DIE VIII FEBRUARII.

Septimo die infr. oct. Purific. B. M. V. in Festo S. PETRI IGNEI *Flor. Card. Ep. Alban. et Conf. dup. Omnia de com. Conf. Pont. præter ea, quæ sequunt. Oratio.* Da quæsumus Omnipotens Deus ut Beati Petri Ignei, &c.

In 1. *Noct. Lect. de Script, occurr.*

In ii. Noct. *Lect. iv.*

Petrus ex nobilissima Aldobrandescorum gente Florentiæ natus est, cum Desiderius Soanensium Comes ejus pater pro Imperatore Henrico Sancto illi Urbi praesideret. Puer septennis Sancto Joanni Gualberto Vallisumbrosæ Abbati a Patre ejus Consobrino commendatus, ac Monachi habitu indutus, tanto se dignum magistro insigni sanctitate probavit. Ea siquidem humilitate, & obedientia enituit, ut licet in deliciis educatus, pecora pascere, & asellorum curam agere jussus, non erubesceret, sed omnibus mundi honoribus extremam illam abjectionem praeferret Inde ad altiora provectus, cum Sancto Patri insigne Monasterium Passinianense resignatum fuisset, ad reformandum Petrus eidem præfectus, Monachos ac Presbyteros ibidem degentes ad perfectam Monastici, Ordinis disciplinam reduxit. Orta autem cum esset dissensio in populo Florentino propter Simoniacos, quos maxime aversabatur Sanctissimus Abbas Joannes, Petrus cum Beato Rodulpho Romam missus, ibique male vexatus cum sociis imperfecto opere Florentiam rediit.

℟. Inveni David, &c.

Lectio v.

Postulantibus vero Mediolanensibus, cum eodem Rodulpho, aliisque Monachis in Insubriam permeare coactus,

una cum Arialdo Diacono Mediolanensi (qui Petro instante cucullum induit Vallubrosanum, & qui ab Hæreticis trucidatus, Martyr effectus est.) & cum Hesembaldo Duce, maxime contra Nicolaitas, & Simoniacos profecit, ut pene tota Gallia Cisalpina ab haeresi liberaretur. Revocatus in patriam, & fervente adhuc odio inter Clerum, & Monachos, cum venerabilis Abbas Ioannes incassum sua verba procedere comperiret; quoniam, inquit, verba non prosunt veniamus ad signa. Mox rogus duodecim pedum extruitur, intra quem parva semita, qua unius tantum hominis persona transire posset, relinquitur, quæ ex accensis lignis, ne aliquis ibi locus a flamma vacaret, consternitur. Tum Petro discipulo suo (qui ex hoc facto Igneus appellatus est) praecepit, ut per accensi rogi flammas indubitanter intraret, qui jussui Patris obtemperans, postquam Deo sacrificium obtulit, Casula se expolians ad ignem venit, & magna voce Deum oravit, ac sanctæ Crucis se signaculo muniens, per medias flammas constanter ingressus est.

℟. Posui, &c.

Lectio vi

Cum igitur undique esset flammis circundatus & cum omnes jam consumptum putarent, subito ex alia parte, Christi gratia comitante, egrediens prosilivit; cumque jam pene ex igne deberet egredi, vidit se mappulam in manibus non gestare, & in ignem sibi eam cecidisse considerans, per medias iterum flammas revertitur,& secum mappulam extrahens reportavit, ut non modo vestimenta, sed nec capillus quidem læsus videretur ab igne. Quo viso miraculo; qui aderant immensas Deo egerunt gratias, atque in unum, abjecta haeresi, conjuncti sunt. Exinde Petrus Abbas Ficiclensis electus est, & assumpto ad Pontificatum Beato Gregorio septimo Cardinalis Episcopus Albanensis creatus, plurimum in tollendis gravissimi schismatis seminibus laboravit, eodemque pro negotio legatione in Germania perfunctus, feliciori postea successu in Galliam legatus, multa praeclara pro reparanda Ecclesiastica disciplina gessit. Senio tandem confectus, & meritis plenus, anno salutis millesimo nonagesimo quarto, sanctissima vita functus est, & in suo Vallisumbrosæ Monasterio apud sacram Turrim sepultus, ubi, & cæteri Sancti, ac Beati illius Ordinis quiescunt.

℟. Iste est, &c.

In iii. Noct Homil. in Ev. Homo peregrè, *ut in eod. com. 1. loco*.

DIE IX. FEBRUARII.

Octava Purificat., B.M. V. dup.
In I. Noct. de Script. occurr.
In ii Noct. Lectio Fuit vir, *ut in Oct. Concept*
In iii Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii *Cap. iii*

In illo tempore: postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Et reliqua,

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Orat. 7 ut sup

Lumen ad revelationem gentium. Cur lumen quia gentes in tenebris versabantur, & quia rursum obscurata tetrisque peccatorum tenebris obducta, per illud illustranda & expianda erant. Et gloriam plebis tuæ Israel. Hic gloria, illic revelatio. Hic doctrinae initium, illic disciplinae persecutio. Ast obiecerit hic forte quispiam: dic quaeso, ubi nam sunt Israelitæ? Ecce, habes Petrum, habes Paulum, habes Joannem, habes tria millia, habes Ecclesiam Jerosolymitanam, habes eos praeterea Judaeos, qui inter gentes dispersi fidem susceperunt.

℟. Suscipiens Iesum, &c.

Lectio viii.

Itaque asservabatur in populo illo Fidei semen, neque simul universus pessum ivit; Absit. Neque simul omnes Judaei in interitum ruerunt, sed plurimi. Neque id mirum: nam & nunc quoque in felici hac rerum constitutione, beataque vocatione, multi quidem sunt vocati, pauci vero electi. Non totus itaque populus ille simul interiit, non totus depravatus est, non totus in infidelitate permansit, non totus persecutus est Apostolos, Crediderunt enim per Apostolos simul tria millia extra mulieres & parvulos, & facta est Jerosolymis Ecclesia admodum numerosa.

℟. Senex, &c

Lect. ix de S. Apollonia, *ut in Brev.*

DIE XI. FEBRUARII.

In Festo BB. Septem Fundatorum *Ord. Serv. B. M. V. dup. omn. de comm. Conf. non Pont. praeter ea quae hic ponuntur propria.*

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui in jugem memoriam Dolorum Sanctissimae tuae Genitricis per septem Beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclesiam tuam foecundasti; concede nobis famulis tuis in hac lacrymarum valle degentibus, ita ejusdem moestissimae Matris socios cum ipsis esse passionum in terris, ut perpetuae consolationis consortes fieri mereamur in Cœlis. Qui vivis, &c.

In i. Noct. Lect. ex Lib. Ecclesiast. c. 44. Laudemus viros gloriosos, *ut in comm. Conf. Pont.* 2 *loco, ut in Brev.* RR. *vero ut in comm. Conf. non Pont.*

In ii. Noct. *Lectio iv.*

Decimo tertio Christiani nominis saeculo inter alios Florentinos Patricios septem erant, avorum sanguine, opibusque illustres, ac virtutibus spectatis suis longe illustriores, nuncupati ut Religioni nomen dedere, Bonfilius Monaldius, Bonajuncta Manetti, Manettus Antellensis, Amideus de Amideis, Uguccio Uguccionius, Sosteneus de Sosteneis, demum Alexius e Falconeriis. Cum hi trigesimo tertio supra millesimum, ac bis centesimum annum auspicatissimo Assumptae Virginis Festo, in Soldalitio quodam, cui titulus Laudensium erat, Augustissimae Dei Genitrici, prout par erat, laudes exsolverent, ab eadem dulcissime iis apparente inopinè moneri se sentiunt ad sublimioris vitae genus, posthabito mundo amplectendum: absolutisque idcirco quibus dabant operam, laudibus, confestim perciti in unum, collatisque mutuo consiliis, supernis Dei, vocatisque Deiparae oraculis parere mox decreverunt. Quod & sedulo factum est ab iisdem; nam consulto statim maturè Urbis Episcopo, post fortunae abdicatis bonis erogatisque amplè in egenos, ciliciis carni obstrictis, vilioribus detritisque vestibus cinerei coloris induti, in rurale parvam aediculam secesserunt natalitio die amantissimae ipsorum Parentis, ut vitae sanctioris primordia optime inirent, qua die mortalibus orta sacratissimam vitam ipsa inchoaverat.

℟. Honestum, &c.

Lectio v.

Sic Septem Beati Viri, charitatis foedere devincti, eadem in domo semet uhierant, cum ecce per Urbem visos statim, Domino sic disponente, moventeque infantiles vo-

[redacted]

ces Deipara ex infantium ore ac lactentium, inter quos tum puer erat S. Philippus Benitius vix quintum mensem ingressus, se Mariae clamari servos insperato est auditum. Quanta tunc & exinde amoris flamma in Dominam suam, cujus ignaris ipsis declarati servi erant, excitatis studiis exarserint, non facile est explicatu. Illud solum scitur, quod sic ei se dediderunt, ut veluti Matrem suam venerari, maximoque honore habere, morem ei gerere in omnibus, & obtemperare propter eam cunctis summopere studuerint. Hinc etiam adeo jucundi ei gratique fuere, ut cum vitaturi populi plausum in Senarium Montem ab ipsa iis praeostensum habitaturi tetenderint, ibique Crucifixum Jesum, mœstissimamque Matrem dolentes assidue recolerent, apparuit illa eis habituque lugubri assignato in memoriam dolorum suorum, ut compaterentur istis, eos consecravit.

℟. Amavit, &c.

Lectio vi.

Ita cinericiis vestibus indulgente etiam Episcopo, in nigras mutatis, post nollullos annos fortunatis quidem auspiciis clarissimum illud Praedicatorum Ordinis decus Sanctus Petrus Martyr Forentiam accessit, & audita inspectaque simul non fucata sanctimonia ipsorum, ita Dei amici se cœperunt mutuo diligere, ut familiarissime versarentur invicem secum, seseque alterne foverent. Inter caetera porro illud accidit; quod sperante inclyto Martyre honorem Deo non modicum, magnum terris commodum proditum iri, si propitia Virgine longe, lateque propagarentur, una cum ipsis impense eam exorante, ut argumento aliquo voluntatem suam patefaceret, invocata Virgo amans in visione ei revelavit, se viros illos septem, & qui venturi erant post eos, inter Mundi homines omnes ad singulare servitium suum selegisse, & commiserandis pœnis jam latis suis amarissimis construendum Ordinem esse ad sui honorem & gloriam. Hoc prodigioso Virgineo decreto animati humillimi Patres non quia suae mentis fuisset successores posteros gignere, sed ut jussa reserata facerent supremae eorum Reginae, quae nomine suo duraturam sibi familiam fundari voluerat, instituere deinceps sacrum Servorum Ordinem decreverunt, non tam ut primi ejus Fundatores, quam ut Cœlestis suae Fundatricis Ministri obsequentes, quos proinde Dominus, ut Servos bonos, & fideles suos, ac Matris, in vita multis virtutibus, in morte multis prodigiis post tran-

situm, multis miraculis adornavit. Novissime vero Benedictus Decimus tertius ejus Instituti Professor, cujus Sanctus Petrus erat, ejus quoque in eos haeres amoris, Pontifex renuntiatus, eorum miram Institutionem, ut in claresceret Orbi, lectionibus his recenseri peramanter consuluit, ac mandavit.

℟. Iste homo, &c.

In iii. Noct. Homil. Venerab. Bedæ Præsb. in Ev. Nolite timere pusillus grex, *ut in Comm. Conf. non Pont. 2. loco.*

DIE XIII. FEBRUARII.

In Festo. S. CATHARINAE DE RICCIIS *Virg. Ord. Præd. dup. Omn. de Comm. unius Virginis, præter hic posita.*

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui Beatam Catharinam Virginem, tui amore succensam, Passionis contemplatione clarescere voluisti, ejus intercessione concede, ut Passionis mysteria devote recolentes, ejus fructum percipere mereamur. Qui vivis, &c.

In I. *Noct. Lect. de Script. occurr.*

In ii. Noct.

Lectio iv.

Catharina nobili Familia de Ricciis Florentiae nata, vel ab ineunte aetate piam indolem praemature ostendit. In suburbano Monasterio S. Petri de Monticellis, ubi morum disciplina imbueretur, collocata, quotidie ad Christi Crucifixi Imaginem orans non sine lacrymis, horis etiam animi relaxationi addictis, ejus Passionem meditabatur. Ad Monasterium postea Sancti Vincentii Ordinis Sancti Dominici in Civitate Prati translata. Paternos lares ad tempus repetere, nisi certa spe reditus habita, constanter recusavit. Tandem anno decimo tertio, saeculi deliciis contemptis, ibidem religiosum Institutum professa est.

℟. Propter veritatem, &c.

Lectio v.

Charitate in Deum fervens orationi fere assidue vacabat, quidquid temporis necessariis occupationibus, & modicae quieti supererat in ea insumens; utque corpus in servitutem redigeret, ferrea catena, & flagellis illud macerabat Cibi parcissima, octo supra quadraginta annos carnibus abstinuit, leguminibus plerumque & herbis vescens, inter-

dum vero solo pane & aqua contenta, Proximorum æternam salutem exoptans, ardentissimas ad Deum pro peccatorum conversione preces fundebat. Tanto etiam commiserationis sensu erga purgantem animam commota est, ut acerbissimos dolores sibi divinitus inflictos in pœnarum illi debitarum expiationem pertulisse visa sit. Eximia prudentia, & regularis observantiæ zelo Moniales diu rexit, eas non minus exemplo quam adhortationibus ad omnem Sanctimoniam informans, quo in officio humilitatem adeo coluit ut abjectissima quæque opera sponte obiret, ac infirmis prœcipua charitate, & summo studio inserviret.

℟. Diaexisti, &c.

Lectio vi.

Supernorum Charismatum copia singularis in ea enituit, annulo desponsationis, sacrisque Stigmatibus, quæ non semel spectanda se exhibuerunt, acceptis. Plurium annorum spatio quinta, & sexta feria in altissimam contemplationem rapta, singulos Redemptoris cruciatus in Passione toleratos ex ordine in corpore mirabiliter sentire consuevit. Prati degens, Sanctum Philippum Nerium Romæ commorantem videre promeruit, eiusque colloquio frui. Extasum, Raptuum, caelestium Visionum, ac Prophetici luminis dono illustris, futura praedixit ac simul occulta revelavit. Gravibus denique morbis decumbens, Ecclesiae Sacramentis munita, anno a Christo nato millesimo quingentesimo nonagesimo, aetatis sexagesimo nono, quarto nonas Februarii in cœlum migravit. Eam deinde Benedictus decimus quartus Pontifex Maximus solemni Ritu Sanctarum Virginum fastis adscripsit anno salutis millesimo septingentesimo quadragesimo sexto.

℟. Afferentur, &c.

In iii. Noct. Homil. in Ev. Decem Virg.

DIE XVII. FEBRUARII.

In Fest. B. Alexii de Falconeriis. *Conf. dup. Omn. de Comm. Conf. non Pont. præter ea, quæ sequuntur.*

Ad Vesp. et ad Mat. Hymnus.

Decora lux Etruriae.
Hospes pérennis gloriae
Alexi, quo te supplices
Laeti precemur cantico?
Soldalium qui cœtui
Junctus sacrato fœdere.

Novo refulgens ordine
Addis Mariae Servulos.
Et jam coronae proximus
Tendens in altum lumina,
Adesse, quem speraveras,
Christum puellum conspicis.
Te nunc superni Numinis
Amor, Fides, Spes omnium
Simulque Virtutum chorus
Sistit polorum sedibus.
Æterne rerum Conditor,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utrique Spiritus,
Soli tibi sit gloria. Amen.

Oratio.

Deus, qui Beatum Alexium Confessorem tuum inter caeteras egregias dotes, singularis pudicitiae, atque eximiae humilitatis laude decorare dignatus es; concede nobis famulis tuis, ut ejus imitatione a carnalibus illecebris abstinentes, mundana omnia despicere, ac cœlestia solum appetere studeamus. Per Dominum &c.

In 1. *Noct. Lect. ex libro Ecclesiast. cap.* 31.
Beatus vir, &c. *ut in Comm. Conf. non Pont.* 2. *loco.*

In 2. *Noct. Lect. iv.*

ALexius, ex nobili Falconeria gente, anno Christianae aerae ducentesimo circiter supra millesimum Florentiae natus; post puerilem aetatem, piis honestisque moribus in paterna domo actam, liberalibus primum studiis, mox Patriae curis additus; ac summis Magistratibus functus insignem apud omnes prudentiae, ac pietatis laudem obtinuit. Cum vero afflictis Reipublicae rebus ob intestina civium dissidia, quibus componendis sedulam operam navabat, non nisi superna ope subveniri posse intelligeret, in quodam sodalitio, quod Laudensium vocabant, Dei Genitrici laudibus impensius, vacans, totum se Domino mancipare constituit. Quippe die quadam, Assumptae Deiparae sacra, cœlesti visione recreatus, atque ad sanctioris vitae propositum capessendum divinitus se vocari eadem praemonente Deipara, cognoscens, communicato consilio cum sex aliis praeclarissimis ejusdem sodalitii civibus, abdicatis patriis honoribus, ac facultatibus in pauperes erogatis, divinae vocationi confestim obtemperavit, alia

deinde, ac prope Evangelica vivendi forma suscepta, in ruralem quamdam aediculam una cum sodalibus secessit, veluti novae militiae tyrocinium facturus,

℟. Honestum, &c.

Lectio v.

IN hoc secessu conceptum animi fervorem omnium mundanarum rerum contemptu, ac summa sui ipsius dejectione confovere studens, adeo civium oculos in se convertit, ut plurimi de suis reformandis moribus cogitarent. Cum autem novi hi Christi milites eximium erga Cœlorum Reginam, quam tamquam Matrem omni obsequio prosequebantur, devotionis studium, veluti tesseram praeseferrent, eaque propter communi omnium voce Mariae Servi appellarentur illud, admirabile contigit, quod incedentem per urbem aliquando Alexium intuens Beatus Philippus Benitius puerulus, adhuc nondum quintum mensem egressus, soluta repente lingua, atque ad matrem conversus; Ecce, inquit Mariae servus; da illi eleemosynam, mater. Hoc divino testimonio confirmati, in Montem, quem Senarium dicunt, annuente Civitatis Episcopo, profecti sunt, ibique iterum eis apparente & docente Beatissima Virgine, depositâ cinereà, quam antea sumpserant, veste, palliaque induti, in jugem dolorum memoriam compatientis Virginis patienti Filio, tantis sub auspiciis Ordinis Servorum eiusdem Deiparae fundamenta jecere. Horum autem fama permotus Beatus Petsus Martyr, Florentiae tunc degens, cum duos ex illis, Bonfilium atque Alexium super forma suscepti instituti alloquutus esset, sequenti nocte Deipara per visionem se illi ostendente, sub nigro pallio septem viros tegere, ac fovere Alexium inter hos, quem pridie viderat, agnovit,

℟. Amavit, &c.

Lectio vi

VIrginitatem quam perpetuo coluit, jejuniis, vigiliis, laboribus, alisque corporis afflictationibus illibatam custodire contendit. Christianae vero humilitati tantum studuit, ut cum tam apud cives quam apud socios magnae auctoritatis esset, eoque hortante, difficillima quaequae absolverentur vilioribus semper ministeriis, etiam aetate gravis incumbens, Sacerdotio initiari, licet doctrina praestaret, ac praefecturas suscipere modestissime recusavit, Cultus erga Dei Matrem propagandi ardore incensus, Clarissimo Fal-

consorio fratri auctor fuit magnificam sedem in honorem Annunciatae ab Angelo Virginis à fundamentis excitandi Florentiae, in loco quem Confagium dicunt, ubi Sacellum eidem dicatum Almae Virgini diù antè coluerat, ubique imaginem ilius ab Angelo salutatae pingi curaverat. In hac autem pictura Deiparae vultum, quem nullo artis praesidio Pictor exprimere poterat, orante cum aliis Sociis Alexio cœlitus perfectum fuisse tradunt. His in operibus ultra senium provectus, juniorèsque in duris vitae asperitatibus aemulari satagens, appropinquante tandem sui transitus hora, nudis tabulis recubans, adstantes sibi Angelos, Columbarum specie, ac puerum Jesum venustissimam coronam, pulcherrimis intextam floribus, capiti suo imponentem vidit, quos laetus admodum circumstantibus Fratribus ostendens, meritis, ac laboribus plenus, decimum supra centesimum annum agens obdormivit in Domino, multis postea a Deo signis, ac perpeti populorum veneratione clarus. Quibus permotus Benedictus Decimus tertius in eius anniversaria celebritate Officium proprium recitari praecepit.

℟. Iste homo &c.

In iii. Noct Homilia Ven. Bede Presbyt. In Ev Nolite timere, *de Comm. Conf. non Pont. 2 loco.*

DIE XXII. FEBRUARIII·

In Festo S. Margaritae de Cortona. *Duplex Omnia de Comm nec Virg. nec Mart.*

Ad Magnific. in prim. Vesp. Ant.

Simile est Regnum Cœlorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua & comparavit eam.

Oratio.

Deus, qui famulam tuam Margaritam de perditionis via ad salutis tramitem misericorditer deduxisti, eadem nobis miseratione concede, ut quam prius errantem sectari non erubuimus, mox pœnitentem impigre sequi gloriemur. Per Dominum &c.

Ad Matutinium Antiphonae Psalm et Noct de Comm nec Virg nec Mart.

In i. Noct.

De Canticis Canticorum.

Lectio I. *Cap.* 3.

IN lectulo meo per noctes quaesivi quem diligit anima mea, quaesivi illum, & non inveni. Surgam, & circuibo civitatem: per vicos, & plateas quaeram quem diligit anima mea: quaesivi illum, & non inveni. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae.

℟. Veni electa mea, &c.

Lectio ii.

Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meae, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam me nemo despiciat? Apprehendam te, & ducam in domum matris meae: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Laeva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos, filiae Jerusalem, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

℟. Diffusa est gratia, &c.

Lectio iii.

Quae est ista, quae ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genetrix tua. Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus aemulatio; lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Aquae multae non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.

℟. Specie tua, &c.

In ii Noct. *Lect. iv.*

MArgarita à loco dormitionis Cortonensis appellata Laviani in Tuscia ortum habuit. Primis adolescentiae suae annis mundi voluptatibus capta, in Montis Politiani civitate vanam & lubricam vitam duxit, sed cum amasium ab hostibus fœde transfossum indicio canis in fovea sub strue lignorum tumulatum fortuito reperisset, illicò facta est manus Domini super eam, quae magno culparum suarum mœrore tacta, exiit foras, & flevit amare. Itaque Lavia-

num reversa, crine detonso neglecto capite, pullaque veste contecta, erroribus suis, mundique illecebris nuntium misit; inque aedibus Deo sacris fune ad collum alligato, humi procumbens, ab omnibus, quos anteà moribus suis palam offenderat, veniam exoravit. Mox Cortonam profecta in cinere & cilicio ab se laesam Dei Majestatem placare studuit: donec post triennale virtutum experimentum a Fratribus Minoribus spiritualis vitae ducibus Tertii Ordinis habitum impetravit. Uberes exinde lacrymae ei familiares fuerunt, atque ima suspiria tanta animi contritione ducta, ut diu elinguis consisteret, Lectulus nuda humus, cervical lapis aut lignum porrexit, atque ita noctes insomnes in cœlestium meditatione trahere consuevit, nullum amplius pravum desiderium perpessa, dum bonus spiritus promptior infirmam carnem ad subeundos labores erigebat.

℟. Propter veritatem, &c.

Lectio v.

A Daemone insidiis funestisque conatibus lacessita, Mulier fortis hostem ex verbis detectum semel atque iterum invicta repulit. Ad eludendum vanae gloriae lenocinium, quo a malo spiritu petebatur, praeteritos mores suos per vicos & plateas alta voce accusare non destitit, omni supplicio se rèam inclamans: nec nisi a Confessario deterrita, in speciosam faciem, olim impuri amoris causam, saevire abstinuit, egrè ferens, suam formam longa carnis maceratione non aboleri. Quibus, aliisque magnae pœnitentiae argumentis suorum criminum labe expiata, atque ita de se triumphatrix, ut sensus plane omnes à mundi illecebris custodiret, digna facta est, quae saepè Domini consuetudine frueretur. Ejusdem quoque Christi, & Virginis Matris dolorum, quod ipsa ardenter expetierat, particeps facta, cunctis sensibus destituta, & verè mortua interdum visa est. Ad eam proinde, veluti ad perfectionis magistram, ex dissitis etiam regionibus plurimi conveniebant: ipsa verò cœlesti, quo erat perfusa, lumine, cordium secreta, conscientias hominum, imò & peccata in remotis licet partibus Deum offendentium, cum dolore & lacrymis detegens, summaque in Deum & proximum charitate fervens ingentem animarum fructum operata est. Ægris ad se venientibus salutem, obsessis a daemone liberationem impetravit. Puerum defunctum lugente matre ad vitam reduxit. Imminentes bellorum tu-

multus assiduis orationibus sedavit. Denique summae pietatis operibus vivos & mortuos sibi demeruit.

℟. Dilexisti &c.

Lectio vi.

TOt Sanctis operibus occupata de rigore, quo assidue corpus suum exercebat, nihil remisit. Neque a studio cœlestia meditandi se avelli passa est, in utroque vitae genere plane admiranda, utramque sororem Magdalenam, & Martam referens. Tandem pro se Dominum orans, ut ex hac valle lacrymarum sursum in cœlestem Patriam revocaretur, exaudita est oratio eius, die atque hora dormitionis ei patefactis. Meritis itaque & laboribus plena, ac cœlestibus donis cumulata cœpit corporis viribus destitui perque dies decem & septem nullo cibo, sed divinis tantum colloquiis refecta est; tum Sanctissimis Ecclesiae Sacramentis rite susceptis, vultu hilari, atque oculis in cœlum conversis, octavo Kalendas Martias, anno aetatis quinquagesimo, suae conversionis vigesimo tertio, humanae verò salutis millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, felix migravit ad Sponsum. Corpus in hunc usque diem vegetum, incorruptum, illaesum, & suaviter olens, summa religione colitur in Ecclesia Fratrum Minorum, quae jam ab eadem Margarita appellatur, miraculis continuò floruit; quibus permoti Romani Pontifices ad augendum ejus cultum plurima liberaliter indulserunt: Benedictus vero decimus tertius in Festo Pentecostes, die sextadecima Maii, anni millesimi septingentesimi vigesimi octavi solemnem ejus Canonizationem religiosissime celebravit.

℟. Fallax gratia, etc.

In iii. Noct. Homil. S Gregorii Papae in Ev. Simile est Regnum Cœlorum thesauro abscondito in agro, *de comm. non Virg.*

Ant. ad Bened. Ut cognovit, resipuit Seraphici Ordinis Magdalena: dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum.

Ad Magnif, in 2. Vesp. Ego dilecto meo, & ad me conversio ejus: inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.

Missa Cognovi, *de Comm. non Virg. prœter Orationem, ut supra: et Epist. quæ sumitur ex Mis. S. Mariæ Magd.*

Die. XI

In Festo B. M. V. nunc

O

Omnipotens & misericors mano generi Beatam Virgin Matrem esse voluisti: da n cedente diabolica vitare co servire valeamus. Per eum

In I. *Noctu*

Ego Sapientia &c *ut ad*

IN II. N

Lect

Sermo S. Thomae Episco

Conc. ù. *de*

Maria est Turris fundata tibus sanctis immobili funda dio ejus non commovebitu legitur: Sicut Turris Davi pugnaculis, mille clypei pe fortium. Vere Turris Davi superbum Goliath quinque quinque Vulneribus, & Cru variæ Monte prostravit. Fa propugnaculum & peccator ipsam confugiant omnes rei, & se protegente liberentur que tribulatione ad Mariam sive persecutionibus attritu tus, hanc Turrim petito, enim clypei pendent ex ea, lantis, & ad omnem faciem mum in ea clypeum invenie

R. Sicut cedrus exaltata s sus in monte Sion: quasi odoris.

℣. Et sicut cinnamomum, Dedi.

Lect

Ibi est enim omnis armatura rum, ibi fortitudo Martyru ctorum sapientia, Anachorit

fessorum: ibi denique omnium Sanctorum virtus agglomerata reperitur. Nihil enim unquam alicui Sanctorum speciali privilegio concessum est, quod non a principio vitae, & cumulatius praefulgeat in Maria. Ecce Castellum fortissimum ecce Turrim inexpugnabilem, quae numquam Diabolo praestitit tributum, ac fidem. Hanc intravit Jesus, quando Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, ideo inimicos expugnaturus, & Regnum suum recuperaturus, in quo ab initio Daemon fuerat intrusus

℟. Quae est ista, quae processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? Viderunt eam Filiae Sion, & beatam dixerunt, & Reginae laudaverunt eam.

℣. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt.

Lectio VI.

Electa est, ut esset Advocata nostra. Nam licet Advocatum habeamus apud Patrem, Filium, ut ait Joannes; opus etiam fuit habere Matrem Advocatam apud Filium. Nam peccatis nostris non solum Deus offenditur, cujus praecepta violamus; sed & Filius Dei, cujus sanguinem peccando conculcamus, rursus crucifigentes Filium Dei: & ideo sicut apud Patrem interpellat Filius, sic apud Filium interpellat Mater. Unde Filius ostendit Patri latus, & vulnera, & Mater ostendit Filio pectus, & ubera; unde facta est idonea Advocata: idonea, quia purissima: idonea, quia acceptissima; idonea, quia piissima: haec enim omnia ad Advocatam requiruntur. Eja ergo Advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte; ad te in nostris necessitatibus accurrimus, tuum officium imple, tuum opus exerce. ℟. Ornatam monilibus Filiam Jerusalem Dominus concupivit: Et videntes eam Filiae Sion, beatissimam praedicaverunt, dicentes: Unguentum effusum Nomen tuum:

℣. Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes &c. Gloria Patri &c. Unguentum &c.

IN III. NOCTURNO.

Lectio VII.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem c. 19.

In illo tempore. Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus, & Soror Matris ejus Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Et reliqua

Homilia S. Augustini Episcopi.

Tract. 119. in Jo.

Haec nimirum est illa hora, de qua Jesus, aquam conversurus in vinum, dixerat Matri. Quid mihi, & tibi est Mulier? Nondum venit hora mea. Hanc itaque horam praedixerat, quae tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscere matrem moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo divina facturu, non divinitatis, sed infirmitatis Matrem velut incognitam repellebat. Nunc autem humana jam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano. Moralis igitur insinuatur locus. Facit quod faciendum admonet, & exemplo suo, suos Ministros instruxit Praeceptor bonus, ut a filiis impendatur cura parentibus: tamquam lignum illud, ubi fixa erant membra morientis, etiam cathedra fuerit Magistri docentis.

℟. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: Quia ex te ortus est sol justitiae Christus Deus noster.

℣. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen quicumque celebrant tuam sanctam Festivitatem.

Quia ex te.

Lectio VIII.

Ex hac sana doctrina didicerat Paulus Apostolus quod docebat, quando dicebat: si quis autem suis, & maxime domesticis non providet, fidem negavit, & est infideli deterior. Quid autem tam cuique domesticum, quam parentes filiis, aut parentibus filii? Hujus itaque saluberrimi praecepti ipse Magister Sanctorum de seipso constituebat exemplum, quando non ut famulae Deus, quam creaverat, & regebat, sed ut Matri homo, de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium providebat.

℟. Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum Nomen ejus.

℣. Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit.

Lectio IX.

de Hom. et comm. Fer.

Die XVI. Martii

In Festo B. Torelli *Conf. et Erem Ordinis Vallisum-*

brosæ . Duplex . Omn. de Comm. Conf. non Pont præter ea, quae hic notantur.

Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus, ut quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, interveniente B. Torello Confessore tuo veniam largiaris, & pacem, Per Dominum &c.

In 1 Nocturno Lect Beatus vir, qui inventus est *de eodem Comm. 2. loco.*

In 2 Noct Lectio IV.

Torellus Pupii in Etruria ex nobili Torella familia, ut fertur progenitus, adolescens patre orbatus: vitam laxato in voluptates fræno lascivam ducens iuventutis decorem liberaliter, ac religiose sub paterna disciplina pridem institutæ fœde commutavit. Quadam die cum gallus a fenestra super ejus humeros quasi ad pœnitentiam excitaturus advolasset, illico super ipsum manus Dei facta est, ac ingenti culparum suarum dolore concepto in virum alterum cônversus evasit. Quare Abbatem S. Fidelis Ordinis Vallisumbrosæ adiens habitum Eremiticum ab eo impetravit; ac in solitudinem milliario a Pupio distantem secessit in locum, qui ob avellanarum copiam Avellanetum nuncupatur; ubi, cellula cum Oratorio constructa, continuos sexaginta annos in perpetuo pœnitentiæ luctu vitam omni austeritatis genere asperrimam, sed cœlestium meditatione suavem, transegit.

℟. Honestum.

Lectio V.

Cœlesti gratia confortatus, ut carnem suam in servitutem redigeret, pelle agresti induebatur, setulis adeo horrida ut corpus dilaceraret, Lectulum nuda humus, ac cervical saxum, aut lignum præbebat, ac ferrea catena se usque ad sanguinis effusionem diverberare consuevit. Abstinentia fuit singularis: nam pane, & aqua dumtaxat reficiebatur, & aliquando biduum transegit sine ullo cibo, sed post annos triginta ob magnam corporis debilitatem, herbis, ac modico vino uti compulsus est.

℟. Amavit.

Lectio VI.

Cum autem ad octogesimum ætatis annum pervenisset, ab Angelo futurae mortis admonitus, perceptis rite Sacrosanctis Mysteriis, migravit ad Dominum anno salutis millesimo ducentesimo, & octogesimo secundo, campanis Pupii sponte sonantibus, cujus corpus, cum de sepultura contenderetur, ferunt a nomine nisi ab Abbate, sub cuius obe-

dientia vivebat, dimoveri potuisse. Eius virtutum, ac miraculorum fama nedum indigenas, sed finitimas quoque civitates ad eius cultum excitavit. Qui cum apud Forolivienses maxime vigeret, ipsum, Benedictio XIV. Pontifice Maximo adprobante, inter Patronos suos cooptarunt.

℟. Iste homo.

In 3 *Noct Lectiones de Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri in Evang.* Nolite timere *de eod. comm.* 2 *loc.*

Missa Justus 1 *or. pr. ut sup.*

Die I Aprilis

In Festo Impression. Sacror. Stigmat in Corpore S. Chatarinæ *Virg. Senens. dup. Omn. de Comm. Virg. præterea, quæ hic notantur.*

Oratio.

Da quæsumus, omnipotens Deus, ut qui Beatæ Chatarinæ Virginis tuæ sacra Stigmata colimus, & annua solemnitate lætemur & tantæ virtutis proficiamus exemplo. Per Dominum &c.

In 1 *Noct Lect.* De Virgin. *ut in Comm. Virg.* 1 *loc.*

In II. Noct. Lectio IV.

Catharina Virgo Senensis, post susceptum Beati Dominici habitum, quem Sorores de Pœnitentia gestare solent divino amore succensa, orationibus, piisque meditationibus mentem suam jugiter nutriebat. Presertim sacra Dominicæ Passionis mysteria meditari consueverat: ac tanto spiritu erga illa ferebatur, ut in iisdem contemplandis per plures horas singulis diebus dstineretur. Communione Altaris, quae illi fermè quotidiana fuit, toto cordis affectu suscepta, mox in aere extolli videbatur. Dum autem his divinis contemplatiooibus pascebatur, pluribus gratiis donata est, ac etiam sacris Stigmatibus insignita.

℟. Propter &c.

Lectio V.

Dum namque Pisis immoraretur, die Dominico refecta cibo cœlesti, & in extasim rapta, vidit Dominum Crucifixum magno cum lumine advenientem, & ex eius Vulnerum t cicatricibus quinque radios ad quinque loca sui corporis descendentes, Ideoque mysterium advertens, Dominnm precata, ne cicatrices apparerent, continuo radii colorem sanguineum mutaverunt in splendidum, & in forma purae lucis pervenerunt ad manus, pedes, & cor ejus, ac tantus erat dolor, quem sensibiliter patiebatur, ut brevi se crederet morituram.

℟. Dilexisti &c.

Lectio V.

Hanc itaque gratiam amantissimus Dominus nova gratia cumulavit, ut sentiret dolorem illapsa vi vulnerum, & cruenta signa non apparerent, Quod ita contigisse cum Dei famula Confessario suo Raymundo retulisset; ut oculis etiam repraesentaretur, radios in imaginibus Beatæ Catharinæ ad dicta quinque loca pertingentes, pia Fidelium cura pictis coloribus expressit. Deiu vero Benedictus Decimus tertius Pontifex Maximus Ordinis Praedicatorum ut eorumdem corda in Christi Crucifixi amorem inflammarentur, universo Praedicatorum Ordini tantae rei memoriam anniversaria solemnitate celebrari concessit.

℟. Afferentur &c.

In 3 *Nocc de Hom in Evang*. Simile erit Regnum, *de Comm. Virgin.* 1 *loco*.

Die XIX Aprilis.

In Festo S. Crescentii *Conf. dupl. Omn. de Comm. Conf. non Pont.* 1 *loco*, *ll.* 1 *noct. de Script. curr.*

Die XX Aprilis.

In Festo S. Agnetis de Monte Politiano *Virg: Ord Predicat. dupl Omn de Comm Virg praeter ea, quae hic habentur propria*.

Oratio

Deus, qui Beatam Agnetem Virginem tuam cœlesti rore saepe profundere, & orationis eius loca diversis enatis floribus decorare dignatus es: concede propitius, ut ejus precibus perpetuo tuae benedictionis rore conspersi, aeternitatis fructus percipere mereamur. Per Dominum &c.

In 1. *Noct. Lect. de Script. occurr.*

In II. Noct. Lectio IV.

AGnes Virgo Ordinis Sancti Dominici, in Pogo quodam Montis Politiani, ab obscuris, sed piis, ac locupletibus est orte parentibus, cujus ortum insignem omnibus reddidit illustre miraculum, quod in conclavi, dum e matris alvo prodiret, accensæ cereæ faces divinitus apparuerunt, portendentes lucem, quam orbi terrarum allatura esset. Infantula neglectis lusibus, sæpe in remotum aliquem locum se abdebat, ut sese totam Jesu Christo quem sponsum elegerat. ex animo commendaret. Quodam die Montem Politianum a suo Pago petens, in collem venit, qui in urbis pomœrio est, ubi meretrices quœdam agebant. Illic Virgo infantula rostris, & unguibus a quibusdam tetris,

dientia vivebat, dimoveri potuisse. Eius virtutum, ac mi raculorum fama nedum indigenas, sed finitimas quoque c vitates ad eius cultum excitavit. Qui cum apud Forol vienses maxime vigeret, ipsum, Benedictio XIV. Pontifi Maximo adprobante, inter Patronos suos cooptarunt.

℟. Iste homo.

In 3 Noct Lectiones de Homilia Venerabilis Bedæ Pr sbyteri in Evang. Nolite timere *de eod. comm. 2 loc.*

Missa Justus 1 *or. pr. ut sup.*

Die I Aprilis

In Festo Impression. Sacror. Stigmat in Corpore S. Cha tarinæ *Virg. Senens. dup. Omn. de Comm. Virg. præterea quæ hic notantur.*

Oratio.

Da quæsumus, omnipotens Deus, ut qui Beatæ Chata rinæ Virginis tuæ sacra Stigmata colimus, & annu solemn tate lætemur & tantæ virtutis proficiamus exemplo Per Dominum &c.

In 1 Noct Lect. De Virgin. *ut in Comm. Virg. 1 loc.*

In II. Noct. Lectio IV.

Catharina Virgo Senensis, post susceptum Beati Domi nici habitum, quem Sorores de Pœnitentia gestare solet divino amore succensa, orationibus, piisque meditationib mentem suam jugiter nutriebat. Presertim sacra Dominic Passionis mysteria meditari consueverat: ac tanto spirit erga illa ferebatur, ut in iisdem contemplandis per plur horas singulis diebus dstineretur. Communione Altaris quae illi fermè quotidiana fuit, toto cordis affectu susce pta, mox in aere extolli videbatur. Dum autem his divi nis contemplatiooibus pascebatur, pluribus gratiis donat est, ac etiam sacris Stigmatibus insignita.

℟. Propter &c.

Lectio V.

Dum namque Pisis immoraretur, die Dominico refect cibo cœlesti, & in extasim rapta, vidit Dominum Cru cifixum magno cum lumine advenientem, & ex eius Vu nerum e cieatricibus quinque radios ad quinque loca sui cor poris descendentes, Ideoque mysterium advertens, Dom num precata, ne cicatrices apparerent, continuo radii co lorem sanguineum mutaverunt in splendidum, & in form purae lucis pervenerunt ad manus, pedes, & cor ejus, a tantus erat dolor, quem sensibiliter patiebatur, ut brev se crederet morituram.

℟. Dilexisti &c.

Lectio V.

Hanc itaque gratiam amantissimus Dominus nova gratia cumulavit, ut sentiret dolorem illapsa vi vulnerum, & cruenta signa non apparerent, Quod ita contigisse cum Dei famula Confessario suo Raymundo retulisset; ut oculis etiam repraesentaretur, radios in imaginibus Beatæ Catharinæ ad dicta quinque loca pertingentes, pia Fidelium cura pictis coloribus expressit. Deiu vero Benedictus Decimus tertius Pontifex Maximus Ordinis Praedicatorum ur eorumdem corda in Christi Crucifixi amorem inflammarentur, universo Praedicatorum Ordini tantae rei memoriam anniversaria solemnitate celebrari concessit.

℟. Afferentur &c.

In 3 *Nocc de Hom in Evang.* Simile erit Regnum, *de Comm. Virgin.* 1 *loco.*

Die XIX Aprilis.

In Festo S. Crescentii *Conf. dupl. Omn. de Comm. Conf. non Pont.* 1 *loco, ll.* 1 *noct. de Script. curr.*

Die XX Aprilis.

In Festo S. Agnetis de Monte Politiano *Virg; Ord Predicat. dupl Omn de Comm Virg praeter ea, quae hic habentur propria.*

Oratio

Deus, qui Beatam Agnetem Virginem tuam cœlesti rore saepe profundere, & orationis eius loca diversis enatis floribus decorare dignatus es: concede propitius, ut ejus precibus perpetuo tuae benedictionis rore conspersi, aeternitatis fructus percipere mereamur. Per Dominum &c.

In 1. *Noct. Lect. de Script. occurr.*

In II. Noct. Lectio IV.

AGnes Virgo Ordinis Sancti Dominici, in Pogo quodam Montis Politiani, ab obscuris, sed piis, ac locupletibus est orta parentibus, cujus ortum insignem omnibus reddidit illustre miraculum, quod in conclavi, dum e matris alvo prodiret, accensæ cereæ faces divinitus apparuerunt, portendentes lucem, quam orbi terrarum allatura esset. Infantula neglectis lusibus, sæpe in remotum aliquem locum se abdebat, ut sese totam Jesu Christo quem sponsum elegerat. ex animo commendaret. Quodam die Montem Politianum a suo Pago petens, in collem venit, qui in urbis pomœrio est, ubi meretrices quœdam agebant. Illic Virgo infantula rostris, & unguibus a quibusdam tetris,

sordidisque corvis appetita est, tamquam præsagientibu dæmónibus illam suis conatibus olim acriter adversaturam Nonum agens annum multis precibus a parentibus impetr vit, ut in Cœnobio Virginum, cui nomen a Sacco est, i ipso Monte Politiano, totam suo se Sponso dicaret, in qu tanta animi alacritate cœpit in precationibus, sacris lectic nibus, aliisque religiosis exercitationibus tempus om consumere, ut etiam corporis necessitatibus, quod posset subtraheret, Modestiam, obedientiam, humilitatem in pri mis coluit. Mentis integratatem & corporis pudicitiam adc adamavit; ut ad tantum thesaurum facilius, & tutius co servandum, tenellum corpus jejuniis, vigiliisque conficeret

℟. Propter &c.

Lectio V.

Et ne lucerna ardens seb modio lateret, sed super cande labrum poneretur; Agnes Dei nutu ad instituendu novum sacrarum Virginum Cœnobium in oppido, vulg Proceno, intra fines agri Orvieti eum sua magistra Ma gharita delecta est. Mox eidem Cœnobio propter eximia vitæ sanctitatem, senilemque prudentiam, licet quintu decimum annum nondum egisset, Summi Pontificis jus invita præficitur. Tunc omnium studia virtutum ardentn colere cœpit. Per annos quindecim, quos hic vixit, quot die jejunavit, solo pane, & aqua satis contenta. Sed lectus nuda humus, cervical durum saxum ipsi fuit. Deu frequenter orabat, ut regendo Monasterio ætatis suæ in becillitatem divina virtute firmaret, & ab oratione, ac d vinarum rerum contemplatione, nonnisi magno cum ani dolore, avocabatur. Sæpe autem ejus pallium, cum ab or tione surgeret, inventum est candido rore conspersum, cuj roris guttæ singulæ crucis figuram habebant. Quin etia templi ara primaria, & totum pavimentum eo die, qu Christi Sponsam Episcopus, præsente universo Clero, populo, consecravit, simili rore conspersum est. Interdu quoque locum quem orando flexis genibus tangebat, ena subito flores, violæque pulcherrimæ ornarunt. Inter ora dum a Beatissima Dei Matre Filium Jesum, gerentem fo mam lactantis Infantis, suo complexu quondam accep atque ab ejus collo pendentem tenui filo crucem dono h buit, quae in templo asservatur, in quo corpus Virgi conditum est.

℟. Dilexisti &c.

Lectio VI.

Dum vero in gravissimum morbum incidisset ; ad Balnea propinqui oppidi Clanciani ducta est : ac vix aquas attigerat, cum cœlesti quodam rore concreto, & instar nivis candido conspersæ sunt, cujus singulæ particulæ crucis formæ figuratæ erant. Nunc quoque ex novo fonte aqua profluit, quæ omnium generum morbos curare incœpit. Ac in Cœnobium reversa, ingravescente morbo sacras sorores deplorantes matris e vita discessum consolata & ad concordiam, votorum observantiam simul exhortata est: sentiensque se ad cœlestes nuptias a suo Sponso vocari, manus in cœlum sustulit, ac Domino spiritum commendavit anno millesimo trecentesimo decimo septimo, die vigesima Aprilis. Cujus corpus miram odoris suavitatem efflans ad se visendum omnes invitavit: ac e summis manibus, & pedibus pretiosum liquorem emittens, vestes ipsas madefecit: multisque miraculis commendatum in hunc usque diem integrum conspicitur, divinisque honoribus afficitur. Ad quod visendum Sancta Catharina Senensis, quæ acceperat a Deo se parem in Cœlo cum Beata Agnete gloriam habituram. cum venisset ' pedem osculari voluit: sed jacèntis corporis pes alter in os usque Sauctæ Catharinæ, divina vi, erectus est. Iterumque post aliquod tempus Sancta Catharina ad Beatæ Agnetis corpus reversa, cum ad caput corporis sese demisisset, manna toto illo loco pluere cepit in figuram Caucis formatum. sicut decidere solitum erat. cum Agnes in hac vita orabat.

℟. Afferentur &c.

In 3. *Nocturno Homil. in Evangel.* Simile erit Regnum cœlorum decem Virginib *de eod. comm.*

Die XXVI. Aprilis.

In Festo Apparitionis Sacræ Imaginis Beatæ Mariæ Virginis de Bono Consilio Nuncupatæ *duplex maj. Omnia ut in Festo Sanctæ MARIÆ AD NIVES præter ea, quæ sequuntur.*

IN I. VESPERIS.

Ant. et Psal. ut in Officio Parvo B. M. V. *Cap.* Ab initio. *Hymn.* Ave mari Stella.

℣. Dignare me, laudare te, Virgo sacrata alleluja.

℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos alleluja.

Ad Magnificat, *Antiphona*. Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam festivitatem Alleluja.

Oratio.

Bonorum omnium largitor Deus, qui Genitricis dilecti Filii tui speciosam Imaginem mira Apparitione clarificare voluisti: concede quæsumus, ut ejusdem Beatæ Mariæ Virginis intercessione ad cælestem patriam feliciter perducamur Per eumdem Dominum &c.

AD MATUTINUM

Invitatorium. Sancta Maria Dei Genitrix Virgo. Intercede pro nobis All. *Psal* Venite

Hymnus.

Plaude festivo, pia gens, honore,
Dum Genestani veneraris ædem,
Qua Dei Magnæ Genitricis alma
Splendet Imago.
Hæc ubi mira specie repente
Obtulit sese populis videndam,
Multa mox secum bona ferre nostras
Visa per oras.
Ipsa tunc ægris aderat' molestos
Corporis morbos, animique pellens,
Longe & ærumnas Latio imminentes
Ipsa fugabat.
Virgo, quæ magnis decorata signis
Nunc quoque effulges, miseris juvamen
Affer, & fusis patiens clientum
Annue votis.
Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui super cæli solio coruscans
Totius Mundi seriem gubernat
Trinus, & unus. Amen.

IN. I. NOCTURNO

Antiph. et Psal. ut in Officic parvo B. M. V.
℣. Specie tua, & pulchritudine tua. Allel.
℟. Intende, prospere, procede, & regna Allel.

Lectio I.

De Lib. Prov. c 2 10. &c.

Si intraverit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuae placuerit, consilium custodiet te, & prudentia servabit te, ut eruaris a via mala, & ab homine, qui perversa loquitur; qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas; qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum viæ perversæ sunt, & infames gressus eorum.

℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio: Quia quem Cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti Allel. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. ℟. Quia.

Lect. II. c. 3. 21

Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis, Custodi legem atque consilium, & erit vita animæ tuae, & gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget; si dormieris, non timebis, quiesces, & suavis erit somnus tuus: ne paveas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim in latere tuo & custodiet pedem tuum, ne capiaris.

℟. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, quia cum essem parvula, placui Altissimo: Et de meis visceribus genui Deum & hominem Allel.

℣. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

℟. Et de meis.

Lect. III. c. 8.

Ego Sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum; arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilingue detestor. Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam. Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilant ad me invenient me.

℟. Beata es Virgo Maria quæ Dominum portasti Creatorem mundi; Genuisti qui te fecit, & in æternum permanes Virgo Allel.

℣. Ave Mari gratia plena: Dominus tecum.

℟. Genuisti ℣. Glaria.

℟. Genuisti.

IN II. NOCTURNO

℣. Adiuvabit eam Deus vultu suo Allel.

℟. Deus in medio eius non commovebitur. Allel.

Lect. IV.

De Sermone S. Augustini Episcopi.

In Natali S. Ioannis Baptistæ.

Hominem concepit Elisabeth, hominem Maria: sed Elisabeth solum hominem. Maria Deum, & hominem. Mira res est, quomodo potuerit concipere creatura Creatorem. Quid est ergo intelligendum, Fratres mei, nisi quia ipse sibi fecit carnem de sola Matre, qui fecit primum

hominem sine patre, & matre? Primus ille noster casus fuit, quando fœmina, per quam mortui sumus. in corde coucepit venena Serpentis. Persuasit enim Serpens peccatum, & admissus est male suadens. Si primus noster casus fuit, cum fœmina concepit corde venena Serpentis, non mirandum, quod salus nostra facta est, cum fœmina concepit in utero carnem Omnipotentis. Uterque ceciderat sexus; uterque fuerat reparandus. Per mulierem in interitum missi eramus: per mulierem nobis reddita est salus.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion: quasi myrra electa * Dedi suavitatem odoris Allel.

℣. Et sicut cinnamonum & balsamum aromatizans. R. Dedi.

Lectio V.

De Sermone S. Fulgentii Episcopi.

De laudibus Mariae ex parte Salvatoris.

Quoniam diabolus per serpentem Evae loquutus, per Evae aures Mundo intulit mortem, Deus per Angelum ad Mariam pertulit verbum, & cunctis saeculis vitam effudit. Angelus sermouem ejecit, & Christum Virgo concepit. Hoc splendore concipitur Die Filius: hac munditia generatur. De Caelis medicus transiens per Virginem; post transitum suum, illaesam fecit Virginem permanere. Qui enim disrupta corporum membra in aliis poterat integrare tangendo, quanto magis in sua Matre, quod invenit integrum, potuit non violare nascendo? Crevit enim ejus partu integritas corporis potius, quam decrevit, & Virginitas ampliata est potius, quam fugata.

R. Quae est ista, quae processit sicut Sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filiae Sion, & beatam dixerunt, & reginae laudaverunt eam All.

℣. Et sicus dies verni circumeabant eam flores rosarum, & lilia convallium.

R. Viderunt.

Lectio VI.

Maria quam praeclarissimis tribus bonis sublimetur, ausculta, Salutationis Angelicae, benedictionis divinae, & plenitudinis gratiae. Sic enim eam legitur salutasse: Ave Maria gratia plena, benedicta inter Mulieres. * Et ut nihil non sublime esset in hac Sanctissima Virgine, quam Angelus gratia plenam salutavit, non sine Divino consilio factum est, ut ejus etiam imagines summo essent in honore, & prodigiis, miraculisque clarescerent. Quasi

inter, ea tribus ab hinc sæculis præcipuo honore colitur, quæ Paulo secundo sedente, mirabiliter apparuisse in pariete Ecclesiæ Patrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustin in Oppido Genestani Praenestinae Diœcesis, ex pontificiis Diplomatibus, & supparibus monumentis comprobatur. Quibus permotus Pius Papa Sextus praefatis ejusdem Oppidi Cœnobitis Officium proprium concessit VII. Kal. Maii, ipso scilicet Apparitioni dei recitandum, ac dein deillud, die, quae immediate subsequitur pro ejus recitatione in posterum assignata, ad universum praedictum Ordinem sub ritu duplicis majoris extendit.

℟. Ornatam monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit: * Et videntes eam filiae Sion beatissimam praedicaverunt dicentes. * Unguentum effusum nomen tuum Allel.

℣. Adstitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

℟. Et videntes.

℣. Gloria Patri.

℟. Unguentum.

IN TERTIO NOCTURNO

℣. Elegit eam Deus & praelegit eam Allel.

℟. In tabernaculo suo habitare facit eam Allel.

Lectio VII.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mathaeum. *c.* I.

Liber generationis Jesu Christi, Filii David, Filii Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob.

Et reliqua.

Homilia S. Thomae Episcopi.

In Conc. 2. *Nat. B. M.*

Cogitanti, mihi, ac diu haesitenti quid causae sit, quod cum Evangelistae de Joanne Baptista, & aliis Apostolis tam longum fecere tractatum, de Virgine Maria, quae vita, & dignitate omnes antecedit, ita summatim percurrunt historiam; Cur, inquam non traditum estememoriae, quomodo concepta, quomodo nata, quomodo nutrita, quibus moribus decorata, quibus virtutibus ornata, quid cum Filio in humanis egerit, quomodo cum illo conversata sit, quomodo post eius Ascensionem cum Apostolis vixerit? Magna erant haec, & memoratu digna, & quae cum summa devotione a Fidelibus legerentur, a populis amplecterentur. Quis enim dubitat, quin in eius nativitate, & pueritia mira multa contigerint, & puella haec in teneris annis stupendum saeculis virtutum omnium monumentum extiterit?

℟. Felix namque es sac
dignissima: * Quia ex te o
Deus noster Allel.

℣. Ora pro populo, inte
devoto fœmineo sexu: sen
cumque celebrant tuam sa

℟. Quia ex.

Benedictio. Cuius festu
num &c.

Lect.

HÆc mihi haesitanti, cur
actibus Pauli non est con
currit (accusare enim Evan
pium, ita, & temerarium in
ritui Sancto, eiusque provi
propterea quia Virginis glo
omnis intus erat, & magis
sufficitque ad ejus plenam
est Jesus. Quid amplius q
Virgine? Sufficit tibi, quod

℟. Beatam me dicentom
mihi Dominus magna qui
ejus Allel. ℣. Et misericor
timentibus eum. ℟. Quia.

Lect

Non eam Spiritus Sanctus
eam animo depingendan
illi gratiae, aut prefectionis
pura creatura concipere po
intellectum omnem superass
scribenda non fuit, ne putare
eidem forsitan defuisse. Si
mus suae potentissimus Don
ita donis. & gratiis venusta
Matrem suam, unicam Spons
elegit, aeprae omnibus adun
mus praeposuit, non solum V
Cuoris; quia Mater ejus est
celsitudo. Quidquid igitur d
gere cupis, tottum in hoc cl
natus est Jesus, Haec longa
est.

Te Deum laudamus &c.

[redacted]

inter, ea tribus ab hinc sæculis præcipuo honore colitur, quæ Paulo secundo sedente, mirabiliter apparuisse in pariete Ecclesiæ Patrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustin in Oppido Genesani Praenestinae Diœcesis, ex pontificiis Diplomatibus, & supparibus monumentis comprobatur. Quibus permotus Pius Papa Sextus praefatis ejusdem Oppidi Cœnobitis Officium proprium concessit VII. Kal. Maii, ipso scilicet Apparitioni dei recitandum, ac dein deillud, die, quae immediate subsequitur pro ejus recitatione in posterum assignata, ad universum praedictum Ordinem sub ritu duplicis majoris extendit.

℞. Ornatam monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit: * Et videntes eam filiae Sion beatissimam praedicaverunt dicentes. * Unguentum effusum nomen tuum Allel.

℣. Adstitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

℞. Et videntes.

℣. Gloria Patri.

℞. Unguentum.

IN TERTIO NOCTURNO

℣. Elegit eam Deus & praelegit eam Allel.

℞. In tabernaculo suo habitare facit eam Allel.

Lectio VII.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mathaeum. *c.* I.

Liber generationis Jesu Christi, Filii David, Filii Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob.

Et reliqua.

Homilia S. Thomae Episcopi.

In Conc. 2. Nat. B. M.

Cogitanti mihi, ac diu haesitenti quid causae sit, quod cum Evangelistae de Joanne Baptista, & aliis Apostolis tam longum fecere tractatum, de Virgine Maria, quae vita, & dignitate omnes antecedit, ita summatim percurrunt historiam; Cur, inquam non traditum estememoriae, quomodo concepta, quomodo nata, quomodo nutrita, qu bus moribus decorata, quibus virtutibus ornata, quid cum Filio in humanis egerit, quomodo cum illo conversata sit, quomodo post eius Ascensionem cum Apostolis vixerit? Magna erant haec, & memoratu digna, & quae cum summa devotione a Fidelibus legerentur, a populis amplecterentur. Quis enim dubitat, quin in eius nativitate, & pueritia mira multa contigerint, & puella haec in teneris annis stupendum saeculis virtutum omnium monumentum extiterit?

in Jerusalem creavit; legavitque mox in Insubriam, ut Mediolanenses, Florentinos & Venetos discordia laborantes componeret. Post pacem Italiae ab eo feliciter restitutam, secunda in Gallias legatione auctus est; ac vita functo Martino Quinto, Eugenii Quarti iussu in Belgium profectus, Philippum Burgundiae Ducem Carolo Quarto Francorum Regi in Atrebatensibus comitiis conciliavit. Ad Germaniae quoque Principes in Norimbergensi conventu Pontificium Legatum egit; deinde Basileensi, tum Ferrariensi interfuit Concilio, ubi Apostolicae Sedis dignitatem, majestatemque adversus Schismaticos egregiè tutatus est.

℟. Posui adjutorium &c.

Lectio VI.

In obeundis tam variis gravissimisque Legationibus incredibilem sibi apud Reges & Principes venerationem adeptus, in virtutum suarum admirationem rapuit universos. Erat enim in eo vel in summis honoribus simplicissima humilitas, animus non solum firmus, & excelsus, sed candidus etiam, prudens, ac moderatus, effusa in omnes charitas, mansuètudo, atque humanitas cum ardenti religionis zelo conjuncta. Cartusiani, quod professus fuerat, instituti tenax, ejus asperitates ad mortem usque retinuit. Familiam ingenuam aluit, sanctissimeque institutam, ex qua duo Romani Pontifices Nicolaus quintus & Pius Secundus prodiere. Tandem cum Eugenium Quartum honoris ergo comitaretur, Senis in Etruria renum calculo oppressus, sancto fine quievit. Ejus corpus Florentiam delatum, apud Carthusianos honorifice conditum est. Sanctitatis, & miraculorum fama post mortem clarum Benedictus Decimus quartus Beatorum ritu coli permisit.

℟. Iste est &c.

In 3. Nocturno Homil. in Evang. Vigilate, *de Comm. Conf. Pontif. Oratio.* Exaudi quaesumus, *ac ead Comm.*

Die XI. Maii.

In Festo B. Joannis a Vespiniano *Conf. dupl. Omnia de Comm. Conf. non Pontif. praeter ea quae sequuntur.*

In Hymno Iste Confessor *dicitur* Meruit Supremos.

In utrisque Vesperis ad Magnificat.

Ant. Psal. 9. Factus est refugium pauperi, adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Oratio

Deus, qui Beatum Joannem Confessorem tuum singularis misericordiae in pauperes, & eximiae pœnitentiae gratia decorasti: ejus meritis & precibus concede, ut peccata nostra plangere, & eleemosynis redimere valeamus. Per Dominum &c.

In 1. Noct. Lectiones de Script. occurr.

In 2. Noct. Lectio IV.

Joannes anno circiter millesimo ducentesimo trigesimo quinto Vespiniani in agro Mucellano natus ab ineunte aetate christianae vitae normam ita sectatus est, ut in eo, quod de veris Ecclesiae filiis ex Isaiae verbis ipse Christus praenunciavit; erunt omnes docibiles Dei, praecipue videretur impletum. Orationi quippe ac rerum divinarum meditationi addictus frequenter in pervetusto Oratorio ut constans fama est apud loci incolas, a rerum humanarum consortio semotus, Deoque unice intentus, spiritum gratiae, & purissimi in Deum amoris affectum hauriebat. Ita Sanctorum scientia praeparato animo majores in corde suo ascensiones disposuit, ac divinae providentiae consilio Florentiam se contulit, praeclariora daturus in magna Civitate virtutum exempla, praesertim vero illius, erga proximos charitatis, quam veluti novum, ac peculiare suum mandatum tantopere ac frequentissime Christus discipulis commendatam voluit. Erat enim illis temporibus Florentina Respublica magnis civium dissidiis agitata, ideoque effraenis grassabatur vitiorum licentia. Deus vero, qui temporalibus pœnis & peccatores emendaturus coercet, & justorum virtutes exercet, atque declarat, tum aliis calamitatibus, tum vero etiam frequenti annonae caritate Civitatem affligebat.

℟. Honestum fecit &c.

Lectio V.

In tanta rerum perturbatione, hominumque pravitate Joannes vera illa amicitia, quae ex charitate aeternitatis, & veritatis manat, sibi devinxit Farduccium Barducci virum antiquae fidei, morum sanctimonia & christianis virtutibus insignem. Eo, dum vita superstes fuit, familiarissime usus, orationibus, jejuniis, carnis maceratione ad divinam justitiam propitiandam totus incubuit, atque tanti charitatis officio pauperibus undique confluentibus adfuit, in quos consolandos, & alendos opes suas omnes grandi liberalitate effudit. Larga propterea a Deo mercede etiam in hac vita est recreatus; plurimi namque ejus exemplis, ac salutaribus

monitis de vitiorum coeno ad viam salutis incedendam erecti sunt. Ea siquidem sanctitatis opinione apud omnes florebat, ut non alio fere, quam viri justi, ac vere sancti titulo appellaretur; quem Deus ipse confirmavit insignibus non semel illius precibus in civium salutem patratis miraculis. Plenus denique pietatis operibus in senectute bona obdormivit in Domino anno millesimo trecentesimo trigesimo primo, & condigno honore, tota pene prosequente Civitate, ad Sancti Petri Majoris intra Monasterii claustra, quod ipse maxime desideraverat, elatus est. At Deus, qui ponit humiles in sublime, quique noluit sublatam ex oculis tantæ virtutis imaginem cum ejus corpore consepeliri, ipsum ejus sepulcrum gloriosum reddidit, quod circo pictis tabellis, votisque appensis honestatum fuit; quasi Deo ipso predicante & viri sanctitatem, & viventem adhuc, vigentemque ipsius in cives suos charitatem.

℟. Amavit eum &c.

Lectio VI.

Tot beneficiis ab eo acceptis, ac populi pietate commoti Abbatissa, & Clerus sacrum corpus integrum, atque incorruptum repertum, in Ecclesia, quam cœlesti odore replevit, ut frequentissimæ plebis devotioni fieret satis, toto triduo, annuente Episcopo, colendum exposuerunt non sine nova miraculorom accessione. Deinde in Sacello ad sinistrum Ecclesiæ parietem, quod postea picturis præcipuas servi Dei virtutes exibentibus ornatum fuit, honorifice collocatur, & solemnis memoria quotannis prima mensis Julii Dominica renovari cœpta est. Sacra etiam lipsana per agrum Mucellanum potissimum evecta, patrios fines suppliciter circumducta ab ingruentibns cœli tempestatibus incolumes praestare solent. Anno denique millesimo septingentesimo octogesimo quarto, diruto Sancti Petri Majoris templo, venerabiles exuvias Antonius Martini Archiepiscopus, contribulibus beati viri flagitantibus, ad Ecclesiam Plebaniam Sancti Ioannis Majoris, non longe ab illius natali solo dissitam, transferendas concessit; ejusque immemorabilem, & numquam intermissum cultum Pius Septimus Pontifex Maximus decreto suo confirmavit, & publico officio celebrandum indulsit.

℟. Iste homo &c.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangeli secundum Lucam.

Oratio

Deus, qui Beatum Joannem Confessorem tuum singularis misericordiae in pauperes, & eximiae pœnitentiae gratia decorasti: ejus meritis & precibus concede, ut peccata nostra plangere, & eleemosynis redimere valeamus. Per Dominum &c.

In 1. Noct. Lectiones de Script. occurr.

In 2. Noct. Lectio IV.

Joannes anno circiter millesimo ducentesimo trigesimo quinto Vespiniani in agro Mucellano natus ab ineunte aetate christianae vitae normam ita sectatus est, ut in eo, quod de veris Ecclesiae filiis ex Isaiae verbis ipse Christus praenunciavit; erunt omnes docibiles Dei, praecipue videretur impletum. Orationi quippe ac rerum divinarum meditationi addictus frequenter in pervetusto Oratorio ut constans fama est apud loci incolas, a rerum humanarum consortio semotus, Deoque unice intentus, spiritum gratiae, & purissimi in Deum amoris affectum hauriebat. Ita Sanctorum scientia praeparato animo majores in corde suo ascensiones disposuit, ac divinae providentiae consilio Florentiam se contulit, praeclariora daturus in magna Civitate virtutum exempla, praesertim vero illius, erga proximos charitatis, quam veluti novum, ac peculiare suum mandatum tantopere ac frequentissime Christus discipulis commendatam voluit. Erat enim illis temporibus Florentina Respublica magnis civium dissidiis agitata, ideoque effraenis grassabatur vitiorum licentia. Deus vero, qui temporalibus pœnis & peccatores emendaturus coercet, & justorum virtutes exercet, atque declarat, tum aliis calamitatibus, tum vero etiam frequenti annonae caritate Civitatem affligebat.

℟. Honestum fecit &c.

Lectio V.

In tanta rerum perturbatione, hominumque pravitate Joannes vera illa amicitia, quae ex charitate aeternitatis, & veritatis manat, sibi devinxit Farduccium Barducci virum antiquae fidei, morum sanctimonia & christianis virtutibus insignem. Eo, dum vita superstes fuit, familiarissime usus, orationibus, jejuniis, carnis maceratione ad divinam justitiam propitiandam totus incubuit, atque omni charitatis officio pauperibus undique confluentibus adfuit, in quos consolandos, & alendos opes suas omnes grandi liberalitate effudit. Larga propterea a Deo mercede etiam in hac vita est recreatus; plurimi namque ejus exemplis, ac salutaribus

quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

℟. Sint lumbi vestbi &c.

Lectio IX

Deinde ut ostenderet quid admonuisset, & quid ipsi facere non curarent, ne illum putarent eorum eleemosynas ignorare. Sed vae vobis, inquit pharisaei. Tanquam diceret: ego quidem commonui vos eleemosynam dandam. per quam vobis munda sint omnia, sed vae vobis, qui decimatis mentam & rutam,& omne olus: has enim novi eleemosynas vestras, ne de illis me nunc vos admonuisse arbitremini. Et praeteritis judicium, & charitatem Dei, qua eleemosyna possetis ab omni inquinamento interiore mundari, ut vobis munda essent & corpora: quae lavatis; hoc est enim omnia & interiora scilicet, & exteriora. sicut alibi legitur; mundate quae intus sunt, & quae foris sunt munda erunt. Sed ne istas eleemosyuas, quae fiunt de fructibus terrae, respuisse videretur; Haec autem, inquit, oportuit facere, idest iudicium, & charitatem Dei ut & nos veraciter de nostra miseria iudicantes, & Dei charitatem, quam donavit ipse, diligentes, pie recteque vivamus, justum judicium eius confitentes quo miseri effecti sumus. Haec autem oportuit facere, & illa non omittere, idest eleemosynas fructuum terrenorum. Non ergo se fallant, qui per eleemosynas quaslibet largissimas fructuum suorum, vel cujusque pecuniae, impunitatem se emere extimant in facinorum immanitate, ac flagitiorum nequitia permanendo.

Ad Benedictus Antiphona Act 10.

Exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratae sunt in conspectu Dei.

Die XIV. Maii.

In festo Translationis S· Antonini *Archiep. Flor. et Conf. semid.*

Omnia de Comm. Conf. Pont. 2 *loco. Orat* Exaudi, *et pro* Festivitat dicitur Translat.

Die XIX Maii.

In festo Bs Humilianae de Cerchiis *Vid Tert. Ordinis St Francisci, dup. Omnia de Comm. nec Virg. nec Mart. praeter ea, quae sequuntur.*

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, dulcedo cordium, & praemium Beatorum, qui Beatam Humilianam tuo amore succensam suavissima contemplationis dulcedine replevi-

sti; concede propitius ut ejus meritis, & imitatione tibi jugiter adhaerentes, tuae celsitudinis speciem contemplari perpetuo mereamur Per Dominum &c.

In I. Noct Lect. de Scriptura occurr.

In II. Noct. *Lect. IV.*

Humiliana ex vetustissima Cerchiorum Familia Florentiae nata, ineunte aetate se totam Deo mancipavit Cum sedecim esset annorum, Parentum voluntati obtemperans, nupsit eiusdem Patriae civi: nobilitate quidem pari, indole vero ac moribus longe impari; a quo annos quinque quibus ipsi copulata fuit, durius habita, insignia per id tempus exempla dedit cum propriae mansuetudinis, tum charitatis erga virum; cui in extremis laboranti, multoque summi fœnore prægravato, ut illata damna reficeret, dotem suam heroica liberalitate dicitur obtulisse. Coniuge vita functo, paternam domum rediit; ibique secundis nuptiis constantissime recusatis vetustam, despectamque turrim elegit, in qua reliquum vitae suae tempus transigeret. Atque ut arctius cœlesti Sponso jungeretur, a Fratribus Minoribus spiritualis eius vitae ducibus, ac magistris habitum Tertii Ordinis Beati Francisci omnium prima Florentiae in Ecclesia Sanctae Crucis petiit humiliter, & obtinuit.

℟. Propter veritatem &c.

Lectio V.

Quo in loco, atque habitu mirum quantum virtute profecerit. Patientia fuit admirabili; bonis enim omnibus per summam injuriam spoliata, a patre & consanguineis contumeliis affecta, a famula gravi vulnere in fronte sauciata a Deo etiam diutinis infirmitatibus, veluti aurum in igne, probata, omnia aspera non modo summa oris, & animi serenitate, verum etiam cum gratiarum actione perferre consuevit. Misericordia quoque in pauperes singulari, quos ut pasceret atque indueret, cibos non semel, vestesque sibi ipsi detraxit; neque erubuit nobilis Matrona pro sacris Virginibus victum emendicare. Tanto autem in Deum fervebat amore, ut ob ejus gloriam vel sanguinem fundere, vel igne absumi, vel alio quovis pœnarum genere excruciari vehementer optaret. Quod ardens quidem, sed irritum martyrii desiderium assiduis gravibusque sui corporis castigationibus explevit. Altissimae contemplationis suavitate divinitus superfusa quam frequentissime in extasim rapiebatur; nec raro meruit beatorum spirituum atque

quod superest date eleemosynam, & ecce omnia mund
sunt vobis.

℟. Sint lumbi vestbi &c.

Lectio IX

Deinde ut ostenderet quid admonuisset, & quid ipsi facere non curarent, ne illum putarent eorum eleemosynas ignorare. Sed vae vobis, inquit pharisaei. Tamquam diceret: ego quidem commonui vos eleemosynam dandam per quam vobis munda sint omnia, sed vae vobis, qui decimatis mentam & rutam, & omne olus: has enim novi eleemosynas vestras, ne de illis me nunc vos admonuisse arbitremini. Et praeteritis judicium, & charitatem Dei, qua eleemosyna possetis ab omni inquinamento interiore mundari, ut vobis munda essent & corpora: quae lavatis; hoc est enim omnia & interiora scilicet, & exteriora. sicut alibi legitur; mundate quae intus sunt, & quae foris sunt munda erunt. Sed ne istas eleemosyuas, quae sunt de fructibus terrae, respuisse videretur; Haec autem, inquit, oportuit facere, idest iudicium, & charitatem Dei ut & nos veraciter de nostra miseria iudicantes, & Dei charitatem, quam donavit ipse, diligentes, pie recteque vivamus, justum judicium eius confitentes quo miseri effecti sumus. Haec autem oportuit facere, & illa non omittere, idest eleemosynas fructuum terrenorum. Non ergo se fallant, qui per eleemosynas quaslibet largissimas fructuum suorum, vel cujusque pecuniae, impunitatem se emere extimant in facinorum immanitate, ac flagitiorum nequitia permanendo.

Ad Benedictus Antiphona Act 10.

Exaudita est oratio tua, & eleemosynae tuae commemoratae sunt in conspectu Dei.

Die XIV. Maii.

In festo Translationis S. Antonini *Archiep. Flor. et Conf. semid.*

Omnia de Comm. Conf. Pont. 2 *loco. Orat* Exaudi, *et pro* Festivitat dicitur Translat.

Die XIX Maii.

In festo Bs Humilianae de Cerchiis *Vid Tert. Ordinis St Francisci, dup. Omnia de Comm. nec Virg. nec Mart. praeter ea, quae sequuntur.*

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, dulcedo cordium, & praemium Beatorum, qui Beatam Humilianam tuo amore succensam suavissima contemplationis dulcedine replevi-

sti; concede propitius ut ejus meritis, & imitatione tibi jugiter adhaerentes, tuae celsitudinis speciem contemplari perpetuo mereamur Per Dominum &c.

In I. Noct Lect. de Scriptura occurr.

In II. Noct. *Lect. IV.*

Humiliana ex vetustissima Cerchiorum Familia Florentiae nata, ineunte aetate se totam Deo mancipavit Cum sedecim esset annorum, Parentum voluntati obtemperans, nupsit eiusdem Patriae civi: nobilitate quidem pari, indole vero ac moribus longe impari; a quo annos quinque quibus ipsi copulata fuit, durius habita, insignia per id tempus exempla dedit cum propriae mansuetudinis, tum charitatis erga virum; cui in extremis laboranti, multoque nummi fœnore prægravato, ut illata damna reficeret, dotem suam heroica liberalitate dicitur obtulisse. Coniuge vità functo, paternam domum rediit; ibique secundis nuptiis constantissime recusatis vetustam, despectamque turrim elegit, in qua reliquum vitae suae tempus transigeret. Atque ut arctius cœlesti Sponso jungeretur, a Fratribus Minoribus spiritualis eius vitae ducibus, ac magistris habitum Tertii Ordinis Beati Francisci omnium prima Florentiae in Ecclesia Sanctae Crucis petiit humiliter, & obtinuit.

℟. Propter veritatem &c.

Lectio V.

Eo in loco, atque habitu mirum quantum virtute profecerit. Patientia fuit admirabili; bonis enim omnibus per summam injuriam spoliata, a patre & consanguineis contumeliis affecta, a famula gravi vulnere in fronte sauciata a Deo etiam diutinis infirmitatibus, veluti aurum in igne probata, omnia aspera non modo summa oris, & animi lenitate, verum etiam cum gratiarum actione perferre consuevit. Misericordia quoque in pauperes singulari; quos ut pasceret atque indueret, cibos non semel, vestesque sibi ipsi detraxit; neque erubuit nobilis Matrona pro sacris Virginibus victum emendicare. Tanto autem in Deum fervebat amore, ut ob ejus gloriam vel sanguinem fundere, vel igne absumi, vel alio quovis pœnarum genere excruciari vehementer optaret. Quod ardens quidem, sed irritum martyrii desiderium assiduis gravibusque sui corporis castigationibus explevit. Altissimae contemplationis suavitate divinitus superfusa quam frequentissime in extasim rapiebatur; nec raro meruit beatorum spirituum atque

ipsius Christi Domini tum praesentia, tum colloquio, tu etiam supernis revelationibus, & favoribus recreari.

R. Dilexisti justitiam &c.

Lect. VI.

Deiparam Virginem, cœlitesque omnes impense coluit Dono lacrymarum & prophetico spiritu insignita mira culis etiam claruit; nam & plures infirmi, ipsa orante convaluere, & aqua modo in vinum, modo in oleu conversa est. Morbum, quo aegrotus quidam afflictabatur in proprium corpus transferri, fusis ad Deum precibus impetravit. Filiam, quam pie educaverat, subita m..n extinctam vitae restituit. E,us cellula cœlesti splendor saepe visa est collucere. Frequentes Daemonum fraudes insidias, & vexationes solo Crucis signo munita superavit Jejuniis denique, vigiliis, ac lethali morbo confecta qua todecimo Kalendas Junii anno reparatae salutis millesim ducentesimo quadragesimo sexto, aetatis suae septimo sup vigesimum, placidissime animam Deo reddidit; ejusq Corpus Florentiae in Ecclesia Sanctae Crucis Ordinis Mi norum honorifice sepultum; & percrebrescente statim mi culorum fama, tertio post mense honorificentius elatu non intermissa Fidelium veneratione, approbante Innocenti Duodecimo ad haec usque tempora colitur.

R. Fallax gratia &c.

In 3 Noct. Hom. in Ev. Thesauro, *de eod. Comm.*

Die XX. Maii

In Festo S. Guidi de Gherardesca *Conf. dup. min.*

Oratio

Cœlestium donorum inspirator, & distributor misericor Deus, da nobis famulis tuis Beati Guidi Confessori imitatione, & precibus caduca mundi despicere, & cœlesti semper inquirere. Per Dominum &c.

In 1. Noct. Lect. de Scrip. occurr.

In 2. Noct. Lect. IV.

Guidus ex illustri, ac pervetusta Familia de Gherardesca Neapoleone Patre, Pisis in Hetruria ortus est ann millesimo circiter & sexagesimo. Ab ineunte ætate cert dedit indicia futuræ sanctitatis suæ, cui animum præ parare contendit. Revera solemne illi fuit inter dome sticos parietes orationi, jejuniis, vigiliis, piisque medita tionibus vacare & sublevandis pauperibus etiam operam impendere. Hisce munitus præsidiis, solitariae, & eremiti cae vitae maxime cupidus Genti suae, & Patriae nuncium

remisit, & quadragesimum annum agens, in campum suo Donoraticensi Castello adjectum, Populoniensis Massaneque Dioecesis, secessit. Ibi loco penitus abdito, ut uni Deo ferventius inserviret, sibi studiosè delecto, & aedicula constructa, quam Sanctae Mariae ad Gloriam nuncupavit, quaeque nunc extat, reliquum vitaè cursum in eremitica austeritate complevit.

℟. Honestum fecit &c.

Lectio V.

Quot Moyses in loco solitudinis annos transegerat, tot Guidus coelestium rerum contemplator eximius explevit; quare aetate gravis, & meritis, glorioso de antiquo hoste reportato triumpho, die vigesima Maii ad Coelestem Patriam est evocatus. Quam vero fuerit mors ejus pretiosa in conspectu Domini, portentum patefecit. Siquidem vix ille vita excessit, cum vicinarum Ecclesiarum Campanae sponte sonitum edidere. Quo signo exciti finitimi Populi & rem novam, atque mirabilem auspicati, ad venerabilem Castri Donoraticensi recessum cuncurrentes inventum ibi Guidi corpus honorifice sepelierunt. Verum cum Beati sepulcrum crebris miraculis factum fuisset gloriosum, ut Peregrinorum magna frequentia undequaque confluentium devotioni fieret satis, quod remi angustiae non patiebantur, ad Donoratici Castri Ecclesiam anno millesimo ducentesimo duodecimo translatum est.

℟. Amavit eum &c.

Lectio VI.

Bellis postmodum ingruentibus Pisanos inter & Florentinos, diruto Castro, & Ecclesia, mirabilis Deus in Sanctis suis B. Guidi memoriam forsan perituram altero prodigio renovavit. Die namque Epiphaniae copiosiori delapsa nive, obrigescente terra, exurgere visa sunt arbuscula quaedam, vulgo scopae, suavissimum latè odorem fundentia, cujus rei exquirendae causa arca lapidea sursum versa inventa est, in qua ex uno repositi corporis osse humerali arbusta illa foliis redimita oriebantur. His rite probatis ut Civem suum Pisanus Populus vindicaret, apud Callistum Tertium Pontificem Maximum summo institiis studio, Petro de Urso Episcopo tamen, & Gherardesca Gente primo obsistentibus, deinde vero assentientibus Guidi exuviae ad majorem Pisarum Ecclesiam Clero universo, Urbis Proceribus, ingentique populo comitantibus, solemni magnificentia translatae sunt, relictis in proxima Castaneti Ecclesia crure, maxillà, & reliquiis, quae in summa vene-

tetione habentur, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, die sexta decima. Junii Ita B. Guidi sanctitas adolevit, miraculis crevit, & Summi Pontificis oraculo est confirmata. ℟. Iste homo &c.

In iii. Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII. Cap. 12.

In illo tempore: dixit Jesus Discipulis suis: Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae

Hom. 13. in Ev.

Veniens Dominus, quid vigilantibus servis exibeat, audiamus. Amen dico vobis, quod praecinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Praecingetur, idest ad retributionem praeparat. Et faciet illos discumbere, idest in aeterna requie refoveri: discumbere quippe nostrum, in regno quiescere est. Unde rursus Dominus dicit: Venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob. Transiens autem Dominus ministrat, quia lucis suae illustratione nos satiat; transire vero dictum est, cum de judicio ad regnum redit.

℟. Iste est &c.

Lectio VIII.

Sed quid, si servi in prima vigilia negligentes existunt? Prima quippe vigilia, primaevae aetatis custodia est. Sed neque sic desperandum est, & a bono opere cessandum; nam longanimitatis suae patientiam insinuans Dominus subdit: Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Prima quippe vigilia primaevum tempus est, idest pueritia, secunda, adolescentia, vel juventus, quae auctoritate sacri eloquii unum sunt, dicente Salomone; Laetare juvenis in adolescentia tua: tertia autem senectus accipitur.

℟. Sint lumbi vestri &c.

Lectio IX.

Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit, custodiat vel secundam: ut qui converti a pravitatibus suis in pueritia neglexit, ad vias vitae saltem in tempore juventutis evigilet: & qui in secunda evigilare noluit, tertiae vigiliae remedia non amittat, ut qui in juventute ad vias vitae non vigilat saltem in senectute resipiscat. Non est jam, quid homo excusationis inveniat. Deus dispicitur, & expectat: contemni se videt, & revocat: injuriam de contemptu suo

rusceipit, & tamen quandoque revertentibus etiam praem:
promittit. Te Deum.

Die XXII. Maii.

In Festo S. Humilitatis *Abbatissæ Institur Monial.* *Ord. Vallisumbros. dupl min. Omn. de Comm. non Virg.* *præt. seq*

Oratio.

Deus, qui per Beatam Humilitatem sacris Virginibus vitae normam, & exemplum praebuisti, concede nobis, psa interveniente, ut ejus vestigia sequendo, quae verbo, t opere docuit, compleamus. Per D minum &c.

In 1 Noct. lect. de scr. cur In 2. Noct. Lectio IV.

Humilitas, antea Rosanensis, Faventiae in Æmilia ex nobilibus parentibus orta, patre Elimonte, matre vero Richelda, a primis usque aetatis annis non pauca praebuit irtutum specimina. Puerilia siquidèm rejiciens, ita :ationibus vacabat assiduis, ac Passionis Dominicae me.tationi, ut in Dei amore tota videretur liquescere. Patre iterea amisso, matre maxime urgente, Ugolotto Caccia-imico, civi aeque nobili, ac pio matrimonio conjungitur, ti quum geminam prolem peperisset, utraque sibi immaura morte sublata, hortari virum cœpit, suaeque pietatis :emplis praeire viam, ut abdicatis saeculi vanitatibus Mosticum Institutum capesseret. Voti compos facta, ipsa suburbanum Sanctarum Perpetuae, & Felicitatis Cœbium convolavit, ibique novum nomen, & Religionis bitum sub Sancti Augustini Regula assumpsit.

℟. Propter veritátem &c.

Lectio V.

Dira fuit Humilitatis, & ad christianae virtutis normam exacta inter sacras Virgines conversatio; eximia mostia, mansuetudo, charitas, sed ardens praesertim oranis studium, cujus suavitatis amore capta, singularis beneii laco obtinuit, ut ad campestrem Eccles iam Sancti Apolaris, quae Monasterio Sanctae Mariae in Crispino, ejus e Abbati Ordinis Vallisumbrosae subjecta erat, angustae llulae parietibus includeretur; ubi duodecim annos in cire, & cilicio, simplici pane, & aqua, vel paucis quanduque ribus victitans, asperrimam corpori, sed animo dulcissimam tam transegit. Verum illius sanctimoniae fama longe laque diffusa, pluribusque piis Virginibus in illius disciinam se tradere cupientibus, civium rogatu, & Superiom auctoritate, e voluntario carcere tandem egressa, novum

Monialum Congregationis Vallisumbrosae Asceterium invocatione Beatae Mariae Virginis prope Faventiae m fundavit, cui traditis perfectioris vitae regulis, iisdem per se ipsam impletis, diu laudabiliter praefuit.

℟. Dilexisti justitiam &c.

Lectio VI.

Florentiam inde accersita, ut publicis votis, & piae vetioni plurimarum Virginum cœlestis Sponsi nup ambientium pari ratione satisfaceret: si pernis favoribu itinere comitata, & honorifica omnium ordinum freque in urbem excepta, alterum Monialium ejusdem insti Monasterium ibi constituit, quod & cœlestis sapien praeceptis, & mirabilium virtutum exemplis guberna usque ad exitum ipsius vitae, qui fuit undecimo. Kal das Iunii anno salutis millesimo tercentesimo decimo, aet suae octogesimo. Sanctitatis, & miraculorum famam, Humilitas in vita, & post mortem claruit, publica, & a qua monumenta testantur, ex quibus ea potissimum ip propria laus eruitur, quod quum Salvatoris nostri J Christi Passionem meditando recoleret, sanguineis aliq do lacrymis sudarium asperserit. Ecclesiasticum cult illius memoriae, sacroque corpori Florentiae quiescen tum etiam Faventiae ab immemorabili tempore praestit Clemens Undecimus Pontifex Maximus decreto suo c firmavit.

℟. Fallax gratia &c.

In 3. *Noct. Homil. in Ev.* Thesauro *de Com. non Vi*

Die XXV. Maii.

In *Festo* S. Zanobii Episcopi Florentini *et Conf. tot Dioec. Patroni, dup.* I. *classis cum oct. Omn. de com Conf. Pont praeter ea, quae sequuntur.*

Ad utrasq. Vesp. et Matutinum.

Hymnus

O Flos colende Praesulum
Fidelium cor rectea,
Reple tuam coelestibus
Odoribus Florentiam;
Praeclara postquam dixerat
Te Civitas Antistitem,
Spernis, fugisque patrias
Desideratus infulas.
Sed sacra Pastor munera
Obire jussus, incolis
Virtute praestas omnibus,

Gratus Deo, & coelitibus.
Divina praebes pabula
Potu, ciboque temperans;
Fidemque concionibus,
Miraculisque provehis.
Possessa dudum crimine
Tua voce corda liberas,
Et vita, quos reliquerat,
Vocas in auras luminis.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
Nunc, & per omne saeculum. Amen.

Temp. Pasch. Et Filio qui a mortuis &c. *Infr. Oct. Asc. et fer. vi. sequent* Jesu tibi sit gloria: qui victor &c.

Oratio.

Deus, qui Beatum Zenobium Confessorem tuum, atque Pontificem, praedicationis gratia, virtutum, & miraculorum gloria sublimasti: da famulis tuis, quae docuit intellectu conspicere, & quae egit imitatione complere. Per Dominum &c.

In I. Noct. Lect. de Comm. Conf. Pontif. Fidelis sermo.

In II. Noct. Lect. IV.

Zenobius ex nobili Hieronymorum familia Florentiae natus, ubi pueritiam sancte in humanioribus literis transegisset, inter Cathecumenos fuit adscriptus. Biennio post, praeclaris nuptiis recusatis, christo se coelesti sponso per Baptismi Sacramentum, & castitatis votum obstrinxit. Quamobrem Theodoro Florentino Episcopo in primis charus, per omnes ordinum gradus ad Archidiaconi munus in Ecclesia Cathedrali assumptus, Arianos nonnullos singulari doctrina, & eloquentia ad fidei veritatem convertit dignus propterea qui a Sancto Ambrosio saepius inviseretur. Hujus testimonio a Damaso Papa probatus, Romam primo accitus, mox Apostolicae Sedis Diaconus renunciatus fuit, ubi praeter alia miracula, Praefecti filium paralyticum, solo signo crucis, pristinae restituit sanitati.

℟. Inveni &c.

Lectio V.

Constantinopolim deinde legatus ad novam ibi surgentem haeresim supprimendam mittitur; quod ille doctrina, sanctitate, miraculis, presertim daemonibus energumenis liberatis, feliciter confecit. Romam reversus, Theodoro jam

defuncto, ad componendas patriae civiles discordias pro ciscitur; mox Florentinis civibus postulantibus, invitus Damaso Pontifice Florentiae Episcopus consecratur. ille novos honores, & opes, majoris reputans incitame virtutis, impensius se se totum divino obsequio mancip vit. Omnes Ecclesiasticos proventus (relicta sibi modi summa ad familiae substentationem) Pauperibus erogab Carnem jejuniis, vigiliis, & aspero cilicio edomabat, me tem oratione, sacrarum literarum lectione, ac meditatio exercebat. In salute animarum procuranda assiduus vers batur, nec tamen a divini verbi praedicatione desistebat Haereticorum fuit acerrimus insectator, & Catholicae fid propugnator insignis.

R. Posui &c.

Lectio VI.

Mortuis parentibus, cum patrimonium in egenos distrib tum Christo totum donasset, accepit & ipse vicissi a Domino mira dona gratiarum. Ejiciebat Daemones, s nabat aegrotos, caeco etiam eleemosynam petenti, ac fore Christianum spondenti, si sanitatem recuperaret, fidei, et oculorum lumena Domino impetravit. Mortu etiam aliquot ad vitam revocavit, inter quos Gallicae Ma tronae filium, quem dum Romam pietatis causa proficisc tur, Florentiae amiserat, matri mirabiliter restituit. De nique pro Ecclesia sua magnis laboribus, curisque perfu ctus, fere nonagenarius vicinam mortem praenuncians, a stante Clero, omnibus benedicens, tum vicinarum Urbiu Episcopos ad sibi benedicendum invitans, octavo Kalend Iunias abdormivit in Domino.

R. Iste est etc.

In 3. *Noct. Homil. S. Gregorii Papae in Evan.* Hom peregre *de Comm.* 1. loco.

Die XXVI. Maii.

Secunda die infra Oct. S. Zenobii *Ep.*

In Festo S. Philippi Nerii *Conf. dup. cum commem.* Or *ut in Brev. Sed. Lect. tertii noct. Hom. in Ev.* Confiteo *ut in Fest. S. Felicis a Cantalicio C.* 21 *hujs in fine Bre*

Die XXVII. Maii

Tertia die infra Oct. S. Zenobii *Ep.*

In Festo S. Mariae Magdalenae de Pazzis *Virg. dup.* *in Brev. cum comm. Oct.*

Die XXVIII. Maii.

Quarta Die infra Oct. S. Zenobii *Ep.*

In Festo s. Podii Episc. Flor. *et Conf. dup. Omnia de eod. Comm. 2. loco at Lection* I. *Noct. de Script occurr. Quod si transferri contingat post Oct. S. Zenobii, omn. ut in primo loc. præter Lect.* I. *Noct. quæ erunt de Script. occurr.*

Die XXIX. Maii.

Quinta die infra Oct. s. Zenobii *Ep.*

In Festo s. Gregorii VII. *Pp. et Conf. dup. dies assign. et in Brev. 25. huj.*

Die XXX. Maii.

Sexta die infr. Oct. s. Zenobii *Ep.*

In Festo s. Bernardini Senensis *C. sem. omn. ut in Brev. 20. Maii cum comm. oct.*

Lect. ix ec comm. de S. Felice Pp. et Mart. nisi dicenda sit ix Lect. de hom. In 2. Vesp. a cap. de seq. de Comm. oct. et S. Petronillæ.

Die XXXI. Maii.

Septima die infra oct. s. Zenobii *Ep.*

In Festo Translat. s. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *Virg. semid.*

In I. *Noct. Lect. de Script. occurr.*

In 2. Noct. Lect. ex Libro S. Cypriani: Nunc nobis *de Comm. Virg. 2. loco.*

In 3. noct. Hom. in Ev. Thesauro, *de Comm. nec Virg. nec Mart. RR. de Com. Virg.*

Die I. Iunii.

Octava s. Zenobii *Ep. dup.*

In I. *Noct. Lect. de Script. occur.*

In 2. Nocturno.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

Sec. par. Pastor. c. I

Lectio IV.

Tantum debet actionem populi actio transcendere Præsulis, quantum distare solet a grege vita Pastoris. Oportet namque, ut metiri se sollicite studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur, sub cujus æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est, cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum justitiæ erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam, in interiorum solicitudine non relinquens. R. Inveni &c,

2, *pa*

Considerandum quoque
Præsul suscipit, qu
ergo adhuc in ejus corp
sumptione percussum m
portat: Ille igitur modi
bene viveudi pe rtrahi,
riens, jam spiritaliter vi
nit, qui nulla adversa p
siderat Cuius intentioni
imbecillitatem corpus, n
gnat spiritus. Qui ad ali
propria largitur.

℟. Posui &c,

Lectio

Unde ipsum qouque E
expressione definitur,
tum desiderat: bonum o
stis est, quia Episcopatu
boni operis ministerium,
erum quippe officium no
nescit qui ad culmen reg
ditatione cogitationis, c
laude propria laetatur,
fluentium abundautia ex
ritur sub ejus honoris sp
buerant,

℟. Iste est &c.

In Il

Lectio Sancti Evangeli

Le

In illo tempore: dixit
hanc: Homo peregre p
& tradidit illis bona sua

Homilia Sanc

2 *devot ge*

Datur unicuiuue sine
& datur ante ullum
accipiat secundum suum
Evangelicæ veritatis test
parationem dicitur quod
servos suos. & tradidit i
dit quinque talenta, alii

cuique secundum propriam, & naturalem possibilitatem, non autem secundum proprium meritum quia aliud est posse operari, aliud operari, & aliud est posse habere charitatem, aliud habere charitatem.

℟. Amavit &c.

Non itaque omnis reparabilis reparatur, nec omnis sanabilis sanatus est quia reparabilem, & sanabilem esse de natura est; reparatum autem, & sanatum esse de gratia est. Denique isti, quibus secundnm modulum capacitatis suæ; quem in eis distributor substantiæ prævidebat, dispar creditus est numerus talentorum, non meriti remunerationem, sed operis accepere meteriam.

℟. Sint lumbi &c.

Lectio IX.

In qua duorum servorum vigilantissima industria, non solum gloriosis laudibus honestatur, sed etiam in æterna Domini sui gaudia intrare præcipitur. Tertii vero pigrum otium, & desidiosa nequitia sic punitur, ut & vituperationis dedecoretur opprobrio, & portione, quam acceperat, exuatur. Dignus enim erat perdere inutilem fidem, qui non exercuerat charitatem.

Te Deum.

Die II. Iunii.

Dies assignata ex 28. Maii.

In Festo B. Mariæ Bartholomææ de Bagnesiis *Virg. Tertii Ordinis Sancti Dominici dup. maj. Omnia de Comm. Virgin. præter sequentia.*

Oratio.

Amator Animarum Deus, qui in Beata Maria Bartholomæa Virgine tua miram aegritudinum tolerantiam pari cum innocentia sociasti; concede, ut qui ex merito nostrae actionis affligimur, tuae gratiae consolatione respiremus. Per Dominum &c.

In I. *Noct. Lect de Script.*

In 2. *Noct. Lectio IV.*

Maria Bartholomaea nobili Bagnesiornm stirpe Florentiae nata, Virginum Sponsi amore praeventa, sacro efus cha amo inter ipsa vocis primordia se prodidit deputatam, De ineundis enim cum Jesu nuptiis tanto devoti animi sensu luquebatur, ur si quis puellulæ eam spem desperatam credere simularet, uberrimis ipsa lacrymis aurie diffluceret. Usquam Matri morienti hortatrix efficacissima adstitit, domus curam praecoci prudentia impigre gessit, piis aeque officiis, precibusque intenta, & de re-

ligioso interim statu cogitans. A Matre monita, ut terreno connubio consentiret, totis repente artubus contremuit valida hactenus: & preclareae formae adolescentula, ac facto morborum veluti agmine, febri nervorum distensione, propriisque singularum partium doloribus una saepe, aut per vices occurrentibus, ita ad annos ferme quadraginta quinqueexcruciata fuit, ut zelotes Virginis Sponsus intentandam deinde eius fidem perenni tam sic martyrio consecrasse. In lectulo igitur doloris per dies, noctesque quaesivit illa dilectum; is vero qui liliis delectatur, & myrrha Sponsae non defuit, quam invicta patientia labascantem larvis quoque Daemonum tentatam, & hominum dicteriis oneratam suis refecit ineffabilibus gaudiis, cui & mentem a supernorum contemplatione inter mortales angustias indivulsam raro muneri tribuit.

℟. Propter &c.

Lectio V.

Diu expetito Sororum de Poenitentia Sancti Dominici habitu trigesimo tertio aetatis anno donata, eum denique Ordinem post tyrocinium professa brevibus recreata est induciis martyrii sui, ut casti amoris victima religionis amictu palam rediviva prodiret ad aedes sacras sui maxime Ordinis. Statim autem morbis gravata pristinis & d nis p tioribus aucta, e lecto s labatur afflictis, infirmis suadebat aegros, subsidio erat egenis, dissidentes paci, irruti esrantes, Deo que reddebat. Arcana cernens, futura praedicens, voce, ac scripto charitatis igniculis cordibus inserebat. Sui laudes horrebat, obsequia vitabat celabat ecstases, seque amarissimi calicis faecibus vere dignam commiserantibus praedicabat. Immundae labis ignara prorsus, & lethalis culpae adeo exspers, ut vel ipso peccati nomine stratum, & cubiculum decumbentis fremitu quateretur, adhibitis tamen poenarum instrumentis ac vix cessante jejunio, afflictionem corporis jugiter addebat. Sacram etiam expiationis Hostiam coram se domi offerri satagens, quod ei ex privilegio licebat, Eucharistiam plerumque, confessione praemissa, aestuanti desiderio sumebat.

℟. Dilexisti justitiam.

Lectio VI.

Pulchrae dilectionis Matrem Mariam praecipuo semper affectu prosequens, et Sanctorum cultui, atque imitationi incumbens, Senensis cumprimis Catharinae patien-

iam, obedientiam, virtutes caeteras pie aemulata, iam etiam infirmorum sancto Oleo innuncta, Dominica passione erlecta, consummato aegritudinum maritiryo, reposita m bi in caelis justitiae coronam accepit quinto Kalendas Ju- ii anno millesimo quingentegesimo septuagesimo septimo lorpus Virginis, sicut Frater Tim theus Sanctae Catha- inae de Ricciis germanus Cœcobii Sanctae Mariae No- ellae Praeses roganti ante concesserat a Sanctæ Mariae Lngelorum Sanctimoniales Carmelitas Mariae Bartolomae harissimas, frequenti pcpulo plaudente, Fratrum Prae- icatorum gestientibus humeris delatum est, in quarum ꝏnobio non intermissa veneratione colitur, & integrum iſhuç a Vitis Principibus, Ecclesiaeque Presulibus oscu- , munere & devoto obsequio donatum, praesens aegris medium habetur, testimonio praesertim Sanctae Mariae lagdalenae de Pazzis, quae visitandi sacri corporis voto ecto, ab imminenti tabe repente sanata Mariae Bartho- meae animam Christi throno receptam vidit, & Sera- ificae Catharinae parem, summeque potentem, ac bea- ssimam praedicavit, & i mi itante Ecclesia sublimius ndam exaltandam. Quod Pius VII. Pontifex Maximus ie ac benigne praestans, de Beata Maria Barthclomaea citandi Officii, & Missae anni versari o eius dormitionis e celebrandae Praed catorum Ordini, & Florentino utri- ue Clero fecit p testatem.

℟. Afferentur Regi &c.

In III. Nocturno.

Hom. in Ev. In Decem Virg. *de Comm. Virg.* I. *l.*

Die XVII. Iunii.

In Festo B. Petri de Pisis *Confessoris duplex*

Oratio.

Deus, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exem- pla virtutum, da nobis Beati Petri Confessoris tui a inhaerere vestigiis, ut assequamur & praemia. Per Dominum.

In. 1. Noct. Lect. de Scrip. occurr.

In 2. Noct. Lect. IV.

Petrus Gambacurta, Pisis in Etruria nobili genere natus, in ipso iuventutis flore Patriam, parentes, at- ue divitias propter Christum relinquens, in Eremum ecessit, ac in Cessanae Monte Agri Urbinatis ali- uandiu intentam divinis rebus vitam duxit; ex pia Chri- stifidelium stipe anno Domini millesimo trecentesimo ctogesimo Cœnobio cum parva Ecclesia in honorem

Sanctissimae Trinitatis extructo, una cum duodecim
cii . ad mundi contemptum & eremiticae vitae cult
incensis, prima suae. Congregationis iecit fundamen
quam a sancto Gieronymo (in quem praecipua vene
tione affectus vixit) nuncupavit, eiusque virtutes i
tari contendit. In idem propositum pios sodales potis
mum est adhortatus; profecitque in dies morum sanc
monia. ℟ Honestum fecit illum.

Lectio V.

Charitate in Deum flagrabat quam maxime, ita vero p
ximorum saluti studuit, ut ob illorum multitudine
qui ad meliorem frugem ipsius opera se receperant, bre
multa monasteria sint constructa, Dei Genatricem sing
lariter coluit eiusque Patrocinium non uno obsequii ge
re meruit. In Divinorum meditatione assidue incumbe
media etiam nocte ad Deum laudandum surgebat. Corp
fere quotidie iejuniis & flagellis macerabat, super pal
vel humi cubans duriter, ac vix necessarium carpebat so
num. Ad nudam carnem vestem asperam instar cili
adhibuit Paupertatis amans. & cultor, nec quidquam l
buit proprium. & instituti sui asseclas pauperes prop
Cristum appellari voluit, Suas & fratum calamitates
tienter tolerabat, benignitate & animi demissione e
cuit, singulorum vero indigentiae famulari tum au
vilissima quaeque hobire munera in deliciis habuit.

℟ Amavit eum D minus.

Lectio VI.

Donis a Deo ob sanctitatem auctus, quamplurimos m
bis gravibus afflictatos sanitati restituit Daemones
humanis corporibus miserrime oppressis et cruciatis
scedere compulit; multis in estrem discrimine opi
latus est Futura quoque praedixit. Romanis pontific
virtutum merito carus et in pretio habitus, & ab ip
multis cumulatus est beneficiis, quae in institutam a
religiosam familiam redundarum Denique octogesim
annum agens, Venetiis, quo coetus sui causa conces
rat praenuntiato mortis die, ac Sacramentis Eccles
susceptis, decimo quinto Kalendas Iulii anno Dom
millesimo quadrigentesimo trigesimo quinto migravit
coelum, miraculis multis post obitum clarus.

℟ Iste homo.

In III. *Nocturno*

Homil in Evang. Sint lumbi vestri *ut in Commun. Conf*
soris non Pontif.







